TRACTATUS

DE FORO COMPETENTI.

U. J. D. ANGELI SCIALOYÆ.

TRACTATUS
DE FORO COMPETENTI
U. J. D. ANGELI SCIALOYÆ
TERRÆ NOVI PROVINCIÆ PRINCIPATUS CITRA REGNI NEAPOLITANI.

Utilis; & neceſſarius, non ſolùm in Scholis profitentibus, ſed etiam Jus dicentibus, & in Foro Eccleſiaſtico, ac Seculari verſantibus, ad ſciendum quis ſit Judex competens in omnibus cauſis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis.

Opus legibus communibus, Statutis hujus Regni Neapolitani, Doctorum tàm antiquorum, quàm modernorum authoritatibus, ac deciſionibus Sacri Regii Conſilii, aliorumque Senatuum comprobatum.

C U M

SUMMARIIS, ET INDICE CAPITULORUM, AC RERUM LOCUPLETISSIMO.

NEAPOLI; Typis Hyacinthi Paſſeri; M. DC. LXIII.
Et denuò, Typis Joannis-Franciſci Paci, M. DCC. XVII.
SUPERIORUM PERMISSU.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE,

Giacomo Antonio Bagnuolo Mercante di Libri supplica V. E. la revisione del libro, seù Trattato, composto dal Dottor Angelo Scialoya, intitolato de Foro Competenti, con commetterla à chi meglio parerà à V. E. à fin che si possa publicare, ut Deus.

Mag. V. J. D. Thomas de Luca videat, & in scriptis referat.

Galeota) *Muscettula*) *Regens.* *Vlloa, &*) *Navarra*) *Regens.*

Revisum per S.E. Neap. die 2. August. 1662.

Villanus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Laboriosum Tractatum de Foro Competenti peritissimi U. J. D. Angeli Scialoya, cujus doctrinam expertus in alio opusculo edito de praxi fori judicatoria,& tortura reorum, nuper observavi in hoc secundò Volumine, in quo notabilia apprimè causarum patronis proficuè congessit, De mandato E. V. à me visum, arbitratus sum, si modò Excell. Vestræ, ita videbitur, publica in luce collocanoum, die 2. Septembris 1662.

Eccell. Vestræ

Humilissimus Servus

Thomas de Luca.

Visa retroscripta Relatione Imprimatur verum tempore Publicationis servetur Regia Pragm.

Galeota,)
Vlloa,) *Regens.*
Navarra)

Revisum per S. E. Neap. die 30. Iulii 1663.

Villanus.

AVCTOR

AUCTOR AD LECTOREM

Quando Praxim forjudicatoriam edidi, Tractatum de Foro Competenti ibi pollicitus fui, qui quatuordecim ab hinc annis impressus extitit, & ob varia impedimenta publicatus non fuit, nihilominus per me non stetit, quominus jam eo potitus sis; Benigne Lector, & intrinsicè dolui habitum fuisse, me non stetisse promissis, & quæ processerunt de labiis meis, irrita fecisse, ideò me excusatum habendo, nunc dum in lucem prodiit, eo fruaris, vale.

DOMINICI ANTONII DE LAURENTIIS U.J.D. NEPOTIS AUCTORIS.

Ad Laudem ejusdem Auctoris.

EPIGRAMMA.

Angelus Astream de Cœlo lege reducit,
Semina qua dirimit litigiosa Fori.
Lege potest Scialoya malos componere mores,
Lege scias aloem nectar habere suam.

DEL DOTTOR GIROLAMO GIANNUCCIO

PER LO TRATTATO DE FORO COMPETENTI.

DEL DOTTOR SIG. ANGELO SCIALOJA.

SONETTO.

Dell'Abisso d'Astrea dubioso, e torto
Solcar tant'altri il formidabil mare,
Perche vedesse il Mondo in carte chiare,
Chi de' letiggii altrui Giudice è accorto.

Mà pur non giunse al desiato Porto
Alcun ch' ebbe qua giù le stelle avare,
Poich'infra l'onde dissonanti amare
Altri restò confuso, & altri absorto.

Vopo fù, per dar fine à tanta impresa,
Che scendesse dal Ciel Angel Novello
Con umano saper, e mente accesa.

Quind'è, che con tal scorta, e questi, e quello;
Che del suo Tribunal viene in contesa;
Hor trov'il FORO, ò sia propizio, ò fello.

EGRE.

EGREGII IURISCONSULTI
DOM. OCTAVII DE PALMA
OLIM REGII AVDITORIS IN PLVRIBVS PROVINCIIS,

Ac Iudicis in Criminalibus Magnæ Curiæ Vicariæ ad laudem Auctoris.

EPIGRAMMA
PVRISSIMVM.

ANGELVS SCIALOIA VTRIVSQVE IVRIS DOCTOR.

O SECVLI NOSTRI GLORIA IVRIS AQVAEDVCTVS.

SERIES CAPITULORUM,
Quæ in hoc Tractatu de Foro Competenti continentur.

FINIS.

TRA-

TRACTATUS DE FORO COMPETENTI ANGELI SCIALOYÆ U.J.D.

PROOEMIUM.

SUMMARIUM.

1 *Fori nomen plures habet significationes, & quomodo accipiatur in tractatu nostro ibidem, & est multiplex, nu. 4.5.6. & 7.*

2 *Judex competens est ille, qui habet jurisdictionem super litigantes, aliàs dicitur incompetens.*

3 *Appellatione fori veniunt jurisdictionalia.*

7 *Jurisdictiones sunt duæ, una Ecclesiastica, altera laicalis.*

8 *Summus Pontifex, & Reges habent jurisdictionem immediatè, & alii Judices inferiores mediatè à Deo.*

9 *Jurisdictiones fuerunt divisæ, & quare ibidem, & num. 11.*

10 *Jurisdictio Ecclesiastica dependet à Papa, & secularis ab Imperatore.*

12 *Judices non debent se intromittere in jurisdictione alterius, aliàs puniuntur pœna usurpatæ jurisdictionis nu. 13.*

14 *Pœna usurpatæ jurisdictionis quæ sit? & per quos actus inducuntur. num. 15. & 16.*

17 *Judex Ecclesiasticus non debet se intromittere in casibus spectantibus ad forum laicalem, & è contra.*

18 *Judex antequam procedat ad aliquem actum, debet esse certus sua jurisdictione.*

19 *Causa, quæ induxit Auctorem ad faciendum tractatum de Foro Competenti, quæ fuit?*

20 *Protestatio Auctoris apud Deum, quod non intendit præjudicare jurisdictionem Ecclesiasticam, vel laicalem.*

1 Nomen fori, licèt plures habeat significationes, nam forum aliquando capitur pro loco in quo fiunt nundinæ. Item forus dicitur locus, ubi calcantur unæ, idest calcatorium. Item Forus dicitur quodam spatium planum in navibus, & dicitur à ferendo, ex eo quod homines fere, *Ant. Butrius, & Abb. in rub. extr. de foro compet.* Tamen in nostro tractatu, Forus in masculino genere capitur pro loco, in quo jus redditur, & est locus exercendarum litium à fando, idest loquendo dictis, vel à Phoroneo Rege, qui primò Grecis leges dedit, *cap. Forus extra de verb. signif.* Forum autem in genere neutro denotat territorium Judicis, in quo habet potestatem terrendi; atque animadvertendi in facinorosos homines, *l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. signif. Anchar. & Abb. in d. rub. extra de foro compet.*

2 Et ille dicitur Judex competens, qui habet jurisdictionem, & ejus exercitium super litigantes, *Card. in clem. 1. nu. 15. ut lite pendente*, aliàs dicitur incompetens, *toto tit. C. si à non compet. Judice; & Marant. part. 4. dist. 8. num. 1.*

3 Appellatione Fori veniunt etiam jurisdictionalia, *cap. si Episcopus, de offic. ordinarii, in 6. Abb. & Ant. Butrius in d. rub. extra de foro competenti in fin.*

4 Et iste forus, de quo nos agemus, est multiplex, nam alius est forus internus, & alius externus; Forus internus est forus pœnitentialis, in quo quis confitetur peccata sua, nàm quis peccata sua tenetur saltim semel in anno confiteri, *cap. omnis utriusque sexus, de pœnitent., & remis.* Et pœnitens tenetur sua peccata confiteri Parocho, vel alicui Sacerdoti approbato ab Episcopo loci, *Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 15.* Et iste Sacerdos approbatus est Judex competens in foro interno ad audiendum confessiones pœnitentium, & ipse imponit pœnitentiam confitenti pro peccatis. & de isto foro interno latè scripsit *Paul. Squillant. de privil. Clericorum cap. 1. per totum.* Forus externus est ille, in quo causæ deducuntur per testes, vel alias probationes, & de isto foro loquitur titulus decretalium *de foro compet. & tit. ff. & C. de jurisdict. omn. Judic. & foro compet.*

5 Sic etiam alius est forus hujus seculi, & alius alterius seculi. Forus hujus seculi est ille, in quo agitantur causæ spectantes in præsenti vita. Forus alterius seculi est in quo tractatur de condemnando animas defunctorum, nam quando anima morientis vadit in alio seculo, statim judicatur à Deo, & ipse Deus est Judex competens, *Bart. in tract inter Dæmonem, & Beatam Virginem.*

6 Sic etiam habemus Forum militarem, & Forum ordinarium. Forus militaris est ille, in quo tractantur causæ militares. Forus ordinarius est ille, in quo tractantur causæ paganorum.

7 Sic etiam habemus forum Ecclesiasticum, & Forum laicalem. Forus Ecclesiasticus est ille, in quo tractantur causæ spectantes ad dictum forum. Forus laicalis est ille, in quo tractantur causæ laicorum, nam duæ sunt jurisdictiones, una Ecclesiastica, & altera laicalis, *cap. duo sunt 96. dist.* Et omnipotens Deus jura, & potestates distrinxit, & Summo Pontifici dedit jurisdictionem contrà omnes personas Ecclesiasticas, & contrà omnes tribuit jurisdictionem in spiritualibus, & Imperatori, & Regibus in personis, & causis laicorum jurisdictionem dedit, *cap. cum ad verum, & cap. si Imperator. dist. 96.* & docet *Franc. Ansaldus de Jurisdict. part. 3. tit. unico, cap. 21. n. 1.2.3.* Et Summus Pontifex, & Reges habent potestatem immediatè à Deo, *Diana in suis moralib. resol. part. 1. tit.*

de immunit. Eccles resol. 126. nam omnis jurisdictio mediatè, vel immediatè dependet à Deo, *Affl. dec.* 391. *n.* 8 unde Judex faciendo justitiam dicitur minister Dei in terra, *cap. non solum*, *& cap. qui multos* 24. q. 4 & ejus judicium censetur prodire de vultu Dei, *cap. ut nostrum, in principio, de appellat.*

9 Et omnes jurisdictiones deinde fuerunt divisæ, nam Summus Pontifex, Imperatores, & Reges non poterant justitiam ministrare inter omnes suos subditos; & ideò Summus Pontifex divisit suam jurisdictionem in pluribus diœcesibus, & in qualibet diœcesi constituit suum Episcopum, qui cognoscit contra suos subditos existentes in sua diœcesi, *cap. 1. de offic. Jud. ordin. cap. cum Episcopus, eod. tit. de offic. ordin. in 6. Concil. Trid. sess.* 14. *de reformat. cap.* 9. Et Summus Pontifex in qualibet Provincia Archiepiscopum, & in qualibet Civitate Episcopum constituit, *cap.* 2 *& per totum* 99. *dist.* & per *tot.* 22. *dist. Catalanus de Indulto, q.* 10. *n.* 6. sic etiam Imperator divisit suam Jurisdictionem per Regna, Principatus, & Provincias, & in quolibet loco sunt deputati Magistratus pro ministranda justitia, *l.* 2. §. *post ff. de origine Juris*.

10 Et omnis jurisdictio Ecclesiastica dependet à Papa, & secularis ab Imperatore, *cap. mandata, de præsumpt. l.* 2. §. *novissimè ff. de orig. Juris, & in* §. 1. *auth. quomodo oporteat Episcopos.* Et omnes Jurisdictiones deinde fluunt à Papa, & à Rege uti rivoli à fronte, *Bald. in cap.* 1. §. *ad hæc, de pace juram firmata, Grammat. dec.* 46. *num.* 1. *&* 4. *Capyc. dec.* 9. *num.* 14. *Borrel. summa decis. tit.* 41. *num.* 73. *& Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, n.* 67.

11 Et jurisdictiones fuerunt distinctæ, & divisæ propter bonum publicum, ut subditi facilius consequi possint justitiam, habendo Judicem in loco eorum domicilii, & ne graventur magnis expensis, eundo extrà eorum patriam causa consequendi justitiam, ut cōsiderat *pag. a. ubi de delicto*; est etiam ratio, nam si quilibet Judex posset cognoscere de omnibus causis, non habita distinctione personæ, causæ, vel locorum, esset magna jurisdictionum confusio, & orirentur difficultates, & scandala, contra jura, ut in *cap. pervenit* 11. *q.* 1. *cap. ultra Provinciam* 3 *q.* 6. est etiam ratio, nam si jurisdictiones non essent distinctæ, & essent communes, ipsa communitas excitaret discordias, *l. cum pater, §. dulcissimis ff de leg.* 2. & quod commune est spernitur, *l.* 1. *C. quando, & quib. quarta pars debetur*, & ideo meritò Jurisdictiones fuerunt distinctæ, & divisæ, prout fuerunt divisa dominia rerum de jure gentium, *cap. Ius gentium* 1. *dist. l. ex hoc ff. de just. & jure*, & prout facit bonus paterfamilias, qui dividit patrimonium inter filios causæ facilioris culturæ.

12 Sed quia aliquando Judices se intromittunt in causis, quæ ad alios spectant, quod facere non debent, nam unusquisque debet esse contentus sua jurisdictionem, & non se intromittere in jurisdictione alterius, §. 1. *Auth. quomodo oport. Episcopos, prag.* 1. *de Jurisd. ad invicem non turb. de Nigris in cap. Reg. Illustri, n.* 50. *& Carrab. de syndic. par.* 1. *n.* 100. nam justum est, quemquam uti sua, & non aliena jurisdictione, *cap. iniquum* 24. *dist.* & unusquisque suo debet esse cōtentus, *l.* 4 *C. finium regun. Capibl. d. prag.* 8. *part.* 3. *post n.* 2. & nemo debet se intromittere in factis alienis, *cap. præterea, de transact.* & nemo debet immittere falcem in messem alienam, *cap. per venerabilem, de elect.* & Judex non debet se immiscere in causis ad ipsum non spectantibus nam Jurisdictio non competens non est

13 usurpanda, *Thes. dec.* 131. *n.* 2. aliàs contrafaciens punitur pœna usurpatæ Jurisdictionis, *cap. scriptum* 6. *q* 3. *cap. venerabili, de elect. prag.* 8. *de Baro-*

14 *nib.* Quæ pœna usurpatæ jurisdictionis est arbitraria, *Capyc. dec.* 130. *in tertio dubio*, *& Capibl. d. prag.* 8. *part.* 3. *nu.* 31 1. Sed quòd pœna usurpatæ jurisdictionis sit pœna mortis, dicit *Bartol. consi.* 10. *nu.* 23. & hoc potest procedere de jure Regni, nam ipse *Borrell.* citat *cap. Reg. contrà effrenatas, cap. Reg. territorii*, *cap. Reg. quod nulli*, *& capit. Reg. amplius*. Et Judex ordinarius inferior alicujus loci se intromittens ad causas spectantes ad Principem dicitur committere crimen lesæ Majestatis, *l.* 2 *ff. ad leg. Jul. Majest. Cravet. consi.* 18. *n.* 2. *vol.* 1. *Alban. ad Bart. in l. ex quacunque ff. si quis in jus vocat. non ier. nu.* 11. *& Farinac. pract. crim. tit. de crimine lesæ Majestatis, quæst.* 114. *nu.* 1. *& seq.* undè meritò *Cabal. resol. crim. casu* 291. *num.* 27. *& seq.* dicit, quod usurpantes alienam Jurisdictionem in arduis tenetur pœna mortis, sed in levibus teuetur pœna arbitraria. Et

15 in ista pœna usurpatæ jurisdictionis quis non incidit, nisi contraveniat per binos actus, *Borrel. d. consi.* 10. *n.* 21. *Reg. Rovit. in prag.* 1. *num* 8. *de Jurisd. ad invicem non turb. Jc. Arcaman. in cap. Reg. contrà effrenatos, nu.* 16 *& de Leonardis pract. Official. cap.* 8. *nu.* 8.

16 Et per solam citationem factam in non subditum dicitur turbata Jurisdictio, nam citare aliquem, est actus jurisdictionalis, *l. cum Clericus, & l. omnem §. si verò, C. de Episc. & Cler. l.* 1 *ff. de in jus vocan. Guid. Pap. dec.* 275. *num.* 2. Sic etiam juramentum dare testi jurisdictionis est, sivè detur, sivè committatur, *cap. si quis testium*, ubi *Abb. nu.* 1. *de testib. clem. unica, de offic. Jud. deleg. & Thom. Trivis. dec.* 10. *nu.* 12 *lib.* 2. Sed creare officialem in aliquo loco non est actus jurisdictionalis, ut dicam infra *cap.* 33. post *num* 310.

17 Et Ecclesiastici non debere ponere manus in casibus pertinentibus ad Regiam jurisdictionem, & è contrario, neque Officiales Regii debent se intromittere in causis spectantibus ad forum Ecclesiasticum, *Const. Reg. Majestati*, quia ex hoc continui tumultus oriuntur circa jurisdictionem tuendam, *prag.* 1. *de Jurisdict. ad invicem non turb. Capibl. d. prag.* 8 *part.* 3. *nu.* 22. nam quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo danda sunt, *cap. pen. de Cler. coniug.*

18 Et Judex antequam procedat ad aliquem actum, debet esse certus sua jurisdictione, *Verallus dec.* 14. *num.* 1. *lib.* 2. *& Borrel. d. tit.* 41. *nu.* 123.

19 Unde ad evitandas tot, tantasque discordias, quæ oriri solent inter Judices quòad eorum jurisdictiones, facere curavi hunc tractatum De Foro Competenti, ut partes litigantes sciant, quem forum adire debeant, quando intendunt incipere lites tàm civiles, quàm criminales, & coram quo Judice litigare debeant, ne ipsi litigantes fiant causa ponendi discordias inter Judices, adeundo forum incompetentem; necnon curavi

fa-

facere hunc tractatum in beneficium Judicum, ut valeant defendere eorum Jurisdictiones.

20 Sed protestor apud Deum, quòd non intendo per has meas lucubrationes lædere jurisdictionem Ecclesiasticam, vel laicalem, quòd si forsan ponam quid præjudiciale utrique jurisdictioni, habeatur pro non scripto, & in punctis jurisdictionalibus inter jurisdictionem Ecclesiasticam, & laicalem faciam me neutralem, & meam non dicā sententiam, sed tantùm opiniones aliorum Doctorum producam, & ubi concordiam ponere possum, libenter faciam; & exoro te Beatam Virginem Mariam, Divamque Catharinam meas particulares Advocatas, ut voa mentem meam illuminetis in scribendo omne, quod in fervitium Dei, & in utilitatem totius orbis est.

SUMMARIUM.

1 *Actor sequitur forum rei, & non è contra. Ampliatur, & limitatur pluribus modis, usque ad num. 13.*

13 *Preveniens suum creditorem an dicatur actor? & in quo foro teneatur causam præventionis intentare? & nu. 16.*

14 *Clericus preveniens ejus creditorem laicum in Curia seculari tenetur præstare cautionem in ipsa Curia seculari de solvendo debitum tantùm, & non pœnam, & è contra.*

15 *Laicus præveniens suum creditorem clericum in Curia Ecclesiastica, si succumbit compellitur ad solvendum debitum per Curiam Ecclesiasticam, sed pœna spectat ad Judicem laicum.*

17 *Testes examinandi ad futuram rei memoriam coram quo Judice sint examinandi?*

18 *Diffamans, vel diffamatus dicatur actor?*

19 *Actor quis dicatur in causa appellationis?*

20 *Actor quis dicatur in actione familiæ ercisundæ? communi dividendo, & finium regundorum.*

21 *Reus si plures habeat Judices, coram quibus possit conveniri, electio an spectet ad actorem, coram quo velit reum ipsum convenire?*

De Foro Rei Conveniendi.

CAP. I.

1 Regula generalis est, quod actor sequitur forum rei, & non è contrario, unde si actor velit convenire reum, debet illum convenire in foro ipsius rei, & non in foro ipsius actoria, *l. 2. C. de jurisd. omn. Jud. cap. si quis contra*, ubi *DD. & in cap. cum sit generale, & cap si Clericus*, ubi etiam *DD. extra de foro competenti*, & docet *Vivius dec. 49. Riccius coll. 366. & 1930. Amat. conf. 31. cent. 1. Novarius in pract. elect. fori tom. 1. sect. 1. quæst. 1. nu. 3. & Muscatel, in praxi Sacri Reg. Conf. part. 2. glos. competentes, nu. 85.*

2 Undè Clericus actor tenetur convenire laicum reum coram Judice laico, & laicus actor tenetur convenire Clericum reum coram Judice Ecclesiastico, *cap. ex tenore, cap. licet ex suscepto, & d. cap. cum sit generale, de foro competenti*, & docet *Bald. in d. l. 2. n. 1. C. de Jurisd. omn. Judicum.* Quam regulam, & sic, quod actor sequitur forum rei, amplia pluribus modis, &

3 Primò, ut non solùm procedat in causis civilibus, ut in *d. l. 2. & in l. fin. C. ubi in rem actio, & in l. 2. C. ubi, & apud quem*, verùm etiam, & in causis criminalibus, in quibus etiam actor debet sequi forum rei, *l. in criminali, C. de Jurisd. omn. jud. Vivius d. dec. 49. num. 1.*

4 Secundò amplia regulam supra positam, ut actor sequatur forum rei, sivè actor agat actione reali, sivè personali, *l. actor, C. ubi in rem actio.*

5 Tertiò amplia, ut in petendo tutorem dari pupillo, actor sequatur forum rei, undè debet peti dari tutor in foro pupilli, *l. unica, C. ubi petantur tutores*; intellige si petatur dari tutor generaliter, secus si particulariter petatur dari curator ad certam causam, quia tunc datur à Judice, coram quo uertit lis, licèt minor sit alterius fori, ut dicam infra *cap. 36. de foro Clericorum, nu. 151.*

6 Quartò amplia, ut bona exequuta contrà debitorem debeant uendi in loco debitoris, & sic rei, & non creditoris, *l. 1. & 2. ff. de bonis author. Judic. possid.* & per *prag. 75. che l'esecutioni, de Commissariis.* Est prohibitum Commissariis, ut non possint extrahere bona exequuta à locis factæ executionis, sed ibi debent per octo dies facere banna in platea publica, quibus elapsis, si bona prædicta non repetiantur uendi, possunt illa extrahere, & ea uendere extrà territorium, præcedentibus tamen subhastationibus.

7 Quintò amplia, in solutione facienda, nam creditor pro exigendo suum creditum, tenetur ire ad domum debitoris, & debitor non tenetur ire ad domum sui creditoris, quando debitor, & creditor sunt diversi fori, & solutio alibi, destinata non sit, *l. item illa, ubi glos. & DD. ff. de constituta pecunia, Gratianus discept. forens. cap. 128. nu. 1. Pirrus Maurus Arretinus de solutionib. cap. 29. nu. 18. Sempron. Ascia determinat. 139. nu. 3. & Caracciolus dec. Siciliæ 38. nu. 1. & 9. cum pluribus seq.* ubi dicit, quòd quando debitor, & creditor sunt ejusdem fori, & tunc debitor tenetur ducere pecuniam ad domum creditoris, aliàs non satisfacit, citat *Bart. in d. l. item illa, num. 8. & Castren. consil. 24. nu. 2. vol. 2.* Et quando debitor, & creditor sunt diversi fori, si ipse debitor velit facere depositum de debito, tenetur illud facere in foro ipsius debitoris, & non creditoris, *Bald. in l. acceptam, num. 40. C. de usuris*, & ita decisum, testatur *Caracciolus d. dec. 38.* & dicam infra *cap. 36. num. 169.*

8 Sextò amplia, etiam in petendo restitutionem in integrum, nam adhuc actor sequitur forum rei, *l. 2. C. ubi, & apud quem*, undè Ecclesia, & Ecclesiastica persona debet petere restitutionem in integrum coram Judice laico contrà laicum, ut dicam infra *cap. 71. de foro causæ restitutionis in integrum nu. 3. & 4.*

9 Septimò amplia, etiam in causa matrimoniali, in qua actor sequitur forum rei, ut docet *Vivius in d. dec. 49. nu. 2.*

10 Octavò amplia, ut actor sequatur forum rei, etiam si de libertate servi esset quæstio, nam si quis sit in possessione libertatis, & aliquis prætendat esse suum servum, causa est agitanda in foro ipsius, qui est in possessione libertatis, *l. si in possessione 3. C. ubi causa status*, & è contrà, si quis pe-

periatur in possessione servitutis, & prætendat, te esse liberum, hæc causa est agitanda in foro ipsius, qui est dominus, *l.si ex possessione 4. C. ubi causa status.* Quod si seruus aufugiat à domino, & vadat ad aliam Provinciam, & dicat se esse liberum, causa possessionis tractatur in loco, ubi reperitur seruus, sed causa proprietatis examinatur coram Judice, undè seruus aufugit, *l.1. C.ubi causa status.*

11 Sed regula prædicta, quòd actor sequitur forum rei, limitatur, & primò; nam consuetudine potest induci, ut reus sequatur forum actoris, *Authar. in cap.si clericus laicum, nu.3.extrà de foro competenti.*

12 Secundò limita, nam statuto, vel privilegio, potest induci, ut reus sequatur forum actoris, *Bar. in d.l.2.num.2. C. de Iurisd.omn. Iudicum*, est exemplum in Neapolitano actore, qui potest conveuire suum debitorem in Regiis Tribunalibus, existentibus in Civitate Neapolitana, dato, quòd debitor sit alterius loci, ut dicam infra *cap. 18. de foro Neapolitanorum*. Immò si Neapolitanus conveniat suum debitorem in foro ipsius debitoris, potest deinde causam prædictam variare ad Magnam Curiam, ut ità decisum testatur *Thorus comp.dec.tom.3.sect.3 ver.variatio,fol.399.*

13 Sed quæritur, & primò, quid si debitor velit prævenire suum creditorem, an dicatur reus, vel actor, & dicas, quòd dicitur actor, *l.in tribus, ff.de re Iudicata, l.libertus ff.de in jus vocando, Galtier.pract.instrumeut.in 3.parte 2. partis, rub.fuerit ab eo præventus, nu.8. & Grassus de exceptionib in præludio, nu. 155.* Et creditor præventus dicitur reus, *Caravit.ritu 190.in 3.notab.* undè non est tuta opinio eiusdem *Grassi d.præludio, nu.156.* asserentis, quòd debitor præveniens suum creditorem non debeat adire Iudicem creditoris, sed debeat adire Iudicem ipsius prævenientis, quæ opinio, licèt possit comprobari ex doctrina *Abb. Panor.in cap.si quis contra, nu.2.de foro comp.* asserentis, quòd si debitor velit agere super aliqua exceptione, antequam conveniatur, quòd agendum sit coram Iudice, coram quo ageretur, si ipse debitor conveniretur, tamen in contrarium est veritas, & sic, quòd præveniens non debeat in causa præventionis adire suum Iudicem, sed Iudicem creditoris præventi, undè si clericus sit creditor, & laicus sit debitor, si ipse debitor laicus velit prævenire, tenetur facere præventionem coram Iudice Ecclesiastico, cum præveniens dicatur actor, & præventus reus, ut supra diximus, sed actor sequitur forum rei, ut diximus, ergo præveniens sequitur forum præventi in causa præventionis, ut est *tex.de Iure Regni ind.ritu 190.ubi Carav.in 3 notab.Marcel.de Vulpe in sua praxi fori Ecclesiastici, cap.20. num.26. & Galter.d.nu.8.*

14 Quòd si clericus præveniat eius creditorem laicum in Curia seculari, tenetur præstare cautionem in ipsa Curia seculari de soluendo debitū, tantùm, & non penã, *Minad.dec.4.Rov.prag.1.nu.3.* & ibi *Novar.nu.4.de prævent.moderanda*, & idem est è contrario, si laicus debitor præveniat clericum creditorem in Curia, nam adhuc tenetur præstare cautionem in Curia Ecclesiastica de solvendo debitum, *Galter.de præsent. Instrum. rub fuerit ab eo præventus, nu.19. Danz. de pugna Doctorum, tom.1.tit.de Clericis, & familia Clericorum, cap.2.nu. 34.cum seq.* Sed, quòd clericus præveniens suum creditorem coram Iudice laico, teneatur præstare cautionem de solvendo debitum, & penam, dicit decisum *D.Reg.Sanfelic.in Add.ad dec.2.vol.2.ver.ex quibus fuit dubitatum*, sequitur *Thor.in supplem.dec. ver.clericus fol.83.*

15 Et quando laicus prævenit suum creditorem clericum in Curia Ecclesiastica, si succumbit, compellitur ad solvendum debitum per Curiam Ecclesiasticam, sed pena spectat ad Iudicem laicum secundùm *Danzad. tom.1.tit. de Brachii concessione, cap.2.nu.21.*

16 Sed quòd si laicus debitor, velit prevenire suũ creditorem clericum, teneatur adire Iudicem laicum; & ipse clericus præventus non possit petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, dicit decisum *Caracciolus de fori privilegiatorum remissione, quæst.20.*

17 Secundò, tu scis, quòd testes possunt examinari ad futuram rei memoriam, non facta litis contestatione, ut *in cap.frequenter, ut lite non contestata, cap.Albericus, & cap significavit, de testibus*, & docet *Crparantel 72. & 153.* quæritur, coram quo Iudice debeant examinari isti testes, & dicas, quòd debent examinari coram Iudice, qui est Iudex futurus illius causæ, super qua recipiantur, ità *Bart. Paul.de Cast. & alii in l.cum hi, §.transactionis ff.de transact. Abb. Panor. in cap.si quis contra, num.2 de foro compet. Roland. à Valle cons. 23.nu.18.vol.3. & Gerar. de Petra Sancta sing.69.* Quod intellige, nisi necessitas aliud suadeat; puta, si sit periculum in mora, quia tunc testes ad futuram rei memoriam examinantur coram Iudice illius loci, ubi sunt testes, & deinde eorum depositiones factæ coram illo Iudice probant coram Iudice competenti, *Bar. & Add.ad eum in l.si quis, C.de naufrag.lib.10. Iacob.Cancer. variarum resolut. par.1. cap.20. num.80. & seq.*

18 Tertiò quæritur, in materia *legis diffamari, C. de ingenuis manumissis*, quis dicatur actor, & quis reus? & prima est opinio, quod diffamatus dicatur actor, & diffamans reus; undè diffamatus tenetur agere coram Iudice diffamantis, ut ità decisum testatur, *Affl. decis 168.* sed contrarium fuit decisum tempore *Capycii*, ut ipse refert in *dec.18.* & sic diffamatum dici reum, & diffamantem dici actorem, & *Capyrium* sequitur *de Franchis decis. 657. Fabius de Anna cons. 58. num. 9. Rittius coll. 366. in fine, & Muscatel. pract. Sacri Reg. Cons part.1.glosa reus, nu.13. & part 2.glos. competentis, nu.68. Covar. variar.resol.lib.1. cap 18.nu. 4 & Toudut.de prævent.cap.8.nu.3.* Undè diffamatus debet agere coram suo Iudice, & non coram Iudice diffamantis *de Nigris in cap.Reg. & si frequenter, nu.22. & Regens de Ponte dec.31.nu.4.* Et ista secunda opinio est communis, & practicabilis, & secundum istam ultimam opinionem fuisse decisum in Sacro Consilio, testatur *Dom.Hector Capyc. Latro dec.89. & Thor.comp. decis tom.3 sect. 3.ver.remissio, fol.103.* & novissimè *D. Reg.Sanfel. dec.168.*

19 Quartò quæritur, in causa appellationis quis dicatur actor, & quis reus, & dicas, quod appellans

lans dicitur actor, etiam si in prima instantia fuisset reus,& appellatus dicitur reus, *Rovit.in rub.de appellat.num.*11. Verùm appellans tenetur appellare coram Iudice superiore Iudicis proferentis primam sententiam, & non coram Iudice superiore Iudicis appellati, si litigantes sint diversi fori, ut dicam infra *cap.69.num.3.*

20 Quintò quæritur, quis dicatur actor, & quis reus in actione familiæ ereiscundæ, communi dividundo,& finium regundorum, & dicas, quòd quilibet litigantium potest esse actor,& reus, *l. Iudicium 10.ff.finium regund.l.2.§.in familiæ, & l. inter coheredes 45.§.qui familiæ,ff.familiæ ercis.* Sed qui prius provocat aliquem ad Iudicium in istis tribus actionibus, ipse dicitur actor, *l.2.§. in tribus,ff communi dividundo, & l.in tribus 13.ff.de Iudiciis.* Et ex his Curia Episcopalis Diœcesis Caputaquensis prætendebat in causa Universitatis Casalis Salæ ad ipsam Curiam Episcopalem spectare divisionem bonorum illorum de salato, & assignare portionem Clericis, nam eum ipsa Universitas prætendebat divisionem ad finem capiendi portionem laicorum ob non solutis collectis, ipsa Universitas erat actrix, & successivè debebat instare pro divisione prædicta coram Judice Ecclesiastico, & non laicali, & ex his quoquè ipsa Curia Episcopalis prætendebat facere divisionem bonorum illorum de Hippolitis Casalis corrutorum, & assignare portionem Clericis, & hoc non spectare ad Curiam Terræ Novi, nam cum Fiscus Curiæ Terræ Novi prætendebat divisionem prædictam ad finem capiendi portionem Scipionis de Hippolitis ob homicidium factum in personam Antonii Listæ ipse Fiscus erat actor; & consequenter debebat instare pro divisione prædicta eoram Iudice Ecclesiastico, & non in Curia Terræ Novi, dum ipse Scipio stabat in communi, & in indiviso eum suis fratribus Clericis, immò quando clericus, & laicus sunt relicti hæredes, si in divisione hæreditatis oriatur quæstio, ipsa quæstio est determinanda eoram Judice Ecclesiastico, *Bar.in l.solent.ff.de aliment. & cibar. legat & Grassus de effect.cler.eff.1.nu.520.*

21 Sextò quæritur quid si reus habeat plures Iudices, coram quibus possit convenire, an sit in electione actoris, quem velit eligere,& coram quo velit reum convenire, vel electio sit ipsius rei? & dicas, quòd electio est ipsius actoris, coram quo ex istis Iudicibus velit reum convenire, *glos. in l fin.ver.res,in fine,C.ub i in rem actio*, citat *tex.in l.2 §.planè,& si perfect.s,ff.de Iudiciis*,& docet *Dominus Thomas Carleval. de Iudiciis tom.1, disput. 2.quæst.3.nu.152. & D.Reg. Sanfelic. in praxi judic.sect.25.nu.50.* Sed contrarium tenet *Affl. in dec.257.in fine*, qui dicit, quòd quando reus habet plures Iudices, electio est rei, & hoc sivè agatur actione reali, sivè personali, sed prima opinio est vera quam etiam tenent *Anchar.in cap.cum sit generale,nu.4 de foro compet. & Abb.Panor. ibi num. 2,& in cap.dilecti, num.10. de foro compet.* Sed concordando has contrarias opiniones, dicas, quòd tunc, si reus habet plures Iudices, electio est actoris, quando ipse reus habet plures Iudices, de jure communi; puta si possit conveniri in suo domicilio, in loco rei scitæ,& in loco contractus, quia tunc procedit prima opinio, & sic, quod electio sit actoris, eoram quo Iudice domicilii, rei sitæ, vel contractus, velit convenire reum; secus si reus habeat plures Iudices ex privilegio, quia tunc electio est rei,& non actoris; ità *Bal.in Auth. habita,§.verum,C.ne filius pro patre, Aloys.de Leo in d.l.2.num.3 C.de Iurisd.omn.Iudicum*, & ita potest procedere opinio *Affl.* si velimus eum salvare.

S V M M A R I V M.

1 *Forus rei est forus domicilii ipsius rei.*

2 *Forus domicilii est generalior, & universalior ceteris foris, & præfertur omnibus aliis foris, & ideò de omnibus actionibus ibi reus conveniri potest, n. 3. & præcipuè actione personali, num.4. & dato quòd reus sit absens à suo domicilio, num.12.*

5 *Reus non potest extrahi pro primis causis extra suum domicilium, amplia ut nu.13.14.15. & 16. limita ut nu.29.*

6 *Causæ Siculorum extra Regnum Insule Siciliæ extrahi non possunt.*

7 *Rex non potest creare Proregẽ extra Regnũ, & nequè Baro potest creare Capitaneum extrà territorium suæ Iurisdictionis, & Baro est Iudex ordinarius suorum vassallorum.*

8 *Carceratus non potest extrahi à carceribus sui domicilii in prima instantia, limita ut ibidem, & quid in causa appellationis? ibidem, nu.9 & 10.*

11 *Commissarii non possunt exequi contra Cives extra eorum domicilium.*

17 *Iudex domicilii, si sit negligens in faciendo justitiam actori, ipse actor potest adire superiores, limita, ut num.28.*

18 *Iudex quando dicatur negligens in faciendo iustitiã.*

19 *Appellari an possit, quando Iudex est negligens in faciendo iustitiam? & quid observetur in Regno Neapolitano? nu.20.*

21 *Avocari non potest causa per superiorem assignantem terminum Iudici inferiori, ut intra certum tempus expediat causam, si partes non insteterunt pro expeditione causæ.*

22 *Causa an devolvatur ad Matropolitanum propter negligentiam Episcopi? & nu.23.25. & 26.*

24 *Auditor Cameræ non potest avocare causas ab ordinariis in prima instantia infra biennium absq; rescripto Papæ sua manu signato, & nequè est Iudex competens in causis beneficialibus in prima instantia, & contra cives Romanos.*

27 *Concilium Provinciale supplet negligentiam Matropolitani.*

30 *Domicilium ubi quis dicatur habere? & an possit mutari, num.31. & 32. & mutato, an possit amplius ibi conveniri? ibidem.*

33 *Domicilium potest constitui in quocunque loco, & quis potest habere plura domicilia, nu.42.*

34 *Vassalli Baronum possunt discedere à Terra Baronis, & ire ad habitandum ad terras Regias, nisi Baro habeat privilegium in contrarium, vel vassallus teneatur ad servitia personalia, nu.36.*

35 *Vassallus discedens a propria patria non amittit bona burgensatica, sed tantùm feudalia.*

37 *Clericus non potest mutare domicilium extra suam Diœcesim, & abesse à sua Ecclesia absque licentia sui Episcopi.*

38 Cle-

38 *Clericus declaratus Civis Neapolitanus non potest compelli redire ad locum suæ Ecclesiæ, etiam sisit ordinatus pro necessitate suæ Ecclesiæ, & quando declaratur Civis Neapolitanus, num.41.*

39 *Habitantes in aliquo loco quando efficiantur Cives illius loci? & num.40.*

43 *Domicilium in dubio præsumitur in loco originis, & quid in milite? num.44. & quid in vacabundo? nu. 45. & quid in monacho, num.46.*

47 *Filiusfam. potest sibi constituere domicilium ubicumque sibi placuerit, quòd si constituit, & tunc ibi convenitur, aliàs convenitur in domicilio sui patris.*

48 *Bastardus legitimatus sequitur forum patris legitimantis.*

49 *Libertinus sequitur forum patroni, sed si sit manumissus ab ejus herede, jussu domini, & tunc sequitur forum hæredis, num.50. sed si constituit domicilium, ibi convenitur, d.nu.50.*

51 *Ordinari quis potest ab Episcopo sui domicilii, licèt alibi natus sit.*

52 *Habitans in confinibus duarum Civitatum potest conveniri coràm utroque Judice.*

53 *Confinatus in aliquo loco, ubi conveniri possit?*

54 *Judex competens quis sit in cognoscendo de nobilitate?*

55 *Nobilis quis non censetur ex eo, quòd sit descriptus inter nobiles. & nobiles, & ignobiles possunt esse in eadem familia, ibidem.*

56 *Conveniri quis potest in loco, in quo assiduè conversatur, quamvis in eo loco non habeat domicilium si conversatio sit continuata per decem annos.*

57 *Domicilium quis habere dicitur in loco, ubi moratur, emit, contrahit, & dies festos celebrat, licèt alibi habeat agros.*

58 *Causa est determinanda coram Principe, quando discutitur de intellectu privilegii Principis.*

59 *Ordinarii locorum possunt cognoscere de subreptione literarum Apostolicarum & summariè hoc cognoscere possunt, & in hoc possunt citare partes.*

60 *Judex domicilii non possit citare, vel capere suum subditum extra ejus territorium, & an possit ibi exercere Jurisdictionem inter suos subditos? nu.61. usquè ad finem.*

De Foro Domicilii.

C A P. II.

1 Diximus supra in c.præcedenti, quòd actor sequitur forum rei: nunc videamus qualis sit forus rei, & dicas, quòd forus rei est focus domicilii ipsius rei, & ibi convenitur ab actore, *l.2. C.de Jurisdict.omn. jud.l. Incola 29.ff.ad Municipalem l.hæres absens, §.si quis tutelam, & §.proinde, & §.illud, & l.fideicommissum. § sed & rescriptum, ff. de judiciis,* & docet *Riccius col.615.*

2 Et forus domicilii est generalior, & universalior cæteris foris: *Abb.in cap.1. nu.6.de foro compet. Decianus tract.criminum, lib 4.cap.16.n 9* Et focus domicilii præfertur omnibus aliis foris, *Barbos.in d. l.hæres absens § fin.num.40.& seq.* Et præcipuè in causis civilibus, in quibus forus domicilii, est aliis foris potentior, & principalior, *glos.in cap statutũ, ver.unam dietam, § 1.de rescriptis in 6. Barbosa in d.l. hæres absens. § fin.n.34.ff.de judiciis, Dominus Consil. Carleval.de Judiciis, tom.1.disput.2. quæst.1.nu.9.*

3 Et in foro domicilii quis potest conveniri omnibus actionibus realibus, & personalibus, & etiam de rebus sitis intrà, vel extrà locum domicilii, de contractibus ibi, vel in alio loco gestis, *Abb.in cap.fin.nu 38. de foro compet. Farinac.in pract.crim.tit.de inquisitione, quæst.7.nu.19. Carleval.d.quæst.1.nu.6. & seq.*

4 Et maximè in actionibus personalibus, forus rei est focus sui domicilii, extrà quem reus non potest extrahi, *Paul.de Cast.in l.1. num.2.C.ubi de crimine agi oportet.*

5 Et quod reus pro primis causis non possit extrahi, & conveniri extra suum domicilium, est tex. de jure communi in §.1. *Auth. ut differ. Judices collat.6. tit.15. §.hæc considerantes, Auth.ut omnes obediant, l.1. C.ubi quis agere, vel conveniri debeat,* & docet *Caracciolus dec. Siciliæ 38. n.2. ubi num.3.* dicit, quòd Cives Panormi non possunt extrahi extra eorum domicilium idem est de jure Regni, ut in *prag.8. de citation. pragm.2. ubi de delicto prag.3. §.3. & pragm.79. §.6.de officio Sacri Regii Consilii,* & docet *Capiblanc.de Baronibus pragm.3. post nu.194.*

6 Sic etiam causæ Siculorum extrà Regnum Insulæ Siciliæ extrahi non possunt, *Milanensis dec. 2. num.1. cum pluribus sequentibus lib.1. Borrellus summa decisionum tit.43.nu.158.*

7 Etiam Rex non potest creare Proregem extrà Regnum, nam subditi non tenentur eum perquirere extra Regnum, *Capiblanc. de Baronib.prag.3. nu.185.* ut nequè Baro potest creare Capitaneum extra territorium suæ jurisdictionis, ne vassalli pro quærenda justitia cogantur ire extrà territorium, *Freccia de subfeudis, lib.2. authoritate 30. nu.3.* Et Baro est Judex ordinarius suorum vassallorum, *Const.Reg.Officiorum,* & docent *Minad. in Const.Regn. In aliquibus, in rub. ver. Comitum, & Baronum, num.8. & Freccia de subfeudis lib.2. authorit.10. nu.1. & auth. 13. nu.1.* & sententia lata in prima instantia ab alio Judice quam à Judice domicilii rei est nullum *Ricc. coll. 2963. & Thor.in supplem.dec.ver.sententia, fol 596.*

8 Imò nequè reus inquisitus, & carceratus in prima instantia potest extrahi à carceribus sui domicilii, sed ibi debet manere carceratus *d. pragm.2. ubi de delicto,* nisi causa esset ardua, & timeretur de fractione carceris, vel si adesset aliqua causa necessaria, quia tunc potest extrahi, *de Franch.dec.526 num.7. & seq. Rovit.dicta prag. 2.nu.10.* ubi *de delicto,* sed *de Nigris in cap. Reg. gravamina, n.94.* tenet quod etiam si timeretur de fractione carceris, adhuc reus non debet extrahi extrà carceres sui domicilii, sed debet admitti ad fidejussoriam cautionem de securo carcere; sed opinio *de Franch. & Rovit.* potest procedere, quando inquisitus nollet præstare dictam fidejussionem, si utramque opinionem volumus salvare,

9 & *de Nigris* ibi dicit, quòd in causa appellationis reus transmittitur ad carceres Judicis causæ appellationis, & non debet stare in carceribus Judicis à quo, sed contrarium, & sic, quod reos debeat stare in carceribus Judicis à quo, & ab ipsis non debeat ammoveri, appellatione pendente, tenent *Riccius decis.373.par.4.*

No-

Novarius de gravaminibus, tom. 3. gravam. 4. Guazzin. de defensa reorum, defens. 36. cap. 24. qui dicit, hoc procedere, si appellavit ab aliquo incidenti, secus si à diffinitivo, quia tunc reus transmittitur ad carceres Judicis ad quem. Unde *Capibl. de Baronib. pragm. 3. nu. 181.* dicit, quod non expeditur causa appellationis, nisi reo transmisso ad Iudicem ad quem, nam expedit ipsi Iudici ad quem videre faciem inquisiti, & ipsum interrogare, & audire ejus confessionem.

10 Sed per *pragm. 43. de officio Magistri Justit.* Est dispositum, quod appellatione pendente à sententiis criminalibus interloquutoriis, vel diffinitivis Regiarum Audientiarum carcerati non ammoveantur à carceribus Regiæ Audientiæ, & expediantur causæ appellationum in Magna Curia Vicariæ, si expediri possint absque persona condemnati, & non tractetur de asportatione carcerati ad carceres Magnæ Curiæ in dicta Regia Audientia, nisi in plena banca, & audito Regio Fisco ipsius Regiæ Audientiæ, & dicam infra *cap. 69. nu. 88.*

11 Amplia etiam, ut Commissarii non possint exequi contra Cives extrà eorum domicilium, nec in bonis, nec in persona, nisi Cives ipsi se absentaverint cum eorum bonis fraudulenter, *prag. 7. §. & dicti Commissarii, de Commissariis.*

12 Amplia etiam, ut reus possit conveniri in suo domicilio, dato quòd eo sit absens, & ibi non reperiatur, nam adhuc ibi potest ab actore conveniri, *Paul. de Castr. in l. hæres absens, in principio, nu. 1. & in §. tum. 8 ff. de judiciis, idem Paul. de Castr. in l. 2. nu. 4. C de jurisd. omn. Jud. & in l. si verò contingerit, in fine, C. de judiciis, & in cons. 413. nu. 4. vol. 2. Dominus Carleval. de indiciis tom. 1. disp. 2. quæst. 1. num. 13. & quæst. 3. num. 149. & qu. 4. n. 218 Capibl. inc. de Baronib. pragm. 8. p. 2. nu. 242. & a 19. & Anna alleg. 74. n. 8.*

13 Amplia etiam, ut quis conveniri debeat in suo domicilio, etiam pro crimine plagii, *l. a. ubi glos. C. ubi de crimin. agi oport.* Et in criminalibus quis sortitur forum originis, domicilii, & loci delicti, *l. 1. ubi glos. & DD. C. ubi de criminib. agi oport. Hippol. de M rsil. in l. fin. num. 134. & seq. ff. de jurisd. omn. judic. Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 39. n. 1. Farin. d. quæst. 7. n. 1. & seq. Guazzin. tract. ad defensam reorum def. 1. cap. 26. nu. 1.* Sed potentior est forus loci delicti, ut dicam inf a *cap. 52. de foro delicti*, ubi latè hanc materiam examinabo.

14 Amplia etiam in Clericis, qui debent conveniri in eorum Provincia, & sic D œcesi, & non extrà, *l. omnes, C. de Episcop. & Clericis.* Quod si Clerici sint citati extra eorum D œcesim, non tenentur comparere *Jo: Andr. in Add. ad Speculatorem tit. de citatione, §. contrà citationem, ver. item quod Judex, Arch. in c. p nov. 1, de offi. Judicis delegati.* Imò neq. Episcopus potest Clericos suos subditos extrà D œcesim trahere, *cap. ut litigantes, de offic. ordin. in 6.* Idem est in Delegato Papæ, qui neque potest extrà D œcesim, invitis partibus, jus reddere, *cap. statutum § in nullo de rescriptis in 6. Marcell. de Vulpe in prax. fori Ecclesiastici, cap. 41. num. 12.*

15 Amplia etiam, nam reus si conveniatur ab aliquo petitione hæreditatis, debet conveniri in foro sui domicilii, *l. unica, C. ubi de hæred. agitur.*

16 Amplia etiam, nam si quis intendat rescindere contractum via restitutionis in integrum, debet reum convenire in suo domicilio ad rescindendum dictum contractum, *l. 2. C. ubi, & apud quem, Mauritius tract. de restit. in int. cap. 36.*

17 Sed aliquando reus potest conveniri extrà suum domicilium, & tunc est quando actor non consequitur justitiam à Judice competente ipsius rei, quia tunc ipse actor potest adire superiores, *§. super hoc, Auth. de quæstore, collat. 6. tit. 9. §. 1. Auth. ut differ. Iudic. Novarius in sua pulcra praxi elect. fori to. 1. sect. 1. quæst. 1. num. 15. Dominus Consiliarius Carleval. d. disput. 2. qu. 6. sect. 7. num. 576.* Et superiores in hoc casu solent ad se causam avocare. *Jacobus Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 12. num. 262.* Et cognitio delictorum per negligentiam officialis transfertur ad superiores, *Catalanus de indulto cap. 46. num. 70. 74. & 77. Authar. in cap. 1. num. 7. de jure patron. in 6. Aloysius de Leo in l. nullus un. a. C. ad legem Juliam Majestatis.* Unde causæ à Baronibus avocari possunt ob justitiam retardatam, vel denegatam, *Grammat. vot. 28. Vivius decis. 208. num. 5. & de Leonardis pract. officialium cap. 2. num. 38.* Et jurisdictio ob defectum justitiæ solet devolvi ad superiorem, *Auth. de quæstorib. §. si verò forsan, cap. irrefragabili, de offic. delegat. de Leonardis d. pract. officialium cap. 4. post num. 19.* Et quando Iudex est negligens, aut recusat facere justitiam, devolvitur Iurisdictio ad proximum, & immediatum superiorem, *Afflict. in Constit. Reg. Iustitiarijs nomen, num. 20. & Isern. in l. Imperialem, §. præterea inter duos, de probib. feud. alien. per Federic.* Unde Regia Curia non potest adiri pro justitia denegata, nisi aditis primis Iudicibus, & denegantibus facere justitiam, *§ sit tibi tertium findinm, auth. de mand. Princip.* & quando Iudex primarum causarum Baronis denegat justitiam, debet adiri Iudex secundarum causarum, qui si etiā denegat justitiam, & tunc possunt adiri Regii Superiores, *Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, nu. 118.*

18 Et tunc Iudex dicitur negligens in faciendo justitiam, si pars ter institerit ex intervallo, ut Judex expediat causam, & illam expedire non curavit, *Afflict. in Constit. Regn. Statuimus, num. 41. & 46. & de Leonardis pract. Offic. c. 14. num. 26.* sed non requiritur trina interpellatio, si Judex in prima instantia expressè recusat facere justitiam, *Alex. cons. 81. vol. 4. Jacob. Cancer. d. cap. 12. post nu. 259.*

19 Et quando Judex est negligens in faciendo justitiam, non potest ab hoc appellari, sed potest adiri superior per viam simplicis querelæ, *Rovit. Pragm. 1. nu. 24. de appellat. sed Riccius dec. 120 nu. 6. par. 4.* dicit, quòd potest appellari à Judicis negligentia, si ter requisitus pronunciare distulerit, sed quod possit adiri superior tàm per viam simplicis querelæ, quàm per viam appellationis, tenet *Jacob. Cancerius d. cap. 12. nu. 262.*

20 Sed in Regno Neapolitano, si Judex nolnit facere justitiam, pars potest adire superiores, & impetrare rescriptum, ut Judex inferior infrà duos menses expediat causam, si sit facta conclusio, quo termino elapso, si Judex inferior non expediar

diat causam infrà dictum tempus, superiores ipsi possunt dictā causam ab eis avocare, *Affl. d. Cōstit. Regni Statuimus n.40. & 45. Frecc. de subfeud. lib 2. author. 21. nu. 1. & 2. de Nigris in cap. Reg. 183. nu. 8. de Leonard. pract. Offic. cap. 2. n. 39. cap 3. nu. 48. & cap. 14. num. 27.* Sed quando Baro habet secundas causas, talis comminatio debet fieri à Judice secundarum causarum Judici primarum causarum, & non à Regiis superioribus, nisi Baro malitiosè, aut negligentèr ageret, quia tunc vassallus potest Regios Superiores adire, *Ann. sing. 269 & de Leonardis d. cap. 14. nu. 27. & Frecc. d. author. 11. num. 4.* ubi *nu. 3.* dicit quòd comminatio non potest fieri per Baronem contra suum subfeudatarium, ut intra certum tempus expediat causam suorum vassallorum, nisi ipse Baro penès se retinuerit causas appellationis.

21 Et si Curiæ inferiori sit rescriptū per Superiorem, quòd infrà certum tempus expediat causam, sub pœna avocationis causæ, si infra dictū tempus partes non institerint, causa ipsa non potest avocari per Superiorem, *Afflict. in Constit. Regni Justitiarii nomen post nu. 26. & nu. 27. de Nigris cap. Reg. Item Justitiarii delatos post num. 11. & Thor. comp. decis. to. 1. ver. causa, fol. 77.* nam Judex nunquam de negligentia arguitur, si pars eum non requirat, *Afflict. d. Constit. Regn. Statuimus, nu. 46.* ut in simili, si causa sit remissa per Superiores ad Curiam inferiorem, cum clausula, dummodò inferior Judex causam expediat infra certum tempus, nam licèt si Curia inferior infrà dictum tempus non expediat causam, Judex Superior possit causam ad se avocare, tamen si pars non petat se expediri tempus illud non currit, & ipse Superior non potest d. causā ad se avocare, *de Nigris int. Reg Item Justitiarii delatos nu. 11. in fine.*

22 Sic etiam propter negligentiam Episcopi causa devolvitur ad Metropolitanum, *cap. cum simus nona quæst. 3. cap. 1. § notorii, de censibus in 6. Marc. Anton. Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 86. nu. 4. Meroll. in theolog. moral. tom. 3. disput. 7. cap. 5 num. 546. & Riccius dec. 323. nu. 6. par. 3.* nam pro primis causis potest adiri Archiepiscopus, Episcopo existente negligente in administrando justitiam, & propter negligentiam Episcopi jurisdictio devolvitur ad Archiepiscopum, *cap. pastoralis, in princ. de offic. ordin. cap. sicut olim, de accusat. Novar. pract. elect. fori, sect. 1. qu. 1. n. 16. to. 1. Marc. Anton. Gen. d. cap. 86. n. 4* Undè si Episcopus absque justa causa noluit instituere præsentatum, ipsum instituet Archiepiscopus, *Abb. in cap ex parte de concess. præbend. & Meroll. d. cap. 5. nu. 547.* ubi dicit, ex Constitutione Pii V. esse dispositum, ut in beneficiis curatis Episcopus teneatur instituere infrà duos menses, aliàs patroni possunt adire Archiepiscopum, & Vicarius Generalis Episcopi, potest instituere præsentatos ad beneficia, absq; speciali mandato, *glos. in cap. ex frequentib. de instit. Roman singul. 601. Lambert. de jure patron. lib. 2. par 3. qu. 1. art. 5. nu. 2. Sbrozz. de offic. Vicarii lib. 2. qu. 11. nu. 1. Boer. decis. 30 nu. 4. Covarr. var. resolut lib. 3. cap. 2. nu. 7. & Merolla in theolog. moral. lib. 3. disput. 7. cap. 6. nu. 259. cum pluribus seq.* & dicam infra *cap. 36. num. 213.* & idem est in capitulo Sede vacante, ut dicam infra *d. c. 36. nu. 252.*

23 Sed *Abb. Panorm. in cap. 1. nu. 5. de foro compet.* dicit, quòd licèt regularitèr Archiepiscopus Metropolitanus possit compellere Episcopum ad justitiam ministrandam, tamen in casu negligentiæ Episcopi, jurisdictio ad Archiepiscopum Metropolitanum non devolvitur; sed prima opinio de jure antiquo est communis, sed hodiè, attenta dispositione *Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20.* puto, quòd procedat opinio *Abb. in d. cap. 1. n. 5.* nam per dictum *Concil. Trid. d. cap. 20.* est dispositum, ut omnes causæ pertinentes ad forum Ecclesiasticum terminentur in prima instantia coram ordinario loci, nisi sit elapsum biennium à die litis inceptæ, & causa non sit expedita, quia tunc licitum est partibus adire Superiores, de quo latè per *Barbosam de officio, & potestate Episcopi, par. 3. alleg. 81. & per Guazzinum tract. ad defensam reorum def. 2. cap. 4 per totum*, ubi in fine dicit, quòd tempus dicti biennii est continuum, & tunc vigore dicti *Concil. Trid. d. cap. 20.* elapso dicto biennio, si causa non sit finita, partes possunt adire superiores, quando Episcopus pluries sit requisitus, ut expediat causam, & non obstantibus requisitionibus Episcopus noluit causam expedire infra dictum biennium, ita *Riccius decis. 120. par. 4 Guazzinus d. def 2. d. cap. 4. nu. 4. & seq.* secus si per Episcopum non stetit, quo minus causa finiretur infrà biennium, quia tunc partes non possunt adire superiores, idem *Riccius decis. 153. par. 4.* Undè si ex dilatione per Partes data, & non ex defectu Judicis, causa non sit expedita infrà dictum biennium, elapso dicto biennio, causa non potest avocari per superiores Ecclesiasticos, *Marc. Ant. Genuensis d. cap. 86. num. 5. & Jo. Franciscus Leonius in Thesauro fori Eccl. par. 2. cap. 1. nu. 72.*

24 Et Auditor Cameræ non potest avocare causas ab ordinariis in prima instantia infrà biennium, nisi cum rescripto Papæ sua manu signato, *Riccius dec. 271. par. 4.* ubi *num. 7.* dicit ipse *Riccius*, quòd Auditor Cameræ non est Iudex competens in causis beneficialibus in prima instantia, nisi causa beneficialis ipsi à Papa sit delegata, & *nu. 2.* dicit ipse *Riccius* ibi, quòd Cives Romani ex particulari privilegio non conveniuntur coram dicto Auditore Cameræ.

25 Sed quòd Episcopo negligente, vel retardante expedire causas, possit adiri Archiepiscopus Metropolitanus, tenet *Abb. Panorm.* sibi contrarius in *cap. grave, nu 9. de offic. ordin. & Felin. in cap. pastoralis, de concessione præben.* sed Archiepiscopus debet ter monere Episcopum, apponendo terminum, & dicto termino elapso, potest Archiepiscopus causam ad se avocare, *Gramat. cons. crim. 54. nu. 8.* ubi ipse *Gramat.* dicit, quod Judex non convincitur de negligentia, & de retardata justitia, nisi ter interpellatus fuerit, vel nisi in prima interpellatione recusaverit facere justitiam, quia tunc unica sufficit, si in ea tres termini apponantur.

26 Et quòd Episcopo negligente facere justitiam, possit Archiepiscopus Metropolitanus adiri, & nec Episcopus possit se tueri decreto *Concil. Trid. d. c. 20.* ubi datur biennium ad expediendas causas, ut suprà diximus, dicit *Marcell. de Vulpe in* pra-

praxi judiciali, cap.21.post nu.15. nam in eodem *cap.20. Concil.Trid. § legati*, expressè disponitur, quod negligente Episcopo, eoque requisito, superior potest procedere, sed in practica hoc esse difficile, obtinere, dicit *Genuens.d.cap.86. num.4.*

27 *in fine*.

Et scias, quòd Concilium Provinciale supplet negligentiam Metropolitani circa justitiam ministrandam, *cap.si Metropolitanus 6.q.4.* & docent *Marc.Ant.Genuens.in pract.Archiep.cap.87. n.10. & Riccius dec.142.nu.4.par.4.*

28 Sed advertas, quòd si reus laicus conventus in foro laicali sui domicilii sit persona privilegiata, si Iudex domicilii sic negligens in administrando justitiam creditori, ipse creditor non potest adire superiores, *Bar.Bal.Paul.de Castr. & alii in l. unica, C.quando Imperator*, & docent *Novarius d.tom.1. d.sect.1.d.qu.1.post nu.14. & Carleval.d.sect.7.dicto num.576.*

29 Et licèt quis debeat conveniri in foro sui domicilii, tamen in Regno Veneti ex causa mercaturæ quis potest aliquem convenire extrà ejus domicilium apud Regios superiores, & conventus ipse non potest petere se remitti ad suum forum dato, quòd conventus sit persona privilegiata, ut ità pluries decisum.testatur *Thor. comp. decis.tom.3.sect.3.ver.remissio, fol.107.*

30 Et scias, quòd ibi reus dicitur habere domicilium, ubi habet majorem partem bonorum, & ubi habitat cum uxore, & familia, *l.2.C.ubi Senatores, vel clarissimi, l.cives, C.de incolis.lib.10.Affl. dec.384.* Et pluribus aliis modis domicilium contrahitur, de quibus per *Guazzinum tract. ad defensam reorum, def.1.cap.26.à nu.9.usque ad finem*, ubi *num.12.* dicit, quod ex sola possessione domus, quæ in aliena terra emitur, ibi non dicitur constitutum domicilium, *Rovit in prag.1.nu.5 in fine. de immunit. Neapolit.* & est *test.in l.libertus.§. sola.ff.ad municipalem*: sed si quis habitet in aliquo loco, & patiatur semel ibi citari, & non opponat declinatoriam fori, in hoc casu videtur ibi contraxisse domicilium, *Guazzin.d.cap.26.post nu.15.ubi nu.13.* dicit, quòd si quis propter metum bona sua, & suam familiam transtulat in aliquo loco, durante metu, non præsumitur ibi contraxisse domicilium.

31 Et quis potest mutare domicilium in quocumque loco, quo vult, & domicilium constituitur animo, & facto, *l.domicilium, ff.ad municipalem, glos.in l.non utique, ff.eod.tit. ad municip.* & docet *Riccius dec.346.num.3. par.4.* Et domicilio quilibet renunciare potest in alium locum se transferendo, *d.leg. domicilium*, & quis potest se liberare à domicilio, illi renunciando tacitè, vel expressè in alium locum se transferendo ad habitandum, *l.incola l.2. & l.nihil, ff.ad municipalem, Boer.dec.13.nu.34.* Et quis mutando domicilium amplius non potest conveniri in domicilio antiquo, *l.cum quædam puella, ff de jurisd.omn.jud.* nisi ibi contraxisset, quia tunc ratione contractus potest ibi conveniri, *Capiblanc.prag.8. par.2. nu.245.*

32 Et quòd locus domicilii possit mutari, & extinguatur præcedens, ita, ut non possit conveniri in domicilio antiquo, tenet *Capiblanc.in 2. tom.cap. 60. num.11. & seq. & num. 16.* & dicam infra *cap. 5. de foro contractus num. 30. & sequent.*

33 Et quis potest se constituere domicilium in quocumque loco, quo vult, *l.non utique, & l. nihil est, ff.ad municipalem.*

34 Hinc est, quod vassalli Baronum possunt discedere à terra Baronis, & ire ad habitandum ad terras Regias, etiam invito Barone, *Const. Reg. Quis quis de burgensibus*, & docet doctissimus *Reg. Merlinus controvers. forens. cap.83. tom.1. & Dom. Reg.Sanfel.in praxi judic. sect.8.* Nisi Baro habeat privilegium, ut ejus vassalli non discedant ab ejus terris, quia tunc si vassalli discedunt; possunt compelli ad redeundum, sed non per hoc vassalli amictunt bona existentia in terra Baronis, *Anna alleg.64.* sed vassallus demanii non potest habitare in terra Baronis, & Baro ipsum receptans punitur pena amissionis bonorum, *Cap. Regni causa ex nostri.*

35 Quòd si vassallus discedat à propria patria, Baro non potest capere bona burgensatica ipsius vassalli, sed tantùm bona feudalia, quæ habet, & tenet ab ipso Barone, *de Nigris Cap.Reg.gravamina, nu.108.*

36 Sed si vassallus teneatur ad servitia personalia, & discedat, potest Baro ipsum compellere ad redeundum, *Cap Regni Item statuimus, quod si vassali, quod est in nu.108. Const. Reg. Quisquis de burgensibus, Frecc.de subfeud. lib.2. author.14. & D. Reg.Sanfelic. d.sect.8.* nisi Baro maletractet vassallum, quia tunc vassallus potest discedere, non obstante, quòd teneatur ad servitia personalia, *de Nigris d.Cap.Reg.Gravamina, nu.33.*

37 Sed Clericus non potest absque licentia sui Episcopi domicilium mutare extrà suam Diœcesim, *cap.non oportet, cap.si quis verò, cap.si quis presbiter, & cap.propter eos 7.qu.1.Grassus de effect.clericatus, effect 25.* & neque clericus potest absq; licentia sui Episcopi abesse à sua Ecclesia, ut in *cap. si quis in clero 7. qu.1.* eum limitationibus declaratis à Doctoribus.

38 Et clericus ordinatus pro necessitate Ecclesiæ, juxta formam *Concil.Trid. sess.23.c.16.* si posteà declaretur Civis Neapolitanus per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, non potest compelli per ejus Episcopum ad residendum in loco suæ Ecclesiæ, *Ricc.dec.42.par.3.*

39 Et advertas, quòd exteri habitando per decennium in aliquo loco, efficiuntur cives illius loci *Vivius comm. opin. lib. 2. opin. 89. Guazzinus d. cap. 26. num. 9 & 16. Marc. Ant. Genuens. pract.Arch.Neap.cap.47.nu.1.Rovit. prag.12. nu. 4.de Baronib.* nisi constet, quòd habeant animum ibi permanendi, quia tunc non expectato decennio, dicuntur cives illius loci, ubi habitant *Capibl.tom.2.cap.60.nu.14. & 15.Genuens.d.cap.47. num.1.Rovit.prag.1.nu.9.de immunit.Neapolit.* ubi etiam dicit ipse *Rovit.* quòd è contrario, si constat, exterum non habere animum permanendi, dato, quòd habitet per decennium, & plus, tamen non dicitur ibi constituisse domicilium, idem tenet *Riccius in decis.27. par.4.Guazzin.d.cap.26.nu. 10.in fine, Vivius dec.477. & Capiblan.in Prag.8.p. 2.num.226.& 231.tom.1.*

40 Undè scolares non dicuntur constituere domi-

cilium, ubi ftudent, nifi per decem annos fteterunt, vel alia ratione domicilium ibi conftituerint & idem eft in patre filium vifitante, qui non dicitur conftituiffe domicilium in loco, ubi filium vifitat, *l.2.C.de incolis lib.10.Bar.in l.lex Cornelia § fi tamen, nu.1.& ibi Angel.n.7.ff.de injuriis, Menoch. de arbitr. Iud.caf.86. nu.22. Gratianus discept.forenf. cap. 559.* Et idem eft in mercatore, qui ratione mercium habitat in aliquo loco, nam non dicitur ibi conftituiffe domicilium, nifi ibi familiam duxit, vel nifi voce, & factis aliud declaraverit, *glof.& DD.in l.cives, C.de incolis, lib.10. Capibl. de Baronibus to.2.cap.60.nu.21.*

41 Et Clerici exteri tunc declarantur Neapolitani quandò conftat per informationem, quòd in eorum patria non habeant bona, & tandiù Neapoli habitaverint, quandiù præfumatur amplius non habere animum redeundi ad eorum patriam, *Riccius dec.251.num.1. par.2.*

42 Et quis poteft habere plura domicilia *l. labeo, & l.affumptio, §.Iurifprudentibus, & l.eius qui, §. Celfus, ff.ad municip.*

43 Et in dubio domicilium præfumitur in loco originis, nifi probetur, effe mutatum, *Ricc.d.dec. 251.nu.1.par.2.*

44 Sed miles fi non habeat bona in loco originis, dicitur habere domicilium, ubi moratur, *l.municeps 23.§.miles. ff.ad municipalem.*

45 Quòd fi quis, domicilio relicto, naviget, vel iter faciat, quæreus quo fe conferat, ille talis non dicitur habere domicilium, & poteft conveniri, ubi reperitur, *l.eius, qui §.Celfus, in fine, ff.ad municip.*

46 Et monachus dicitur habere domicilium in loco monafterii, ubi degit, & ibi poteft conveniri coram fuo Superiore, ut docet *Abbas Panorm.in cap.poftulafti nu.5.de foro competenti*, & monachi dicuntur cives illius Civitatis, in qua eft conftructum monafterium, *Anu fing.185.& dicam infra cap.40. nu.65.* & feudatarius dicitur habere domicilium in loco feudi, ut dicam infra *cap.48. nu.32.*

47 Filiusfamilias poteft fibi conftituere domicilium ubicumq; fibi placuerit *l.placet, & l.feq ff.ad municipalem*, quod fi conftituit fibi domicilium in aliquo loco, & ibi convenitur, argumento *l.2.C.de iurifdict.omn.Iud.* & non poteft conveniri in domicilio Patris, fi filius alibi conftituerit domicilium, *l.libertus, §.patris, ff.ad municipalem*, fed fi ipfe filiusfamilias nullum domicilium fibi conftituit, & habitat cum ejus patre, & tunc fequitur domicilium patris, & ibi convenitur, ut defumitur ex *d. l.non utiq; ff.ad municipal.*

48 Sic etiam baftardus legitimatus fequitur forum patris legitimantis, *l.ordine, in fine ff.ad municipalem, Bar.in l.1.ff.de muneribus. Marian.Socinus in rub. extra de foro compet.nu.15.ver.fexagefimo fecundo.*

49 Scias etiam, quod libertini, & eorum filii fequuntur forum patroni, *l.affumptio, § filius, ver.libertini, & l.filii, & l.de jure, § libertus, ff.ad municip. Rovit.in rub.de fervis manumiffis, n.3.*

50 Sed fi teftator rogavit hæredem, ut manumictat fervum, & hæres eum manumictat, hic fervus manumiffus fequitur forum hæredis manumictentis, & non teftatoris, *l.filii, & l.libertus, § ex caufa, ff.ad municipalem, l.2.C.de municipalib.& originariis lib.*10. Sed libertinus poteft fibi conftituere domicilium ubicumque fibi placuerit, quòd fi conftituit, ibi convenitur, dato, quòd eius patronus alibi habear domicilium, *d.l.filii §.municipes, & l.de iure, §. libertas, ff.ad municipalem*, quod fi non conftituit, & tunc convenitur in domicilio patroni, *d.l.affumptio. § libertini, & d.l.filii, ff.ad munic.*

51 Et advertas, quòd quis poteft ordinari ab Epifcopo fui domicilii, licèt alibi natus fit, *cap.cum nullus, de tempor.ordin. in 6.*

52 Sed quæritur quid fi quis habitet in confinibus duarum Civitatum, ubi conveniri poffit: & dicas, quò poteft conveniri, & puniri ab utroque Iudice ambarum Civitatum, *Decianus tract.criminum, tom.1.lib.4.cap.16.nu.22.Baiard.ap Clarum, §. fin.quæft.39.num.7.*

53 Secundò quæritur, quid fi quis fit confinatus in aliquo loco, ubi fit conveniendus? & dicas, quòd adhuc convenitur in foro fui domicilii, *l.Papinianus exuli, ff.de minorib.Bal.in d.l.2.nu.3.* ubi *Paul.de Caft.nu.9.C.de jurifd.omn judicum.* Quod intellige, fi illud domicilium habeat ex origine, aliàs fecus, nam dicitur mutatum *glof in l.ejus, qui, §.domicilium, ff.ad municip.* Et relegatus ad certum locum fequitur interim domicilium loci, in quo relegatus eft, ut *l.filii.§.relegatus, & d.l.eius qui, §.domicilium ff.ad municipalem*, unde poteft conveniri in loco, ubi eft confinatus, fi fit confinatus perpetuò, vel per decennium, vel ultra, fecus fi minori tempore, *l.ejus qui, §.1.ubi glof ff.de jurifd omn.jud. glof. in d §.domicilium*, nifi in loco, in quo fuit confinatus per modicum tempus, conveniatur ratione contractus ibi celebrati, feù delicti ibi commiffi, quia tunc poteft ibi conveniri, non obftante, quod ibi per modicum tempus fit confinatus, ità *Paul. de Caft.in d.l.2. nu 9. C.de jurifd.omn.jud.* vel nifi in loco ubi quis eft confinatus habeat majorem partem fuorum bonorum, quia tunc ibi convenitur, dato, quod ibi fit confinatus ad modicum tempus, *glof. d.§.domicilium.*

54 Tertiò quæritur, an forus domicilii fit competens in declarando, fi quis fit nobilis nec nè, & dicas, quòd fi Curia domicilii fit Baronalis, & tunc eft incompetens; nam Regii fuperiores tantùm funt in hoc Iudices competens. *Rovitus prag. 3 num.6. de offic.Sacri Regii Confilii, Capibl.de Baronibus tom. 1 fuper prag.8. parc.2.nu.63.& in tom.2. cap.48.in princ.Caput.de regimine Reip.cap.1.nu.49.& Thor. in fupplem.dec.ver.remiffio, fol.525.* Sed Curiæ baronales non poffunt cognofcere de nobilitate principaliter, fed poffunt incidenter cognofcere de nobilitate, in non condemnando aliquem ad pœnam plebeis de jure innictam, *Capibl.d.c ap.48. nu.1.& 2.* ut in fimili, nam licèt Curiæ Baronales non poffint cognofcere de caufa ftatus, *Rovit.d.n. 6.* tamen hoc intelligitur principaliter, fecus fi incidenter, nam fi in caufa principali, de qua cognofcere poteft Curia Baronalis, incidat quæftio ftatus, benè de hac poteft cognofcere, *l.1.C.de ordine judiciorum, l.quoties, C.de judiciis.*

55 Et fcias, quòd quis non cenfetur nobilis ex eo, quod fit defcriptus inter nobiles, *Anna fing.358.* ubi *fing.feq.* dicit, quòd nobiles, & ignobiles poffunt effe de eadem familia, ut experientia, docet, quæ eft rerum magiftra.

56 Scias

56 Scias etiam, quòd quis potest conveniri in loco in quo assiduè conversatur, quamvis in eo loco non habeat domicilium, *Abb. Panor. in cap. quod Clericis nu 5. & ibi August. Barbosa, nu. 3. de foro compet. Paul. de Cast. d. l. 2. nu. 3. C. de jurisd. omn. jud.* dummodò talis conversatio sit continuata per decem annos, *Boss. tit. de foro competenti, num. 72. & tit. de citationib. nu. 32.* Et quando quis moratur in

57 aliquo loco, & ibi emit, contrahit, & ibi dies festos celebrat, dicitur ibi habere domicilium, licèt alibi habeat agros, dummodò ubi habet agros, ibi non moratur, nisi rarò, *l. ejus qui, §. si quis negotia, ff. ad municipalem.*

58 Et advertas, quòd in dubio quando discutitur de intellectu Privilegii Principis, causa est terminanda coram Principe, & ipse Princeps est competens, *Bal. & Affl. in cap. 1. apud quem quæstio fen-*

59 *di diffin. Anna sing. 644.* Sed ordinarii locorum possunt cognoscere de subreptione literarum Apostolicarum, *cap. 1 & 2. de confirmat. utili, vel inutili, Riccius dec. 212. num. 3. par. 4.* Et ordinarii locorum debent cognoscere summariè, & extrajudicialiter de subreptione rescripti impetrati à Summo Pontifice, *Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 5. & 6. Io: Francis. Leonius in thesauro fori Eccl. part. 2. cap. 2. nu. 66.* & ordinarius loci potest ad hoc cognoscendum citare partes, *Riccius in prax. fori Eccl. par. 2. resol. 50.*

60 Quartò quæritur, an Judex domicilii possit citare suum subditum existentem extra ejus territorium? & *Boss. in pract. crim. tit. de citationib. num. 20.* dicit, quòd sic, quod intellige implorato brachio Judicis illius loci, ubi manet citandus, ut dixi in *praxi forjud. cap. 6. num. 18.* & an possit ibi dictum suum subditum capere, & carcerare, dixi in *d. praxi forjud. cap. 19. nu. 41.*

61 Ultimò quæritur, an Judex domicilii possit exercere jurisdictionem inter suos subditos extrà ejus jurisdictionem: & dicas, quòd Judex domicilii non potest extrà suum territorium cognoscere, & punire suos subditos, *Bart. in l. 1. nu 39. & seq. C. de summa Trinit. & de Leonard. pract. offic. cap. 11. num. 17.* & citatus à suo Judice competenti, sed non ad

62 locum suæ jurisdictionis, nō tenetur comparere, *de Nigris in cap. Regni 228. nu. 29.* nam Judicis jurisdictio extrà suum territorium non extenditur, *l. fin. ff. de jurisd. omn. Judic. cap. ut animarum, §. statu-*

63 *to de constitut. in 6.* & Præses Provinciæ habet tantùm jurisdictionem in sua Provincia, & non extra, *l. Præses, l. 2. ff. de officio Præsidis*, & Judex pro-

64 cedens contra suos subditos extrà suam jurisdictionem, sententia, & acta sunt nulla, ut dicam infra *cap. 12. num. 53.* & dixi in *praxi foriudiratoria cap. 12. nu. 31.* undè testis examinatus extrà terri-

65 torium interrogantis, non probat *Riccius collect. 1960.* sic etiam instrumentum Notarii confectum

66 extrà territorium ejus, qui eum creavit, etiam de partium consensu, non valet, *Velasques decis. Lusitana 9.* citat *Bart. in l. apud Proconsulem, ff. de ma-*

67 *manumiss. vindicta*. Immò jurisdictio non potest delegari privato extrà territorium mandantis ex ltenti, *Georgius Obrechti de jurisdictione, lib. 4. cap. 4. nu. 13.* sed contrarium esse verum, partibus tamen contentientibus, dicit *Marant. in suo specul. par. 6. rub. & demum feretur sententia, nu. 75. & seq.*

68 Et delegatus Papæ, cui est facta commissio sub nomine suæ dignitatis, videlicet Episcopo Aversano, non potest cognoscere extrà territorium suæ Diœcesis, *cap. statutum §. in nullo, de rescript. in 6.* nisi sit dictum per Pontificem in rescripto, committimus Episcopo Aversano, Neapoli residenti, quia tunc ipse Episcopus cognoscit de ipsa causa in Civitate Neapolitana, *Petrus Garzia a Toleto in dicto 367. & Merolla in Theolog. morali lib. 3. disput. 7. c. 4. nu 285. in fine.*

69 Sic etiam Episcopus extrà suam Diœcesim prohibetur exercere jurisdictionem in suos subditos, *cap. Episcopum 9. quæst. secunda, cap. 2. de constit. in 6. Riccius dec. 326. num. 6. part. 3. & Cabal resol. crim. casu 120. nu. 3.* ubi *nu. 14.* dicit, quod si Episcopus

70 latam habeat Diœcesim, & velit cognoscere in locum multum remotum à partibus, partes possunt petere, ut causa committatur in loco propinquo, & si hoc denegetur, potest appellari, *l. cum post sententiam, C. de appellat.* & docet *Decius in cap. cum te, nu. 3. ver. ultra Abbatem hic de offic. deleg.* ubi ipse *Decius, ver. & adde*, dicit, quòd quando causa est ardua, quæ indiget Jurisperitis, debet tractari in loco insigni, ubi sit copia Peritorum, & docet *Cab. d. num. 14.* Sed quod Episcopus si latam habeat Diœcesim possit cognoscere in locum multum remotum à partibus, & denegare delegationem in partibus, dicit decisum *Barbosa de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 80. nu. 5. & Merolla d. disput. 7. cap. 5 num. 56. in fine.*

71 Et non solùm Judex non potest exercere jurisdictionem extrà suum territorium, sed neque intra, & in loco exempto, *cap. cum Episcopus, ubi glos. de offic. Ordinarii, Ias. in d. l. fin. nu. 5. & Decius ibi n. 2. ff. de jurisd. omn. Iudic. Georg. Obrechti de jurisdict. lib. 3. cap. 22. n. 50. & seq. & Merolla d. disput. 7. cap. 5. post nu. 57.* & Episcopus, quæ facere possit in locis exemptis suæ Diœcesis, & quæ non possit facere, vide *Ricc. dec. 21. p. 3. & de Franch. dec. 711.* ubi dicit, quòd Episcopus visitādo Monasteria exempta, potest ante se deferre crucē, & Episcopus potest in locis, & Ecclesiis exēptis suæ Diœcesis facere solēnes benedictiones, ac missam, & alia divina officia in Pontificalibus celebrare, *Merolla d. cap. 5. n. 169.* ubi *a nu. 168.* usq. ad *nu. 194.* dicit, quòd Episcopus existens in aliena Diœcesi, non potest celebrare missam in Pontificalibus, cum baculo, absq; licentia illius Ordinarii, & Archiepiscopus potest in tota sua Provincia ante se deferre Crucem, etiam in locis exemptis intrà Provinciam, *Clem. Archiepiscop. de privileg. & Merolla d. cap. 5. nu. 558.* ubi *num. seq.* dicit, quod potest etiam uti pallio.

72 Sed si quis sit creatus Præses duarum Provinciarum, potest expedire in una Provincia negotia etiam contentiosa alterius Provinciæ, *Decius d. l. fin. nu. 9. & ibi Socin. nu. 7. Alex. nu. 3. & alii communiter*, sed contrarium videntur determinare, *Capiblanc. de Baron. prag. 3. nu. 184. Cabal. d. casu 120. nu. 8. & Petrus Garzia à Toleto in dicto 281.* tamen prima opinio est vera *Capyc. decis. 151. num. 3. Boss. pract. crim. tit. de citationibus num. 25. & de Leonard. pract. officialium cap. 11. num. 19. ver. tertio*, prout idem est in Episcopo, qui si sit creatus Episcopus duarum Diœcesarum, ipse potest in una Diœcesi residere, & expedire causas etiam alterius Diœce-

ſis Merolla in theolog. morali, tom.3. diſput.7. cap.6. num.81. citat *Rebuff. in praxi tit. de union. beneficiorum, nu.16.*

73 Et omnes Judices poſſunt exercere voluntariã juriſdictionem extrà eorum territorium, *l.2. ff. de offic. Procouſ. gloſ. in d. l. fin. ubi Socinus nu. 3.* movetur etiam ex tex. *in d. l. emancipare, C. de adopt.* & docent *Boer. dec.30. Squillant. de privileg. Cler. cap. 2. num 56 Cabal. d. caſu 120. num.5. Caucerius variar. reſol. lib.2 cap.2. num. 231. Georg. Obrecbti de juriſd. lib.3. cap.22. num.57. & Capibl. de Baron. tom.2. cap. 19 nu.8. & cap 69. nu.20. cum pluribus ſeq.* ubi *num. 25.* dicit hoc etiam procedere in delegato, qui poteſt exercere actum voluntariæ juriſdictionis extrà ſuam juriſdictionem, idem tenent *Squillan. d. cap.2. num.8. & Merolla in Theologia morali lib. 3. diſput.7 cap.2. nu.10. cum plurib. ſeq.* Sic etiam

74 Epiſcopus poteſt exercere extrà ſuam Diœceſim actus voluntariæ juriſdictionis, *Ricrius dec.7. num. 2. par.3.* undè Epiſcopus poteſt ſuum aſſenſum præſtare in donatione juriſpatronatus etiam extrà ſuam Diœceſim, *Ricc. d. dec.7. par.3.* Sic etiam Epiſcopus poteſt cauſas delegare extrà ſuam Diœceſim exiſtenti in ſua Diœceſi, *Ricc. d. dec.7. nu.7.* & quilibet Judex extrà territorium ſuæ juriſdictionis poteſt cauſas delegare exiſtenti in ſua juriſdictione *l. fin ff. de offic Præfec. Urbis*, & docent *Decius, d. l. fin. nu.6. in fine, & Socin. ibi, num.9. & Cabal. d. caſu 120. nu.6.* Sic etiam Epiſcopus poteſt facere literas dimiſſoriales extrà ſuam Diœceſim, *Ricrius d. dec.7. num.9. & in coll.114. & Squil. d. cap.2. nu.10.* Sic etiam Epiſcopus poteſt conferre ſuis ſubditis primam tonſuram extrà ejus Diœceſim ſinè licentia ordinarii, ſed non alios ordines minores, *Merolla in Theolog. morali lib.3. diſp.7. cap.5. à nu.195. uſque ad num.197.* citat *Covar. variar. reſol. lib.3. cap.20. num.9. & Ricrium dec.188. nu.8. part 2.* Sic etiam Epiſcopus poteſt excommunicare ſuum ſubditum, exiſtentem extrà ejus juriſdictionem, ſecundum aliquos *in d. l. fin.* Sed veritas eſt in contrarium, ut docet ibi *Decius nu 10.* ubi dicit, primam opinionem procedere poſſe in abſolutione, nam ipſa fit abſque cauſæ cognitione, ſecus in excommunicatione, quæ fit cum cauſæ cognitione. Sed quòd Epiſcopus non poſſit extra ſuam Diœceſim ferre cenſuram, ſedendo pro tribunali, quando requiritur cauſæ cognitio, ſecus ſi non requiratur cauſæ cognitio, dicit *Squill. dict. c.2. num.57.* ubi *num.59.* dicit, quod Epiſcopus extrà ſuam Diœceſim, non poteſt abſolvere ab excommunicatione in foro contentioſo cum ſtrepitu judiciali ſuum ſubditum, quem excommunicavit in ſua Diœceſi, niſi de licentia Epiſcopi illius loci, ſecus in foro conſcientiæ ſine cauſæ cognitione, citat *Silveſtrũ ver. abſolutio, num.11.* Et idem tenet ipſe idem *Squil. d. lt. tract. de privil. Cler. cap.1. num.93.* Sic etiam Dominus extrà ſuum territorium poteſt facere gratiam ejus ſubdito de pœna alicujus delicti *Peguer. quæſt. crim. cap.18. & Cabal. d. caſu 120. nu.9. & ſeq.*

75 Sed judex tunc poteſt exercere voluntariam juriſdictionem extrà ſuam juriſdictionem, quando habet juriſdictionem à Principe, ſecus ſi ab inferiore à Principe, quia tunc nec voluntariam poteſt exercere juriſdictionem extrà ſuum territorium, *Fran. Marc. dec.361. nu.4. vol.2. Borrel. ſumma deciſ. tit.41. nu.213. Cancer. d. cap.2. num.234 Decius d. l. fin. num.6.* Sed tunc Judex, qui habet juriſdictionem a Principe, poteſt extrà locum ſuæ juriſdictionis exercere voluntariam juriſdictionem, quando actus voluntariæ juriſdictionis poteſt exerceri abſque cauſæ cognitione, alias ſecus, *Decius d. l. fin. d. nu.6.*

76 Sic etiam quando Magiſtratus eſt expulſus ab ejus territorio, & impeditur ingredi dictum ſuum territorium, in hoc caſu poteſt etiam extrà ſuum territorium expulſores punire, *Iaſ. in d. l. fin. nu.10. & Guazz. ad defen. reor. def 1. cap.25. nu.22.* Et quando Epiſcopus vult procedere contra eos, qui expulſerunt ipſum à ſua Diœceſi, poteſt accedere in Diœceſi viciniori, & ibi citare expulſores per publicum proclama in Eccleſia illius Diœceſis diebus feſtivis, ſi dictos expulſores non poſſit citare perſonaliter propter acceſſum non tutum, *clem 1. de foro compet.* & docet *Maraut. in ſuo ſpeculo part.6 membro 1. num.105. & rub. & demum feretur ſententia, nu.84.*

77 Sic etiam deſtinatus ad capiendam informationem in aliquo certo loco, poteſt, & in alio ſuam commiſſionem exercere, *Regens Rovit. in prag.2. n.6. de commiſſariis*, ſed contrarium tenent *Puteus dec.262. part.1. Ricc. coll.2135. ver. nota tamen, & Guazzin. ad def. reorum def 13. cap.2. nu. 10.* unde delegatus Apoſtolicus non poteſt procedere extrà Civitatem, in qua fuit deputatus, *Squillant. d. cap 2. nu 60.*

78 Sic etiam Judex extrà ſuum territorium poteſt exercere contentioſam juriſdictionem in ſuos ſubditos, conſentientibus ipſis ſubditis, & Judice loci, ubi ipſe Judex velit exercere ſuam juriſdictionem extrà ſuum territorium, ut dicam infra *cap.12. nu.53* Sed Epiſcopus an, & quando valeat exercere juriſdictionem extrà ſuam Diœceſim abſque licentia ordinarii, vide *Ricrium dec.187. part.2.*

79 Et officialis non poteſt adminiſtrare juſtitiam in ſuos ſubditos extrà ejus juriſdictionem abſq; licentia Baronis illius loci, ubi reperitur ipſe officialis, *Frecc. de ſubfeudis, lib.2. authoritate 30. num. 4. & 5. & Capibl. de Baronib. prag.3. nu.236.* ubi *n. ſeq.* dicit, quod Barones non poſſunt exercere juriſdictionem in Civitate Neapolitana abſque licentia Proregis, licèt contrarium teneat, *Affl. in Conſt. Regni de quæſtionibus, in primo not.* tamen prima opinio eſt vera, *Marant. par.6. membro 1. n. 41. & Freccia d. authoritate 30. nu.5. in fine.* Immò dicti Barones neque poſſunt conſtituere in dicta Civitate Neapolitana Judices abſque licentia Proregis, ut docet *Capibl. d. prag.3. num.237.* ubi *nu.238.* dicit, quod licentia requiritur a Barone, & non ab ejus officiali, ſi aliquis officialis velit exercere juriſdictionem in alterius territorio Baronali.

S U M M A R I U M.

1 *Originarius poteſt conveniri in foro originis.*
2 *Origo an mutatione loci amittatur? & nu.3. & 17.*
4 *Filius poteſt conveniri in foro originis ſui patris, & num. 10.*

5 Fi-

5 *Filius adoptivus, durante adoptione, sequitur forum originis sui patris adoptivi, & idem est in filio naturali legitimato per rescriptum Principis, ibidem.*

6 *Libertinus sequitur originem patroni.*

7 *Filius non sortitur forum originis matris suæ, nisi ibi sit natus, & ibi habeat domicilium.*

8 *Filius vulgò conceptus sortitur forum originis matris suæ.*

9 *Nepos an sortiatur forum originis sui Avi? & nu. 10. & 11.*

12 *Originarius tenetur ad munera in loco suæ originis, & in loco domicilii fallit, ut nu. 13. & 14.*

15 *Bona dotalia uxoris collectantur in foro originis uxoris, ubi sita sunt dicta bona.*

16 *Originarius solvit collectas pro bonis sitis in sua origine, in loco suæ originis uti alii Cives, & pro bonis sitis in domicilio solvit bonatenentiam in dicto domicilio.*

17 *Uxor convenitur in foro mariti, & non suæ originis, & num. 18. limita, ut nu. 19.*

20 *Originarius in tantùm convenitur in loco originis si alibi habeat domicilium, in quantùm ibi reperiatur, limita, ut nu. 21.*

22 *Expositus dicitur habere originem, ubi fuit expositus, & ibi convenitur, secus in ejus filio. nu. 23.*

24 *Originem quis habere dicitur, ubi baptizatus est, & ibi convenitur, nu. 25.*

26 *Originarius in dubio quis dicitur in eo loco, ubi habitat, nisi probetur contrarium.*

27 *Natus in aliquo loco, ubi pater habitat non animo permanendi, an dicatur ibi habere originem?*

De Foro Originis.

CAP. III.

1 Diximus supra *cap. 2.* reum esse conveniendum in foro sui domicilii, sed quia reus ipse solet habere originem in alio loco, quàm in loco domicilii; videamus nunc an ipse reus possit conveniri in foro originis, dato quòd in alio loco habeat domicilium, & pono regulam generalem, reum posse conveniri in foro propriæ originis, ut est *tex. in l. Incola 29 ff. ad municipalem*, & docent *DD.* quos adducit Dominus *Carleval. bonæ memoriæ, de judiciis, tom. 1. disput. 2. quæst. 2. nu. 48.* & ultrà eos docet *Capibl. de Baronib. tom 2. cap. 62.*

2 *nu. 1.* nam origo mutatione loci non amittitur, *l. assumptio, ff. ad municip. l. origine, C. de municip. & originariis, lib. 10* & docet *Capibl. to. 1. super prag. 8. par. 2. num. 246. & in tom. 2 cap. 62. nu. 4.*

3 Et licèt aliqui dicant, Jus originis mutatione loci non amitti quòad honores, & onera personalia, secus quòad jurisdictionem, ut quis possit conveniri in foro originis, si alibi constituat domicilium, quia tunc jus originis amittitur mutatione loci, constituendo quis domicilium in alio loco, quàm in loco originis, ità *glos. in d. l. assumptio, § filius, ff. ad municipalem*, & docent *Azon. in summa Codicis de jurisd. omn. jud. num. 28. Hostiensis in summa extrà de foro competenti, num. 6. Thesaurus dec 90. & Capibl. de Baronib. tom 1. super d. prag 8. par. 2. nu. 249 & in tom. 2. cap. 6. nu. 9.* tamen contraria opinio est vera, & sic, quod judex originis sit competens contrà originarium, & contrà eum possit procedere, dato, quòd originarius alibi sibi constituerit domicilium, prout est *tex. expressus in d. l. Incola*, & tenet *Bar. in d. l. assumptio, § filius, nu. 2. & ibi Alber. nu. 6. ff. ad municip. Alex. in l. penult. num. 5. & ibi Decius, num. 5 ff. de jurisd. omn. jud. Cinus in l. 2. nu. 3. & ibi Alber. nu 4. Bal. nu. 4. Salic. nu. 6. Paul. de Castr. nu. 5. C. de jurisd. omn. judicum, Boerius dec. 13. n. 13.* & novissimè doctissimus *Cons. Carleval. d. qu. 2. n. 57. cum plurib. seq.*

4 Quod amplia, & primò, ut quis non solùm possit conveniri in foro suæ propriæ originis, sed etiam ut possit conveniri in foro originis sui patris, *l. assumptio, §. filius ff. ad municip. l filios, C. de municipib. & originar. lib. 10. Bald. in d l. 2. nu. 4. ubi alii DD. C. de jurisd. omn. jud. Dom. Carleval. d. qu. 2. num. 50.* & omnes *DD.* per eum citati, & ultrà eos docet *Capiblanc. d. tom. 2. d. cap. 62. nu. 1.*

5 Idem est in filio adoptivo, qui durante adoptione, sequitur forum originis sui patris adoptivi, *l. ordine. § fin. ff. ad municip. glos. in d. l. filios*, ubi dicit ipsa *glos.* Idem esse in filio naturali legitimato per rescriptum Principis, qui etiam sortitur forum originis patris legitimantis, citat *text. in d. l. ordine, § fin. & in l. in adoptionem, C. de adoptionibus.*

6 Sic etiam libertini sequuntur originem patroni, qui eos manumisit, licèt alibi ipsi libertini constituissent domicilium, *l. assumptio, § libertini, & l. libertus, § ex causa, & l. filii, juncto §. municipes, & l. de jure, § libertos ff. ad municip. l. 2. C. de municipib. & origin. lib. 10.*

7 Sed quis non sortitur forum originis matris suæ, nisi ipse filius sit natus in loco originis matris, & ibi domicilium habeat, *d. l. filios, C. de municipibus, & origin lib. 10. Capiblanc. d. tom. 2. cap. 57. in principio, Afflict. decis. 384. nu. 4.* Et quando filius est natus in loco originis matris, & ibi domicilium habet, potest conveniri in foro originis, non ut origo matris. sed ut origo propria, *glos. in d. l. filios, C. de municip. & origin. lib. 10. Afflict. dec. 384 nu. 4.*

8 Sed filius vulgò conceptus sortitur forum originis matris suæ, nam vulgo conceptus matrem sequitur, *l. ejus, qui justum ff. ad municipalem, l. cum legitime, & l. lex naturæ ff. de statu hominum*, & docet *glos. in d. l. filios, C. de municip. & origin. lib. 10.* & docet *Capibl. de Baronibus, d. cap. 57. nu. 5 tom. 2. & de Franch. dec. 452. nu. 1.*

9 Secundò regulam principalem amplia, ut quis sortiatur forum originis sui avi, & non ultrà, *Bald in d. l. 2. num 4. & ibi alii DD. C. de jurisd. omn. jud.* & docet *Capibl. d. prag. 8. par. 2. num. 235. & in 2. tom. cap. 62. num. 1. Boer. dec. 13. nu. 6. & seq. Carleval. d. quæst. 2. nu. 51. & seq.* Sed tunc nepos sortitur forum originis sui avi, si ipse nepos sit conceptus, vivo ejus avo, secus si eo mortuo, quia tunc non sortitur forum originis avi, *Capibl. d. d. pragm 8 par. 2. nu. 237. & Carleval. d. qu. 2. nu. 53.* ubi *nu. 54. & seq.* tenet ipse *Carleval.* nepotem sortiri forum originis sui avi, sive nepos ipse nascatur in potestate avi, sive non, dummodò sit conceptus eo vivente, & rejicit opinionem *Bart. in d. l. assumptio §. filius, nu. 1. in fine, ff. ad municip. & Joann. de Platea, nu. 2. & Lucæ de Penna, n. 1. in d. l. filios,*

filios, tenentium, tunc nepotem sortiri forum originis Avi, quando ipse nepos est natus in potestate avi, secus si non in potestate, licèt eo vivente.

10 Sed reperio *glos. in d.l.assumptio, §.filius, & in d.l.filios*, quæ tenet, quòd licèt filius de jure sequatur originem patris sui, tamen hoc non extenditur ultrà ipsum patrem glosam ipsam sequitur *Ursill. in addit.ad Affl. in decis.384. num.9.* ubi dicit, quòd assumptus in Civem ab aliqua Civitate superiori, ipse assumptus amittit suam originem.

11 Undè *Riccius dec.30 t.par.a.* dicit, quòd quis non potest ordinari ab Episcopo originis sui Avi paterni, sed potest ordinari ab Episcopo originis sui patris, & à fortiori quis potest ordinari ab Episcopo originis suæ propriæ, *cap.cum nullus de tempor.ordin.in 6.sed Marc. Anton. Gennens. pract. Archiep. Neap.cap.47.nu.4.* dicit, quod Curia Archiepiscopalis Neapolit. non ordinat sine dimissoriis alibi natos ratione originis paternæ.

12 Tertiò amplia, ut non solùm quis possit conveniri in foro originis suæ, si alibi domicilium habeat, sed etiam ut ipse teneatur ad munera in loco suæ originis, & in loco sui domicilii, *l. ordine, §.jus originis, ff.ad municipalem*, nam originarius astringitur muneribus in loco suæ originis, & in loco sui domicilii, & in utroque loco tenetur ad munera, *l.filii, §.municipes, & d.l.Incola 29.ff.ad municipalem, l.1. & l fin. C.de municipib. & origin.lib.*10.

13 Sed hoc fallit in eo, qui adeptus est senatoriam dignitatem, nam licèt iste retineat jus honorum in loco originis, tamen in loco originis iste pro oneribus est immunis, *l.municeps 23.ff.ad municip.*

14 Fallit etiam in muliere nupta cum extero, nam ipsa mulier nupta cum extero tenetur ad munera personalia in domicilio viri, & non in sua origine, *l.de jure, §.fin. & l.fin.§.Item rescripserunt, ff.ad municipalem, Marian.Socin.extrà de foro competenti in rub.n.13.Thes.decis.123.nu.9.& 12. Surd.decis. 330.nu.16.Carleval.d.quæst.2.nu.65.& seq.* Sed bo-

15 na dotalia immobilia collectantur in foro originis uxoris, ubi ipsa bona sita sunt, *Sempron. Ascia determinat.67.* nam mulier in domicilio viri subit munera personalia, & non in sua origine, sed pro bonis immobilibus patrimonialibus mulier subit onera in loco, in quo sita sunt ipsa bona, *l.1.ubi Bar.C.de mulieribus, & in quo loco lib.*10.

16 Et ipsa mulier nupta cum extero tenetur ad collectas in loco originis, ubi sita sunt ejus bona, prout tenentur alii Cives & non potest prætendere esse astrictam ad solvendum tantùm bonatenentiam, & ità in dies observatur, & à fortiori hoc procedit in aliis personis, nam si quis sit natus in uno loco, & vadat ad habitandum in alio loco, pro bonis sitis in sua origine tenetur solvere collectas in loco originis uti alii Cives, *cap.Reg.194.* Et non potest prætendere, ibi esse astrictum ad solvendum tantùm bonatenentiam, & hoc cum magna ratione, ne Cives videntes, magnam quantitatem solvi in loco suæ originis pro collectis, se absentent, & alibi constituant domicilium in fraudem functionum fiscalium. Quod si quis alibi constituat sibi domicilium, quàm in loco suæ originis, si habeat bona in loco sui domicilii de dictis bonis in loco domicilii solvit tantùm bonatenentiam, quòd si sit braccialis, & tunc in loco domicilii solvit quolibet anno carlenos quindecim, si tamen portat omnia onera personalia in loco originis, & de hoc adest decretum Regiæ Cameræ Summariæ, vulgò dicto, *delli sette capi*, & de jure communi, vide *Bal.cons.139.& 226.vol.3.* & vide *Thor.comp. decis tom.3.sect.3. ver.Universitas, fol.425. & per Pragm.8. §.7.de Commissariis*, disponitur, ut absentes ab eorum origine solvant jus focularii tantùm in loco, ubi habitant.

17 Sed regulam suprapositam, & sic, quem posse conveniri in foro suæ originis dato, quòd alibi domicilium constituisset, limita.

Primò, in muliere nupta cum extero, nam ipsa mulier debet conveniri in foro mariti, & non in foro suæ originis, nam ipsa mulier nupta cum extero non retinet domicilium suæ originis, & hoc operatur virtus matrimonii, quod mutat jus originis, ità *Bald.d.l.2.num.4. & ibi Paul. de Castr. nu.8.* & alii communiter *DD.C.de jurisd.omn.Jud.* & docent etiã *DD. in l. pen.ff.de Jurisd.omn.Jud. Boss.tit.de foro compet.num.34.in fine, Thes.d.decis. 123.nu.9.& 12. Surd.decis.330.num.16. Dominus Consiliarius Carleval.d.qu.2.num.65. & seq.Rovit. dec.75.nu.5.& 9.* ubi *num.7.* dicit, hoc non solùm procedere quòad forum, sed etiam ut quoad omnia mulier efficiatur de origine sui viri, & verè dicatur Civis, & originaria illius loci, ubi nupsit,

18 Undè Doctores Regnicoli ex hoc inferunt, quòd licèt Neapolitani possint alios convenire in Tribunalibus Neapolitanis, & ipsi ibi conveniantur, & non alibi, per *ritum 301.* tamen si mulier Neapolitana se nubat cum viro extero, habitanti extrà Neapolim, hoc privilegium non retinet, & tenetur convenire suos debitores in foro ipsorum debitorum, & ipsa potest conveniri in foro mariti, & non potest eligere Regia Tribunalia Neapolitana, *de Franch.dec 416. Rovit.in Pragm.1.nu.5.de cessione bonorum, & in decis.75. num.6. Capiblanc.de Baronib.prag.8.par.2.nu.192. Ricc.coll.443.ver.sic secundo infero, & Carleval.de judic.tom.1.disput.2.quæst.6.sect.8.nu.682.& dicam infra cap.27.nu.7.*

19 Sed si mulier ipsa efficiatur vidua, & redeat in suam patriam, in hoc casu recuperat originem propriam, *Paul.de Castr.in d.l.pen. num.4.ff.de jurisd.omn.Jud. Carleval. d.disput.2. quæst.6.sect 8, nu.684.& dicam d.cap.27.nu.7.*

20 Secundò limita, nam in tantùm quis convenitur in foro originis, si alibi constituit domicilium, in quantùm reperiatur præsens in loco originis, aliàs si sit absens, & tunc ibi non potest conveniri, *Bart.in d.l.assumptio, §.1.ff. ad municip. Alex.in l.pen.nu.5. & ibi Paul.de Castr. nu.6.ff.de jurisd.omn.Jud.Georg.Obrechti de jurisdict.lib 3.cap. 11.num.39 Afflict.d.decis.384. nu.6. Boss.tit.de foro competenti,nu.73.& tit.de citationib.nu.30.& seq.Rovit.prag.1.post nu.9.de immunit.Neap.Capiblanc.tom.2.cap.60.num.13.& in 1.tom.super prag. 8. par.2. num.241.& 249. Carleval.d.quæst.2.nu. 63.* qui reiicit opinionem *Mariani Soccini in rub. extrà de foro compet. nu.15.ver.conclude*, contrarium tenentis.

21 Sed

21 Sed quòad honores, & onera quis potest conveniri in foro suæ originis, dato quòd ibi non inveniatur præsens, *Capibl d.prag.8. part.2. num.242.* citat *Arctiuum in l.fin.C.de judiciis*, & idem tenet *Carleval.in d.quæst.2.nu.64.*

22 Et scias quod expositus dicitur habere originem in loco, ubi fuit expositus, *Bart.in l.1.nu.21.ff.ad municip. Angel.in l.hæres absens, §.si quis tutelam,num.17.ff.de judiciis, Marian.Soc.in d.rub. extra de foro competen.nu.7.ver. quatragesimo primo, Boer.dec.13.num 41. Carleval.d.quæst.2.post n.101. Anna sing.185.* Et ideò expositus convenitur in foro, & in loco ubi fuit expositus, *l.1. in fine, ubi Bart.ff.ad municipalem, Marian.Soc.d.ver.quadragesimo primo.*

23 Hinc est, quod expositi in Hospitali Sanctissimæ Annnuntiatæ de Neapoli reputantur Cives Neapolitani, & gaudent privilegiis Neapolitanis concessis, *Novar.in coll.super pragm.1.num.15.de immunit.Neap.* ubi *nu.16.* dicit, secus esse in eorum filiis, qui non gaudent uti oriundi, si ipsi filii prædictorum expositorum non sint nati Neapoli, quod secus est in filiis patris nati in Civitate Neapolitana, qui licèt sint nati extrà Civitatem Neapolitanam, tamen gaudent privilegiis Neapolitanis concessis, ubi natus est eorum pater, *Boer.d.dec.13 & Novar.d.prag.1.n.4.ubi n.17.* dicit ipse *Novar.* quod filii allecti, vel ejus, qui est Civis per *prag.1.de immunit.Neapol.* gaudent privilegiis Neapolitanorum.

24 Scias etiam, quod ubi quis est baptizatus, ibi dicitur habere originem, *Lucas de Penna in l. Cives, num.3.C.de incolis lib.10.Gratian.discept forentium, cap.75.n.16.tom.1.* licèt de hoc dubitet *Bar.in d.l.1.num.8 ff.ad municipalem*, & contrarium teneat *Angel.in d.§.si quis tutelam, nu.16.* tamen prima opinio est vera, & sic quòd per baptismum acquiritur origo in loco, ubi quis est baptizatus, ut tenet *Carleval.d.quæst.2. num.111.*

25 Undè quis sortitur forum in loco, ubi baptizatus est, *Marian.Socin.d.rub.extrà de foro compet.nu.4.* Et ideò infidelis baptizatus Neapoli dicitur Civis Neapolitanus, *Novar.d.prag.1.nu.14. de immunit.Neap.*

26 Sed advertas, quod quis in dubio dicitur originarius in eo loco, ubi habitat, nisi probetur contrarium, *Cravet.cons.6 Ceval. commun. contrà communes, quæst.458.nu.8.Capibl. d.prag.8. part.2.nu.230 Carleval.d.quæst.2.post num.124.Rovit.d.prag.1.nu.9 in fine de immunit. Neap.*

27 Sed quæritur, quid si quis sit natus in aliquo loco, ubi pater non habitat animo permanendi, sed ex causa officii, vel simili, an iste talis dicatur contraxisse originem in eo loco? & videtur dicere, quod non, ex doctrina *Affl.in d.dec.384.nu 4.* ubi dicit, quòd filius non sequitur originem matris, nisi sit ibi originaliter natus, quia tunc ratione propriæ originis, & non maternæ subit munera, & hoc verùm (dicit ipse *Affl.* ibi) si parentes constituerunt ibi domicilium; non autem si transeundo mater, ibi peperit filium, & posteà revertatur ad domicilium mariti, nam filius ibi natus non subit munera, quia alibi habet domicilium. Secundò ex doctrina *Novarii in prag.1.nu.13. de immunitate Neap.* ubi dicit, quòd ortus Neapoli, matre parturiente in fraudem intus Civitatem Neapolitanam, non dicitur Civis Neapolitanus. Sed contrarium, & sic, quod natus in aliquo loco, ubi pater non habebat animū permanendi, dicatur ibi contraxisse originem, tenet *Grammaticus voto 10. nu.14.& seq* & maximè si ibi quis sit conceptus, & natus, ut docet *Capibl.d.prag.8. part.2. nu.238.* Sed primam opinionem tenet *Carleval. d.quæst.2. num.91. cum pluribus numeris sequentibus.*

S V M M A R I V M.

1 *Possessor convenitur in loco rei sitæ pro dicta re, licèt ibi non habeat domicilium, amplia plurib.modis usque ad num.19. Limita à d.num.19. usque ad nu.24.*
2 *Exemptus convenitur in loco rei sitæ pro ipsa re sita extrà locum exemptum.*
3 *Neapolitanus, si habitat extrà Neapolim, pro re convenitur, ubi res sita est.*
8 *Clericus beneficiatus pro ipso beneficio convenitur in loco beneficii, & pro aliis causis potest ibi citari, si sit beneficium, quod requirat residentiam, & convenitur in loco rei sitæ pro ipsa re.*
11 *Fideicommissum ubi peti debeat?*
12 *Petitio hæreditatis ubi intentari debeat? & à quo Iudice hæres immittatur in possessionem bonorum hæreditariorum? ibidem, & num.13.*
14 *Transactio facta super aliquam rem rescindi potest in loco, ubi ipsa res sita est.*
15 *Hæres tenetur conficere inventarium, ubi sitæ sunt res hæreditariæ.*
16 *Ius congrui potest peti in loco rei sitæ.*
17 *Gabella solvi debet pro aliqua re, ubi res ipsa sita est.*
18 *Decretum Iudicis rei sitæ requiritur in venditione dictæ rei, si ipsa sit pupilli.*
19 *Reus, si non reperiatur in loco rei sitæ, an ibi possit conveniri pro dicta re? & quid in judicio assistentiæ? num.20.*
21 *Iudex rei sitæ non cognoscit de actione personali, sed tantùm de reali, si reus alibi habeat domicilium, & num.22.*
23 *Regii superiores tantùm cognoscunt, quando agitur, si bona fideicommisso subjecta possint alienari.*
24 *Actor potest convenire reum in domicilio ipsius rei pro aliqua re, licèt res ipsa alibi sita sit.*
25 *Res sita sit in confinibus territorij duorum Iudicum & dubitetur in quo loco sita sit, uterque Iudex cognoscit.*
26 *Romanus Iudex non potest dare curatorem Neapolitano habente domicilium Romæ, circà bona stabilia quæ ipse possidet in Regno.*
27 *Exteri litigantes in hoc Regno ratione rei sitæ, tenentur compromittere si sint consanguinei.*

De Foro Rei Sitæ.

C A P. IV.

1 QUis sortitur forū rei sitę, & ibi potest cōveniri pro re sita, licèt in loco rei sitæ possidēs nō habeat domicilīū, vel si non sit oriūdus in loco rei sitę, vel quod ibi non contraxisset, tamèn possidens potest ibi conveniri, ubi res sita est, *l.sed & si suscepit, §.fin.ff.de judiciis, l.ultima, C.ubi in rem actio,*

cap.

cap. sanè & cap fin. de foro compet. l. quod legatur, ff. de judiciis, l. unica, C. ubi de possess. agi oport. Georgius Obrechti de jurisdictione, lib. 3. c. 13. de Franc. dec. 177. & Boss. tit. de citationib. nu. 33.

2 Quod amplia, & primò in exempto, qui si habeat rem extrà locum exemptum, pro ipsa re conveniatur coram Judice loci rei sitæ, & non coram Judice ipsius exempti, ut in *cap. 1. de privilegiis, in 6. Capibl. tom. 2. cap. 54. nu. 9.*

3 Hinc est, quod si Neapolitanus habitat extrà Neapolim, convenitur pro re in loco rei sitæ, & non potest uti privilegio *ritus 301. ità Capiblanc. de Baronibus, tom. 2. cap. 53. nu. 17.* secus si habitat in ipsa Civitate Neapolitana, quia tunc utitur dicto privilegio, *prag. 2. de immun. Neap.*

4 Amplia secundò, ut reus conveniri possit in loco rei sitæ, sivè conveniatur actione rei vindicationis, sivè actione hypothecaria, vel in rem scriptam, *Marian. Socin. in cap. sanè, post num. 6. de foro compet. & Abb. in cap. fin. nu. 43. eod. tit. extrà de foro competenti, de Franch. dicta decis. 177. Capibl. dicto tom. 2. cap. 54. nu. 10. & Riccius coll. 1930.*

5 Tertiò amplia, ut quis conveniatur in foro loci rei sitæ, dato quòd res sit mobilis, *l. non alias, §. fin. ff. de judiciis, Georgius Obrechti dicto cap. 13. num. 7. cum pluribus seq.* dummodò res non sit ibi per transitum, sed sit perpetuò permansura, *Riccius coll. 1930. in fine*, vel saltim sit permansura per aliquod tempus, *Anchar. cap. fin. post nu. 9. & ibi Abb. num. 43. de foro compet. Capiblan. de Baronib. prag. 8. par. 2. nu. 158.*

6 Hinc est, quòd si quis contrahat in aliquo loco, & sit quæstio super re mobili, ibi vendita, donata, vel permutata, in hoc casu judicium ibi potest moveri ratione contractus, & rei sitæ, & non datur remissio, *Abb. in dicto cap. fin. nu. 33. de foro competenti, & Capiblan. tom. 2. cap. 54. nu. 13. & seq.*

7 Sed si quis retineat rem mobilem in aliquo loco, ibi non potest conveniri pro aliquo debito, sed debet conveniri in suo foro, nisi sit fugitivus, quia tunc potest cogi ad præstandam cautionem de judicio sisti coram Judice competenti, quòd si non potest fidejussorem invenire, res sequestratur, *Abb. dicto cap. fin. nu. 44. de foro compet. Capibl. d. to. 2. cap 54. nu. 14.* & pro ista tertia ampliatione vide *Carleval. de judiciis, tom. 1. disp. 2. q. 3. nu. 147. & seq.*

8 Quartò amplia, nam si clericus conveniatur ratione beneficii, non requirentis residentiam, sortitur forum loci, ubi situm est beneficium, licèt ipse sit alterius Diœcesis, & à fortiori si sit beneficium, quod requirat residentiam, quia tunc ibi convenitur, tàm ratione rei sitæ, quàm domicilii, ità *Marian. Socin. in d. cap. sanè, ver. prima declaratio, de foro compet. Felin. cap. dilectus, to. 2. num. 9. de rescriptis, Graff. de effect. cler. eff. primo, nu. 68.* & doctissimus Consil. *Carleval. d. quæst. 3. nu. 145.* & clericus pro aliis causis potest citari in loco beneficii, quandò beneficium est tale, quod requirat residentiam, *Anna sing. 153.* quod si clericus conveniatur actione reali, debet conveniri coram Judice Ecclesiastico illius loci, ubi res sita est, & non in loco clerici, *Scaccia de judiciis, par. prima, cap. 11. nu. 31. Graffus de effect. cler. eff. primo, nu. 17.*

9 Quintò amplia, ut quis sortiatur forum rei sitæ, non solùm pro ipsa re sita, sed etiam quòad servitutem præstitã super ipsa re *Carleval d. quæst. 3. n. 146.*

10 Sexto amplia, ut quis sortiatur forum rei sitæ, non solùm si dubitetur quòad proprietatem rei, sed etiam si agatur de possessorio, nam possessorium debet tractari in loco rei sitæ, *l. unica, C. ubi de possessione agi opor.* & docent *Marian. Socin. dicto c. sanè, ver. septima declaratio, & Boss. d. tit. de citationib. num. 33.*

11 Septimò amplia, nam fideicommissum debet peti in loco hæreditatis, *l. unica, C. ubi fideicomm. pet. oport.* & fideicommissum debet peti, ubi est major pars bonorum hæreditariorum, *l. si fideicommissa, ff. de judiciis*, de quo latè *Peregrin. de fideicomm. art. 53.*

12 Octavò amplia, nam si agatur de hæreditatis petione, quis potest conveniri, vel in loco domicilii rei, vel in loco, ubi sunt res hæreditariæ, *l. unica C. ubi de hæred. agitur*, verum dicta lex unica dicit, quòd in tantùm reus potest conveniri petitione hæreditatis, ubi res hæreditariæ sitæ sunt, inquantùm degat in loco ubi sitæ sunt res hæreditariæ, ut in *tex. ibi (ubi autem domicilium habet, qui convenitur, vel si ibi, ubi hæreditaria res sitæ sunt, degit, hæreditatis erit controversia terminanda)* sed *glos. ibi ver. degit*, dicit, quòd potest conveniri in loco, ubi res hæreditariæ sitæ sunt, licèt ibi non degat, & hæres debet immitti in possessionem bonorum hæreditariorum à Judice, ubi res hæreditariæ sitæ sunt, *d. l. unica, in principio, C. ubi de hereditate agitur.*

13 Hinc est, quòd Judex immissionis bonorum est Judex rei sitæ, licèt alius Judex domicilii possit proferre sententiam de immittendo in possessionem, & destinare literas ad Judicem loci rei sitæ, *glos. in l. fin. C. de edict. Divi Hadrian. toll. Dom. Reg. Tapia decis. Sacri Cons. 33.*

14 Nonò amplia, nam si sit facta transactio de aliqua re, & quis velit rescindere transactionem, potest in hoc casu reum convenire, ubi res ipsa sita est, *glos. in l. 2. C. ubi, & apud quem.*

15 Decimò amplia, ut hæres teneatur conficere inventarium in loco, ubi sitæ sunt res hæreditariæ & non potest illud facere in suo domicilio, *Sebastian. Monticulus de inventario, fol. mihi 50. nu. 34.*

16 Undecimò amplia, ut jus congrui debeat peti coram Judice loci rei sitæ, ut ita decisum testatur, *Dominus de Franch bonæ memoriæ in dec. 389.*

17 Duodecimò amplia, ut gabella debeat solvi, ubi res sita est, non autem ubi contractus celebratur, *Bal. in l. multum, & Salic. in l. fin. C. si quis alicui, vel sibi.*

18 Decimotertiò amplia, nam si vendatur res pupilli, requiritur decretum Judicis rei sitæ, & non Judicis domicilii pupilli, *l. si prædium, ff. de prædiis minorum*, Sed *Abb. in cap. postulasti, num. 8. de foro compet.* dicit, quòd decretum Judicis, super alienationem rerum minoris extenditur ad rem sitam extrà territorium ipsius Judicis.

19 Sed conclusionem suprapositam, & sic ratione rei sitæ, quem conveniri in loco rei sitæ, licèt ibi non habeat domicilium, limita.

Primò, si reus non reperiatur in loco rei sitæ, quia tunc non potest ibi conveniri, quòd si ibi conveniatur, debet remitti ad Judicem sui domicilii, sed si non compareat, efficitur contumax, & actor mittitur in possessionem rei ex primo decreto, *Paul. de Cast. in l. fin. n. 2. C. ubi in rem actio, de Franch. d. dec.*

d.dec.177.nu.2.& 3 Carlev.al.d.quaest.3.nu.149.Capibl tom.2.cap.54.nu.11. nam regula est, quod in omni foro, praeter forum domicilii, requiritur praesentia rei, ut ibi possit conveniri *Paul. de Cast.in l.haeres absens, in principio, nu.1. & in § 1.nu.8 ff de judiciis, & in cons.413. nu.4.vol.2. Anna alleg.74. nu.8. Capibl.d.tom.2.cap.60.nu.8. Carlev.al.d.quaest.3. nu.149.& d.disput.2.quaest.1.nu.13.& quaest.4.nu.218.* Sed quòd in foro rei sitae possit reus conveniri dato, quòd ibi non reperiatur, tenent contra *Paul. de Cast. Georgius Obrechti d.cap.13. nu.30.cum duobus seq.& Boss d.tit.de citationib. nu.33.* Unde judicium assistentiae potest intentari in loco rei sitae, licèt reus ibi non reperiatur, *Thor.comp.decis.tom.2.ver.remissio causae assistentiae, fol.576.* quem sequitur *Capibl d tom.2.d.cap.54.nu.12.& Barbatus de assistentia.glos.9.num.1.*

20

21 Secundò limita, ut Judex loci rei sitae non cognoscat de actione personali, cap.*caeterùm, de judiciis*, sed tantùm ipse cognoscit de regali, *l.quod legatur ff.de judiciis, Bar.in l fin.C.ubi in rem actio, Marian.Socin.in cap.sanè, nu.12 de foro compet. Anna alleg.59.nu.1.& 2.& alleg.74 num.4. Riccius decis. 79.p.1.& idem Riccius in coll.735.1930.& 3083. ver Item quòd quis par.8.* & tunc actor agit contrà reum in foro rei sitae, quando agit actione reali, vel mixta, *l.unica, C.ubi de possess. agi oport.l.fin.C. ubi in rem actio.* Sed si agat actione mere personali ad rem recuperandam contrà reum, tunc tenetur reum convenire in foro domicilii ipsius rei, & non in foro rei sitae, *l.exemplo, ff. de actionib. empti*, & est ratio, quia actio realis principaliter rem sequitur, personalis verò principaliter personam, *l. fin. §. fin.ff. de contrah.empt.l.actionum, in principio ff.de act.& oblig.l.1.§. si haeres, ff.ad Senat. conf. trebel.* Et ideò actio realis potest intentari in foro rei sitae ab actore contra reum, sed actio personalis debet intentari in foro domicilii ipsius rei, ità docet *Georgius Obrechti d.cap.13 nu.28.& seq.*

22 Hinc est, quòd licèt legatarius possit agere contrà haeredem pro legato, ubi res legata sita sit, tamen hoc intelligitur, si agat actione reali, secus si personali, *Capibl.prag.8.p. rt.2.nu.147. Carlev.al.de judiciis, tom.1.disput.2.quaest.5. nu.358 cum pluribus seq* undè inquantùm dicit *Paul. de Castr.in l.unica, nu.2.C.ub fideicom.peti oport.* Quòd heres quo ad petitionem legatorum sortiatur forum domicilii, ubi habet bona sua, intellige si conveniatur actione personali, aliàs si actione reali potest conveniri, ubi res sita est, ut diximus.

23 Tertiò limita, nam si agatur, an bona fideicommisso subjecta possint alienari si, vel ne, in hoc casu Judex rei sitae, & quilibet aliusJudex inferior est incompetens, sed tantùm de hoc cognoscere possunt Magna Curia V., S.R.C. & Reg.Cam.Sum. & quando M.C.V. cognoscit, debent intervenire omnes Judices, qui reperiuntur in Tribunali, & postea debent facere relationem in Sacro Consilio, & quando Sacrum Consilium cognoscit, & tunc causa debet tractari, junctis duabus aulis, cum interventu Praesidis, & quando Regia Camera cognoscit, debent intervenire omnes quatuor Praesidentes, Fiscus, & Locumtenens ipsius Regiae Camerae, quod intellige, compilato processu; & deinde lata sententia, non potest executioni demandari, nisi praesentata copia Authentica ipsius sententiae in Regio Collaterali Consilio, & impetrato Regio assensu, aliàs si decretum sit latum contrà supradictam formam, est ipso jure nullum, & emens bona fideicommisso subjecta contrà praedictam formam punitur poena duplicationis pretii rei emptae, quae poena Fisco applicatur, & Magister actorum, qui actitavit causam contrà dictam formam privatur officio: & amittit bancam, dato, quod exerceat per substitutum absque obligatione defectus, & culpae substituti, & scriba punitur poena quinque annorum ad regias triremes, & finito tempore praedicto, amplius non potest exercere dictum officium scribae, & ita haec omnia sunt disposita per quandam prag. editam de mense Maii 1634. à Comite Montis Realis, quae reperitur in praetermissis, de qua prag. fit mentio per *Thor. in supplem.decis.ver.unio.fol.656.*

24 Quartò limita, nam si actor convenit reum in domicilio rei, & non in loco rei sitae, reus ipse non potest petere causam remitti ad forum rei sitae, nam est in voluntate actoris, vel reum convenire in domicilio ipsius rei, vel in loco rei sitae, *glos.in l.fin.C.ubi in rem actio*, & docent *Barbatus de assistentia, glos.9 nu 3 Georgius Obrechti d. cap.13.n. 26. Abbas in d.cap.sanè, nu 4.& Butrius in cap.dilecti, nu.15.de foro compet.* secus si actor conveniat reum in loco rei sitae, quia tunc ille forus est necessarius ex parte rei, nam ipse non potest petere causam remitti ad suum domicilium, *de Franch decis 177.& Barbatus d.glos.9. nu.4.* nam forus rei sitae non tollit forum domicilii, sed concurrit cumulativè cum foro domicilii, ita *Carlev.al.de judiciis, tom.1. disput.2.quaest.1.nu.6.& seq.* nam Judex domicilii est etiam competens pro re alibi sita, *cap.dilecti, de foro compet.Gramat.dec.26.nu.2.* Et quando quis habet plures Judices, est in electione actoris, quem velit eligere, ut dixi supra *cap. 1. de foro rei conveniendi, nu.21.* Ergo actor potest convenire reum in domicilio rei pro re alibi sita, ut diximus.

25 Et scias, quòd si res sita sit in confinibus duarum Provinciarum, & dubitatur in quo territorio sita sit, in hoc casu Judex utriusque territorii potest adiri, & est Judex competens, ita *Host.& Jo: And & Marianus Socinus in d.cap sanè, num.6.de foro compet. & ibi Abb nu.7.* ubi ipse *Abb.* dicit, quod si res sit sita in confinibus duarum Provinciarum, & dubitetur de liminibus Provinciarum, uterque Judex potest cognoscere, parte contradicente, an locus, vel res sit in territorio ipsius Judicis, ubi incepta est lis.

26 Scias etiam, quòd Judex Romanus non potest dare curatorem Neapolitano, etiam si Neapolitanus teneat domicilium Romae circà bona stabilia, quae ipse Neapolitanus possidet in Regno, *Ann. sing.266.*

27 Scias etiam, quòd exteri litigantes in hoc Regno ratione rei sitae tenentur compromittere vigore *prag.1.de arbitris*, si sint conjuncti, dato, quòd in Regno non habitent, sed tantùm reperiantur, *Imol.& Marian.Soc. in d. cap.sanè, de foro compet. Rovit.d.prag.1.nu.35. de arbitr.*

C SUM-

SUMMARIUM.

1 *Contrahens in aliquo loco ibi conveniri potest pro dicto contractu, licèt alibi habeat domicilium. Amplia pluribus modis usque ad nu. 19. & Limita pluribus modis à d. nu. 19. usque ad nu. 28.*

17 *Promittens dare fidejussorem tenetur dare fidejussorem de loco contractus.*

18 *Contrahens in aliquo loco ligatur statutis illius loci.*

28 *Privilegiatus, si conveniatur in loco contractus, non potest eligere forum sui domicilii, sed potest eligere Regia supremi Tribunalia.*

29 *Sententia lata per Judicem loci contractus potest mandari exequutioni per Judicem domicilii rei.*

30 *Mutans domicilium an pro contractibus anteà factis conveniri possit in primo domicilio, & nu. 31.*

32 *Judex domicilii cognoscens de contractibus alibi gestis an teneatur observare statuta sui fori?*

33 *Frumenti monstra, si sit asportata in mercato, & ibi frumentum sit venditum, & non sit dictum, ubi frumentum consignari debeat, illud debet consignari in domo venditoris, & quid de terragiis debitis Baroni per suos vassallos, & de decima prædial. ibidem.*

34 *Baro potest facere bannum, ut nemo trituret frumentum sine licentia sua.*

De Foro Contractus.

CAP. V.

1 SI quis unius fori contrahat in loco alterius fori, convenitur in loco contractus & non potest petere, se remitti ad Judicem suum competentem, *l. hæres absens § proindè ff de Judiciis, § hæc cōside à es, & §. si igitur, au h. ut omnes obediā: Judicibus, cap. dilecti, & cap. fin. de foro compet. cap. primo, de privilegiis, in 6.* latè *Georgius Obrechti de jurisd. lib. 3. cap. 12.*

2 Quod amplia, & primò, etiam si contractus sit factus per procuratorem, nam adhuc dominus convenitur in loco contractus facti per procuratorem, *Dom. Reg. Sanfel. in praxi judic. sect. 11. nu. 5.* nā qui per alios facit, per se ipsum facere videtur, *cap. qui per alium de regulis juris, in 6.* & contractus factus per procuratorem habetur equè, ac si esset factus per ipsum dominum, & habetur equè, ac si ipse contraxisset in eo loco, *d. l. hæres absens, §. apud Labeonem, ubi DD.* undè meritò dominus convenitur in loco contractus facti per procuratorem, *Dom. Consil. Carleval. de judiciis, tom. 1. disput. 2. quæst. 4. nu. 161. ubi num. seq.* dicit, hoc procedere tàm in contractu facto à generali procuratore, quàm à procuratore speciali, citat *Paul. de Castr. in d. §. apud Labeonem*, licèt contrarium teneat *Dec. cons. 510. n. 5. in fin.* qui dicit, hoc habere locum in generali procuratore, non autem in contractu facto per specialem procuratorem, tamen *Decius* reprehenditur à *Barbosa in d. §. apud Labeonem, nu. 12.*

3 Secundò amplia, nam si contrahentes velint dicere de nullitate contractus, Judex loci contractus est competens in cognoscendo, si contractus sit validus si, vel ne, *Bald. in l. præscriptione, la seconda, num. 15. C. si contra jus, vel utilitatem publicam, Barbos. in d. l. hæres absens, §. proinde, n. 26. ff. de judiciis*, & docet integerrimus *Dom. Carleval. d. qu. 4. num. 163.*

4 Tertiò amplia, ut contrahentes sortiantur forum in loco contractus, sivè conveniantur actione personali, sivè hypothecaria, *glos. in §. hæc considerantes, ver. hypotheca, auth. ut omnes obediant Judic. provinciar. Bal. in l. 2. num. 2. C. mandati, Dom. Carleval. d. qu. 4. num. 164.*

5 Quartò amplia, ut non solùm contrahentes sortiantur forum in loco contractus, quòad principalem contractus obligationem, sed etiam quòad omnia accessoria, puta quòad omnia damna, expensas, & interesse pervenientia ex ipso contractu, *cap. dilecti, ubi Abb. num. 6. & Butrius num. 17* & alii communiter *extra de foro compet. Dom. Carleval. d. q. 4. nu. 165.*

6 Quintò amplia, ut quis sortiatur forum in loco quasi contractus, nam ibi quis convenitur, ubi quasi contractum gessit, *d. l. hæres absens, § primo, & l. argentarium ff. de judiciis, Marian. Socin. dicto cap. dilecti, nu. 37. de foro compet. glos. & Anchar. in cap. fin. num. 14. de foro compet. idem Anchar. in quæst. 14. num. primo, par. prima, & D. Carleval. dicta qu. 4. num. 166.*

7 Hinc est, quòd tutor, qui tutelam administravit extrà ejus domicilium, convenitur pro reddenda ratione administratæ tutelæ in loco administrationis, quod idem est in quocumque negotiorum gestore, nam ubi negotium gestum est, ibi conveniri debet. *dicta l. hæres absens §. primo, ff. de judiciis, & l. prima, C. ubi de ratiociniis tàm publicis, quàm privatis agi oport. l. interdum, §. Senator. ff de judiciis. Afflict. in Const. Reg. Privilegia, num. 6.* & latè dicam infrà *cap. 29 de foro administratoris.*

8 Sextò amplia, nam si exemptus contrahat extrà locum exemptum, non obstante privilegio exemptionis, potest conveniri in foro loci contractus, *cap. 1. de privilegiis in 6.* quam sextam ampliationem limita, si exemptus contrahat uti viator, quia tunc non convenitur in loco contractus, sed convenitur coram Judice competenti ipsius exempti, *Abb. in cap. fin. n. 34. de foro cōpet.*

9 Septimò amplia, nam licèt exteri venientes ad nundinas non possint ibi conveniri, *l. prima, ubi DD. C. de nundinis*, tamen pro negotiis ibi gestis in nundinis pertinentibus ad negotia nundinarum ibi conveniuntur, *Capiblanc. de Baronibus, tom. 2. cap. 54. num. 14* immo quis veniens ad nundinas ibi potest conveniri pro aliis contractibus alibi celebratis, ut ità servari, testatur *Novarius quæst. forens. 31. par. 2. & in praxi electionis fori, tom. 2. sect. 3. quæst. 19. nu. 13 & 14.* in qua *quæst. 19.* ipse *Novar.* dicit, quòd persona privilegiata habet electionem fori in causis introductis coram magistris nundinarum, intellige si conveniatur pro contractibus alibi celebratis, secus si pro contractibus ibi celebratis, quia tunc non habet fori electionem, ut dicit ipse *Novar. ibi num. 9.*

10 Octavò amplia, ut non solùm contrahentes sortiantur forum loci contractus, quòad implementum ipsius contractus, sed etiam quòad rescissionem, & distractum ipsius contractus, si ibi debitor reperiatur, *August. Barbos. in coll. DD. super*

per cap. licèt 10. nu. 5. de foro compet. & non obstat *tex. in l. 2. C. ubi, & apud quem*, ubi habetur, quòd si quis velit rescindere contractum via restitutionis in integrum, vel ex alia causa, debet adire Judicem domicilii rei, nam respondemus, quod *tex.* ille non excludit, quin Judex loci contractus etiam sit competens, nam restitutio potest peti in loco contractus, *Dom. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 11. num. 6.* & Judex contractus cognoscit de causa distractus, *Petrus Franc. de Tonnetis in tract. de praeventione cap. 18. à num. 8. usque ad finem*, vel dic, quòd *tex.* ille loquitur quando reus non invenitur in loco contractus, sed in loco domicilii, nam tunc Judex domicilii est competens, quia in tantùm Judex loci contractus est competens, in quantùm reus ibi reperiatur, ut infrà dicam *nu. 19.* unde meritò etiam in distractu Judex loci contractus est Judex competens, quando reus ibi invenitur, *Anchar. d. quaest. 14 par. 1. Georg. Obrechti d. cap. 1. 2. num 18. D. Carleval. d. quaest. 4. nu. 184. cum plurib. seq. Covarruvias variarum resol. lib. 1. cap. 4. num. 1. Borrell. summa decis. tit. 43. num. 32. & seq.*

11 Nonò amplia, nam exceptio non numeratae pecuniae, quae dissolvit contractum, proponi debet in loco contractus, *Bal. in l. contractibus, §. in omni, C. de non numerata pecunia, Lupus alleg. 10. Anchar. d. quaest. 14. num 3. par. 1. & Covar. d. cap. 4. num. 1.* ubi dicit, hoc procedere, si ibi adversarius inveniatur.

12 Decimò amplia, nam impetratio absolutionis juramenti potest impetrari ab Episcopo loci contractus, etiam si ibi non reperiatur ille, cui est juratum, ut dicam infra *cap. 44. de foro juratis, nu. 5.* ubi etiam dicam, quòd monitoria pro detegenda simulatione contractus debent concedi ab Episcopo loci contractus, & non ab Episcopo loci contrahentium, sic etiam absolutio juramenti peti, & concedi potest ab ordinario, in cujus Dioecesi reperitur ille, qui absolvi petit, licèt contractus alibi sit celebratus, ita *Marcell. de Vulpe in prax. fori Eccles. cap. 30. num. 5.* & dicam infrà *d. cap. 44. d. num 5.*

13 Undecimò amplia, nam si contractus sit factus in uno loco, & conditio adjecta contractui adimpleatur in alio loco, debitor conveniri debet in loco contractus, & non in loco adimpletae conditionis, *August. Barbosa in collect. DD. super cap. fin. nu. 4. de foro compet. Marian. Socin. in cap. dilecti, num. 33. de foro compet. ubi num 34.* dicit, quod si conduco te Advocatum de Civitate Neapolitana, ut defendas me Romae, & promitto salarium, pro salario possum conveniri in Civitate Romana, de quo vide ibi *d. Marianum Socinum.*

14 Duodecimò amplia, nam gabella debet solvi in loco contractus, licèt alibi solutio destinata sit, *Abb. Butrius, & Felin num. 18. in cap. licet ratione, de foro competenti, & D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 11. nu. 3.*

15 Decimotertiò amplia, nam si in aliquo loco, adsit statutum, ut pro primis causis quis non possit extrahi à suo domicilio, prout est in Regno nostro, ut diximus supra *cap. 2. nu 5.* tamen quis potest conveniri extra suum domicilium, si extra illud contraxit, & sic potest conveniri in foro contractus, ut dicit *Antonius Sola ad Constitutiones Sabaudiae Ducatus, tit. de foro competenti, glos. 2. nu. 21.*

16 Decimoquartò amplia, nam si quis se obligavit poenes acta alterius fori de aliquid solvendo tempore convento, adveniente tempore, & non facta solutione, si creditor incusat obligationem praedictam, & expediat literas exequutoriales, super quibus brachium Regiorum superiorum impetrat, & debitor sit carceratus, in hoc casu debitor debet detineri carceratus in carceribus loci contractus, & non in carceribus sui fori, ita *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 56. num. 6. & 7. cum plurib. seq.*

17 Decimoquintò amplia, nam si quis in aliquo contractu promittat dare fidejussorem, in hoc casu tenetur dare fidejussorem de loco contractus, & non de alio loco, *Bart. in l. si fidejussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogantur, Hipp. de Marsil. in l. fin. nu. 166. ff. de jurisd. omn. judicum.* Et promittens dare fidejussorem, intelligitur promisisse dare in loco, in quo promisit, *Bocr. dec. 99. circa finem, & Roland. à Valle cons. 58. num. 19.* ubi *num. 15. & d. nu. 19.* dicit, quod si quis promittat praesentare aliquem ad omnem Judicis requisitionem, promissio illa intelligitur in loco ipsius Judicis, & non alibi. Item est si quis promittat ex pecunia solvenda facere emptionem pro securitate evictionis, tenetur facere emptionem praedictam in loco contractus, *Alex. in l. fidejussor, § si necessaria, nu. 3. ff. qui satisdare cogantur, Anna sing. 415.*

18 Decimosextò amplia, ut extraneus contrahens in aliquo loco non solùm possit ibi conveniri ratione contractus, sed etiam ligatur statutis illius loci, *l. venditor § si constat, ff. comm. praed. Borrel. summa decis. tit. 43. num. 107.* Et contrahens in aliquo loco ratione contractus tenetur servare sollemnitates, quae in illo foro observantur, *Bar in l. cunctos populos, num. 24. C. de summa trinit. & fidei cathol. Gram. dec. 103. num. 178. Borrell. d. tit. 43. num. 109 ubi nu. seq.* dicit, quòd si forensis ob ignorantiam loci statuti laederetur in contractu, restituitur in integrum, sed si contractus vergeret in delictum, & tunc forensis contrahens ligatur statuto faciente delictum illum contractum, *Mazor dec. 49. & Borrell. d. tit. 43. n. 111.*

19 Sed regulam principalem suprapositam, & sic quod quis possit conveniri in loco celebrati contractus, licèt ipse sit alterius fori, limita.

Primo quando reus reperitur absens à loco celebrati contractus, quia tunc ibi conveniri non potest, sed debet conveniri in domicilio ipsius rei, *D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 11. nu. 10.* nam tunc quis potest conveniri in loco contractus, quando in dicto loco non est tamquam advena, sed ibi habeat taberoam, pargulam, horreum, armarium, vel officinā conductā, secus si ex eo loco sit confestim profecturus post celebratum contractum, quia tunc debet conveniri in loco sui domicilii, *d. l. haeres absens, §. proinde, ff. de judiciis, & in cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in 6. Anchar. d. quaest. 14. & Covar. pract. quaest cap. 19. nu. 3.* unde non mihi videtur tuta opinio *Riccii in dec. 296 part. 3.* asserentis, quòd in casibus, in quibus requiritur praesentia debitoris in loco,

contractus, ut ibi conveniri possit sufficit si debitor casu reperiatur in loco contractus, nam prima opinio est vera. Undè viator nõ sortitur forũ loci cõtractus, *arg. c. Romana, §. contrahent. de foro comp. in 6. Cappel. Thol. dec. 103. Borrell. d. tit. 43. nu. 122. Abb. in c. fin. n. 33. de foro comp. Carlev. d. q. 4. n. 237.* nisi contrahens ignorabat, illum esse viatorem, sed credebat esse Civem, cum per locum iret uti Civis, vel mercator, & faciebat ibi hospitium, in hoc casu viator sortitur forum in loco contractus *Cappell Thol. d. dec. 103. Borrell. d. tit. 43. num. 123. Abb. d. cap. fin. d. num. 33. & Carleval. d. qu. 4. num. 244.* Vel nisi viator fecerit contractum, qui statim, & incontinenti debeat adimpleri, puta, si vendidit equum, & recepit pretium, nam videtur actum, ut eodem tempore consignet equum, quòd si non consignet, ibi convenitur, *Marian. Soc. d. cap. dilecti, num. 19. de foro compet. Abb. d. cap. fi. d. nu. 33 & Dominus Consiliarius Carleval. d. qu. 4. num. 239. cum pluribus seq.* Imo si quis simpliciter promittat, se responsurum apud Judicem loci contractus absque juramento, & renunciatione sui fori, adhuc si non reperiatur in loco contractus, non potest ibi conveniri, *Covar. pract. quæst. cap. 10. post nu. 6. ver. undecimo.*

30 Sed si reus se submittat cum juramento in foro loci contractus, renunciando suum forum, in hoc casu, licèt reus non reperiatur in foro loci contractus, ta nen potest ibi conveniri, *Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 2. nu. 152. Carleval. d. quæst. 4. nu. 219. Covar. d. cap. 10. nu. 5. & D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 11. nu. 14. ubi nu. 15.* dicit, quod hæc renunciatio non obstat Baroni, si dicta renunciatio fine ejus consensu facta fit, nisi contrahens in loco contractus reperiatur, citat *Covar. d. nu. 5. ver. octavo ab eadem radice, & ver. octavo ex proxime.* Sed si reus non se submittat in specie in loco contractus, sed se submittat in omni foro, & loco adhuc non potest conveniri in foro loci contractus, si ibi non inveniatur *Gratian. dec. 180. Ricciu coll. 339.* Unde merito cum quidam contraxisset extra suum domicilium, & se obligasset in certa summa cum clausula cõveniendi ubique locorũ, & in omni Curia loco, & foro, & instrumentũ esset liquidatum in loco contractus tẽpore, quo obligatus ibi præsens non reperiebatur; liquidatio ipsa fuit declarata nulla per Sacrum Consilium, ut testatur *Franc. de Petr. conf. 25.* Quòd si quis cõtrahat in aliquo loco cum pacto expresso, ut possit conveniri in loco cõtractus, dato quòd à dicto loco reperiatur absẽs, in hoc casu reus potest cõveniri in foro loci contractus, dato, quòd ibi non sit præsens, *Cep. cautel. 70.*

31 Et si reus sit præsens in loco contractus, & ibi conveniatur, si deinde se absentat, hoc non obstante, causa ibi finitur, *l. consentaneum, ubi Bal. nu. 8. C. quomodo, & quando Judex, l. si is qui Romæ, ff. de judiciis,* & docent *Carleval. d. quæst. 4. num. 230. & Capibl. d. prag. 8. part. 2. post num. 151.*

Et forensis, si in uno loco territorii contrahat, potest in aliis locis ejusdem domini conveniri, si ibi reperiatur, *Thes. dec. 220. nu. 9. & D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 11. nu. 12. ubi nu. 13.* dicit, quòd quando contrahens habet bona in loco cõtractus, ibi convenitur, dato quòd ab eo loco sit absens.

32 Secundò, principalem regulam limita, si contrahentes pacti sint, ut reus conveniatur in alio foro, quàm in foro contractus, quia tunc nõ convenitur in foro contractus, sed in foro ubi est conventum, *d. l. hæres absens, §. proinde, ff. de judiciis, Nutta conf. 430. nu. 19. Carleval. d. quæst. 4. nu. 246.*

33 Tertiò limita, nam si actor convenit reum in domicilio ipsius rei, ipse reus non potest petere, se remitti ad forum contractus, nam est in voluntate actoris, vel convenire reum in suo domicilio, vel in foro contractus, *glos. Butrius, num. 15. & 28. & ibi alii DD. in cap. dilecti, de foro competenti, Carleval. d. quæst. 4. num. 236.*

34 Quartò limita, in confirmatione contractus, nam in confirmatione contractus debitor non convenitur in loco confirmati contractus, sed in loco ubi prius contractus erat celebratus, *Jas. in l. more majorum, num. 29. ff. de jurisd. omn. jud. Gaillus lib. 2. obser. 1. num. 4. Barbosa in collect. DD. super cap. licèt 20. nu. 4. de foro compet. & novissimè docet Cons. Carleval. d. quæst. 4. nu. 279. & 280.*

35 Quintò limita, quando Baro contrahentis habet privilegium cognoscendi de causis vassallorum contrahentium extra territorium, quia in hoc casu vassallus dicti Baronis non convenitur in foro loci contractus, sed causa spectat ad ipsum Baronem, *Capibl. d. tom. 2. d. cap. 55. in principio.*

36 Sextò limita, nam maritus convenitur in foro sui domicilii pro restitutione dotis, & non in foro loci, ubi contractum fuit matrimonium *l. exigere dotem ff. de judiciis, Afflict. dec. 226.* nisi maritus ipse habitet in patria uxoris, ubi contractum fuit matrimonium, quia tunc ibi convenitur pro dote restituenda, *l. si uxor, ff. de judiciis,* vel nisi maritus conveniatur pro restituenda re immobili dotali, sita in loco contracti matrimonii, quia tunc potest etiam conveniri in loco rei sitæ, *Semp. Afflict. decer. 189.* Sic etiam quis in loco contractus potest conveniri, si ibi non reperiatur, quando ibi habet bona, *Bart. in l. Titium, & meuium, § 1. & ibi Jacob. de Arena, ff. de administ. tutor. Amat. resolut. 33. num. 8. & Petrus Franc. de tonsutis de præventione, cap. 10. num. 81. & cap. 18. num. 12.*

37 Septimò limita, nam in Regno Siciliæ in tantùm quis convenitur in loco contractus, in quantum ibi habitaverit per sex menses, aliàs ibi conveniri non potest, ut in ritu illius Regni 72. & docet *Caracciolus de fori privilegiatorum remissione, quæst. 12. num. 6. & 11. cum duob. seq.*

38 Et scias, quòd si persona privilegiata contrahat in aliquo loco extra suum domicilium, & ipsa persona privilegiata sit conventa in foro loci contractus, in hoc casu non potest eligere forum sui domicilii, sed tenetur litigare in foro contractus, vel potest adire Regia suprema tribunalia, *Capibl. d. tom. 2. cap. 44. num. 2. cum duobus seq.* Et licèt *Novar. in prax. elect. fori, tom. 1. sect. 4. quæst. 27.* dicat, quòd, qui habet privilegium electionis fori, illo non possit uti, si sit conventus in loco contractus, citat *Ricciu dec. 296. nu. 2. part. 3.* tamen opinionem *Novarii* intellige, ut ipse nõ habeat electionem fori, & sic ut possit eligere forum sui domicilii, ut docet ipsemet *Novar. de elect. fori, tom. 2. sect. 1. quæst. 8.* secus Regia Tribunalia, ut diximus.

39 Scias etiam, quòd sententia lata per Judicem loci contractus, potest mandari executioni per Ju-

Judicem domicilii rei, *l. argentarium, §. 1. ubi Bar. & alii, ff. de judiciis.*

30 Et advertas, quòd si quis mutaverit domicilium, & in alium locum eum transtulerit, in tantùm potest conveniri in loco primi domicilii pro contractibus factis tempore primi domicilii, in quantùm ibi contraxit, secus si contraxit extrà locum primi domicilii, quia tunc, mutato domicilio, non potest conveniri in loco primi domicilii pro contractibus facts extrà locum primi domicilii, tempore quo manebat in primo domicilio, & ità procedit *tex. in l. 2. C. de jurisd. omn. jud.* ut advertit *Paul. de Cast. ibi num. 7.* Sed convenitur in loco novi domicilii, & non in loco antiqui domicilii, nam attenditur ultimus incolatus, & extinguitur præcedens, *l. domicilium ff. ad municipalem Boer. dec. 13.*

31 Et quòd *tex. in d. l. 2. C. de jurisd. omn. jud.* in quantùm dicit, quòd reus potest conveniri in antiquo domicilio pro contractibus factis tempore, quo manebat in antiquo domicilio, intelligatur, si ibi contraxit reus ipse, probatur per verba illius *tex.* ibi (*domicilium reus, vel tempore contractus habuit, licèt hoc postea transtulerit*) ergo secus si ibi non contraxit, sed alibi, quia tunc, mutato domicilio in alium locum, non potest conveniri in antiquo domicilio, ità *Dominus Consil. Carleval. d. quæst 4. num. 282. cum pluribus seq.* & dixi supra *cap. 2. nu. 31. & seq.* Sed tunc quis potest conveniri in loco primi domicilii, si ibi contraxit, quando ibi reperitur, aliàs si ibi non reperiatur, non potest ibi cōveniri, *D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 10. n. 1.*

32 Advertas etiam, quòd quando Judex domicilii cognoscit de contractibus alibi gestis, tenetur observare statuta sui fori quò ad ea, quæ concernunt ordinem judicii, & non tenetur observare statuta loci contractus, unde si instrumentum sit confectum extrà Regnum Neapolitanum, ubi observatur jus commune, quod est, ut instrumenta non habeant executionem paratam, *l. si minor viginti quinque annis, cui fideicommissum, ff. de minoribus, Caravit. ritu 166. num. 31. Thes. dec. 26. de Franch. dec. 118. num. 5. Rovit. in rub. de instrum. liquid. num. 1.* si dictum instrumentum præsentetur in Regno, citatus super tenorem instrumenti non auditur in exceptionibus, quæ in promptu non possunt probari, nisi in vinculis vel facto deposito, juxtà dispositionem *d. rit. 166. Regens Sanfelic. decis. 311. n. 6.* in qua *dec. dicit ipse Reg. Sanfelic.* Idem esse in literis cambii celebratis extrà Regnum, si præsententur in Regno. Sed licèt instrumentum confectum extrà Regnum, possit præsentari in Regno via ritus, tamen debet haberi aliqualis summaria informatio, etiam extrajudicialis qualiter ille, qui scripsit instrumentum, sit publicus Notarius, & quomodo debeat, esse ista summaria informatio, ponit *Galter. pract. liquid. instr. in 2. 1. part. rub. advertat ad debita, & causas, nu. 23* Et si è contrario, si instrumentum confectum in Regno præsentetur extrà Regnum, non observatur dictus Ritus extrà Regnum, ut docet ibi *Caravit. num. 61. cum tribus seq.* Sed quòd instrumenta, quæ habent executionem paratam ex forma statuti loci contractus, habeant etiam executionem paratam extrà territorium loci contractus, tenent *Bald. in l. exemplo, C. de probat. Jas. in l. si arrogator, num. 41.*

de adoptionib. & Carrocius de remediis contrà præjudiciales sententias, except. 62. nu. 8. Sed quò ad ea, quæ concernunt decisionem causæ, judex domicilii tenetur observare statuta loci contractus, unde si quis hujus Regni contrahat extrà Regnum absq; consensu patris, potest pro tali contractu conveniri in Regno, & non potest dicere contractum esse nullum vigore *pragm. prima ad Macedon.* nam judex tenetur observare jus commune, quod est, ut filius familias rectè obligetur, absq; consensu patris, *l. filiusfamilias 38. ff. de act. & oblig.* sed jus commune observatur in loco contractus, dum contractus est factus extrà Regnum, ergò, &c. prout ità decisum testatur *de Franch. decis. 72.* & è contrario, si exter contrahat in Regno absq; consensu patris, adhuc contractus est nullus vigore *d. pragm. 1.* ut docet ibi *Rovit. num 16.* unde puto, quòd neq; extrà Regnum pro tali contractu facto in Regno absque consensu patris filiusfamilias possit conveniri, & faciunt dicta per *Guazzin. ad defens. reor. def. 36. cap. 30. n. 5.*

33 Advertas quoq; quòd si monstra frumenti sit asportata in foro, & sic facta venditio tot frumenti illius monstræ, & non sit dictum ubi debeat consignari dictum frumentum, in hoc casu intelligitur, ut consignatio debeat fieri in domo venditoris, *Ann. singul. 347.* & semper quando agitur de consignanda aliqua re, ibi consignatio fieri debet, ubi eadem res reperitur, si non sit facta mentio consignationis *Ursill. ad Affl. dec. 316. num. 3. & Caracciol. dec. Sicil. 38. num. 15.* sed terragia debita à vassallis Baroni, Bato ipse exigit dicta terragia in area, & vassalli non tenentur illa asportare ad domum Baronis, *de Franch. dec. 124. & Anna alleg. 94. num. 11.* sed decima prædialis, quę debetur Sacerdotibus, debet assignari in horreis, *glos. in cap. revertimini 16. q. 1. ver. in horreo. & Ursill. dec. 316. nu. 4.* nisi in contrarium sit consuetudo, *de Franch. d. decis. 134. nu. 3.*

34 Et Baro potest facere bannum, ut nemo trituret frumentum sine licentia sua, ne vassalli ei fraudent terragia, *de Franch. decis. 117. Covarr. variar. resol. lib. 1. cap. 17. Capibl. de Baronib. prag. 11. n. 73. & Cabal. resol. crim. casu 168.*

SUMMARIUM.

1 *Promittens convenitur in foro destinatæ solutionis licèt sit alterius fori, & stipulatio sit celebrata in alio loco, quàm in loco destinatæ solutionis, & hoc tàm quòad sortem principalem, quàm pro accessoriis: Amplia, ut n. 3. 4. 5. & 6.*

2 *Promittens facere ædificium Romæ, si illud non faciat intra statutum tempus, convenitur ad interesse, vel in loco sui domicilii, vel Romæ.*

5 *Absens si quis reperiatur d. loco destinatæ solutionis, an ibi conveniri possit? & n. 6. & 7.*

8 *Promittens potest conveniri, vel in loco destinatæ solutionis, vel in suo domicilio, & an in suo domicilio possit instrumentum liquidari via ritus, nu. 9.*

10 *Promittens solvere aliquid cum pacto, ut possit conveniri ubiq; locorum, & ubi fuerit inventus, ubi conveniri possit? & nu. 11.*

12 *Creditoris est electio convenire suum debitorem Capuæ, vel Romæ, si ipse debitor promisit solvere Romæ*

Romæ, vel Capuæ, nisi promissio sit facta copulativè, quia tunc mediet is potest peti Romæ, & mediet as Capuæ nu.13.

14 *Promittens solvere Romæ, Capuæ, & ubiq; locorum, ubi fuerit inventus, potest conveniri Romæ, vel Capuæ, & ubiq; locorum pro tota summa.*

15 *Promittens solvere Capuæ, vel Romæ,& ubiq;locorum non potest conveniri in loco suspecto,& non tuto,aut in loco,per quem transitu facit navigando.*

16 *Statutum loci, ubi solutio facienda est,attendi debet.*

De foro destinatæ solutionis.

C A P. VI.

SI quis promittat solvere centum alicui Romæ; licet promissor sit alterius fori, quàm fori destinatæ solutionis, tamen promittens convenitur in foro destinatæ solutionis. *l.hæres absens, §.fin. ff.de judic.* & docet *Mausonius de causis executivis ampl.20 nu.5.* & hoc dato, quòd stipulatio sit celebrata in alio loco, quàm in loco destinatæ solutionis, nàm adhuc promittens convenitur in foro destinatæ solutionis, & non in foro contractus, quia non attenditur locus celebrati contractus, sed attenditur locus, ubi solutio fieri debet, *l.contrax ff. , ff.de act & obl.l.3.ff.de bonis author.Iudic. poss. si fi. icomm sso ff.de Iudic.Marian.Socin.in c.dilecti,nu 9. & 32. de foro compet. Georg. Obrechti de jurisdict onc lib.3.cap.12.nu.42.Carleval.de Iudiciis tom.1.disp.2.q.4.n.248.* ubi ampliat,ut quis in loco destinatæ solutionis,non solum possit conveniri pro quantitate principalitèr promissa,sed etiam pro accessoriis, puta pro damnis expensis,& interesse, nàm pro iis promissor convenitur in foro destinatæ solutionis.

2 Undè si quis promittat ædificium facere Romæ certo tempore, si finito tempore ædificium non sit perfectum, stipulans agit pro interesse contrà promittentem, vel in loco domicilii promittentis, vel in loco, ubi ædificium erat faciendum, *l.eum qui insulam ff de judiciis*, & promissor tenetur ad interesse quanti interest stipulanti ædificium esse factum in tempore promisso, *l.si Kalendis 11.ff.de re judicata*, sed in hoc casu non potest agi ad interesse antè tempus, licèt certum sit, opus fieri non posse intrà statutum tempus, *l insulam ff.de verbor.oblig.*

3 Amplia etiam, ut quis possit conveniri in loco destinatæ solutionis, dato quòd tacitè in dicto loco sit destinata solutio, *Ant. Butrius in cap.fin. col.10.de foro compet. Carleval.d.qu.4.nu.259. Novar.quæst forens.91.n.6.p.1.*

4 Amplia etiam, nam si post contractum perfectū alibi solutio destinata sit, adhuc debitor convenitur in loco destinatæ solutionis, ut per *tex.in l. Quamvis §.1 ff.de judiciis*, docet *Butr. ubi supr.& Novar.d quæst forens.91.post nu 6.* sed in hoc casu potest promissor conveniri tàm in locō cōtractus, quàm in loco destinatæ solutionis, *Carleval.d.qu. 4.nu.260.*

5 Amplia etiam, ut quis conveniatur in loco destinatæ solutionis, dato, quòd ibi non inveniatur, & sit absens, *Marian.Socin.d.cap.dilecti, num.18.de foro competenti*, sed veritas est, quod quis invitus non potest conveniri in loco destinatæ solutionis, si ibi non inveniatur, *Tho.Trevisanus decis.48.par. 1.Riccius collect.339.circà medium, Carleval.d.q.4. num.262.ubi n.276.* dicit ipse *Carleval* hoc etiam procedere, si promissor in loco destinatæ solutionis inveniatur tanquam advena, & quod sit statim discessurus, nàm adhuc promissor conveniri potest in loco destinatæ solutionis, qui *Carleval.* reiicit opinionem aliorum contrarium tenentium.

6 Imò si quis promittat solvere centum Romæ, & non inveniatur ipse principalis promissor Romæ, sed reperiatur ibi procurator specialitèr constitutus pro illa centum, in hoc casu potest Romæ conveniri procurator *Foller. ad Marant. p.4.dist 9.nu.117.*

7 Sed si promittens se submittat Judici loci destinatæ solutionis, & renunciet proprium forum, ipse promittens potest conveniri in foro destinatæ solutionis, dato, quòd ibi non sit præsens, sed reperiatur absens, *Covarr.pract.quæst. cap.10.post nu.5.& Carleval.d.qu.4.nu.263.ubi nu 264.* dicit, quòd absens potest conveniri in foro destinatæ solutionis, quòad bona existentia in loco destinatæ solutionis, & *num.265.* dicit ipse *Carleval.* ibi, quod si promittens reperiatur in loco destinatæ solutionis, & ibi sit conventus,si deindè se absentat, Judicium debet finiri in loco destinatæ solutionis ,ubi dictum Judicium ceptum erat, arg. *l.ubi inceptum. ff.de judic.*

8 Sed advertas, quòd qui promisit solvere in certo loco, potest conveniri, & in loco destinatæ solutionis, & in loco sui domicilii,*arg.l.eum qui insulam ff.de judiciis* & probatur *in d.l.hæres absens, §.illud sciendum,ff.de judiciis*, & docet *Carleval.d. qu.4.n.252.*

9 Et circà hoc scias, quòd si Capuanus promittat solvere centum alicui Romæ in tali die, & elapso tempore solutionis, debitor citetur super tenore instrumenti in Civitate Capuæ, & sic in foro domicilii rei, in hoc casu non sit liquidatio, nàm instrumentum non est liquidum, cum creditor teneatur probare, quòd in die solutionis fuit Romæ paratus recipere solutionem, *Caravit. in ritu 167.* ubi dat cautelam,ut creditor tempore solutionis accedat ad locum solutionis faciendæ,& faciat actum publicum, quòd est paratus recipere solutionem, nàm tùnc dùm constat per actum publicum, sit liquidatio, ut ducet *Caravit. d.ritu 167.*

10 Scias etiam,quod si quis promittat solvere aliquid cum pacto adjecto,ut possit conveniri ubique locorum, & ubique fuerit inventus, in hoc casu debitor potest conveniri in quocunque loco, ubi fuerit inventus, *Marian. Socin.d.cap.dilecti,nu. 31.de foro compet.Mauson.d.ampliat.20.num.5.ver. amplia secundo, & Carleval. d.qu.4. num.253. ubi num.254.* dicit hoc non procedere, si cum promissor fuit inventus in aliquo loco per transitum iter faciendo, vel navigando, quia tunc non potest ibi conveniri, dato quòd promiserit solvere ubique locorum, & ubique fuerit inventus.

11 Sed qui promisit solvere ubique locorum, & ubique fuerit inventus, licèt si ipse inveniatur in aliquo loco, ibi possit conveniri, tamen potest se.

se pœnitere, & petere, ut remittatur ad suum Judicē competentem, *Carthar. dec. 6.* sed *Manson. d. ampliat. 20. nu. 5. ver. amplia secundo* dicit, quòd quando debitor promisit solvere ubiq; locorum exceptio incompetentiæ reiicitur, & debitor ubiq; conveniri potest, citat *Carthar. d. decis. 6. nu. 5. ver. quod*; ubi ipse *Manson. d. nu. 5. ver. & ideò*, dicit, quòd obligatus solvere ubiq; locorum potest conveniri in Reg. Dohana Menæpecudum Apuleæ, dato, quòd dictum forum non sortiatur, & ipse *Manson.* ibi *num 7.* dicit, quòd obligatus in forma Cameræ potest ubiq; per creditorem conveniri, citat *tex. in l. si convenerit, ff. de jurisd. omn. Jud.* & dicam infra *cap. 8. nu. 88. & Manson. ibi nu. 8.* dicit, quòd si debitor se obligavit, ut possit conveniri coram quocunque Judice, & promisit solvere, ubi, & coram quo, vel quibus fuerit inventus, in hoc casu ubiq; convenitur, & non potest opponere exceptionem declinatoriam fori, & maximè si suo foro renunciavit, & *nu 9.* dicit, quod hoc eo fortiùs procedit si ista promissio sit jurata, & *nu. 10.* dicit ipse *Manson. n.* ... procedere, quando ipse debitor taliter obligatus habet plures Judices competentes, eoram quibus possit conveniri, quia tunc electio est actoris, coram quo Judice velit suum debitorem convenire, & ipse *Manson. ibi nu. 11.* dicit, quòd Bannitus potest convenire suum debitorem in quocunq; loco, etiam quòd ibi non sortiatur forū, & *nu. 12.* dicit *ibi* ipse *Manson.* quòd citatus super tenore instrumenti, non potest opponere exceptionem incompetentiæ Judicis, citat *Caravit. in rit. 166. nu. 74. ver. tu autem, & Rovit. in pragm. t. n. 4. ver. dixi, de titulorum abusu*, & dicam infra *cap. 8. nu. 85.*

12 Et advertas, quòd si quis promittat solvere Romæ, vel Capuæ, in hoc casu est electio creditoris convenire suum debitorem Capuæ, vel Romæ, *l. non utiq. ubi DD. ff. de eo quod certo loco, Marian. Soc. d. cap. dilecti, nu. 28. de foro compet. Ripa in cap. t. nu. 69. de judiciis, Carleval. d. quæst. 4. nu. 255.*

13 Quòd si copulativè sit facta promissio, puta si quis promittat solvere centum Romæ, & Capuæ; in hoc casu in quolibet loco potest peti medietas pecuniæ promissæ, *l. 2. §. si quis ita stipulatus, ff. de eo quod certo loco*, & debitor pro medietate pecuniæ promissæ convenitur Romæ, & pro alia medietate convenitur Capuæ, *Marian. Soc. in d. cap. dilecti, nu. 29. de foro competenti, Carleval. d. quæst. 4. nu. 256.*

14 Sed si quis promittat solvere Capuæ, Romę, & ubique locorum ubi fuerit inventus, in hoc casu promissor potest conveniri Capuæ, vel Romæ, & ubique locorum pro integra summa, nam non videtur in hoc casu pro rata esse divisas partes solutionis, *Bar. in l. non utique, §. si quis ita, nu. 1. & ibi Jas. ff. de eo quod certo loco*, nam si promissum divideretur per singula loca redderetur ad tàm parvas summas, ita ut esset inutile creditori, & ideò est facienda interpretatio, ut videatur, reum se obligasse, ut ipse totam summam promissam in quolibet loco solvat, & illa clausula ubiq; locorum non extenditur ad loca distantiora, sed viciniora, & tuta, *Marian. Soc. d. cap. dilecti, nu. 30. Cepoll. cautela 70. & Carleval. d. quæst. 4. nu. 257.*

15 Et quando quis promittit solvere Capuæ, vel Romæ, & generaliter ubique locorum, quibus fuerit inventus, iste talis non potest conveniri in loco suspecto, & non tuto, aut in loco per quem transitum faceret navigando, *Angel. in §. præterea, num. 32. inst. de actionib. & Petrus Garzia à Toleto in dicto 280.*

16 Advertas quoque quòd attenditur statutum loci, ubi solutio facienda est, *Novar. quæst. forens. 9 t. nu. 7. par. t.* Undè si in Civitate Neapolitana promittas solvere centum Romæ, & Romæ sit statutum, quòd si debitum non sit petitum infrà decem annos, ut non possit amplius peti, in hoc casu si sint elapsi decem anni, debitum non potest peti, dato quòd tale statutum non sit in loco factæ promissionis *Hipp. de Marsil. in l. fin. num. 76 ff. de jurisd. omn. jud.* Quòd si solutio sit destinata Romæ, vel Capuæ, & Capuæ non adsit tale statutum, si debitum petatur Capuæ post decem annos, debitor non potest opponere de tali statuto, quod est in Civitate Romana, *Hipp. de Marsil. d. l. fin. nu. 77. ff. de jurisdictione omn. Judicum.*

SUMMARIUM.

1 *Lis ubi cepta est, ibi finiri debet, & nu. 37. Amplia etiam si sit cepta coram Judice delegato, vel Arbitro, & etiam si sumus in criminalibus, ut nu. 18.*

2 *Tabellio qui incipit scribere in processu, tenetur continuare in scribendo, nisi sit impeditus, quia tunc alius eligitur per Judicem.*

3 *Nuncius, qui incepit citare, an ipse idem teneatur continuare.*

4 *Tutor, finita tutela, tenetur prosequi litem inceptam tempore, quo erat tutor, & idem est in sindico, ibidem.*

5 *Causæ excusationum, si superveniant post susceptum onus, non excusant.*

6 *Conventus coram uno Judice non potest conveniri coram alio pro eadem causa, quod procedit etiam si sit conventus in possessorio, nam finita causa possessorii, non potest conveniri in petitorio coram alio Judice ibidem, & n. 7. Limita, ut nu. 12.*

8 *Conventus coram diversis judicibus pro eadem causa ab eodem, coram secundo Judice potest opponere exceptionem litis pendentiæ, quam si non opponat, valet processus factus coram dicto secundo Judice, nu. 9.*

10 *Contumax reputatus coram primo Judice, si conveniatur coram secundo Judice pro eadem causa, ab eodem, coram dicto secundo Judice non potest opponere litis pendentiam, & num. 37. nisi purget contumaciam, & reficiat expensas coram primo Judice, d. nu. 10.*

11 *Conventus civiliter coram uno Judice, non potest conveniri criminaliter coram alio Judice pro eadem causa, & an actio civilis, & criminalis insimul cumulari possint? ibidem.*

13 *Debitores si plures sint pro eadem causa, omnes conveniri debent coram uno Judice, ab eorū creditore.*

14 *Plures diversi fori, si delinquant, an unusquisque eorum puniri debeat à suo Judice.*

15 *Creditores si plures sint unius debitoris, debent convenire dictum debitorem coram uno Judice.*

16 *Exceptio litis pendentiæ debet opponi antè litem contestatam, & nu. 37.*

17 *Papa ubi manus imposuit, judex inferior manus impo-*

po-

ponere non potest in capitibus noviter emergentibus in dicta causa.

19 *Baro an possit avocare causas ab officiali ordinario, & alteri delegare?*

20 *Episcopus potest causam pendentem coram suo Vicario ad se avocare, & potest etiam avocare causam pendentem coram uno Vicario, & alteri Vicario delegare, nu. 32.*

21 *Papa potest causas spectantes ad tribunalia Ecclesiastica avocari, & alteri committere.*

22 *Metropolitanus non potest avocare causas ab ejus Episcopo suffraganeo, & idem est in legato Papæ.*

23 *Commissarius causæ, si sit absens, an alius possit in dicta causa procedere?*

24 *Judex ille debet causam finire, cui commissa fuit dicta causa.*

25 *Causa si sit commissa uni, & deindè alteri per errorē committatur, primus Judex præfertur, & idem est in duob. Commissariis, nu. 26.*

27 *Causa nō impeditur procedi ad ulteriora, quando dubitatur de commissario, sed limita, ut ibidem.*

28 *Exceptio, quòd causa spectat alium Judicem, intra tempus opponi possit?*

29 *Rescriptum secundum impetratum ad lites non facta mentione de primo, est nullum.*

30 *Causæ ceptæ coram uno officiali, committuntur ejus successori.*

31 *Judex delegatus si moriatur, causa coram eo cepta revertitur ad delegantem.*

33 *Vicarius Episcopi si incepit cognoscere in causa sibi à Papa delegata, non potest postea alius convicarius cognoscere in dicta causa.*

34 *Judex, coram quo lis est cepta, sit impeditus longo impedimento, potest lis ipsa coram alio agitari.*

35 *Lis dicitur cepta si sit deventum ad actum citationis, si citatio sit valida, & sit notificata, nu. 40. & 41.*

36 *Præventio inter plures Judices quando locum sibi vendicat? & nu. 47.*

38 *Præventio quando inducatur, & quando non? usque ad nu. 43.*

43 *Præventio realis præfertur præventioni posteriori verbali, vel si sit facta eodem die, vel sumus in dubio, quæ prius facta sit, immo præfertur præventioni anteriori verbali, nu. 44. Declaratur nu. 45. & quid si præventio verbalis sit facta eodem tempore: nu. 49.*

46 *Judex, qui citavit reum personaliter, præfertur Judici, qui eodem tempore citavit reum domi.*

48 *Causa dicitur præventa quòad omnes reos, si Judex prævenit quòad unum reum tantùm.*

50 *Citatus eodem tempore pro eadem causa à diversis judicibus parem jurisdictionem habentibus, potest comparere coram quo velit, nisi unus sit superior, quia tunc tenetur comparere coram superiore, n. 51.*

52 *Lite cepta, si reus efficiatur alterius fori, an debeat remitti ad forum supervenientem, usque ad nu. 55. & quid perempta instantia? à num. 113. usque ad num. 116.*

56 *Laicus si lite cepta, coram Judice laico, vel post delictum efficiatur clericus, an sit remittendus ad Judicem Ecclesiasticum? usque ad nu. 89. & quid si post obligationem efficiatur clericus? nu. 94. & quid si postquam sit condemnatus, ut solvat, & in futurum correspondeat? nu. 122.*

89 *Clericus si post commissum delictum efficiatur laicus, punitur per Judicem Ecclesiasticum, et quid si post instrumentum efficiatur laicus, an conveniatur coram Judice Ecclesiastico? nu. 98.*

90 *Novitius si tempore novitiatus delinquat, & non facta professione egrediatur monasterium, pro ipso delicto à quo Judice puniri possit?*

91 *Subditus Magni Admirati si delinquat, & posteà privetur suo privilegio, adhuc punitur per Magnum Admiratum.*

92 *Miles à quo Judice punitur de delictis factis antequam erat miles?*

93 *Indubanati Regiæ Dohanæ menæpecodum Apuleæ pro delictis factis antè indubanationem remittuntur ad Judices ordinarios competentes?*

99 *Mulier nupta si sit conventa in suo foro, & lite pendente, efficiatur vidua, an possit variare dictam causam ad Regia Tribunalia? usque ad num. 108. & quid è contrà, nu. 109.*

110 *Judex cognoscens de certa summa, de qua cognoscere potest, si lite pendente, valor litis accrescat ultra summam, adhuc cognoscit, & judicans ultra dictam summam, valet sententia quòad summam, de qua judicare potest, nu. 112. & potest peti minor summa coram Judice, qui non potest cognoscere de tota summa, num. 111.*

117 *Alienans rem litigiosam lite pendente, an judicium continuetur cum ipso alienante & lata sententia, à quo Judice ipsa exequutioni demandetur, si emens sit alterius fori, usque ad nu. 120.*

123 *Jurisdictio alicui concessa ad certum tempus expirat, elapso dicto tempore, etiam quòad causas ceptas, & non finitas infra tempus jurisdictionis. Limita, ut ibidem.*

124 *Causæ ceptæ in nundinis, si tempore nundinarum non sint finitæ, spectant ad Baronem.*

125 *Causa cepta ad modum belli, debet eodem modo finiri, non obstante, quòd sit elapsum tempus concessum procedendi ad modum belli.*

126 *Judex incompetens, si efficiatur competens, lite pendente, acta non reconvalidantur.*

De Foro Litis Inceptæ.

CAP. VII.

1 UBi lis cæpta est, ibi finiri debet, *l. ubi acceptum 30. ff. de judiciis.* Quod procedit etiam in Judice delegato, nam si coram ipso semel sit cepta lis, ibi debet finiri *glos. in d. l. ubi acceptum, Abb. & Decius in cap. ex tenore, de rescriptis, Antonius Gabriel com conclus. lib. 2. tit. de Judiciis, conclusione 1. nu. 6. & ex nostris Marcel. Cala de modo articulandi, & probandi glos. 1. §. 1. nu. 36. ubi nu. 35.* dicit, idem esse in causa incepta coram Arbitro, citat *Decium in d. cap. ex tenore, nu. 8. & Paul. de Cast. in l. pecuniam, nu. 2. ff. si certum petatur,* & idem tenet *Gabriel. d. conclus. 1. nu. 5.*

2 Quòd si unus tabellio incepit scribere in processu, ipse tabellio tenetur continuare in scribendo, & non alius *Io: Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 71. post. nu. 1. & Petrus Franc. de Tondutis in tract. de præventione, cap. 2. num. 3. & 15.* nisi primus sit impeditus, quia tunc in locum ipsius alius subrogatur, *l. 1. ff. de off. Consulis, Foller. in const. Reg. Justitiarii, nu. 32. Marant.*

Marant. in suo speculo part. 6. act. 10. num. 21. Marcell Ca'd d. glos. 1. d. § 1. num. 28. ubi nu. 29. dicit, quòd iste novus tabellio deputatur per Judicem, & non per partem, vel tabellionem impeditum, citat *Bald. in l. Imperator, num 7 ff. de statu hominum.*

3 Sic etiam, si aliquis nuncius incepit citare in aliqua causa, ipse diem nuncius tenetur continuare in citando in eadem causa, & non alius, *Bart in l. 1 nu. 5 ff. de offic. Consulis, Jas. in §. qua trupli. Inst. de act. num. 33* Sed contrarium tenet *Butrius in cap. cum dilecti, num. 15. de dolo, & contum.* & opinionem *Butrii* generali consuetudine esse receptam, testatur *Marcel. Calà ubi supra, num. 27.* & ita in dies practicatur, nam modò citat unus nuncius, & modo alius, & ita etiam servari testatur *Petrus Franc. de Toudutis in tract. de praeventione, cap. 3. num. 8.* qui citat *Bal in l. 1. C. de sportulis.*

4 Et tutor, finita tutela, tenetur prosequi litem inchoatam tempore, quo non erat finita tutela, *l. unica, C. ut causae post. pubertatem*, sic etiam syndicus, finito officio, potest prosequi causam inceptam, durante suo sindicatu, *Alex. conf. 135. col. 1. vol. 2. & Anna singulari 330.*

5 Et licèt quis excusetur à muneribus personalibus propter numerum quinque filiorum, tamen si tempore suscepti muneris non habebat quis quinque filios, si deindè eos procreat, non excusatur à munere incepto, *l. excusantur, §. oportet, ff. de excusat. tutorum, l. 2. § qui ad munera, ff. de vacat. & excusat. munerum*, sed si paganus suscipiat onus tutelae, si deindè efficiatur miles, in hoc casu excusatur à tutela incepta, ità decisum testatur *Mastrill. decis. 76.* quia miles etiam volens non admittitur ad onus tutelae, *§. item major. Inst. de excusat. tutorum, l. militia, C. qui dare tutores possunt*, licèt regulariter causae excusationum, si superveniant post susceptam tutelam, non excusant, *l. propter magistratum, & l. administrantes, ff. de excusat. tutorum.*

6 Et advertas, quòd si quis conveniat aliquem coram uno judice, non potest deindè eundem conveniri coram alio Judice pro eadem causa, *d. l. ubi acceptum, ff. de judiciis*, rationem assignat *Georgius Obrechti de jurisdictione, lib. 3. cap. 15. n. 2. cum plurib. seq.* quod procedit etiam in causa petitorii, & possessorii, nam si quis conveniat aliquem in possessorio, & obtineat, vel succumbat, non potest deindè agere petitorio coram alio Judice contrà eundem, *l. nulli prorsus, C. de judiciis, cap. 1. de causa poss. & proprietatis. cap. fin. de judiciis. Peguer. dec. 224. Capibl. tom. 2. cap. 59. nu. 6. & Affl. dec. 155.*

7 Immo si laicus conveniatur à Clerico in possessorio, coram Judice laico, & Clericus obtineat, in hoc casu ipse Clericus tenetur stare juri in petitorio coram Judice laico, & non potest declinare forum, & petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *de Franch. dec. 193.* licèt contrarium videatur determinare *text. in cap. fin. de judiciis* tamen opinio *de Franch.* est vera, ut novissimè tenet *D. Consil. Carlev il de judiciis, to. 1. disput. 2. quaest. 7. sect. 3. à nu. 954. usque ad nu. 960.* qui respondet ad *text. in d. cap. fin. de judiciis*, & vide *Muscatell. in prax. S R. C. par. 2. glos. competentes post nu. 100.*

8 Et ideò quis non potest conveniri ab eodem pro eadem causa coram diversis judicibus, ne continentia causae dividatur, *l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem Judicem eatur*, quòd si conveniatur coram diversis judicibus, coram secundo Judice potest opponi exceptio litis pendentiae, quae impedit processum ad ulteriora, & talis, qui trahit reum ad plures Judices, punitur poena arbitraria *d. l. nulli prorsus*, latè *Affl. dec. 354. Guid. Pap. decis. 421. & Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. centuria 4. casu 371.* & amittit causam, *Borrell. conf. 15. n. 24.*

9 Sed si quis faciat convenire aliquem in uno judicio, & deinde faciat eundem convenire pro eadem causa in alio foro, si pars conventa non opponat in secundo judicio de pendentia litis, in hoc casu valet processus actitatus in secundo judicio, *Guazzin. tract. ad defensam reorum, def. 1. cap. 8. num. 14. Gabriel. d. conclus. 1. num. 18. Bals. in d. l. nulli prorsus, in fine, & Jas. ibi in 2. col. Marant. in suo speculo, par. 2. nu. 43.* faciunt dicta per *Marianum Frecciam de praesent. inst. par. 9. q. 3. & per Consiliarium Carleval. d. sect. 3. nu. 900.*

10 Quòd si quis sit conventus coram aliquo Judice, & sit reputatus contumax, si deinde pro eadem causa conveniatur coram alio Judice, ipse contumax in primo judicio cepto non potest allegare litis pendentiam coram secundo Judice, ita *Bar. in d. l. ubi acceptum. Marant. par. 6. membra 2. n. 26. Boss. tit. de foro compet. nu. 82. Anna sing. 120. Guazzin. d. cap. 8. nu. 14. & 18. Grammat. dec. 26. nu. 10. de Franch. dec. 551. nu. 7. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de contumace cap. 2. nu. 12. Georgius Obrechti de jurisdictione, lib. 3. cap. 14. num. 39. & seq. de Nigris in cap. Reg. Illustri, nu. 34. in fine, Gabriel d. conclus. 1. nu. 19. Hipp. de Marf. de Bannitis, ver. contumacia, nu. 133. & Carleval. d. quaest. 7. sect. 3. nu. 901. ubi num. seq.* dicit secus esse, si purgat contumaciam, & reficiat expensas coram primo Judice praeveniente, quia tunc potest opponere praeventionem, & litis pendentiam coram secundo Judice, idem tenent *Boss. d. tit. de foro competenti post nu. 96. Gabriel ubi sup. nu. 23. Muscatel. in prax. S. R. C. par. 2. gl. tribunali, nu. 11. & ibi ipse idem in Add. l. B. Guazzinus d. cap. 8. post nu. 18. Marcell. Calà de modo articulandi, d. glos. 1. d. § 1. num. 105. Caravit. ritu 205. nu. 2. & Farinac. d. qu. 7. nu. 55.*

11 Et licèt, pendente causa criminali, possit intentari civilis, & è converso, *Vivius dec. 136.* tamen non potest intentari coram diversis judicibus, quia divideretur continentia causae, *Puteus decis. 228. lib. 1. Vivius d. decis. 136. Novar. in coll. 90. num. 3.* Et quando actio civilis cum criminali possit insimul cumulari, & è contra, vide *Thes. dec. 18.* sed quòd actio civilis, & criminalis principalitèr insimul intentari non possint, est *text. in l. unica, C. quando civil. act. crim. praejud. l. interdum, ff. de publ. judic. l. 2. § 1. ff. de vi bonor. rapt. Boss. in pract. crim. tit. de accus. nu 11. & tit. de plurib. violent. nu. 19. cum plurib. seq. & nu. 113. & Jul. Clar. pract. crim. § fin. qu. 2. nu. 1. & 2.*

12 Et scias, quòd si reus sit exequutivè conventus coràm uno Judice, Actor potest dictum eundem coram alio Judice competente convenire, non obstante litis pendentia, *Carthar. decis. Genuae 2. Petrus Franc. de Toudutis de praevent. ca p. 10. n. 18. & seq. Antonius Gabriel commun. conclus. lib. 2. tit.* de

de judiciis conclus 1.nu.31. Jus.conf.9. nu.42.vol.1. & Georg.Obrechti, d.lib.3.cap.14.nu.41.ubi nu.42. dicit, idem esse, si in contractu sit actum inter contrahentes, ut actor possit reum convenire ad plura judicia,& pro libitu ab uno judicio ad aliud trahere,quia tunc pactum servatur, idem est, si primum judicium inchoatum coram uno Judice sit nullum, quia tunc potest adiri aliud Tribunal, *Gabriel.*ubi sup.n.32.

13 Et *text.in d.l.nulli prorsus*, licèt loquatur, ut quis non possit eundem debitorem convenire coram diversis Judicibus,tamen habet etiam locum, si sint plures debitores pro eadem causa, ut unus non possit conveniri coram uno Judice, & alius coram alio Judice pro eadem causa, sed omnes debent conveniri coram eodem Judice, *l.omnes, C.arbitrium tutelæ Georgius Obrechti d. lib. 3. cap. 15.num.12.& 13* sed *Boss.d.tit.de foro competenti, nu.112.& 116.*dicit,hoc procedere,si rei conventi teneantur insolidum. Quod non procedit in criminalibus, nàm si plures diversi fori perpetra-

14 verunt aliquod delictum, unusquisque potest cognosci à suo Judice competenti, *de Franch.decis. 426.& 582.Capibl.de Baronib. tom.1.super prag.8. par.2.nu.198.& tom 2.cap.58.nu 1. Mastrill.decis. 138.& 269.& Caracciolus de fori privileg. remiss. qu.23.in princip.sed Dom.Reg.Joannes Franc.Sanfelic.in decis.273.* dicit, quod si contra aliquos ex pluribus inquisitis de aliquo delicto procedatur in Magna Curia Vicariæ, alii socii vassalli alicujus Baronis non sunt remittendi ad Curiam dicti Baronis, sed etiam cognoscuntur per ipsam Magnam Curiam Vicariæ.

15 Sic etiam *text.in d.l.nulli prorsus*, procedit, si sint plures creditores unius debitoris pro eadem causa, nam unus ipsorum creditorum non potest unum Judicem eligere,& alius creditor alium Judicem eligere, sed omnes ipsi creditores debent convenire eorum debitorem coram uno Judice, ita *Boss d.tit de foro competenti,n.113.Marcel.Calà d.glos.1.d.§.1.n.14.*& pro intellectu *d.l.nulli prorsus*,vide *Capyc.dec.122.*

16 Et advertas, quòd exceptio litis pendentiæ potest opponi antè litem contestatam,& non post *Gyll. practic. observat. lib.1. observ. 29. in fin.* & ducent *Guazzin.d.def.1.d.cap.8.num.16.Afflict.decis. 354.num.9.Gabriel.d.conclus.1.num.34. Mansonius de causis executiv.ampliat.19. nu.17. & Muscatell. in prax.S.R.C.par.2.glos.tribunali, nu.13.*

17 Et scias,quòd ubi Papa manus imponit, licèt alia capita in causa occurrant, tamen nemo Judex inferior manus imponere potest in ipsis capitibus, licèt ipsa capita noviter emergant, *Guid. Pap.decis.103.nu.3.*& ex nostris *Borrell.summa decis. t.43.num.175.tom.1.*

18 Et cum essem Gubernator in Civitate Bisiniani de anno 1636.evenit,quòd per meam Curiam fuit reputatus contumax Hyacinthus Mauri ejusdem Civitatis Bisiniani Provinciæ Calabriæ citrà de quodam stupro, & cum esset captus à quodam commissionato Regiæ Audientiæ, feci mihi illum assignare,& dictum commissionatum examinavi, qui deposuit cœpisse inquisitum nomine Curiæ Civitatis Bisiniani, & non nomine Regiæ Audientiæ, & cum pars contraria adivisset dictam Regiam Audientiam obtinuit ordinem, quòd ego transmitterem carceratum in ipsa Regia Audientia, ubi replicavi, quòd dum causa erat cepta coram me, debebat finiri etiam coram me, & pars poterat ire ad Regiam Audientiam via gravaminis,tantùm in absentiam Judicum secundarium,& tertiarū causarum status Bisiniani, & interim carceratus non debebat amoveri à carceribus meis, & neque debebat amoveri, ex quo Regia Audientia prætendebat eum inquirere de aliis criminibus pro capitibus datis in ipsa Reg. Audientia per partem adversam, nàm carceratus non debebat assignari dictæ Regiæ Audientiæ,donec cognoverim de delicto, de quo incepi, cognoscere, ex doctrina *Foller.pract.crimin. rub.audiantur excusatores, num. 142.* Et tantò fortiùs, quòd remissio deindè aliorum inquisitionum pro capitibus datis ipsi Regiæ Audientiæ debebat fieri Curiæ meæ, & pendente articulo remissionis causæ, reus non debebat amoveri à carceribus meis, prout non fuit amotus, & illum expedivi de justitia,non obstante dicto ordine Regiæ Audientiæ, quæ Regia Audientia nihil constare potuit contra inquisitum de capitibus contra eum porrectis per partem adversam.

19 Et scias, quòd Baro causas inceptas coram ordinario Officiali, non potest avocare, & alteri delegare, *Covarr.pract.quæst.cap.9. num.4.* secus causas non inceptas, quas ipse Baro potest alteri delegare, dummodo non avocat omnes causas, vel majorem partem ipsarum, *Reg. Rovit prag.2. in fin.de suspit. Offic.* sed alii tenent, ut Baro non possit avocare causas,etiam non ceptas ab officiali ordinario, & alteri delegare, licèt ipsæ causæ non absorbeant majorem partem causarum,absq; causa, prout tenent *Capibl.de Baronib. super prag. 3.num.186.usque ad num.209.D.Reg.Sanfelic.decis. 243.nu.3.& Novar.de gravam. vassallorum tom.1. gravam. 296. nu.5.* & secundum istam ultimam opinionem obtinuit U. J. D. Salvator Scialoya meus frater utrinque conjunctus in M. C. V. in quadam causa delegata per Baronem Castri Novi, & avocata mihi, qui eram Ordinarius Consultor Curiæ dicti Castri Novi, nàm per ipsam Magnam Curiam fuit dictum, ut ego procederem, dùm non aderat justa causa suspicionis,non obstante avocatione, & delegatione facta alio Doctori per ipsum Baronem, prout etiam capitulum sede vacante, constituto Vicario capitulari, non potest aliquam causam alicui delegare, absque causa suspicionis, *Genuens. in praxi Archiepisc.Neap.cap.84.n.3.in 1.impress.*

20 Sed Episcopus potest causam pendentem coram suo Vicario ad se avocare, *Ricc.decis.158.par. 1. Maranta in suo speculo par.4.dist.16.nu.60. Merolla in theolog.morali tom 3.disp.7.c.6. nu 421.& 451.& Covarr. pract. quæst.cap.9.n.1.in fine*, ubi dicit, quòd Princeps cum causa potest sibi avocare causas apud inferiora tribunalia pendentes, sic etiam Episcopus potest avocare causam pendentem coram delegato Vicarii, *Merolla d.nu.421.*ubi dicit, gesta à Vicario post avocationem ab Episcopo factam non valere, citat *Cappell. Tholos. qu.480.*

21 Sic etiam Papa potest causas spectantes ad Tri-

Tribunalia Ecclesiastica avocare, & alteri committere, *cap. nostrum, de appellat. cap. pastoralis, §. præterea de offi. Jud. deleg. Concil. Trid. sess. 24. c. 20. de reform.* & docet *Ricc. dec. 157 n. 3. p. 2.*

22 Sed Metropolitanus non potest avocare causas ab ejus Episcopo suffraganeo, *Covarr. pract. q. d. cap. 9. n. 2.* ubi *n. 3.* dicit, quòd Auditores Regii, & Legatus Summi Pontificis non possunt avocare causas à Judicibus inferioribus, quãdo d. causæ sunt ceptæ corã dictis Iudicibus inferioribus. & *num. 7.* ipse *Covarr.* ubi latè tractat, an avocata causa per Principem à Judice inferiori, possit ipse Judex inferior procedere in d. causa antè præsentationem rescripti avocationis causæ prædictæ, de quo dic, ut per ipsum *Covarr. d. n. 7. cum duob. seq.*

23 Sed tu scis, quòd unus Auditor potest ire per Provinciam, & duo alii debent manere in loco residentiæ, *prag. 10. §. 2. de offic. Judic.* Advertas, quòd si remaneat unus Auditor tantùm, si ipse sit causæ Commissarius, cum interventu Præsidis potest causam agitare, aliàs si non sit causæ commissarius, & tunc non potest, nisi absentia causæ Commissarii sit longa, quia tunc potest procedere, *l. 1. ubi Bart. num. 3 ff. de offic. consul.* & est tex de jure Regni *in ritu 53. ubi Caravis. in fi. & in ritu 63.* & docet *de Leonard. pract. Offic cap. 3. nu 44.* & ideò quando Auditor discedit a Regia Audientia debet relinquere processus penes Actuarium, ut in dictis causis procedi possit, durante ejus absentia, per alium, cui causa fuerit commissa, *d. prag. 10. § 2. in fin.*

24 Et quando causa est commissa alicui Judici per Regentem M. C. V. ab ipso Judice causa debet finiri, nisi adsit aliquod justum impedimentum, super quod debet providere ipse Regens, *prag. 6.* quæ incipit *procura, §. 3. de offic. magist. Justit.* aliàs acta sunt nulla, *Reg. Rovit. prag. 1. num. 3. de offic. magistr. Justit.*

25 Sic etiam si uni Consiliario sit commissa causa per Præsidentem Sacri Regii Consilii, & supplicatione intimata, alteri Consiliario per errorem committatur, in hoc casu primus præfertur, *Capibl. de Baron. tom 2. cap. 43. num. 14. & Thor. comp. dec tom 2. ver. Judex fol. 305. col. 1.*

26 Idem est, si sint destinati duo Commissarii pro annotatione vindemiæ vel fructuum, nam in hoc casu primus præfertur, dato quod ipsi commissarii sint destinati à diversis Tribunalibus, & annotatio facta per secundum non valet, & neque ipsi debentur dietæ, *prag. 10. §. 62. de offic. Judic.*

27 Et causa non impeditur procedi ad ulteriora, quandò dubitatur de Commissario, nisi dubitetur de Commissario, nisi dubitetur intra mensem, in quo cœpit commissarius procedere in causa, & sic obtentum, quòd intimetur parti, vel fiat relatio, *prag. 6. de dilationib.*

28 Et infrà tres menses à die causæ commissæ inter præsentes, & sex inter absentes, potest opponi exceptio, quòd causa spectat ad alium Judicem, *prag. 7. de dilationib.*

29 Et quando est impetratum secundum rescriptum ad lites, non facta mentione de primo, talis impetratio est nulla, *cap. cæterum, de rescriptis, cap. ex literis, de offic. deleg. Thom. Ferrat. cautela 56. nu. 1.* & a fortiori rescriptum obtentum, tacita litis pendentia coram alio Judice, est nullum, *Gabriel. commun. conclus. lib 2. tit. de judiciis, conclus. 1. nu. 12.* sed si quis obtineat rescriptum ad lites, & posteà adversarius obtineat aliud rescriptum, non facta mentione de primo rescripto obtento à parte contraria, secundum rescriptum valet, si obtinens sit diligentior suo adversario in præsentando dictum secundum rescriptum, & præveniat suum adversarium in faciendo eum citare, *cap. ut debitus, de appellat.* & docent *Addentes ad Guidonem Papam dec. 286. Thom Ferrat. d. caut 56. post nu 1.* ubi ad hoc dat cautelam ipsi, qui primo loco obtinuit rescriptum, & illud non præsentavit, ut suum primum rescriptum præferatur secundo rescripto obtento ab adversario, qui illud priùs præsentavit, & in jurisdictione prævenit; quam cautelam vide de per te.

30 Omnes causæ ceptæ coram aliquo Officiali, committuntur ejus successori, *Auna sing. 280.* qui successor tenetur agitare causas, ut reperiuntur, & non denuò eas incipere à principio, *l. mortuo Judice, ff. de judiciis.*

31 Sed delegata causa alicui, si Judex delegatus incepit cognoscere, & deindè moriatur, causa revertitur ad delegantem, & Judex ordinarius non potest se intromittere in dicta causa, *Georgius Obrechti de jurisdictione lib. 1. cap. 48. n. 23. Marant. in suo speculo par 4. dist. 16 num 59 Gizzar. ad defens. reor. def. 13 cap 9. num. 2. Covarr pract. quæst. d. cap. 9 post nu. 5. & Merolla in theolog. moral. lib. 3. disp. 7. cap. 4. post n. 208.*

32 Et scias, quòd si lis sit cepta coram uno Vicario Episcopi, non potest finiri coram alio Vicario ejusdem Episcopi habentis duos Vicarios, *Bal. in l. 1. qu. 15. & ibi Bart. nu 7 ff. de officio consul. Decius in cap. prudentiam, num 9. de offic. delegati, & Marcell. Cala de modo articulandi, glo. 1. §. 1. nu. 31.* nisi in hoc Episcopus consentiat, avocando causam uni Vicario, & delegando alteri, nam si Episcopus ad nutum potest amovere Vicarium in totum, *Capibl. de Baronib. prag. 5. num. 153.* ergò à fortiori in una causa tantùm.

33 Quòd si per sedem Apostolicam sit commissa dispensatio matrimonialis Vicario generali alicujus Episcopi, & ipse Episcopus habeat duos Vicarios generales, si dispensatio sit præsentata uni Vicario, deindè alius Vicarius non potest adiri, *Squill. de privileg. Cleric. cap. 2. num. 203.* Et idem est, si causa sit delegata a Papa Episcopo, vel ejus Vicario, nam si unus illorum cepit cognoscere de ipsa causa, alter non potest se intromittere in dicta causa, *Genuens. pract. Archiepisc. Neap. cap. 83. in fin. in prima impress.*

34 Et quando Officialis, coram quo lis cepta, est impeditus longo impedimento, potest lis ipsa coram alio agitari, *l. si longius, ff. de judiciis,* & docet *Marcell. Cala d. glo. 1. §. 1. num. 38.* Et idem est, si causa sit commissa pluribus insolidum, & unus cepit cognoscere, nam si sit impeditus ex infirmitate, vel alia justa causa, vel si malitiosè noluit procedere, in hoc casu potest alius Judex delegatus procedere, *cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* & docent *Genuens. in pract. Archiep. Neap. cap. 85. num. 28. & Squill. de privileg. Cler. cap. 2. n. 204.* ubi ipse *Squill.* ibi *num. 205.* dicit, quòd potest

alter Judex procedere, si consentiat primus Judex, & concurrat expressus cõsensus partium, citat *Butrium*, & *Anchar. ind. cap. cum plures*, & idem tenet *Guazzin. ad defens. reor. defens. 13. c. 3. num. 3.*

35 Advertas, quòd judicium dicitur ceptum, sit tantùm sit processum ad actum citationis, *Marcel. Calà d. glos. 1. §. 1. num. 40.* nàm per citationem judicium dicitur ceptum, *glos. & Bart. in l. ubi acceptum, ff. de judiciis, per text. in l. si quis postea, ff. de judiciis*, & idem docet *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 43. nu. 13. & seq.* & litis pendentia non inducitur per solum libellum præsentatum, sed est necesse, ut sit parti notificatum, & intimatum cum solemni Nuncii relatione, *Muscatell. in praxi S. R. C. part. 2. glo. Tribunali, nu. 5.* & per legitimam verbalem citationem dicitur facta præventio in causa, *l. cum quædam, in principio, ff. de jurisd. omn. jud. cap. postulasti, de foro compet. Carleval. de judic. to. 1. disput. 2. qu. 7. sect. 3. nu. 879.* & dicam infrà *nu. 39.* secus si citatio sit illegitimè facta, quia tunc non dicitur facta præventio, *Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 9. num. 2. & 30.* ubi *num. 31.* dicit, quòd præventio non inducitur per actus fraudulenter factos, sed quòd lis dicatur cepta per litis contestationem, tenet *Hippol. de Marsil. de bannitis, ver. lis pendet à nu. 1. usque ad num. 5.* Sed prima opinio est vera, & sic, quòd per solam citationem dicitur ceptum judicium, *Gabriel. commun. conclus. lib. 2. tit. de judiciis, concl. 1. num. 2.* ubi *num. 1.* dicit, quòd judicium dicitur ceptum ante litis contestationem, citat *Guid. Pap. dec. 481.* Sed per citationem circumductam, non inducitur litis pendentia, *Muscatell. in praxi civili par. 2. glos. tribunali, n. 6. & Manson. de cons. exequutivis, ampliat. 19. nu. 4.* ubi *n. 2.* ponit sex requisita, ut lis dicatur pendere.

36 Sed ad faciliorem intelligentiam præventionis, scias, quòd quando Judex præventus est omninò incompetens, tunc talis præventio non valet, sed reus est remittendus ad Judicem suum competentem, nàm ut habeat locum præventio, requiritur habilitas jurisdictionis, *clem. fin. ut lite pendente, l. 1. & 2. C. si à non comp. Jud. cap. ea, quæ fiunt à Judice, de regul. juris in 6. Caracciol. de fori privil. remiss. qu. 43. nu. 12. & Guazzin. d. def. 1. cap. 10. nu. 23.* Et præventio tunc locum habet, quando contra aliquem plures Judices possunt procedere, & sunt competentes, & ipsi Judices cumulativam habent jurisdictionem contra aliquem, quia tunc ille Judex præfertur, qui primò prævenit, & qui primò sit aditus, *Caracciol. de fori privileg. remiss. qu. 44. num. 1. Farinac. qu. 7. num. 52. & Thor. in supplem. decis. ver. præventio, fol. 500.*

37 Et postquàm unus Judex est aditus, non potest adiri alius Judex, nàm ubi ceptum est judicium, ibi finiri debet, *l. ubi acceptum, ff. de judiciis*, aliàs opponitur exceptio præventionis, quæ est dilatoria, & debet opponi antè litem contestatam, *Bald. in auth. sed novo jure, C. de servis fugitivis, Guazzin. d. defens. 1. d. cap. 8. nu. 16.* sed talis exceptio præventionis non potest opponi per citatum contumacem, *Barand. l. ubi acceptum, de Nigris in c. Regni Illustri, post nu. 34. Boss. tit. de foro compet. nu. 82. & Guazzin. d. cap. 8. nu. 14. & 18.*

38 Sed præventio non inducitur ex sola præsentatione libelli in actis, non sequuta citatione, *Guazzin. d. def. 2. cap. 9. nu. 3. & 11. de Nigris d. c. Regni Illustri, num. 36. Scaccia de judiciis, lib. 1. cap. 12. num. 76. Carleval. de judiciis, tom. 1. disput. 2. d. quæst. 7. sect. 3. n. 876.* Sic etiam per solam rescripti præsẽtationem in actis non inducitur præventio, *Guazzin. d. def. 1. c. 9. nu. 29.* sic etiam per registrationem informationis non inducitur præventio, *Gramm. cons. crimin. 28. nu. 9. & seq. Bajard. ad Clarum. § fin. q. 38. nu. 77. & Carleval. d. sect. 3. nu. 877.* Sic etiam per capturam informationis de crimine non inducitur præventio antè citationem, *Guazz. d. cap. 9. num. 4. de Nigris d. c. Regni Illustri nu. 36. Capibl. prag. 8. p. 2. nu. 211.* licèt contrarium sentiat *Rovit. prag. 1. nu. 78. ubi de delicto*, tamen prima opinio est verior, *Boss. d. tit. de foro compet. nu. 103. Carleval. d. sect. 3. nu. 878. Farin. prac. crim. quæst. 7. nu. 56. & seq. & de Angelis ad Foller rub. audiantur excusatores post nu. 55. verb. dubitavimus.*

39 Sed per citationem verbalem inducitur præventio, ut diximus *num. 56. & seq.* & est *tex. in l. si quis postea, & l. ubi acceptum, ff. de judiciis, de Nigris d. c. Reg. Illustri, nu. 31. Mastrill dec. 210. nu. 1. Bossus d. tit. de foro competenti nu. 105. Guazzinus d. cap. 9. nu. 6. Farinac pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 7. nu. 56. Petrus Franc. de Tonlutis tract. de præventione, cap. 9. d. nu. 1. usque ad nu. 15. & Capibl. d. prag. 8. part. 2. num. 212.* ubi reiicit opinionem *Annæ sing. 79.* asserentis per citationem verbalem causam non dici præventam, & *Annam* quoquè reiicit *de Angelis d. ver. dubitavimus.*

40 Sed ut citatio verbalis inducat præventionem, est necesse, ut si notificata reo, sit valida, ritè, ac rectè expedita, *Egidius Boss. d. tit. de foro compet. nu. 105. Guazzin. d. cap. 9. num. 9. & 10. de Nigris d. cap. Reg. Illustri, nu. 32. Capibl. d. prag. 8. part. 2. num. 212. & seq. Carleval. d. sect. 3. nu. 879.* ubi alios allegat, & *de Angelis d. ver. dubitavimus.*

41 Et ut citatio verbalis inducat præventionem, sit necesse, ut sit notificata reo; confirmatur ratione, nam per solam citationem expeditam præscriptio non interrumpitur, *l. cum notissimi, C. de præscript. trig. annorum, Surdus dec. 5.* Sed est necesse, ut si notificata, & relata, *Guid. Pap. dec. 516. & Riccius coll. 2107.* Sic etiam per solam libelli præsentationem quis non efficitur periurus, si per dictum libellum contraveniat contractui jurato, sed est necesse, ut libellus sit notificatus parti, *Anna sing. 362. & in alleg. 83. nu. 7. Riccius dec. 78. par. 2. & Gilticr. de liquid. inst. in 3. parte 2. partis, nu. 38.* ubi dicit, quòd post præsentationem libelli per viam præventionis agendo, quis potest absolutionem ad finem agendi, & excipiendi impetrare, nec periurus dicitur, & non solùm sufficit, quòd citatio sit notificata, ut dicatur facta præventio, sed etiam est necesse, ut reus comparuit, vel in dicta citatione sit incusata contumacia, *Farinac. d. quæst. 7. nu. 60. ubi nu. 61.* dicit, quod etiam requiritur, ut citatio sit valida, & idem tenet *Tonduti d. cap. 9. nu. 16. & 22.*

42 Et etiam per citationem realem, & sic per capturam rei inducitur præventio, *Guazzinus d. cap. 9. nu. 13. de Angelis ubi supra Carleval. d. sect. 3. nu. 881.* Quod intellige si captura sit legitimè facta, aliàs si illegitimè, puta quia Curia non erat in pre-

probatis, vel non aderat delictum, propter quod poterat procedi ad capturam de facto, quia tunc in hoc casu carceratio non inducit præventionem, *Capibl. d. prag. 8. part. 2. num. 215. de Baronibus.*

43 Et hæc præventio realis, quando est legitimè facta, præfertur præventioni factæ per citationem verbalem, si citatio realis prius sit facta, vel eodem die, *Foller. in prac crim. rub. audiantur excusatores, num. 159. Iul. Clar. § fin. quæst. 38. n. 28.* Idem est si sumus in dubio quænam citatio prius facta sit, nam adhuc realis præventio præfertur, *Carleval. d. sect. 3. nu. 883.*

44 Sed si citatio verbalis præcedat citationi reali, & tunc præventio facta prius per citationem verbalem præfereretur præventioni posteà factę per citationem realem, *Marian Soc. in cap. proposuisti, num. 23. de foro compet. Mastril. d. decis. 210. num. 2. Gallup. in prax. Sacri Regii Consilii, par. 2. cap. 6. nu. 98.* Sed contrarium in praxi servari, & sic quòd præferatur præventio facta per citationem realem, dato quòd sit posterior facta, testatur *Capibl. d. prag. 9. par. 2. nu. 214. Guid. Pap. dec. 202. num. 4. Foll d. rub. audiantur excusatores, nu. 76. & 159. Grammat. dec. 30. nu. 6. & conf. crim. 28. nu. 12. Guazzin. d. cap. 9. nu. 14.* & hanc esse communem, & magis receptam opinionem, testatur *D. Carleval. d. sect. 3. nu. 886. Farinac. d. quæst. 7. nu. 53. Boss. d. tit. de foro competenti, nu. 97. Caracciol. d. quæst. 44. nu. 3. & 12. Iacob. Cancerius variarum resol. lib. 2. cap. 2. num. 228. de Nigris cap. Reg. Illustri, nu. 34.* & vidè *Danzam de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campanam, cap. 12.*

45 Hoc tamen limita si præventio realis sit facta in fraudem citationis verbalis anteà factæ; puta si post citationem verbalem reus spontè compareat coram alio Iudice, & faciat se carcerari, nam in hoc casu talis præventio facta per carcerationem spontaneam non præfertur præventioni per prius factę per citationem verbalem, *Boss. d. tit. de foro competenti, n. 98. Mastrill. d. dec. 210. n. 9. Rov. prag. 1. nu. 71. & seq. ubi de delicto, Capibl. d. prag. 8. part. 2. nu. 217. Boerius decis. 289. nu. 10. Guid. Pap. conf. 153. nu. 2. Jacob. Cancer. d. cap. 2. nu. 229. Caracciol. d. quæst. 44. nu. 14. Guazzinus d. cap. 9. nu. 15. & seq. Carleval. d. sect. 3. nu. 888. & Farinac. d. quæst. 7. nu. 53. ver. sublimita primo.*

46 Quod si unus Iudex citat reum domi, & alter Iudex, qui etiam habet jurisdictionem æqualem super reum, citat ipsum reum eodem tempore personaliter, in hoc casu, Judex, qui citavit reum personaliter pręfertur, *Guazzinus d. def. 1. cap. 9. nu. 6. in fine Carleval. d. sect. 3. num. 890. & Petrus Francis. de Tondutis in tract. de præventione, cap. 9. nu. 54.*

47 Sed si duo Iudices sint competentes, & inter eos detur præventio, si unus Iudex procedat ex officio, & præveniat in capiendo informationem, & procedat ad actum citationis, si posteà pars offensa adeat alium Iudicem, & coram eo proponat accusationem, in hoc casu Iudex, coram quo est proposita accusatio, pręfertur, dato quòd alter Iudex per prius pręvenisset in procedendo per viam inquisitionis, *Guazzinus d. def. 1. cap. 10. num. 16. Carleval. d. sect. 3. nu. 891.* Quod intellige quando sumus inter Iudices habentes æqualem jurisdictionem insolidùm contrà reum, secus si sumus inter Iudicem domicilii, originis, & delicti, quia tùnc semper Judex loci delicti præfertur, nam forus ratione delicti est potentior foro domicilii, & originis, ut dicam infra *cap. 51. de foro delicti*, & ideo meritò in hoc casu Judex loci delicti præfertur, *D. Consiliarius Carleval. d. sect. 3. nu. 891.* Intellige etiam nisi constet, quòd reus procuravit se accusari coram aliquo Judice malitiosè, ut excludatur Judex inquisitionis ad effectum, ut mitiori pœna puniatur, quia tunc talis præventio non valet, *Boer. decis. 28. nu. 10. in fine, Bajar. ad Clarum, § fin. quæst. 37. nu. 84. & Guazzin. d. def. 1. cap. 10. nu. 18.*

48 Et Judex præveniens contra unum reum, dicitur prævenisse in causa, etiam quòad alios reos, inquisitos pro eadem causa; undè ipse Judex pręveniens pręfertur in cognoscendo in ipsa causa, quoad omnes inquisitos pro dicta causa, ità *Boss. tit. de foro competenti, nu. 109. & 147. de Nigris d. cap. Reg. Illustri, nu. 35. Guazzin. d. def. 1. cap. 8. nu. 6. & cap. 9. nu. 21. Carleval. d. sect. 3. nu. 894.* licèt contrarium teneant *Caracciol. d. quæst. 44. nu. 18. & Farinac. d. quæst. 7. nu. 62.* tamen ipse *Farin.* tenet eum prima opinione.

49 Quòd si duo Iudices sint competentes contrà aliquem, & inter eos detur præventio, si dicti duo Iudices in eadem hora citaverint reum, & ipsi Iudices sint sub eodem Principe, erit recurrendum ad eundem Principem, qui causam remittere debet ad illum Iudicem, per quem magis justitiæ locum expediri videbitur, *Boss. d. tit. de foro competenti, n. 104. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 8. nu. 24. ubi nu. 27.* dicit ipse *Guazzin.* quòd in dubio statur juramento ipsius citati à quo Iudice prius fuit citatus, & dicit etiam ipse *Guazzin.* ibi quòd si eodem die quis sit citatus à duobus Iudicibus, & in relatione unus nuncius exprimat horam, in qua reum citavit, præferetur alteri Iudici, coram quo non fuit expressa hora in relatione, & faciunt dicta per *Font. de pac. nup. gl. 1. claus. 1. nu. 12.*

50 Et scias, quòd si quis sit citatus eodem tempore pro eadem causa à diversis juribus, parem jurisdictionem habentibus, citatus habet electionem coram quo comparere velit, *arg. l. si qui gravi, § si cum omnes, ff. ad Senat. Consul. Syllanianum,* & docet *Trivisanus dec. 11. n. 8. part. 2. & Farinac. d. quæst. 7. nu. 63.*

51 Sed si quis sit citatus à suo Iudice competenti, & sit etiam citatus pro eadem causa à Regiis tribunalibus, in hoc casu citatus tenetur cōparere coram majori Iudice, & petere se remitti ad minorem Iudicem competentem, *l. contra pupillum § 1. ff. de re judicata, de Nigris cap. Reg. 228. nu. 30.* Et Iudex inferior non potest prævenire suum superiorem, ipso superiore invito, *Guazzin. d. defens. 1. cap. 10. nu. 20.*

52 Et advertas, quòd si quis post litem ceptam efficiatur alterius fori, tenetur prosequi litem, ubi ipsa lis cepta erat, & non potest petere se remitti ad Iudicem fori supervenientis *l. si quis postea 7. ff. de judiciis, l. pen. ff. de jurisd. omn. judicum, cap. proposuisti, extrà de foro compet. Giorgius Obrechti de jurisdictione, lib. 3. cap. 14.* & ex hoc apparet, non esse

esse tutam opinionem *Borrelli summa decis tit 43. nu.79.* asserentis fori declinatoriam posse opponi, etiam post litem contestatam, si post eam orta sit, nam obstant supradicta jura, & licèt *Romanus in singulari* 352. dicat simpliciter, quòd exceptio declinatoria fori superveniens, lite pendente, possit opponi etiam post litem contestatam ex *cap. insinuante. de officio delegati*, tamen doctrina *Romani* non est simpliciter intelligenda, ne videatur contra *tex. in d. l. si quis postea, & in d. l. pen.* & proinde est distinguendum, quòd aut exceptio supervenit respectu Iudicis, puta si ipse ex nova causa efficiatur suspectus, & tunc potest recusari ex ipsa nova causa suspicionis, etiam si supervenerit post litem contestatam, ut in *d. c. insinuante*, aut ipsa exceptio supervenerit respectu ipsius rei, puta quia, lite pendente, effectus sit de alio foro, & tunc non potest opponi, ut in *d. l. si quis postea, & in d. l. pen.* ita *Felin. in d. cap. insinuante*, & *Mascardi in praxi. Sacri Regii Consilii, par. 2 glosa competentes, nu. 45.* licèt sint alii Doctores probantes contra supradicta

53 Undè si clericus litigat coram suo Episcopo, lite pendente, efficiatur Episcopus, adhuc ipse litigans tenetur prosequi litem coram ipso Episcopo, coram quo lis cepta erat, ut dicam infra *cap. 35. n. 14.*

54 Idem est si litigans, lite pendente, decedat, & relinquat aliquem hęredem, qui est alterius fori, tamen tenetur prosequi litem inceptam cum defuncto in illo foro, ubi lis ipsa cepta erat, & non potest petere se remitti ad suum forum competentem, ut dicam infra *cap. 28. nu. 11. cum plurib. sequentibus.*

55 Sic etiam, si lite incepta coram Judice ordinario, reus efficiatur de arte lanæ, causa ipsa debet agitari coram eodem Judice ordinario, & non debet remitti ad Curiam artis lanæ, ut dicam infra *cap. 23. n. 12.*

Sed si lite pendente superveniat privilegium fori, citrà factum voluntarium in favorem rei conventi, ipse reus potest declinare forum, & petere se remitti ad forum supervenientem, *Leffred. Lanfranc. dec. 70. & D. Reg. Sanfelic. in praxi judiciali, sect. 39. n. 8.* & vide quod dicam infra *nu. 108. & 113. cum seq.*

56 Sed quæritur, & primò, quid si laicus, post litem inceptam coram Iudice laico, efficiatur Clericus, an ipse teneatur judicium prosequi coram Iudice laico, ubi lis incepta erat, vel ipse Clericus possit declinare forum laicalem, & petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & *glos. in d. l. si quis postea, ff. de judiciis*, tenet, ipsum debere prosequi litem, ubi lis incepta fuit; ad cujus sententiam *glosæ* comprobandam adducitur ratio, nam si lis erat incepta cum defuncto milite in foro militari, hæredes militis tenentur prosequi litem in foro militari, & non possunt petere se remitti ad Iudicem ordinarium, Iudicem competentem ipsorum hæredum *l. nullus, C. de veteranis, lib. 12.* & docet *Carleval. de judiciis, tom. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 4 n. 470.* Sic etiam si lis erat cepta cum defuncto laico coram Iudice laico, si ejus hęres sit Clericus debet ipse hęres Cler. prosequi litē in judicio defūcti, ubi lis cepta erat, *Paul. de Cast. in l. hæres absens ff. de judic.* quod secus est, si lis non esset cepta cū defuncto, quia tunc deberet cōveniri coram Iudice Ecclesiastico, *Bart. in d. l. hæres absens Surd. dec. 110. Anna sing. 132. Capibl. de Baronibus, prag. 8 part. 3. n. 94. & seq.* & dicam infrà *d. cap. 28. nu. 15. & 17.* ergo ita, & in quæstione nostra, dum lis erat incepta coram Iudice laico tempore quo conventus erat laicus, dato, quòd deinde conventus sit effectus Clericus, tamen tenetur prosequi litem, ubi lis cepta erat. Secundò, sufragatur *tex. in l. pen in fine, ff. de jurisd. omn. jud. & in d. l. ubi acceptum ff. de judiciis*, ubi tex. generaliter loquitur, & sic, quod ubi lis cepta est, ibi finiri debet, dato, quod reus, lite pendente, efficiatur alterius fori, ergo generaliter debet intelligi, & sic ut si post litem ceptam laicus conventus efficiatur Clericus teneatur prosequi litem, ubi ipsa lis cepta erat, *arg. l. de pretio, ff de publ. in rem act.* Tertiò facit *tex. in d. l si quis postea ff. de judiciis*, ubi si paganus conventus post litem inceptam efficiatur miles, ipse debet prosequi litem, ubi lis ipsa incepta erat, & non potest petere se remitti ad Iudicem militarem, ergo ita, & in Clerico, dum isti æquiparantur *gl. & DD. in l. miles, ff. de re judicat.* sed alii Doctores defendunt contrarium.

57 Sed omnia hæc in civilibus conceduntur, etiam de jure canonico, ut docet *Abb. in cap. 1. de obl. g. ad ratiocinia, Marcel. de Vulpe in praxi judicii fori Eccles. cap. 43. num. 29. Squillant. de privil. cler. c. 7 nu. 59 & Cancer. v. r. resol. lib. 2. cap. 2. num. 245.* & est *tex. in cap. proposuisti, de foro compet.* & docent *Paul. de Cast. in l. pen. num 8. ff. de jurisd. omn. judicum Gr ss de effect. cleric effect. 1. n. 1239. Anna consl. 140. n. 3. & 4. & Barb. in d l. si quis postea, nu. 203. ff. de judic.* & si contrarium teneat *Marta de jurisdictione centuria 1. casu 34. nu. 14.* quem sequitur *Diana p. 3. tit. de immunitate Eccl. resolut 31. in fine, & part 4. tract. 1. resolut. 38.*

Hinc est, quòd si clericus, dimisso habitu Clericali, sit conventus pro causa civili coram Iudice laico, si pendente lite, reassumat habitum, absque licentia Episcopi, ipse debet causam prosequi coram eodem Iudice laico, & nòn potest petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, *Donat. Ant. de Marinis quotid resolut. cap. 54. nu. 2. in nova impressione, sequitur Thor. in supplem. decis. ver. remissio fol. 549.* Verùm ipse *de Marinis d c. 54* dicit, quòd licet laicus, qui post litem ceptam coram Iudice laico efficiatur clericus, ipse teneatur prosequi litem coram eodem Iudice laico, tamen decisa causa per ipsum Iudicem laicum, concernentia executionis sententiæ remittuntur ad Iudicem Ecclesiasticum.

58 Sed si lis sit cepta cum laico, qui posteà sit effectus Clericus, si pereat instantia, & denuò inchoatur lis, vel sit impetrata infulatio vitæ spiritus, in hoc casu causa spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, *Squillant. d. nu. 59. in fine*, & dicam infrà *nu. 113.*

59 Sed tota difficultas est in causis criminalibus, & sic si laicus delinquat, & causa incepta coram Iudice laico, ipse inquisitus efficiatur Clericus, an ipse debeat puniri à Iudice laico, coram quo causa prædicta erat incepta, tempore quo reus erat laicus, vel ipse reus debeat remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & in hac controversia plures opinio-

nes

nes diversorum Doctorum producam, non tamen insistendo in eis.

60 Prima est opinio, quòd si laicus post ceptam causam criminalem coram Judice laico, qui prævenit causam, & personam ipsius laici, ipse laicus in carceribus ordinatus, vel professus sit, non obstante ordine, vel professione debeat puniri pro delictis præteritis à Iudice laico, & non Ecclesiastico, ità *Io: Andreas in cap. 1. num 20. de obligat. ad ratioc. non ordinandis, & ibi Cardin Zab irel. n. 2 Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2 cap. 2. nu. 152. & seq. de Franch. dec. 209 nu. 3.* Sed quòd judex laicus procedat contrà istum ordinatum, vel professum in carceribus pro delictis patratis antè ordinem, vel professionem tàm quòd bona, quàm quò ad personam tenent *Præs. de Franc. dec. 384. & 709. Carleval. de judiciis tom. 1. lib. 1. disput. 2. quæst. 7 sect. 3. nu. 908. Graff de effect. cler. d. eff. 1. nu. 1141. Anna consi. 140. nu. 8. & Ansaldus de jurisdictione part. 2. tit. 18. cap. 15. nu. 239.*

61 Secunda est opinio, quòd si quis post ceptam causam criminalem coram Iudice laico sit habilitatus, vel frangat carceres, & aufugiat si posteà efficiatur Clericus, vel monachus professus, adhuc puniatur per Iudicem laicum, & non Ecclesiasticum, ita teuent *Bar. in l. pen. & ibi J. s nu. 10. ff. de jurisd. omnium judicum, Anna cons. 140. nu. 9. cum duobus seq. & Graff d. eff. 1. nu. 1141. & seq.* Sed alii fortioribus rationibus contrarium tuentur, contra omnes supradictos casus in favorem Clerici, vel Monachi.

62 Tertia est opinio, quòd judex laicus cognoscere contra laicum pro delictis præteritis, si pro ipsis delictis fuit habilitatus, vel franxit carceres, & aufugit, & posteà sit effectus Clericus, vel Monachus professus, quo ad bona tantùm, nam quo ad personam judex laicus non potest cognoscere contra istum talem, sed tenetur illum remictere ad Iudicem Ecclesiasticum, quo ad distinctionem personæ tantùm, & non quò ad bona, nam quò ad bona cognoscit ipse Judex laicus, ut ita decisum refert *de Franch. dec. 383. & 709.* & docent *Boss. pract. crim. tit. de pœnis post nu. 38. & Carleval. d. disput. 2. quæst. 7. d. sect. 3. nu. 909.* & eo magis si delinquens captus à Iudice laico sit habilitatus, & post habilitationem assumat ordines minores, nam adhuc pro delictis antè Clericatum remittatur ad Iudicem Ecclesiasticum quò ad distinctionem personalem, ut decisum refert *D. Reg. Saufelic. dec. 2. a nu. 20. usque ad nu. 27.*

63 Quarta est opinio, quòd si laicus delinquat, & captus à Iudice laico, sit habilitatus, & post habilitationem efficiatur Clericus pro dicto delicto debeat remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, ut ita decisum refer *Io: Baptist Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3 ver. remissio fol. 127.*

64 Quinta est opinio, ut si laicus carceratus pro aliquo delicto pœnæ Iudicem laicum, sit habilitatus, & posteà effectus sit Clericus, debeat remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, tàm quò ad personam quàm quò ad bona pro ipso delicto, pro quo manebat carceratus pœnes Iudicem laicum, ita *Ant. Diana in suis moralib. resolut par. 1. trac. 2. tit. de immun. Ecclesiastica, resol. 27.* & alii Doctores relati per *Ansald. de jurisdict. p. 2. tit. 11. cap. 15.* per totum, ubi conatur ambas opiniones ad invicem contrarias concordare.

65 Sexta est opinio, quòd si laicus sit condennatos per Magnam Curiam in exilium, & ab hac sententia appellat, & sit habilitatus, si appellatione pendente, efficiatur Clericus, de ipsomet delicto cognoscit Iudex Ecclesiasticus, ita *Riccius decis. 302. part 3.* Immò si laicus sit minus in exilium à Iudice suo competenti, si deinde efficiatur Clericus, & posteà frangat exilium, in hoc casu iste punitur pro fractura exilii à Iudice Ecclesiastico, & non à Iudice seculari, ita *Valasques dec. 48. Cabal. resol. crim. casu 108 nu. 3. de Franch. dec. 365. Graff. d. eff. 1. nu. 1140. Genuens. pract. Archiepisc. Neap. c. 9. nu. 2. Diana d. tit. de immunitate Ecclesiastica resol. 119. & part. 4. tract. 1. resol. 22. & Squillant. de privil. cler. cap. 7. nu. 10.* qui cum aliis Doctoribus, & rationibus probant in omnibus supradictis casibus, reos esse remittendos ad Iudicem Ecclesiasticum quamvis *Covarr pract. quæst. cap. 32. nu. 2. vers. secunda conclusio*, & doctissimus *Camillus Borrellus summa decis. part. prim. tit. 43. nu. 98. & seq.* dicant contrarium, tamen aliam opinionem nonnulli esserunt esse veram, moti fuut ratione, nam quando quis frangit exilium, dicitur committere novum delictum, unde licet Barones non possint admittere reum ad compositionem post sententiam, tamen si quis sit condemnatus in exilium, & posteà frangat exilium, pro fractura exilii Baro potest reum transfigere, *Capibl. de Baronib. prag. 6. nu. 193. & Guazzin. ad defensam reorum, def. 34. cap. 2. nu. 5.* Quod non est è contrario, nam si Clericus sit missus in exilium, si deindè efficiatur laicus, & posteà frangat exilium, debet puniri à Judice Ecclesiastico, & non à Judice laico pro ipsa fractura exilii, ita *Alberic. in leg. meminisse, ff. de offic. Præsidis*, sic servari in foro Ecclesiastico, testantur *Riccius ad Præs. de Franch. dec. 395. Genuens. d. cap. 9. nu. 3. Diana d. resol. 119. & Squill. d. cap. 7. nu. 108.* & licèt *Anna d. cons. 140. nu. 12. cum plurib. seq.* teneat contrarium, tamen alii dicunt primam opinionem esse veram per *tex. in l. [illegible] ff. de jurisd. omn. jud.* ut dictum est.

66 Et quid si Magna Curia Vicariæ condemnat aliquem in exilium, & condemnatus sit subditus alicujus Baronis, & frangat exilium, an pro fractura exilii possit puniri à Barone ex quo dicitur novum delictum? & dicas, quòd non, *Mastrill. dec. 274.*

67 Et quid si causa alicujus vassalli sit introducta in Regiis Tribunalibus per viam appellationis, & dictus vassallus à dictis Regiis Tribunalibus sit condemnatus in exilium, si ipse vassallus frangat exilium, de dicta fractura exilii cognoscant ipsi Regii Superiores, & non Baro, dicit *Capibl. de Baronib. d. prag. 6. nu. 194. & seq.*

68 Ultima est opinio, quòd si Clericus ducat uxorem, & dimisso habitu, delinquat, si sit carceratus à Judice laico, & posteà reassumat habitum absque licentia Episcopi, in hoc casu ipse punitur per Judicem laicum, & non debeat remitti ad Judicem Ecclesiasticum, ut ità decisum refert doctissimus *Jo: Bapt. Thor. in comp. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 77.* ex eo, quod absque licentia Episcopi habitum reassumpserat, ut ibi per eum in

in fine. quæ licentia si sit necessaria, dicam infrà cap.36.num.190.

69 Sed magis difficultas est, quid si non sit præventa causa, vel persona laici delinquentis per Judicem laicum, & laicus ipse post delictum, sed antè carcerationem efficiatur Clericus, an ipse sit puniendus à Judice laico, vel Ecclesiastico? & in hac controversia varii Doctores varia dixerunt.

70 Primò nonnulli dicunt, quòd si quis fraudulenter post delictum assumpserit ordines majores, licèt possit à Judice laico puniri, non tamen potest corporaliter puniri ab ipso Judice laico, sed tantùm in pecunia, & in bonis, & sic Judex laicus contrà istum talem erit Judex causæ, & non personæ, ità Mastrill. dec. 294. sed alii dicunt veriorem esse opinionem, quòd si laicus post delictum, & ante carcerationem assumpserit ordines majores, tunc indistinctè puniatur à Judice Ecclesiastico, tam quoad bona, quàm quoad personam, ità Marcell. de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiast. cap.38.nu.8.

71 Secundò alii dicunt, quòd si laicus post delictum, & antè carcerationem assumpserit ordines minores, & tùnc si eos assumpsit in fraudem, & punitur per Judicem laicum, aut eos non assumpsit in fraudem, & punitur per Iudicem Ecclesiasticum, ita Jacob. Cancer. variar. resol. lib.2.d.cap.2. nu.148. Marcell. de Vulpe d.cap.38. Graff. de effect. cler. d.effect.1.num.1075 Jul. Clar. pract. crim. §.fin. quæst.36.ver. sæpè numero, Bald. in sua pract. tit. de jurisdictione, quæst.3. Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione, quæst.8 num.104.& seq. Vivius com. opin. par.1. opin.38. Mastrill. d. dec.294. circà princip. Boss. pract. crim. tit. de pœnis, num.38. Foller. practica criminali, rubr. audiantur excusatores, nu.145. Caball. resol. crim. casu 108.nu.1. Ambros. de immunit. Eccles. cap.19. num.5. & latè Ansald. de jurisdict. par.2. tit.11. cap. 15. à num.1. usque ad num. 62, sed alii probant contrarium, quòd si remittendus semper Clericus, ut dixi in praxi forjud. cap.25.n.62.

72 Et quis dicitur in fraudem assumere ordines, si ipse laicus, qui commisit delictum, erat accusatus, vel infamatus de eodem delicto, tempore, quo se facit Clericum, ut dicunt Farinac. d. quæst.8.n.110. & seq. Cancer. d.cap.2.nu.152.& Cabal. d.casu 108. nu.7.& seq. secus si non erat infamatus, quia tunc præsumitur bona fide ordinem Clericalem accepisse, Graff. d. eff.1.nu.1076.& seq. Jul. Clar. d. qu. 36. ver. sed in hoc proposito, Mastrill. d. dec.249.n.4. & 5. Boss. d. tit. de pœnis, nu.38. Cabal. d. casu 108.nu. 12.& Ambros. d.cap.19.nu.6.

73 Sic etiam si quis post delictum paulò post efficiatur Clericus, dicitur in fraudē assumpsisse Clericatum, etiam si nulla præcedat criminis accusatio, vel infamatio, Marcell. de Vulpe d. cap. 38. nu.3. Bossus d.nu.38. Ambros. d.cap.19.n.9. Ansald. d.cap.15.nu.63. Farinac. d. quæst.8 num.110.& seq. & Riccius in praxi par.2. resol.59. ubi etiam dicit

74 ipse Ricc. quòd si laicus faciat se Clericum per duos menses antè delictum commissum, dicitur in fraudem assumpsisse Clericatum, & quòd qui deliquit, & paulò post efficiatur Clericus, dicatur in fraudem se fecisse Clericum, tenet Graff. dicto eff.1. num.1144.& 1127. ubi nu. 1129. dicit ipse Graff.

75 quòd licèt Judex laicus posset procedere contrà Clericum, qui in fraudem assumpsit ordinem Clericalem, tamen requiritur degradatio, ut deinde sententia possit exequi contra personam dicti Clerici, nisi Clericus ipse sit primæ tonsuræ,

76 quia tunc non requiritur degradatio, idem tenet Covarr. pract. quæst. cap.32. nu.4. sed quando non est primæ tonsuræ, si Episcopus nollet eum degradare, in hoc casu non potest Judex laicus Clericum cognoscere, sed remittere, Graff. d. effect.1. num.1132.& seq. Alban. ad Bart. in l. cum quædam puella, nu.5 ff. de jurisd. omn. Jud. & Chartar. de execut. sent. cap. fin. post nu.306.& vide Ansaldum de jurisd. par.2. tit.11. cap.15. num.123. cum plurib. seq. ubi latè examinat, si laicus post delictum in fraudem Clericatum assumat, sit per Episcopum degradandus, & Curiæ seculari tradendus, sed ut dictum est, ut alii probant, quòd in omnibus supradictis casibus Clericus effectus debeat remitti, & cognosci per Judicem Ecclesiasticum.

77 Quòd si eodem die appareat contrà laicum fuisse porrectam accusationem, & eodem die assumpsisse habitum Clericalem, in dubio præsumitur priùs assumpsisse habitum Clericalem, Graff. d. effect.1.nu.1136.

78 Et priùs Judex Ecclesiasticus cognoscere debet, si laicus assumpsit ordinem Clericalem in fraudem, si vel nè, & hoc cognitio, Judex laicus deinde potest procedere contrà dictum inquisitum, qui suscepit ordinem Clericalem in fraudem post commissum delictum, Graff. d. effect.1.n.1079. & hoc si Judici Ecclesiastico videbitur in casibus permissis, talem Clericum Judici laico remittere, & non aliter.

79 Quòd si laicus committat duo furta, & de uno sit infamatus, & de alio non, si efficiatur Clericus, de delicto, de quo erat infamatus, cognoscit Judex laicus, & de delicto, de quo non erat infamatus cognoscit Judex Ecclesiasticus, secundùm Graff. d. eff. 1. num.1080. sed alii Doctores probant, ut talis Clericus pro omnibus sit remittendus ad Judicem Ecclesiasticum.

80 Et laicus si delinquat, & de delicto sit diffamatus, vel accusatus & posteà efficiatur Clericus, si probat se voluisse Clericatum antè delictum, tùnc etiam punitur per Iudicem Ecclesiasticum, Ambros. de immun. Eccles. cap.19 nu.11. & votum probatur juramento ipsius, si votum prædictum alitèr probari non possit, Jas. in l. pen. num.11.& 12 ff. de jurisdict. omn. Jud. Graff. d. effect.1.n.1097. cum plurib. seq. Seraphin. de privilegiis juramenti, privil.8.nu.3.& Cabal. d. casu 108.nu.13.& probatio voti est facienda coram Judice Ecclesiastico, & coram eo etiam defertur juramentum ad probandum dictum votum Graff. d. effect.1.n.1125.& seq. sed votum non probari juramento ipsius, qui vovit, dicit Ambros. d.cap.19.nu.12.& seq.

81 Imò sunt aliqui, qui tenent, quòd si quis vovit suscipere habitum Clericalem, si posteà delinquat, sit puniendus à Judice Ecclesiastico, & non laicali, prout tenent Vivius commun. opin. lib.1. opin. 38. Anna singul. 130. & Carthar. de execut. sent. cap fin. post num.308. sed contrarium referunt Covarr. pract. quæst. cap.32. in fin. Jul. Clar. pract. crim.§. fin. qu.98. ver. sed quid si condemnatus, de Franch. dec.449. Capibl. de Baron. prag.8. part.3. nu.25.

*nu.*25.*Caball.d.casu* 108.*n.*14.*& Ansald.d.cap.*15. *nu.*89.*cum plur.seq.* undè merritò *Thom. Ferratius cautela* 23. & alii DD. pro prima opinione reliquerunt cogitandum.

82 Tertiò alii dicunt, quòd laicus, qui post delictum efficitur Clericus, possit puniri à Judice laico, sed non quòad pœnam corporis afflictivam, ità *Ann. singul.*130. nàm laicus, qui post delictum in fraudem suscepit ordines Clericales quòad pœnam corporis afflictivam punitur per Judicem Ecclesiasticum, quò verò ad pœnam pecuniariam, & amissionem bonorum, punitur per Judicem laicum, secundùm *Farinac.d.qu.*8.*nu.*107.*& Caball.d. casu* 108.*nu.* 2 *&* 4. sed alii probant, quòd indistinctè, tàm quòad bona, quàm, quòad personam ipse delinquens sit cognoscendus à Judice Ecclesiastico, & quando laicus in fraudem post delictum efficitur Clericus, Judex laicus, erit tantùm Iudex causæ, & non personæ, secundùm *Ambrosinum d.cap.*19.*nu* 15. imò sunt alii, qui dicunt, quòd si laicus delinquat, & post delictum in fraudem ingrediatur monasterium, durante professione, sit etiam cognoscendus per Iudicem Ecclesiasticum, quòad personam tantùm, & non quòad bona, ità *Caball.d.casu* 108 *nu.*20. *sed Marta de jurisd.d. par.*4.*centuria* 2. *cas.*121. *à num.*22. tenet, quod etiam quòad bona Iudex Ecclesiasticus cognoscit, *Mar.* sequitur *Diana p.* 3.*tract.*1.*res.*33. *& par* 4.*tract.*1.*resol* 95. sed cogita.

83 Quartò alii tenent, quòd si laicus post delictum ingrediatur Monasterium, & sine alio ordine, vel professione in eo uti conversus maneat, vel si efficiatur frater tertii ordinis, in hoc casu puniatur à Iudice laico, ità *Caball. resol.crim. casu* 108.*nu.* 18.*& Farinac d.quæst.*8.*num* 106 Sed alii probant contra ium. Et *Diana in suis moralib.resolut.par.*4. *tract* 1. *resol.*31. dicit, quòd oblatus quòad delicta antè oblationem commissa gaudet privilegio fori, si absque fraude sit, & suo Monasterio obtulerit, quòd si fraus absit, potest à Iudice laico puniri pœna pecuniaria, & non corporali.

84 Quintò nonnulli dicunt, quòd si Clericus in minoribus constitutus, qui non defert habitum, & tonsuram, & non servit in divinis, qui vigore Concil.Trid. non gaudet foro Ecclesiastico, si ipse delinquat, & post delictum obtineat beneficium, adhuc non gaudet foro Ecclesiastico, secundùm *Novar.in coll.super prag.*5. *num.*13 *& seq.de Clericis sive subd.salvat.to.*2. prout etiam est, nam si quis delinquat, & post delictum in fraudem obtineat privilegium Civitatis Neapolitanæ, in hoc casu, ipse delinquens non utitur privilegio Neapolitanis concesso *Novar.in pract.elect.fori tom.*1. *sect.*4.*quæst.*62.*num.*21.& dicam infrà *cap.*18.*num.* 21. facit *text.in l.*1.*ff.de pœnis*, ubi habetur, quòd si servus delinquat, & post delictum efficiatur, liber, pro ipso delicto punitur uti servus, & non uti liber, ergò si in pœnis imponendis inspicitur tempus delicti, à fortiori inspicitur tempus delicti, quòad competentiam fori, sed alii contrariam defendunt sententiam.

85 Ultimò alii tenent, quòd laicus, qui post delictum efficitur Clericus, indistinctè sit puniendus per Iudicem Ecclesiasticum, ita *Squill.de privileg. Cler.cap.*7.*nu.*33. *Caball. resolut. crim.cas.*259. ità decisum, testatur *Laratha consf.*105. *& Novar. in coll.ad pragm.*1 *nu.*22 *ubi de delicto, tom.*1. & quidam qui post delictum fecit professionem in aliqua Religione, & postea fuit captus à Iudice laico, fuit remissus ad Tribunal Nunciaturæ, ut refert *D.Reg. Sansel. decis.*217. & Notarius effectus Clericus, punitur à Iudice Ecclesiastico pro falsitate commissa tempore, quo erat laicus, *Diana moral.resolut.par.*4.*tract.*1.*resol.*84. citat *Graffium de eff.Cler.eff.*8.*n.*15. *& alios.*

86 Et licèt per Bullam Sixti V. declarentur nulli omnes ordines, & professiones post delictum factæ, & detur authoritas secularibus Iudicibus procedendi contrà eos, qui suscipiunt ordines, & faciunt professiones post delictum, *Reg.Tapia in Constit.Regni de personis, nu.*31. quæ Bulla non extendebatur ad Clericos seculares, nam dicta Bulla loquitur de regularibus. *Capiblanc.pragm.*8. *par.*2.*nu.*29 *in secunda impress.* quod non dixit in ultima impressione, ut videre poteris ibi per eum dicta *prag* 8.*par.*3.*nu.*39.*& seq.* tamen dicta Bulla Sixti V. fuit revocata per Clementem VIII. ut testantur *Diana d.par.*3.*d.res.*33.*& Consil. Carleval de judiciis, tom.*1. *lib.*1. *disputat.*2. *quæst.* 6. *sect.* 3. *nu.*449.

87 Et licèt per *Concil.Trid.sess.*23.*cap.*4.*de reformatione*, disponatur, ut non ordinentur ii, de quibus probabilis est conjectura, eos fieri Clericos secularis judicia fugiendi causa, & docet *Ambros.d.cap.* 19.*nu.*16. & licèt per *l.Officiales, C.de Episc.& Cler. & per cap.* 1. *de obligationis ad ratiocinia non ordinandis*, disponatur, ut officiales publici, non reddiëis administrationis rationibus, possint Clericari, tamen multa tenent facta, quæ fieri non poterant, *l patre, ff de his, qui sunt sui, vel alieni juris.Capibl. d.pragm.*8 *par.*2. *num.*27. *& seq.in secunda impressione*, quod neque dixit in tertia impressione, ut videre poteris in *d.num* 39.*in* 3.*impress.*

88 Et licèt accusatus de crimine, quod infamat, non debeat ad Sacros ordines promoveri, ut in *cap. infames* 6. *quæst.*1. *ubi Purpurat.* dicit, hoc etiam procedere quòad minores ordines, tamen si fuerit promotus, ordines non irritantur, *de Franch.decis.*384.*num.*10.*&* 12.

89 Secundò quæritur, quid è contrario, si Clericus post commissum delictum efficiatur laicus, putà si ducat uxorem, an ipse puniatur de delicto commisso tempore Clericatus à Iudice Ecclesiastico, vel à Judice laicali? & *Guzzinum ad defensam reor.defens* 1.*cap.*10.*nu.*8.*de Franch.decis.*417.*nu.*5. *& Graff.d.effe.*8.1.*nu.*649. dicunt, quòd si Clericus ipse à Iudice Ecclesiastico fuit præventus in cognitione dicti delicti tempore, quo erat Clericus, cognitio remanet apud ipsum Iudicem Ecclesiasticum, licèt deindè ipse Clericus efficiatur laicus, secus si Iudex Ecclesiasticus non prævenit, quia tunc debet cognosci per Iudicem laicum, & idem tenet *Donatus Anton.de Marinis quotid.resolut.cap.*48. *in ultima impress. sed Dom.Reg.Sanfelic. decis.*218. dicit, quod si Clericus post delictum ducat uxorem, & postea sit captus à Iudice laico, d. delinquens puniatur à d. Judice laico, & ipse Iudex laicus non tenetur ipsum delinquentem remittere ad Iudicem Ecclesiasticum, sed quòd indistinctè, si Clericus post delictum efficiatur laicus

debeat cognosci pro dicto delicto commisso tempore Clericatus à Judice Ecclesiastico, & non laicali, & hoc sive ipse Judex Ecclesiasticus præveniat, sive non, tenent idem *Grazz'n sibi contrarius, d. defens. 1. cap. 17. nu. 77. in fine Grammat. dec. 10. de Franch. decis. 417. nu. 4. Diana moralium resol. par. 1. tract. 2. tit. de immun. Eccl. resol. 119. Riccius decis. 113 par 2 & in praxi par. 1. decis. 590 Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 1 a num. 6. Squill. de privileg. Cler. cap. 7. nu 38. & 109. Caracciol. de foriprivileg. rem §. 1. 27. num. 6. & 14 & Franc. Mascardus de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap 8. nu. 61. & seq. & cap. 18.* & licèt de hac ultima opinione dubitet *Caravit. ritu 66. nu. 9. & seq.* tamen idem ultimam opinionem esse veram, & sic, quòd Clericus, qui post delictum ab eo patratum duxit uxorem, sit puniendus à Judice Ecclesiastico, dicunt *Genuens. pract. Archiep. Neap. cap 9. nu. 1. Marcell. de Vulpe in praxi judicialis fori Ecclesiast. cap. 41. nu 48. Giurb. consil. 15. Dom Reg. Merlinus controvers. forens. tom. 1. cap. 40. nu. 7. & Diana moral. resol. par. 4. tract. 1. resol. 6.* ubi in fine hoc ampliat in Clerico conjugato delinquente, & postea effecto bigamo, qui est puniendus à Judice Ecclesiastico pro delicto commisso ante bigamiam, & à fortiori Clericus ordinarius, si post delictum efficiatur bigamus, gaudet foro Ecclesiastico quoad delictum commissum ante bigamiam, idem *Diana d. par. 4 tract. 1. resol. 27.*

90 Sed si quis, durante novitiatu, delinquat, & deindè gredietur religionem, & habitum dimittat, non facta professione, si aliquo ordine insignitus non sit, punitur per Judicem laicum de ipso delicto facto, durante novitiatu, ità *Molina de justitia, & jure, tom. 4. tract 3. disputat. 49. nu. 24. Jo. de Hevia in Curia Philippica par. 3 § 1. num. 1 a Bartholom. de Vecchis in praxi novitiorum, disput. 1 1. num 6.* sed contrarium tenent *Giurba d. cons. 15. Caracciol. d. quæst. 27. nu 4. & Diana par. 3. tract. 1. tit. de immunitate Ecclesiastic. resol. 34.* quamvis primam opinionem teneat *Ambros. de immunit. Eccles. cap 22. nu. 11. in fine.*

91 Et quidam, qui erat subjectus foro magni Admirati, deliquit, de quo delicto fuit inquisitus, & reputatus contumax à Magna Curia, & deindè fuit privatus privilegio suo, & sic fuit effectus de foro Judicis ordinarii, & tamen fuit decisum, causam prædictam spectare, & esse remittendam ad Curiam Magni Admirati, ut testantur *de Franch. decis. 417. & Caracciol. d. quæst. 27. nu. 3.* Idem est, si quis fuit de una arte, licèt postea desinat esse de illa arte, tamen potest conveniri pro iis, quæ gessit tempore, quo erat de illa arte, coràm illis judicibus illius artis, ut dicam infrà *cap. 23. num. 10.*

92 Tertiò quæritur, quid si quis post delictum efficiatur miles, an pro ipso delicto puniatur à Judice ordinario, vel militari? & *D Baldax. de Angelis in suo prato super legem, si quis Curialis, num 3. C. de Episc. & Cler.* dicit, quòd paganus, si commisso delicto, miles efficiatur, punitur à Judice militari, citat *Oltrad. consil. 4. Grat. discept. forens. cap 226. nu. 27 & Cavallum de cognitione per viam violentiæ, par. 2. quæst. 37. num. 2.* sed ego in hac quæstione reperio duo jura, quæ videntur inter se contrariari, nàm *text. in l. si quis posteà 7 ff. de judic.* dicit, quòd si quis posteà in jus vocatus est in judicio, miles efficiatur, in ea causa jus revocandi forum non habet, quasi præventus, *tex.* verò in *l. qui cum uno, §. reus, ff. de re mil.* dicit, quòd inquisitus post suam inquisitionem effectus miles, punitur à Judice militari, & non debet remitti ad Judicem ordinarium, & ad hanc contrarietatem respondet *gloss. in d. §. reus*, & dicit *text. in d. l. si quis posteà*, procedere in milite inermis militiæ, & *text. in d. § reus*, procedere in milite armatæ militiæ, istam glossam sequuntur *Marc. Laudens. de milite qu. 22. Hippol. de Marsil. in rubr. ff. de sicar. n. 136. per me relato, Marc. Mant. de privil. milit. privil 30. & Decian. tract. crim. tom. 1 lib. 4. c. 23. post nu. 2 verò d. linquæ ...* alii verò dicunt, *text. in d. l. si quis posteà*, procedere in civilibus, *tex.* verò in *d. § reus*, procedere in criminalibus, sed *text. in d. l. si quis posteà* procedere, etiam in criminalibus, dicit *Cevallos de judiciis, tom 1 lib. 1. disput. 2. quæst. 6. d. §. 4. num 474. cum plurib. seq.* ubi latè examinat hanc nostram quæstionem, & eandem quæstionem examinant *Reg. Rovit. in pragm. 11. num. 9. cum plurib. seq. de milit. C. b ll. resol crim casu 147. & Petrus Franc. de Tonduris tract. de præven ione, cap. 28. à n. 43. usque ad finem*, sed vera responsio est addita duo jura, & sic, quòd *text. in d. l. si quis posteà*, procedit, quando Judex ordinarius præveniat citatione verbali contrà reum, antequam ipse effectus fuit miles, nàm si posteà ipse reus miles efficiatur, punitur ab ipso Judice ordinario pro delicto cum nondum antè militiam, & causa non remittitur ad petitionem ipsius rei ad Judicem militarem, qui nullo modo prævenit, *tex.* verò in *d. § reus*, procedit quando Judex ordinarius processit ad citationem verbalem contrà reum, qui posteà effectus fuit miles, & deindè fuit carceratus à Judice militari pro ipso novo delicto, quod committit in faciendo se militem, nàm reus, si post delictum fraudulenter metu patrati criminis miles efficiatur, capite punitur, *d. l. qui cum uno, §. ad bestiam, & d. §. reus ff. de re milit.* & istud novum delictum dicitur militare, *l. qui metu, ff. de re militari*, & spectat puniendum ad Judicem militarem, & ideò dum pro isto novo delicto veniat imponenda pœna capitis, Judex militaris non tenetur remittere reum ipsum ad Judicem ordinarium pro primo delicto, quod committit ante militiam, quando pro ipso novo delicto Judex militaris condemnat reum ad pœnam mortis, aliàs si eum liberat, & tunc tenetur reum remittere ad Judicem ordinarium, ut dictum reum puniat pro primo delicto commisso antè susceptam militiam, ut probatur in *d. l. qui cum uno, §. ignominia, ubi glo. verb. ad Judicem suum*, & hanc solutionem tradit, *glo. in d. §. reus, ver. d. causa*, & licèt in ea non resideat, tamen ipsa est vera ex dictis per nos *infra cap. 51. nu. 55 cum duob. seq.*

Et in Regno est statutum, ut si quis delinquat, & post delictum efficiatur miles, de ipso delicto Judex ordinarius cognoscat, & non Judex militaris, *prag. 16. quæ hodiè est 11. §. 14. de militib. & dicam infrà cap. 19. num. 21.*

93 Et ex hoc in Regno in dies expediuntur provisiones à Regia Camera Summariæ, ut Regia Dohana

hana Menepecudũ Apuleæ non se intromittat de delictis factis ab indohanatis antè indohanationem, sed de dictis delict s cognoscant Iudices ordinarii locorum, sed puto, quòd in hoc casu deinde Regia Dohana debet cognoscere, si delicta fint f. ct. an é, vel post inhohanationem, & providere super remissionem caus æ.

94 Quartò quæritur, quid si laicus postquam se obligavit pœnes acta Curiæ secularis, efficiatur Clericus; an in hoc casu debeat conveniri coram Iudice Ecclesiastico, vel possit conveniri coram I dice laico, & dicas, quod tantùm corã Judice Ecclesiastico conveniri debet, ut ità decisum testatur *de Franch. dec.656.* nisi obligatio pœnès acta Curiæ sit facta in locis, in quibus ipsa obligatio habet vim rei judicatæ, quia tunc potest conveniri coram Iudice seculari, secundum *de Franch. d. dec.656.* & ad hoc facit bonus *text. in l.pen.ff.de jurisd.omn.Jud.* & in Regno nostro obligatio penès acta habet vim rei judi. atæ, ut in *ritu 128* sed potiùs, quòd laicus, qui postquam se obligavit pœnès acta Curiæ secularis, eff. ctus fuit Clericus debeat conveniri coram Iudice Ecclesiastico, & non laicali etiam dato, quòd simus in locis, in quibus obligationes pœ ès acti h. bent vim rei judicatæ, tenet *Carlev. l. de Iudiciis tom.1. lib.1. disput.2. qu. 7. sect.3. nu 910. cum pluribus seq.* & hæc opinio mihi placet, & puto eam esse veram; sed si laicus se obliget penès acta Curiæ secularis, & deindè efficiatur Clericus, si ignoretur Clericatus, & obligatio cum tali ignorantia incusetur in Curia lecolari, & per ipsam Curiam secularem cum tali ignorantia expediantur literæ executoriales, & postea sciatur Clericatus, in ipsis literis executorialibus imploratur brachium Ecclesiasticum, prævia citatione ad dicendum causam, quarè ipsæ literæ executoriales non debeant exequi, ut ità observari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur *Genuens. in pract.d. Curiæ, cap.15 nu.3.* quem sequitur *Capibl. de Baron. in prag.8 part.3 nu.17.*

95 Sed si laicus se obliget per instrumentum publicum, & deindè efficiatur Clericus, in hoc casu aliqui putant, dictam obligatum esse conveniendum pro executione d. instrumenti coram Iudice laico, ità *Annus cons.142. nu.2.* sed contrarium est verum, & sic, quòd debeat cõveniri corã Iudice Ecclesiastico, ità *M. nsson. de causis execut. ampliat.2. nu.17. Caracciol. de fori privileg. remis. quæst.27. num. 11. Dominus Baldus. de Angelis judex perpetuus M. C.V. in criminalib. in suo prato super l. si quis curialis, nu.6. de Epis. & Cler. Donat. Ant. de Marinis quotid. resolut. cap.189. num.8. Diana moralium resolut. p.4. tract.1. tit. de immunitate Ecclesiastica, resolut. 23. & Graff. d. ff.1. nu.1251.* ubi nu. *seq.* dicit, quòd secus est, si laicus se obliget pro affictu gabellæ, & post obligationem efficiatur Clericus quia tunc convenitur pro d. ctu affictu coram Iudice laico, & non coram Iudice Ecclesiastico, sed contrarium tenet *Caracciol. d. quæst.27 nu 13.* & opinionem *Caraccioli* puto esse veram, nam Clericus est cognoscendus à Iudice Ecclesiastico pro contractibus, & obligationibus fact s tempore, quo erat laicus, *Squillant. de privileg. Clericorum cap.7 nu.91.*

96 Sed circa hoc advertas, quòd si laicus se obliget juxtà forma ritus Magnæ Curiæ, & deindè efficiatur Clericus, nam ut d ximus, liquidatur instrumentum contra ipsum Clericum coram Judice Ecclesiastico; in hoc casu, instrumentum potest præsentari coram Judice Ecclesiastico in charta bammacina, pro ut est ritus dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, & non in charta pe. magena p out requirit ritus Magnæ Curiæ, *Ricciu dec..88 par.3.*

97 Advertas etiam, quod si laicus fidejubeat pro laico coram Judice laico, si deindè fidejussor efficiatur Clericus pro fidejussione prædicta conveniatur coram Iudice Ecclesiastico, & non coram Judice laicali, *Graff. d. ff 1 nu. to 9* &, quando laicus fidejubet de judicio sisti coram Judice laico, si posteà fiat Clericus, fidejussio ipsa finitur, *Cardinalis in clem.1. q 9 de censib.* & non potest attingi per Judicem laicum coram quo fidejussit, *Riccius ad Prast. de Franch. dec.400.* & dicam infrà *cap.30. nu.13.*

98 Quintò quæritur, quid è contrario, si Clericus se obliget per instrumentum, & posteà efficiatur laicus, an adveniente tempore solutionis, instrumentum possit liquidari coram Judice laico, vel Ecclesiastico, & dicas, quòd aliqui *DD* dicũt, quòd debet liquidari coram Judice laico, secundum *Carleval de judiciis, tom.1 lib.1. disput.2. quæst.7. sect.3. nu.920. de Marinis quotid. resol. cap.48. num 7. Thor. in supplem. decis. ver. remissio, fol.531. & eod. ver. fol.549.* & ità decisum testatur *D. Hect. Capyc. Latro, dec.45. in secundo dubio, sed Genuens. pract. Archiep. Neap cap.16. nu.4. & 5. in fine,* dicit, quòd pro gestis ratione officii, quod Clericus gerebat occasione Clericatus, instrumentum potest liquidari in Curia Ecclesiastica contrà ipsum effectum laicum post obligationem, pro aliis verò non. Sed si Clericus se obliget per instrumentum de solvendo aliquid certa die, & citatus fit per Iudicem Ecclesiasticum, & posteà eff. ctus fit laicus, in hoc casu continuatur judicium coram Judice Ecclesiastico, *Thor. comp. dec. tom.1. ver. Clericus fol.97. & Squillant. d. cap.7. n 92.* & ità potest procedere opinio *Molfes. in cons.20.*

Sextò quæritur, quid si mulier nupta fit conventa in foro mariti, ubi compellitur litigare, ut dicam infra *cap.27.* vel è contrario, si ipsa fecit convenire aliquem in foro cooventi, & lis fit cepta, an facta vidua possit eligere, & variare causam ad Regia Tribunalia ex privilegio viduis concesso per *l. unicam, C. quando Imperator.*

99 Et prima est opinio affirmativa, quòd si litigans, pendente lite, efficiatur privilegiatus, gaudet electione fori, ita *Felin. in cap. ex tenore, nu.19. de rescript. G urb. dec.82. Novarius in praxi elect. fori to. 1. sect.4. quæst.13. & in coll. super prag.2. nu.19. ubi de delict. & Riccius coll.2155.*

100 Secunda est opinio, ut si litigans pendente lite, efficiatur privilegiatus, non gaudeat privilegio electionis fori, sed tenetur prosequi litem, ubi ipsa lis cepta erat tempore, quo non erat privilegiatus, ità *Capibl. de Baronib. prag.8. part.1. num.317. Carleval. de judiciis, tom.1. lib.1. disput.2. quæst 6. sect.7. nu.635. & 641. cum pluribus seq. & quæst.7. sect.3. nu.907. & Paschal. de virib. patriæ potest. part. 2. cap.2. post nu.100.*

Et tenendo hanc secundam opinionem; eam com-

comproio .x pluribus rationibus.

101 Primò, per tex.in d.l.si quis posteà, ff.de judiciis, ubi habetur, quòd si quis lite pendente, efficiatur alterius fori, tenetur prosequi litem, ubi ipsa lis cepta erat, & non potest petere, se remitti ad forū supervenientem, & d xi suprà nu.52.nam ubi lis cepta est, ibi finiri debet, l.ubi ceptum ff.de judiciis.

102 Secundò adduco authoritatem Præsidis de Franchis in decis. 544. ubi dicit fuisse decisum, quòd si Doctor sit conventus in Sacro Regio Consilio, & pendente lite, efficiatur de Collegio Neapolitano, tenetur prosequi litem, ubi ipsa lis cepta erat, & causa ipsa non remittitur ad dictum Collegium, ubi ex particulari privilegio conveniuntur omnes Doctores ipsius Collegii, & idem docet Caracciol. de fori privileg. remis. quæst. 15. ubi nu.1 dicit, quód quis non gaudet foro superveniente, citat Giurbam consf.82.nu.2.in fine, & nu.2. dicit ipse Caracciolus ibi, quòd privilegium superveniens non mutat forum, citat Mastrillum decis.285.nu.3.

103 Tertiò adduco doctrinam Riccii in decis. 191. part.3. ubi dicit ipse Riccius, quòd potestas conservatoris alicujus Religionis, non extenditur ad causas, ceptas coram ordinario, antequam eligeretur conservator ipse.

104 Quartò, movet me doctrina Capibl. de Baronib. tom 2.cap 43.nu.10. afferentis, quòd licèt per ritum Magnæ Curiæ, vidua non possit eligere forum supremum, quando litigat cum alia vidua, tamèn si vidua litigat cum non vidua, & eligat forum supremum, si deindè, non vidua efficiatur vidua, non per hoc causa est remittenda ad Judicem competentem rea conventæ.

105 Quintò, confirmo hanc secundam opinionem ex doctrina Novarii in praxi elect. fori tom.2. sect. 3. quæst.21. afferentis, quod si vidua eligat Regia Tribunalia, & post electionem Baro acquirat privilegium de ogatorium l.unicæ. C. quando Imperator, & sic ut possit cognoscere inter personas privilegiatas, non per hoc Baro potest petere remissionem dictæ causæ ad suam Curiam, nisi in privilegio derogatio is d.l.unicæ, sit dictum, etiam quoad causas pend ntes per viam electionis fori.

106 Sextò, confirmo ex dictis per Eliseum Danzam de pugna DD.tom.2. tit.de electione fori, cap.4.nu.16. ubi dicit, quod laicus exposuit quærelam contra aliquem in Regiis Tribunalibus; & causa fuit remissa Baroni, ex quo quærelans non erat persona privilegiata, & post remissam causam effectus fuit monachus, qui denuò exposuit querelam in Regiis Tribunalibus per viam electionis fori, ex quo factus erat monachus, & dicit ipse Eliseus Danza ibi, quòd fuit denegata electio fori, & dictum fuit, ut Curia Baronalis procedat, Danzam sequitur Dominus Thor.comp.decis.tom.3.ver.electio fori, & novissimè Novarius in praxi elect. fori tom.2. sect. 3. quæst.25.

107 Quam secundam conclusionem limita, & primò si persona non privilegiata conveniat aliquem in foro rei convent, & lite pendente, efficiatur persona privilegiata, & pereat instantia dictæ litis, quia tunc si perempta instantia, ipsa persona privilegiata velit eligere Regia Tribunalia pro eadem causa, hoc ipsi permittitur Dominus meus Regens Merlin.controvers. forensi to.1.cap.81.& Novarius d. sect.4.quæst.13.nu.12. to.1. & faciunt dicta infra num.113.

108 Secundò limita, quandò conventus, lite pendente, efficitur privilegiatus per privilegium à Principe concessum motu proprio ipsius Principis, & nō ad postulationem ipsius conventi, ut ipse nō possit accusari, vel molestari, nisi coram tali Judice, quia tunc quando illud privilegium est concessum motu proprio Principis, privil giatus remittitur ad forum supervenientem, & non tenetur prosequi litem, ubi ipsa lis cepta erat, glos.in d.l si quis posteà ff de judiciis, Grazzin.ad def.r.or.def.1.cap.10. nu.25 de Franch.d.dec.544.nu.5.13.& seq. Capibl.d. prag.8.par.1.nu.318.& seq. ubi dicit, hoc procedere, si istud privilegium concessum à Principe motu proprio, sit perpetuum, secus si ad breve tempus, quia tunc, potius superfederi debet in causa, quàm ad novum forum mutari, instantia cepta, & vide quod dixi supra post nu.55.

109 Septimò quæritur, quid è cont ario, si vidua eligat forum supremum, an ea nupta, reus sit remittendus ad ejus forum, dicam infra cap.16. nu.98.

110 Octavò quæritur, quid si aliquis Judex non possit cognoscere, nisi de causis non excedentibus ducatos centum, & ipse Judex incæpit cognoscere de causa, non excedente dictam summam, sed lite pendente, valor litis accrescit ac ultra dictam summam, an in hoc casu, ipse Judex possit causam expedire? & dicas, quòd sic, nam incrementum superveniens, lite pendente, non excludit jurisdictionem, Bar in l.si idem cum eodem, ff.de jurisdict. omn.jud Riccius in praxi fori Eccl'esiastici, par.2.resol. 14 Borrel summa decis.tom.1.tit.41.nu.223.cum duobus seq.& Georgius Obrechti de jurisdict. lib. 3. cap. 22.nu.26.

111 Et circa hoc scias, quòd si quis debeat consequi ducatos ducentum, potest petere centum ad finem, ut possit debitorem convenire coram Judice, qui habet potestatem cognoscendi de causis non excedentibus ducatos centum, l pen. §. fin ff. de jurisdict.omn.judic.& dicam infra cap.12.num.45. & docet Georgius Obrechti de jurisdictione lib.3.cap. 22.num.18.& seq.

112 Sed si quis judicet ultrà quantitatem, de qua judicare potest, in hoc casu valet sententia in illa quantitate tantùm, de qua judicare potest, ut docent Bald.in sua pract tit.de jurisdictione, quæst.1.& Decius in l.fin.num.10.ff.de jurisd. omn.jud.& dicam infra cap.12. num.46.

113 Nonò, diximus supra hoc eodem cap.num.52. quòd si quis postquam fuit vocatus in judicio, fit alterius fori efficiatur, non potest declinare f ru quæritur, quid si perempta instantia, quis efficiatur alterius fori, an in hoc casu possit declinare forum, & petere se remitti ad Judicem suum competentē? & dicas, quod sic, Angel.cons.289. Maran. in suo speculo, par.5.rub. & omnia fiunt durante instantia, nu.61. Reg.Rovit.in rub.de instant.causæ non restit.sivè expensis, nu 13.& in dec.74 nu 9. Molfes. cons.47.num.11. Thorus magister meus in comp.decis. tom 2.ver.remissio, fol.554.& Carleval.de judiciis, d. quæst.7.sect.3.num.940.& faciunt dicta supra num. 107. ut in simili videmus, nam licèt privilegium impetratum, lite pendente, non valeat, tamèn in-

instantia perempta, reviviscit, & reassumit vires, *Iasoc. in cap. fin. & ibi Butrius, ut lite pendente, & Anna singul.* 402.

114 Quod amplia, etiam si sit impetrata insulfatio vitæ spiritus, nam adhuc potest declinare forum post insulfationem prædictam, si litigans pendente prima instantia, sit effectus alterius fori, *Ut sit. ad Afft. dec.* 331. *nu.* 2. & *Carleval. d. sect.* 3. *nu.* 942. sic decisum testatur *Reg. Rovit. d. rub. de instant. causæ non restit. sine expens. nu.* 15. & *in d. dec.* 74. *nu.* 10. & docet *D. Reg. Sanfelic. in praxi judiciaria, sect.* 39. *nu.* 7. & à fortiori hoc procedit, si reus esset effectus Clericus, quia tunc est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum, ut dixi supra hoc eodem *cap. num.* 58. & ita decisum, testantur *Anna sing.* 129. & *Capyc decis.* 86. *nu.* 20. & docent *Graff. d. eff.* 1. *nu.* 1241. & *Marcel. de Vulpe in praxi judicial. fori Ecclesi. cap.* 43. *num* 29. & idem est si judicatum sit nullum, *Graff. d. eff. Cler. eff.* 1. *nu.* 1242.

115 Sed limita, & primò, si via restitutionis in integrum instantia restituatur, quia tunc reus non potest petere, se remitti ad suum Iudicem competentem ex privilegio, superveniente post litem inceptam, *Reg. Rovit. d. rub. de instit. causæ non restit. sine expensis, num.* 20.

116 Secundò limita, nam si lis sit intentata contra laicum coram Iudice laico, & perempta instantia, ipse laicus conventus donet rem deductam in judicio alicui Clerico, si deinde insulfetur spiritus vitæ, & Clericus volens prosequi d. litē, compareat coram eodem Iudice laico, coram quo lis cepta erat, & dicat rem possidere, & petat se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, in hoc casu, causa continuari debet coram ipso Iudice laico, & non debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, ex quo Clericus ipse comparuit coram dicto Iudice laico, tanquam actor voluntarius, ut ita disum, testatur *Thor. in comp. decis. t.* 3. *sect.* 3. *vers. remissio, f.* 113. sed alii defendunt contrarium.

Tertiò limita, nam si lis sit intentata contra laicum coram Iudice laico, & pendente lite, conventus efficiatur Clericus, si per dictum Iudicem laicum sit conventus absolutus ab observatione judicii salvo jure rectius agendi, si actor velit rectius agere, ipse Clericus non potest petere, se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, ut ita decisum testatur, *Thor. in supplem. decis. ver. rem ssio f.* 533. licèt alii teneant contrarium, quòd sit remittendus.

117 Decimò quæritur, quid si laicus sit conventus ad relaxandum aliquam rem & lite pendente, ipse laicus alienat rem prædictam in alium laicum, qui est alterius fori, an in hoc casu, lata sententia, ipsa executioni demandetur contrà novum possessorem absquè novo processu per eundem Iudicem proferentem sententiam? & dicas, quòd si res sit in territorio Iudicis proferentis sententiam, & tunc sententia mandatur executioni per ipsum Iudicem, qui protulit sententiam, citato tamen possessore absente per literas requisitorias, si verò res sit extrà territorium Iudicis proferentis sententiam, & tunc sint literæ requisitoriæ per Iudicem proferentem sententiam Iudici rei sitæ, ut suam exequatur sententiam, & deinde Iudex rei sitæ sententiam executioni demandat, *Carleval d. quæst.* 7. *d. sect.* 3. *nu.* 938. sed si novus possessor sit jurisdictionis Iudicis, proferentis sententiam, & res sita sit in sua jurisdictione, & in hoc casu sententia mandatur executioni per ipsum Iudicem, absq; novo processu contrà ultimum possessorem, *l. lite pendente, C. de litigiosis, l. fin. ff. cod. tit. de litigiosis, Afft. dec.* 396. *num* 9. & hoc sive emens rem litigiosam fuerit in bona fide, sivè si scivisset, rem litigiosam esse, nam adhuc sententia mandatur executioni contra ipsum possidentem absq; novo processu, *cap. Reg. conventus rei vendicatione, quod est in num.* 151.

118 Et quandò res litigiosa alienatur, judicium ceptum cum alienante, debet prosequi, & finiri cum ipso alienante, & lata sententia, ipsa mandatur executioni contra ultimum possessorem absque novo processu *d. cap. Reg. conventus rei vendicatione*, & docet *Afft. d. decis.* 396.

119 Sed si res sit alienata in Clericum, lite pendente, in hoc casu sententia lata contra principalem laicum, non potest executioni demandari contrà Clericum emptorem, & possessorem per ipsum Iudicem laicum, sed concernentia executionem prædictæ sententiæ rem dicuntur ad Iudicem Ecclesiasticum, ut ita decisum testatur *de Franch. dec.* 545. & docent *Capibl. d. prag* 8. *part.* 3. *num.* 103. *Barbat. de assidentia, glo.* 3. *num.* 8. *Riccius coll* 342. *Paschal. de virib patriæ potest. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 217. & licèt *Carleval d. quæst.* 7. *d. sect.* 3. *num.* 936. & *D. Reg. Sanfelic. decis.* 4. dicant per Sacrum Regium Consilium fuisse decisum contrarium, & sic quòd sententia executioni demandetur contrà Clericum possessorem per Iudicem laicum, tamen ipsemet *Carleval ibi num* 937. dicit veriorem, & tutiorem esse sententiam *Præsidis de Franch. dec.* 545. asserentis, concernentia executionem sententiæ prædictæ esse remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum.

120 Et licèt, quandò res letigiosa est alienata in Clericum, Clericus ipse non possit litis prosequutionem, & sententiæ executionem impedire secundum aliquas Doctores, tamen ante executionem ipsius sententiæ, per Episcopum debet fieri repositio possessionis in pristinum statum, ita *Bald. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nu.* 30. *de consti.* & *Ansald. de jurisdictione part.* 3. *tit. unico, cap.* 12. *à nu.* 4. *usq; ad finem* ubi *n.* 1. *cum trib. seq.* dicit, quòd Clericus veniens ad impediendam executionem sententiæ latæ contra tertium laicum coram Iudicem laico, est censendus actor, & ideo coram eodem Iudice laico pro suo interesse agere debet, ut actor.

121 Undecimò quæritur, quid si sit intentatum judicium assistentiæ super re possessa per hæredes, quorum unus sit Clericus, & alii laici coram Iudice laico, si lite pendente, inter ipsos hæredes voluntariè sit facta divisio rerum hæreditariarum, & dicta res, super qua fuit petita assistentia, sit assignata ipsi Clerico, an dicta causa sit agitanda coram dicto Iudice laico pro portionibus tangentibus laicis, & dicas quòd sic, & non debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum pro dictis partibus secundùm *Thor. in supplem. decis. ver. remissio, fol* 536. qui dicit, quòd executio deinde est facienda coram Iudice Ecclesiastico.

122 Duodecimò, tu scis, quòd si litigetur super annuo redditu, & decretum sit, quòd debitor

solvat

solvat tertias decursas, & in futurum singulis annis correspondeat, in hoc casu non est necessarium creditori, singulis annis venire cum libello, sed tantum potest implorare officium Judicis pro executione sententiæ, ut docet *Ursil. ad Affl. dec. 279. num. 2.* & faciunt dicta per *Gizzarellum dec. 65. & per Reg. Rovitum in prag. 1. n. 40. & seq. de censib.* quæritur an lata supradicta sententia, quòd debitor solvat de præterito, & in futurum singulis annis correspondeat, si ipse debitor solvat annatas decursas, & postea efficiatur Clericus, an deinde, adveniente tempore aliorum annorum, ipse Clericus possit conveniri ad solvendum alias annatas maturatas per eundem Judicem laicum, per quem fuit lata dicta sententia, vel debeat conveniri coram Judice Ecclesiastico, & *tex. in d. l. pen. ff de jurisd. omn. jud.* videtur dicere, quòd ipse Clericus potest compelli per Judicem laicum, per quem fuit lata dicta sententia, prout ita fuisse decisum per Sacrum Regium Consilium, testatur *Carleval d. quæst. 7. d. sect. 3. n. 962.* qui tamen ibi *n. seq.* tenet contra dictum decretum Sacri Consilii, & sic Clericum in isto casu debere astringi coram Judice Ecclesiastico, ut probat, sed si velis adhærere decreto Sacri Consilii, dicas illud procedere quòad bona tantùm, & non quòad personam, ut decisum refert *Thor. in supplem. decis. ver. remissio, fol. 531. & in eodem ver. fol. 533.*

123 Decimotertiò quæritur, an concessa jurisdictione alicui ad tempus certum, elapso tempore, cesset jurisdictio quòad causas ceptas, & non finitas infra tempus jurisdictionis, & dicas quòd sic, *Cappel. Tholos. dec. 356. & Borrel summa decis. tom. 1. tit. 41. nu. 109.* nisi ante lapsum temporis per partes sit facta prorogatio jurisdictionis, *cap. de consis. de offic. deleg. Borrel. d. tit. 41. nu. 110.* & dicam infra *cap. 12. n. 5.*

124 Hinc est, quòd omnes causæ ceptæ in nundinis, si tempore nundinarum non sint finitæ, spectant decidendæ ad Baronem, & non ad Regios superiores, *Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 39. nu. 12.* & dicam infra *cap. 21. nu. 8.*

125 Sed si sit concessa facultas procedendi ad modum belli Præsidi, vel Regiæ Audientiæ ad certum tempus in aliqua causa, & sit ceptum procedi ad modum belli in dicta causa infra dictum tempus, elapso dicto termino, potest finiri dicta causa ad modum belli, non obstante, quòd sit lapsum tempus prædictum; sic etiam si dicta potestas ad modum belli sit concessa Præsidi, & sit inceptum procedi ad modum belli in aliqua causa, mortuo Præside, vel eo mutato, Regia Audientia cum interventum duorum auditorum potest dictam causam finire ad modum belli, *prag. 10. § 54. de offic. judic.* latè *Eliseus Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 14. per totum.*

126 Ultimò quæritur, quid si quis litigat coram Judice incompetenti, & pendente lite ipse Judex efficiatur competens, an omnia acta retro facta sint valida, & dicas, quòd non, nam jurisdictio superveniens in personam Judicis non ratificat retrogesta, quæ fuerunt nulla ratione defectus jurisdictionis, *l. observare, in fine, ff. de offic. Proconsul. arg. l. quæ ab initio 21. ff. de regul. juris,* & docent *Anchar. in cap. licèt ex suscepto, nu. 7. de foro compet. & Gramat. cons. crim. 71. nu. 57.* & faciunt dicta per *Afflictum in consl. Reg. Pœnam eorum, nu. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Judex non cognoscit contrà non suos subditos.*
2 *Citatus à Judice incompetenti tenetur comparere, & fori declinatoriam opponere, amplia in causa criminali ibidem, amplia etiam in Regno nostro à num. 3. usque ad 5.*
6 *Supremus Princeps est Judex competens contra suos subditos.*
7 *Jurisdictio concessa alicui in dubio dicitur concessa cumulativè quòad Magnam Curiam, & quòad concedentem.*
8 *Informationem capere possunt Regii superiores contrà vassallos Baronum de delictis, quorum cognitio spectat ad Baronem, amplia etiam in statu Bisiniani, nu. 10.*
9 *Informationes captæ per Regios superiores, & per Baronem, si sint variæ, statur informationi captæ per Regios superiores.*
11 *Jurisdictio Baronis dicitur suspensa, quando Regii superiores ceperunt informationem contra vassallos, dicti Baronis quonsque causa ipsi non fuerit remissa.*
12 *Prorex si mandat Regiæ Audientiæ ut capiat informationem, ipsa Regia Audientia non potest mittere Auditorem ad capiendam dictam informationem.*
13 *Expensæ in capiendo informationem à quo subministrari debeant? & nu. 14. 15. & 16.*
17 *Expensæ pro remissione causæ à quo subministrari debeant?*
18 *Clericus ut laicus si sit citatus à Judice laico an teneatur comparere, & fori declinatoriam opponere? & nu. 24.*
19 *Cognitio Clericatus ad quem Judicem spectet? & num. 20.*
21 *Cognitio validitatis ordinis, professionis, & bullarum ad quem spectet?*
22 *Cognitio si habitus sit Clericalis, vel laicalis ad quem Judicem spectat?*
23 *Consuetudo Regionis est attendenda circà habitum Clericalem.*
25 *Clericus conventus coram Judice laico potest petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, dato quod statutum prohibeat, declinari forum.*
26 *Clericus nemo præsumitur nisi reperiatur in quasi possessione Clericatus, & num. 27.*
28 *Clericatus pluribus modis probari potest usque ad num 41.*
42 *Clericus pendente articulo remissionis causæ, an sit tradendus Judici Ecclesiastico?*
43 *Citatio partis an sit facienda in probatione Clericatus.*
44 *Causæ remissionum Clericorum in Magna Curia debent tractari quolibet die.*
45 *Clericus debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, constito de Clericatu, alias Episcopus potest interdicere Civitatem loci Judicis laici, qui eum remittere noluit.*
46 *Judex Ecclesiasticus potest ex officio petere, ut sibi remittatur Clericus detentus à Judice laico, etiam ipso Clerico invito.*

47 Cle-

47 Clericus debet remitti à Iudice laico ad Iudicem Ecclesiasticum, etiam nullo hoc opponente, & debet remitti una cum actis, num.48. & ipse Clericus dicitur reus ex eisdem actis, nu.49. & debet remitti absq; ignominia, n.50. & debet remitti, dato quod ex actis cōstet ipsū Cleric. esse innocētē, n.51.

52 Terminus novus super Clericatum an detur in causa appellationis à decreto concessæ, vel denegatæ remissionis causæ Clericorum?

53 Remissio causæ fieri debet ad Iudicem competentem, amplia pluribus modis usque ad n.63. limita pluribus modis à nu.64. usque ad nu.121.

111 Don Hieronymus de Cardinas laudatur.

113 Timens sevitiam officialis ne injustè torqueatur, potest adire Regios superiores.

117 Terminus solet assignari à Magna Curia in remissione causæ, ut Baro vassallum remissum ad se recipiat & intra certum tempus justitiam faciat, num. 118. & 119.

122 Exceptio incompetentiæ Iudicis opposita non censetur rejecta per processum ad ulteriora, sed contra, nu.123. & seq.

125 Decretum remissionis causæ quomodo fiat.

126 Reclamatio non datur à decreto denegatæ, vel concessæ causæ remissionis lato per Magnam Curiam, & confirmato per Sacrum Consilium.

127 Appellatio datur à decreto admissæ, vel denegatæ remissionis, amplia ut ibidem.

128 Appellatione pendente à decreto admissæ, vel denegatæ remissionis causæ, an sint consignandi carcerati, vel procedi in causa principali?

129 Sententia denegans, vel concedens causæ remissionem an possit revocari?

130 Citatus pro causa criminali de jure communi potest per procuratorem comparere, & opponere exceptionem incompetentiæ Iudicis, secus in Regno, n.131. in quo sufficiat si sit carceratus in carceribus Iudicis, cui causa debet remitti num.134.

132 Revocatio an possit fieri à persona privilegiata, reo non existente in vinculis.

133 Persona privilegiata si sit inquisita, non potest eligere Regia tribunalia per procuratorem.

135 Remissio an fieri debeat ad Curiam Baronalem, si ibi non reperiatur reus carceratus juxta formam carcerationis? & quid si carceratio facta per Curiam Baronalem sit spontanea? nu.136. & quid si Curia Baronalis habilitavit reum post ordinem habitum, quod reus ipse detineatur nomine superiorum? num. 137. & seq.

139 Fidem carcerationis faciens non punitur si deindè reus non reperiatur carceratus.

140 Exceptio declinatoria fori si notoriè ex actis appareat, an possit opponi per procuratorem?

141 Clericus citatus à Iudice laico, uti laicus pro causa criminali de jure communi potest per procuratorem comparere, & fori declinatoriam opponere, secus in Regno.

142 Citatus à suo Iudice competenti, si sit etiam citatus à Regiis superioribus pro eadem causa, tenetur comparere coram Regiis superioribus, & declinatoriam fori opponere.

143 Iudex, qui aliquem citavit, opposita declinatoria fori, ipsemet cognoscere, potest si sua sit jurisdictio, amplia & limita pluribus modis usque ad nu.151. & in dubio debet pronunciare, se esse incompetentem, nu.152.

De Foro causæ remissionis.

CAP. VIII.

1 Licèt Iudex non possit procedere contrà, & adversus non suos subditos, *l. fin. cum concordantib. ibi allegatis in glos. C. si à non competente Iudice judicatum esse dicatur*, undè Iudex non potest dare pupillo in tutorem eum, qui non est de jurisdictione ipsius Iudicis, *l. neque à Præside, C. qui dare tutores, vel curatores.*

2 Tamen citatus à Iudice incompetenti tenetur comparere, & fori declinatoriam opponere, & petere se remitti ad suum Iudicem competentem. Quod intellige, quando dubitatur, an citatus sit de jurisdictione Iudicis citantis si, vel non, *l. si quis ex aliena, ff. de judiciis*, secus si clarè constet, citatum non esse de jurisdictione Iudicis citantis, quia tunc non tenetur comparere, & petere se remitti ad Iudicem suum competentem, & ita procedit *text. in l.3 ff. de judiciis, glos. in l.2. ff. si quis in jus vocat. Afflict. decis.2. post nu.8. Riccius decis.163. par.1. & Regens de Ponte dec.33. in principio.*

Quod procedit, sivè quis sit citatus a Iudice incompetenti pro causa criminali, sivè civili, nam semper in dubio tenetur comparere, & fori declinatoriam opponere, *d.l.2. ubi glos. in principio, ff. si quis in jus vocatus.*

3 Et licèt aliqui dicant, quòd in Regno citatus à Iudice incompetenti non teneatur comparere, & fori declinatoriam opponere, & sic petere se remitti ad suum Iudicem competentem, nam per *prag 8. de citationib. & per prag 2. ubi de delicto*, disponitur, ut reus non possit conveniri, nisi coram suo Iudice competenti, alias non tenetur comparere ad opponendam fori declinatoriam, & ad petendum se remitti ad suum Iudicem competentem, nisi actor sit persona privilegiata, quia tunc reus tenetur comparere, & ibi litigare, quod privilegium in citatione debet exprimi, quod fuit confirmatum per *prag.3. §.3. & per prag.79.5.6. de officio S.R.C. & Capibl. de Baronib. to.1. super prag. 8 parte 2 nu.80.* dicit, quòd ipse uti officialis Regius nunquam subscripsit mandata justificatoria cōtrà vassallos Baronum, nisi ad instantiam personarum privilegiatarum, uti viduarum, & pupillorum, & non ad instantiam privatorum, idem tenent ipsemet *Capibl. eod. tract. tom.2. cap.55. n.14. & Novarius decis. Regiæ Audientiæ Apuleæ 216.* nam Rex non potest se intromittere in causis spectantibus ad suum Baronem, *Freccia de subfeudis, lib 2. author.9.* ubi dicit, quòd tàm de jure communi, quàm per pragmaticas hujus Regni, unusquisque debet judicari à suo Iudice, sed Baro est Iudex ordinarius suorum vassallorum, ut dixi supra *cap.2. num.7.* ergò Regii superiòres non possunt se intromittere in causis spectantibus ad Barones, prout neque Baro potest cognoscere de causis spectantibus ad suum subfeudatarium, & neque ipse Baro potest cum suo subfeudatario in sua jurisdictione concurrere, nam subfeudatarius habens jurisdictionem in feudum, dicitur illam habere privativè quoad Baronem, *Freccia d. authoritate 9.*

4 Et Iudex ordinarius si citet exemptum à sua jurisdictione, ipse exemptus non tenetur comparere, etiam in casu, in quo est dubium, cum esse de jurisdictione citantis, *Bal.in l.generaliter, C.de Episc. & Cler. & Nellus de Banutiis in 2. parte t. temporis, num. 2. circa medium.*

5 Tamen contrarium puto esse verum, nam sicut de jure communi citatus à Iudice incompetenti tenetur comparere, & petere se remitti ad Iudicem suum competentem per *text. in d. l. si quis ex aliena, ff. de judiciis*, ita etiam puto procedere de jure Regni, non obstantibus supradictis pragmaticis, nam ipsæ pragmaticæ loquuntur, quando clarè constat, citatum non esse de jurisdictione Iudicis citantis, juxtà *text. in d.l.3. ff. de judiciis*, secus si sumus in dubio, quia tunc tenetur citatus comparere, & fori declinatoriam opponere, juxtà *text. in d.l. si quis ex aliena*; nam correctio legum est evitanda, *l. præcipimus, C. de appell.* & statuta recipiunt interpretationem à jure communi, ut dixi in *prax. forjud. cap. 6. nu. 4.* Et licèt Barones hujus Regni habeant in privilegiis, quòd eorum vassalli non possint ab alio quocunque officiali citari, trahi, & avocari, & quòd aliter citati non teneatur comparere, & casu, quo fuerint effecti contumaces, contumacia sit nulla, tamen de tali clausula nunquam fuerunt, neque sunt in possessione, ut testatur *Caravit. in ritu 205. num. 3.* Imò ipsemet *Caravit. in ritu 230. nu. 4.* tenet, quòd si quis citetur per Magnam Curiam, & clarè constet, citatum esse sub dominio alicujus Baronis, in tali casu tenetur comparere, & suum privilegium allegare, quem sequuntur *D. Reg. Sanfelic. dec. 69. nu. 6. & Muscatell. in praxi S.R.C. p. 2. glosa competentes, nu 11. & seq.* nam cum Magna Curia Vicariæ uti tribunal supremum cognoscat, & sit competens in omnibus personis hujus Regni, *Const. Reg. Magister Justitiarius, & ibi Afflic.* & ipsa M. Curia habeat jurisdictionem in toto Regno, *l. Roma ff. ad municip. prag. 1. ubi de delicto, Caravit. ritu 53. Vivius dec. 401. & Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 2. nu 64.* Et quælibet Regia Audientia habeat jurisdictionem in tota sua Provincia, *Capibl. d. prag. 8. par. 2. num. 67. & in 2. tom. cap. 58. nu. 10. & D. Reg. Sanfelic. decis. 69. n. 3. & 4.* Et dùm in multis casibus Magna Curia potest cognoscere contrà vassallos Baronum, & Baronibus denegare remissionem suorum vassallorum, res est in dubio, si citatus sit de jurisdictione ipsius Magnæ Curiæ, & ideò meritò vassallus alicujus Baronis citatus per ipsam Magnam Curiam tenetur comparere, & petere se remitti ad Curiam sui Baronis *Reg. Sanfelic. d. dec. 69. nu. 6.*

6 Nam supremus Princeps est Iudex competens contrà suos subditos, *l. si cujus. §. si verò, ff. de appellat. recip.* & hoc etiam si adesset gradus jurisdictionis distinctæ, & prærogativa servari deberet, *Vantius de nullitate, rub. coram quo, num. 20.* & omnis jurisdictio omnium terrarum alicujus Regni penès Regem residet, *Afflict. in proem. Const. Regni, in tertia quæst. nu. 2.*

7 Et jurisdictio concessa alicui, in dubio dicitur concessa cumulativè quoàd M.C. *Minad. in const. Regn. in aliquib. in rub. ver. Comitum, & Baronum n. 15.* nam jurisdictio concessa alicui, in dubio dicitur concessa cumulativè, & non privativè quoàd con-

cedentem, *Gramat. dec. 30. Anna alleg. 52. nu. 83. & sing. 631. Capyt. dec. 9. num. 15. Borrell. summa decis. tit. 41. num. 75. & seq. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 37 in principio*, & latè *Merolla in theologia morali, lib. 3. disput. 7. cap. 2. d nu. 60. cum plurib. seq.*

8 Undè ipsa Magna Curia, & Regiæ Audientiæ possunt capere informationes contra vassallos Baronum de delictis, quorum cognitio spectat ad ipsos Barones, & deindè Barones tenentur petere remissionem causæ, *Capibl. de Baronib. tom. 2.*

9 *cap. 49. in principio*, ubi dicit ipse *Capibl.* ibi, quod si officialis Baronalis cepit unam informationem, & aliam cepit Commissarius Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, si ipsæ informationes sint variæ, in tali casu creditur informationi captæ per Commissarium Regium.

10 Imò etiam in terris Principis Bisiniani in suo statu, si officiales ipsius sint negligentes in capiendo informationem, Regia Audientia potest informationem capere, & posteà discernere super remissione, ut in *pragm. relata in postilla ad prag. 7. ubi de delicto, impressione facta de anno 1633.*

11 Et quando Magna Curia, vel Regia Audientia capit informationem de delicto, cujus cognitio spectat ad Baronem, in hoc casu dicitur suspensa jurisdictio Baronis quousque causa non remittatur, & ideò licèt Baro ipse etiam ceperit informationem tamen non potest ea uti, citando reum, & ad ulteriora procedendo, aliàs acta sunt nulla, *Capibl. in add. ad prag 8. p. tr. 2. in additione ad nu 81.* nam ubi major Iudex est, cessat jurisdictio Iudicis minoris. *l. si debitori, in fine, ff. de fidejussorib. Thom. Trivis. dec. 1 t. nu. 4. lib. 2.* Et præsentia Iudicis superioris suspendit jurisdictionem Iudicis inferioris, *glos. in cap. denique, ver. majore 21. dist. Thom. Trivis. d. dec. 1 t. n. 6. & Guazzin. ad defensam reorum, def. 13. cap. 4. nu. 5.* Et majus luminare occupat minus luminare, *d. cap. denique 21. dist. cap. volentes, de offic. deleg. & Caravit. ritu 48. num. 5.* & potestas Iudicis superioris obumbrat potestatem Iudicis inferioris, *de Nigris in cap. Regni Castellanos, num. 5 t.*

12 Et quando Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut capiat informationem super capitibus dicto Poregi porrectis, ipsa Regia Audientia non potest mittere Auditorem, vel Advocatum Fiscalem, ad capiendum d. informationem, sed alium mittere debet, nisi Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut mittat Auditorem, vel Advocatum Fiscalem,

13 *pragm. 8. de offic. justit.* ubi etiam habetur, quòd quando Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut capiat informationem, Commissarius debet habere dietas à parte, nisi pars sit pauper. Nam Commissarii expediuntur sumptibus accusatoris, *Guazzin ad defens. reorum, def. 13. cap. 1. num. 4.* & expensæ factæ in accusando homicidam, & processum contra eum fabricando, sunt solvendæ per hæredes occisi, *Cabal ref. crim. casu 201. num. 1.*

14 Sed quando negotium est arduum, & pars querelans est pauper, tunc mittitur Commissarius sumptibus Curiæ ad capiendum informationem, *prag. 10. §. 37. de offic. judicum.* Et Regens, & Iudices Magnæ Curiæ quando accedunt ad aliquem locum hujus Regni ad capiendum informationem contrà delinquentes ad instantiam Fisci, non debent habere dietas à Curia, sed tantùm habent

via-

viaticum, sed quando accedunt ad capiendum defensiones, & tunc habere debent dietas ab eo, in cujus favorem fiu it defensiones *prag. 5. §.5. de offi. m gistr. justit.* Et quando Actuarius, vel Scriba Magnæ Curiæ accedit ad instantiam Fisci ad aliquem locum hujus Regni ad capiendum aliquam informationem, pro dietis vacandis nihil habere debet à Curia, sed tantùm habet ab ipsa Curia expensas, victus pro edendo, & equitando, sed si deindè delictum componatur, non factis defensionibus, & tunc ipse Actuarius, vel scriba recuperat dietas taxandas arbitrio Judicis ab ipso inquisito, secus si factis defensionibus, delictum componatur, quia tunc scriba, vel Actuarius non habebit dietas, *prag.22.§.3.& prag.36.§.44.de offic.mag.str. justit.* Et quando Actuarius vacat pro Fisco, non potest aliquid recipere à parte querelante, *d prag.22.§.4.*

15 Condemnatus prævia informatione in partibus capta per Commissarium, expeditum sumptibus Curiæ, tenetur solvere mercedem solutam per Curiam, *prag.8.de condemnatis pro delicto*, & licèt de jure communi dietæ sint solvendæ per inquisitum, quando reperitur culpabilis, *l.lege Cornelia in fin. ubi DD ff.de Senat. Cons. Syllan.* tamen in Regno si inquisitus non sit condemnatus, non tenetur solvere mercedem solutam per Curiam, *d. prag.10.§.67. de offic. judic.* secus si sit condemnatus, quia tunc tenetur solvere dictas dietas, ut diximus, & hoc sive sit condemnatus pœna ordinaria, sive extraordinaria, *Reg. Rovit. dec.67.nu.23.* & meritò inquisitus non tenetur solvere dietas, solutas per Curiam antè condemnationem, nam poterat esse, quòd deindè ex defensionibus inquisitus esset liberatus, & ideò est expectandus exitus causæ principalis inquisitionis, nàm non omnis, qui inquiritur, est reus, quia se defendendo potest absolvi ab imputatione, *Bar.in l.1. ff.de glaude legenda, Capibl.de Baronib.tom.2.cap.98.nu. 6.ubi num.5.* dicit, quòd expensis petentis Commissario satisfieri debet, quòd si deindè reus venerit condemnandus, ab eo repeti poterunt dictæ expensæ. Immò si per aliquod tribunal sit ordinatum Commissario in sua commissione, ut dietas suas vacandas exigat ab inquisito, si eum reperiat culpabilem, ut talis clausula non valet, & exigens dietas à dicto inquisito dicitur committere extorsionem, *d.prag.10.§.67.de offic. judic.Capibl. d.cap.98.nu.6.ubi post nu.7.* dicit, quòd aliquando solet Prorex mandare, ut si delictum plenè constiterit, possit Commissarius suas dietas exigere ab inquisito, quia Prorex potest dispensare super dicta prag.& an facta dicta dispensatione per Proregem, possit Commissarius in partibus declarare, extare plenas probationes, ut possit consequi dietas ab inquisito, vide *Guazzin.ad defens.reorum, def.13.cap.1.nu.12. ubi num.seq.* dicit, quòd potest appellari à decreto solvendi dietas Commissario.

16 Et quando causa remittitur per Regia tribunalia ad Baronem, prius sunt reficiendæ expensæ factæ per ipsa Regia Tribunalia ab ipso Barone, petente remissionem causæ, prout sunt expensæ factæ in capiendo informationem contrà delinquentem, vel eum carcerando, & asportando, *Capibl.de Baronib.tom.1.super prag.8.par.2. nu.88. tom.2.cap.98.num.8.& seq.& Novarius dec.Regiæ Audientiæ Apuleæ 47.* sed Baro deindè illas repetere potest ab inquisito, *Anna sing.271. de Angel. ad pract.crim. Foller rub.capias de persona, num.85. Covar.pract.quæst.cap.2.nu.11.& Capibl.d.prag.8. par.2.num.89.& in 2.tom d.cap.98.à num.8. usque ad finem.*

17 Et scias, quòd si remissio causæ petatur ad instantiam Baronis,& tunc erogatio expensarum ad ipsum Baronem spectat, si verò petatur ad instantiam vassalli, & tunc ad ipsum vassallum spectat, *Carleval de judiciis,tom.1.disput.2.quæst.7.sect.2.nu. 865.Boer.decis.303.Anna sing.271. Covar.practic. quæst.cap.11.num.11.de Frauth.dec.332.num.4.& Capibl.de Baronib.tom.1.super pragm.19.nu.38. & to.2.cap.98.in principio,* prout etiam est in remissione causæ Clericorum à Judice laico ad Judicem Ecclesiasticum, nam si remissio petatur per Clericum, ad ipsum spectat erogatio expensarum, si verò petatur per Episcopum, & tunc ad Episcopum spectat, *Graffus de effect.cler.eff.1. num.1283.* sed alii tenent, quòd istæ expensæ, quæ fiunt pro remissione Clerici à Judice laico ad Judicem Ecclesiasticum, semper spectant ad ipsum Clericum, ità *Caravit.ritu 235.nu.13.& seq.& Geneuens.pract. Archiep.Neap.cap.6.num.6. in antiqua impressione,* ubi hoc limitat, quando Clericus est pauper, quia tunc est remittendus expensis Episcopi, qui remissionem petit, vel expensis Judicis laici capientis Clericum, si ipse Judex laicus non remisit Clericum ipsum quamprimum scivit, illum esse Clericum, & idem tenet *Carrocrius de remediis contrà præjudiciales sententias,except.22.quæst.3. num.12, & seq.*& de hoc vide *Rierium decis.181. par.4. & in praxi par.2. resol.78.* Sed licèt erogatio expensarum spectet ad Baronem, quando per ipsum petitur remissio sui vassalli à Regiis Tribunalibus ad suam curiam, tamen deindè ipse Baro dictas expensas recuperat à dicto vassallo, ut advertit *Capibl.d.cap.98.num.4.* Et remissionem causæ esse petendam expensis delinquentis, vel Judicis requirentis, dicunt *Farinac.pract.crim. tit.de inquisitione,quæst.7.nu.39.& Caracciolus de fori privilegiatorum remissione,quæst.46.* & ipse tenetur ad expensas in cujus favorem actus celebratur, *l.sed si hæreditas,§.1.ff.ad exhibendum, l.fin.C.de erogat.milit. cap.mulieris,de judiciis in 6.*

18 Et redeundo undè digressi fuimus, scias, quod si aliquis, qui ignoratur, quòd sit Clericus, sit citatus à Judice laico, si in citatione appelletur clericus, & tunc, quia de carentia jurisdictionis notoriè constat, in hoc casu ipse Clericus non tenetur comparere, *cap.ex literis, extrà de offic. jud. deleg.*& desumitur ex *d.l.3. ff. de judiciis*, & docent *Gramas conf.crim.71.num.44.& Musceatell.in prax. S.R.C.par.2 glos.intimato,nu.28.& glos. competentes,n.13.& seq.* Sed si Judex laicus citat Clericum, ut laicum reservatum, & tunc comparere debet, & declinatoriam fori opponere, quia nemo præsumitur Clericus nisi probetur, ut infra *nu.26.* ità *Bar.& Angel.in d.l.3.Graffus d.eff.1. nu.448. cum pluribus seq.& præcipuè nu.479.de Angelis ad pract. crim.Folleri rub.audiantur excusatores, num.25.& Musceatell.ubi supra.*

19 Sed veritas est, quòd hæc cognitio si quis sit Cle-

Clericus si, vel ne, de jure canonico spectat ad Judicem Ecclesiasticum, *cap. si Judex laicus, de sent. excomm in 6. Mastrill. dec. 113. Diana lib. 1. tit. de immunitate Ecclesiastica, resol. 28. & par. 3. eodem tit. de immunitate Ecclesiastica, resol. 15. & par. 4. tract. 1. resol. 64 Covarr. pract. quæst. cap. 33. n. 1. Guazzin. ad defens. reorum, def. 1. cap. 3. num. 1. Marcell. de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici, cap. 41. num. 23. Cepolla cons. 10. num. 6. cum pluribus seq. & cons. 1 t. num 2. Bossi pract. crim. tit. de captura, nu. 40. & tit. de foro competenti num. 151. Cabal. resol. crim. casu 223. à num. 77. usque ad fin. Ansald. de jurisdict. p. 2. tit. 1 t cap 35. num. 34. cum plurib. seq. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione quæst. 8. nu. 33* latè *Grassus d. effect. 1. num. 1257. cum plurib. seq.* & an Judex Ecclesiasticus cognoscat si Clericus sit bigamus, vel Judex laicus, *Diana d. par. 4. d. tract. 1. resolut. 71.* Quamvis in Regno nostro Neapolitano hanc cognitionem spectare ad Judicem laicum aliqui dicant ex *Ritu 65. & 235.* & idem dicant esse in statu Mediolano, secundùm *Jul Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 36. ver. regulariter autem*, & idem servari in pluribus aliis Regnis, testatur *Consiliarius Carleval bonæ memoriæ de judiciis, tom. 1. disp ut. 2. qu. 7. sect. 2. nu. 866.*

20 Sed si vassallus Baronis, uti laicus sit carceratus in Magna Curia, & opponat exceptionem Clericatus, & petat se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, si compareat Baro, & petat ad ipsum remitti dictum articulum decidendum super Clericatu, dictus articulus non remittitur Baroni, sed decid tur per ipsam Magnam Curiam, ut decisum testantur *Thor. comp. decis. to. 3. sectio 3. ver. remissio, fol. 88 & in supplem. decis. d. ver. remissio, fol. 551. & Dom. Reg. Sanfelic. decis. 10.* & hoc procedit, quando informationes sunt penès ipsam Magnam Curiam, secus si penès Baronem, nam cum quidam Regni Siciliæ ultrà Pharum esset carceratus in Magna Curia pro delictis factis in dicto Regno Siciliæ, & petiit se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, uti Clericum, tamen fuit remissus ad Judices Regni Siciliæ, penès quos erant informationes, & illius Regni Judices esse adeundum pro remissione ad Judicem Ecclesiasticum, ut ità decisum refert *D. Regens Sanfel. dec. 64. nu. 5. & 7.*

21 Cognitio autem validitatis, vel invaliditatis ordinis, dum est merè spiritualis, semper remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, Judicem competentē, *cap. tuum, de ordin. cognit. cap. lator, qui filii sint legitimi, Graff. d. effect. 1. nu 1270. Ansald. d. cap. 35. nu. 36. cum duob. seq. D. Reg. Merlin. controvers. forens. tom. 2. cap. 41. nu. 1. & 4. Regens Rovit. decis. 55. n. 1. Carleval. d. quæst. 7. d. sect. 2. nu. 866. de Franch. decis. 389. Capibl. de Baronib. Pragm. 8. par. 3. nu. 38. & D. Regens Sanfelicius decis. 2. num. 30. & seq. decis. 7. num. 8. & decis. 15. nu. 19. & seq.* Prout etiam cognitio validitatis, vel invaliditatis professionis, semper remittitur decidenda ad Judicem Ecclesiasticum, *Carleval d. quæst. 7. sect. 3. nu. 909. circà medium, & Regens Rovit. dec. 40. num. 1.* prout etiam cognitio, an bullæ sint falsæ, si, vel nè, spectat ad Judicem Ecclesiasticum, & non laicalem, *Regens Tapia in d. ritu 235. num. 2. Carleval d. quæst. 7. d. sect. 2. nu. 866. & D. Regens Sanfelic. dec. 2. post n. 29.* quamvis contrarium teneat *Thorus comp. decis. tom. 1. ver. Judex fol. 297.* & secundum opinionem *Thori* dicit fuisse decisum idem *Dominus Reg. Sanfelic. decis. 160. in principio*, quem sequitur idem *Thor. in supplem. decis. ver. Judex fol. 316.*

22 Sed si dubitetur super habitu, an ipse habitus sit Clericalis, vel laicalis, & in hoc casu rei cognitio spectat ad Judicem laicum secundùm *Jul. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 36. ver. dixi Clericum in fine, & Guid. Pap. dec. 138.* sed verius, quòd hæc cognitio, si habitus sit Clericalis, vel laicalis spectat ad Judicem Ecclesiasticum, & non laicalem, tenent *Roland. à Valle cons. 4. num. 33. lib. 1. Ansald. d. cap. 35. nu. 42. Covar. pract. quæst. cap. 33. nu. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus 689. nu. 6. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 8. num. 34. Cabal. resol. crim. casu 224 à nu. 31. usque ad finem, Alex. Trentacinq. cons. 12. nu. 3. vol. 2. Bertazzol. cons. 78. Diana moralium resol. lib. 3. tit de immunit. Ecclesiastica, resol. 10. & 63. & par 4. tract. 1. resol. 5. Riccius in praxi fori Ecclesiastici, par. 3. resol. 490. nu. 2.* & hæc est communem, rejecta opinione *Julii Clari, & Guidonis Papæ* dicit *Guazzin. ad defensam reorum, def. 1. cap. 4. nu. 2.* quamvis has contrarias opiniones conciliare nitatur *Ambrosin. de immunitate Ecclesiastica, cap. 23. nu. 15.*

23 Et circà habitum Clericalem est attendenda consuetudo regionis, *gloss. in cap. pen. de vita, & honest. Cler. Jul. Clar d. quæst. 36 d. ver. dixi, Riccius in praxi d. parte 3. resol 496. Farinac. d. quæst. 8. nu. 69. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 3. nu. 3. & Folier. pract. crim. rub. audiantur excusatores, post nu. 42. & dicam infra cap. 36. nu 176*

Undè meritò Clericus conjugatus, qui non incessit in habitu Clericali, sed incessit vestibus, solitis asportari juxtà morem Regionis, fuit remissus ad Judicem Ecclesiasticum, ut testantur *Novar. in coll. ad pragm in rub. de vestib. nu. 6. & Thor. in supplem. ver. remissio, fol. 529.*

24 Et quando Clericus, reputatus laicus, citatur à Judice laico, comparet, & fori declinatoriam opponit, & petit se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, ut diximus, & opposita dicta exceptione declinatoria fori, datur terminus super Clericatu, quòd si ipse Clericus sit in sacris, & tunc per simplicem ostentionem bullarum, Judex laicus remitti ipsum Clericum ad Judicem Ecclesiasticum, & ità puto procedere opinionem *Graffi de effect. Clericat. 1. num. 334. & seq.* in quantùm dicit, quòd statim, quòd Judex secularis vidit bullas Clericatus, debet Clericum remittere ad Judicem Ecclesiasticum, secus si Clericus sit in minoribus, quia tunc ultrà bullas, ipse Clericus tenetur probare, quòd servit in divinis, & quòd incessit in habitu, & tonsura, juxtà formam C. Trid. quæ debet servari.

25 Et licèt contrà aliquam scripturam nulla possit opponi exceptio, tamen si Clericus sit conventus coram Judice laico, ipse potest opponere declinatoriam fori adversus dictam scripturam, & petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *Graff. d. eff. 1. nu. 344.* Imò si statutum prohibeat, declinari forum, statuto hoc non obstante, Clericus potest opponere declinatoriam fori coram Judice laico, *Graff. d. eff. 1. nu. 651.* & dicam infra *n. 56.*

26 Et leias, quòd in dubio quis non præsumitur Clericus, sed laicus, & allegans se esse Clericum, hoc

hoc probare debet, nam nemo nascitur Clericus, sed laicus, *cap. presbyteri, ubi gloss. 68. dist. cap. legum 2. q. 1. Bald. in c. ip. fin. nu. 4. de præsumptionib. Graffius de effect. Cler. in præludium num. 184. & 193. Riccius decis. 157. par. 3. & decis. 186. nu. 1. par. 4. Ambros. de immunit. Eccles. cap. 24. nu. 1. cum tribus seq. D. Regens Sanfelic. dec. 7. nu. 3. & dec. 143. nu. 4. Ausaldus de jurisdic. par. 2. tit. 11. cap. 35. nu. 4. & 5. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 8. nu. 38.*

27 Sed si quis reperiatur in quasi possessione Clericatus per longam delationem habitus, tunc præsumitur Clericus, *Boer. dec. 171. nu. 13. Mastul. ad Capyc. dec. 171. nu. 6. Diana part. 3. tit. de immunit. Eccles. resol. 48. Socin. in cap. pervenit, nu. 89. de sent. excom. & Graff. d. præludio, nu. 190.* ubi nu. seq. dicit, quod quando quis reperitur in possessione beneficii, tanquam Clericus, in isto casu præsumitur Clericus, & *nu. 192.* dicit ipse *Graff. ibid. prælud.* idem esse si quis inserviat Ecclesiæ tanquam Clericus, exercens ibi officium Clericatus, quia in hoc casu præsumitur Clericus, sed quòd sola possessio Clericatus non eximat quem à jurisdictione Judicis secularis, si non est ordinatus tenet *D. Regens Sanfelic. dec. 143. nu. 7.*

28 Sciendum etiam, quòd Clericatus probatur per bullas, seu literas testimoniales Episcopi asserentis, se contulisse ordines alicui, *Abb. in cap. 1. nu. 3. de Clerico peregrino, Graff. d. prælud. nu. 198. Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 126. & in supplem. dec. d. vers. remissio, fol. 539. & Farinac. d. quæst. 8. num. 40.*

29 Sic etiam Clericatus probatur per scripturam de ipso Clericatu confectam, *cap. legum 2. qu. cap. duæ de Clerico pereg.* & docet *Graff. d. prælud. n. 200.*

30 Sed si in aliqua terra fuit plures ejusdem nominis, si scriptura Clericatus præsentetur per unum eorum, in dubio præsumitur, præsentantem scripturam esse illum, qui est nominatus in ipsa scriptura. *Cepol. consl. 11. num. 4. cum duobus seqq. & Boss. pract. crim. tit. de captura, nu. 41.*

31 Probatur etiam Clericatus per partem adversam *Thor. in supplem. d. ver. remissio, f. 539. & Graff. d. prælud. nu. 201. & seq.* sic etiam Clericatus probatur per inditia, & argumenta, *cap. inter quatuor, ubi gloss. ver. per argumenta, de Clerico peregrin. Boer. dec. 171. nu. 25. & Graff. d. prælud. nu. 203.*

32 Probatur etiam Clericatus communi opinione, & reputatione, ut talis sit Clericus, dummodò talis opinio sit diuturna, & nos recens, *Innoc. in cap. innotuit, de eo, qui mittitur in posse s.* nisi aliqua ratio in contrarium suadeat, puta si quis sit illegitimè natus, vel illiteratus, quia tunc contrà eum urget vehemens præsumptio, quòd non sit Clericus, *Graff. d. prælud. nu. 204.* ubi *nu. seq.* dicit, quòd Clericatus probatur etiam per famam, si concurrant alia adminicula.

33 Sic etiam Clericatus probatur per testes deponentes se fuisse præsentes tempore, quo quis fuit Clericatus, & non est necesse probare, quòd bullæ fuerunt deperditæ, ità *Thor. in supplem. decis. ver. remissio fol. 539.* nam Clericatus probatur per testes absque bullis, *Bajard. ad Jul. Clar. d. quæst. 37. nu. 23. Covar. pract. quæst. c. ip. 33. nu. 3. Regens de Ponte consl. 26. vol. 2. Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 3. nu. 45. Farinac. d. quæst. 8. nu. 41. Marcel. de Vulpe in praxi fori Eccles. cap. 41. num. 22. & Thor. ubi supra in d. supplem.*

34 Sic etiam professio potest probari per testes, & etiam per monachos ejusdem religionis, *de Franch. decis. 384. in principio, & Riccius dec. 24. part. 2.*

35 Sed si testes, examinati in processu informativo, incidenter nomine sit, inquisitum esse Clericum, ex hoc solo non dicitur probatus Clericatus, nisi ipsi testes reddant rationem eorum, dicti *D. Reg. Sanfelic. dec. 143.*

36 Et hoc, ut Clericatus possit probari per testes, procedit de jure canonico, nam de jure civili Clericatus non potest probari per testes. Sed debet probari per scripturam, *l. si qua per calumniam. C. de Epis. & Cler. Graff. d. prælud. num. 209.* ubi ipse *Graff. nu. seq.* dicit, quòd testes debent reddere rationem sui dicti, & sic quòd videi unt, talem Clericari, & non dicere, quòd viderunt eum exercere officium ad Clericarum pertinens, vel missis inservire, quia nisi servitium esset diuturnum, talis ratio non esset sufficiens secundùm *Riccium decis. 386. nu. 5. par. 4.* scilicet quando solum servitium allegaretur.

37 Et Clericatus potest probari per unum testem, *Bal. & Felin. in cap. licet universis, de testib. Afflict. in Consl. Reg. Apostatantes, nu. 20. Annas sing 408. Petrus Garzia à Toleto dicto 513. & Graff. d. prælud. nu. 211. & seq.* ubi assignat rationem, quam actus Clericatus nemini nocet, & quando actus nemini nocet, potest per unum testem *gloss. in cap. licet, de testib. Riccius dec. 113. nu. 2. par. 1.* & hoc procedit, tàm in probando primam tonsuram, quàm cæteros ordines, *Graff. d. prælud. num. 212. & Riccius d. dec. 386. nu. 6.* secus si actus Clericatus alteri noceat, puta si agatur de excludendo, vel obtinendo beneficium ab aliquo obtentum, quia tunc requiritur perfecta probatio per duos testes, *Graff. d. prælud. nu. 214. Farinac. d. quæst. 8. nu. 42. & Riccius d. dec. 386. nu. 8.*

38 Prout etiam requiruntur duo testes, deponentes de Clericatu ad finem obtinendi declinatoriam fori, *Bajard. ad Jul. Clar. d. quæst. 36. nu. 2. Covar. pract. quæst. d. cap. 33. nu. 3. Graff. d. prælud. num. 215. Farinac. d. quæst. 8. n. 43. Guazzin. d. def. 1. cap. 3. nu. 9. ver. quarto etiam, Ausaldus de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 35. post nu. 45. & nu. 46. cum plurib. seq. & Riccius d. decis. 386. nu. 9.* sed si Clericatus sit probatus per unum testem, operatur, ut Judex laicus interim teneatur supersedere, nec potest procedere ad ulteriora contrà Clericum, *Graff. d. prælud. nu. 216. & Riccius d. decis. 386. nu. 10.* & Clericatus non potest probari per conjecturas, quò ad effectum remittendi Clericum ad Iudicem Ecclesiasticum, *Farinac. d. quæst. 8. nu. 44.*

39 Et Clericatus potest probari per testes singulares, *Marta de jurisdict. par. 2. cap. 31. num. 1. Grammat. consl. civili 110. nu. 4. Riccius d. dec. 386. post nu. 10. & Graff. d. prælud. nu. 217.* Sed si sit consuetum, bullas Clericatus probari per registrum bullarum, & quis non reperiatur registratus, in hoc casu Clericatus non potest probari per testes, secundùm *Riccius d. decis. 386.*

Et nominatio testium facta in partibus per Clericum, conventum pro causa civili pro Clericatus probatione est admittenda, ut ità decisum

testatur *Thor.in supplem.decis.ver.nominatio*, *fol.* 435.

40 Sic etiam Clericatus probatur per narrativam Papæ, vel sui Episcopi, *Riccius coll.* 2490. *ver notandum decimo quarto*, *& ver. notandum, vigesimo primo*: sed *Graff.d.prælud.nu.*219. dicit, quòd per verba enunciativa Pontificis, vel Episcopi in aliqua bulla, nominantis talem Clericum, puta si conferatur beneficium alicui tanquam Clerico, non per hoc dicitur probatus Clericatus, citat *Grammat.decis.*81.*nu.*41. & idem tenent *Abb. in c. dudum*, *de præsumpt. Ansaldus de jurisdict. part.*2. *tit.*11.*cap.*35 *nu.*6. *cum plurib.seq. & Petrus Garzia à Toleto in dicto* 36. verùm dicit ipse *Graff. d. prælud.nu.*220. quòd licèt hæc opinio sit vera, tamen hæc nominatio, seu assertio inducit præsumptionem pro nominato, quæ transfert onus probandi contrarium in adversarium, & *nu.*221. dicit ipse *Graff.ibi*, quòd talis assertio operatur, ut si Clericus sit captus per Judicem laicum, debeat remitti ad Judicem Ecclesiasticum absque aliqua probatione Clericatus, & dicit ità practicari in Regno Siciliæ, in quo Clericus exaptus ostendens simplicem collationem beneficii sibi factam uti Clerico, remittitur statim ad suum ordinarium, citat *Grammat.d.dec.*81.*nu.*4.*& nu.*222. dicit ipse *Graff.in d.prælud.* hoc procedere, quando Clericus ultrà nominationem, ab omnibus uti Clericus reputatur, secus si uti laicus reputetur, citat *Caravit. ritu* 135.*nu.*20. & vide *Boer. dec.*127. *relatum ab Anna sing.* 408.*in fin.* & quod pure testimoniales Episcopi scribentis ad partis petitionem, contrahisse ordines alicui, non probent Clericatum, si non producantur bullæ, dicit *D.Merlin. d.to* 2.*d.cap.*91.*à nu.*16.*usque ad num.*25. qui intelligendus est juxtà declarata ibidem *nu.*24.

41 Probatur etiam Clericatus, si producantur decreta facta à Judice laico, per quæ appareat, aliàs fuisse ipsum Clericum ad Judicem Ecclesiasticum remissum, ut ità decisum refert *Thor.d. supplem.d. ver. remissio. fol.*529 *& fol.*546. *& D. Regens Sanfel. dec.*4. ubi dicit, quòd fuit remissus inquisitus uti Clericus beneficiatus ad Judicem Ecclesiasticum, ex quo præsentavit duo decreta remissionis causæ, absque præsentatione bullarum, & acta decretorum remissionis causæ erant deperdita.

42 Et advertas, quòd pendente articulo remissionis causæ Clericatus, Clericus putatus interim non est tradendus Judici Ecclesiastico, sed est custodiendus penès Judicem laicum, penès quem reperitur secundùm *Jul.Clar d.quæst* 36.*ver.regulariter*, *& Graffius d.ff.*1.*nu.*1280. ubi distinguit, & dicit supradictam opinionem procedere, quando Clericus fuit captus in habitu laicali, secus verò, quando fuit captus in habitu Clericali, & idem tenet *Fariuæ.d.quæst.*8.*nu.*36.

Sed si quis in sacris constitutus sit carceratus per Judicem laicum, & incidat quæstio invaliditatis ordinis, hæc quæstio remittitur decidenda ad Judicem Ecclesiasticum, & pendente illo articulo, ipse Clericus traditur Judici Ecclesiastico, ut decisum refert, *D.Reg.Merlin.controv. forens.tom.*2.*cap.*41.

Et pendente articulò remissionis causæ Clerici, processus Judicis laici conquiescit, *cap.si Judex laicus, de sent.excom.in.*6. & docet *Ansald.d.cap.* 35. *nu* 53.*& seq.ubi nu.*55. dicit, quòd si Judex secularis procedat in causa principali, pendente articulo remissionis causæ, acta sunt nulla, & idem tenent *Farinac.d.quæst.*8.*nu.*35.

43 Ad faciendam probationem Clericatus, ad hoc, ut Clericus, ut suprà remittatur per Judicem laicum ad Judicem Ecclesiasticum, non est necessaria aliqua partis citatio, *Bal.in l.si qua, ver.sed pone*, *C. de Episcop.& Cler.* Sed contrarium, & sic quòd requiritur partis citatio, tenet *Caravit.d.ritu* 235. *nu.*6.*in fine*. Sed prima opinio est vera, *Ansaldus de jurisdict.part.*2.*tit.*11.*cap.*35.*nu.*49. & opinio *Caravitæ* potest procedere in declaratione facienda per Judicem Ecclesiasticum, quando ipse Judex Ecclesiasticus vult pronunciare, an Clericus debeat remitti ad forum Ecclesiasticum, quia tunc debet citari, & audiri Judex laicus, & ipse cujus interest secundùm *Boss pract.crim.tit. de foro competenti,nu.*151.*&* 155. *Farin.c.d.quæst.*8.*nu.*37. *Graff. d.ff.*1.*nu.*1272.*& seq.& Ansald. ubi suprà nu.*50. *& seq.*

44 Et causæ, remissionum Clericorum in Magna Curia, debent tractari quahbet die, absque dilatione, & etiam quòd non sit unus causæ commissarii, *prag.*2.*de vestitatione captivorum*.

45 Constito de Clericatu, Judex laicus tenetur remittere Clericum ad Judicem Ecclesiasticum, & Judex laicus remittens Clericum ad Judicem Ecclesiasticum, maximum præmium à Deo consequitur ex administratione justitiæ, *Graff. d.ff.* 1. *n.* 276. & quando Judex laicus nolunt remittere Clericum ad Judicem Ecclesiast. Judicem competentè Episcopus potest interdicere Civitatem loci Judicis laici. *Graff.d.ff.d.*1.*nu.*323.

46 Et Judex Ecclesiasticus potest petere, ut sibi remittatur Clericus, detentus à Judice laico, etiam ipso Clerico invito, & contradicente, *d.cap.si Judex laicus, de sent.excom.in* 6 *cap.contingit*, *de sent. excom.& cap.in primis* 2.*quæst.*1. & docent *Ansald. d.cap.*35.*nu.*57. *& Ambros.de immunit. Eccles.cap.*16.*nu.*20. Et Judex Ecclesiasticus statim, quod scit, quòd Clericus detinetur per Judicem laicum, debet ex officio petere causæ remissionem, *Jul. Clar.d.quæst.*36.*ver.regulariter, in fine, & Graff.d.ff.* 1.*nu* 330.

47 Et quando constat Judici laico, detentum esse Clericum, debet illum ad Judicem Ecclesiasticum remittere, etiam si Judex Ecclesiasticus illum non petat, sibi remitti, *Graffius d.ff.*1.*nu.*604. *& Caracciolus de foro privilegiatorum remissione, quæst.*1.*nu.* 12. aliàs peccat mortaliter *d.cap.si Judex laicus, in principio, ubi glos.* & incurrit censuras, ammò si personæ Eccles. non opponant de eorù foro, & privilegio Clericali, adhuc Judices seculares debent se abstinere, nec se intromittere in causis criminalibus contrà Clericos, *Guazzin.ad defens. reorum, def.*20.*cap.*9.*num* 5. & ideò Clericus debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, etiam nulla interveniente ejus requisitione, *Caracciolus d.quæst.*1.*nu.*12.

48 Et quando Clericus remittitur ad Curiam Ecclesiasticam per Judicem laicum, debet remitti una cum actis, *d.cap.si Judex laicus*, *Gr.ff d.ff.*1. *nu.*1274 *Genuens.pract. Archiep. Neap.cap.*6.*nu.*4. *& Caravit.ritu* 235.*nu.*11. nam reus semper debet

re-

remitti una cum processu *l.divus,& l.non dubium, ff. de custod.reorum,Riccius dec.329.num.7.p rt.3.& Gnazzin.d.def.1.cap.17.nu.83.*

49 Et Clericus, remissus à Iudice laico Iudici Ecclesiastico una cum actis, dicitur reus ex eisdem actis,quòd si vult habere testes pro reperiris, proceditur ad ulteriora,*Riccius dec.228.part.2.& Genuensis.d.cap.6.nu.1.*

50 Judex laicus debet remittere Clericum Iudici Ecclesiastico absque ignominia *Carav. d.ritu 235. nu.8.& seq.Riccius dec.183.part.4 Jul. Clar.d.qu. 36.ver.quæro modò,*alias si rem tractat Clericum cum ignominia,& verecundia,puta cum manibus ligatis,vel cum tubis,vel capite detecto,vel simili modo,dicitur excommunicatus,*Graff.d.eff.1.nu.1282. Marcell.de Vulpe in praxi Judic.fori Eccles. cap.43. nu.22.& Genuens.d.cap.6.nu 7.* unde in Magna Curia, & in Regiis Audientiis, quando Clericus remittitur Episcopo,ipse Clericus tollitur à carceribus dictæ Mag.Cur.vel Reg.Audientiæ, & traditur Procuratori, vel Agenti ipsius Episcopi, *Genuensf.d.cap.6.nu.7.in fine* & Judex laicus debet remittere Clericum ad Iudicem Ecclesiasticum sub fida custodia, *Petrus Gregis à Toleto in dicto 421.*

51 Et quando Iudex laicus, penès quem Clericus est carceratus, constat, ipsum Clericum esse innocentem, in hoc casu dicunt aliqui, quòd ipse Judex laicus potest Clericum dimittere,& non remittere ad Judicem Ecclesiasticum,secundùm *Carav.dicto ritu.235.nu.10.Graff.d.eff.1.num.1285.& Bajard ad Clarum d.qu.36. nu 19* sed contrarium puto esse verum, nam semper remissio debet fieri ad Judicem cōpetentem,dato quòd nō constet de delicto, ut dicam infrà hoc *cap.nu.58.* & maxime in casu nostro,nam Judex laicus,dimittendo Clericum, esset cognoscere, sed Judex laicus non est competens in Clericum,etiam in eum absolvendo , ut dicam infrà *cap.36.nu.101.*ergo,&c.

52 Advertas,quòd si quis opponat de Clericatu in Magna Curia Vicariæ:& succumbat, & fit pronunciarum,quòd causa remaneat in ipsa Magna Curia, si ipse appellet ab isto decreto ad Sacrum Consilium,in hoc casu causa non committitur alicui Consiliario , sed tantùm fit relatio à Magna Curia ad Sacrum Consilium , & non datur novus terminus super Clericatu , secundùm *prag.77.de off.Sacr.Reg.Conf.in impressione facta de anno 1633.* Sed si fit pronunciarum, quòd remittatur ad Judicem Ecclesiasticum, si ab isto decreto appelletur, in causa appellationis datur novus terminus, *D.Regens Sanf.lir.dec.4.nu.18.& seq.*Sed si causa remissionis Clerici fit petita per Episcopum,& sit denegata per Magnam Curiam , si appelletur ad Sacrum Consilium, causa appellationis committi debet,& est dandus novus terminus, nam *d.prag. 77.* loquitur quando remissio causæ petitur per reos,secus si petatur per Episcopum , nam respectu Episcopi , decretum denegatæ remissionis est diffinitivum , idem *D. Reg. Sanfel. dicta decif. 4. num. 19.*

Et quando ab aliquo tribunali laicali Clericus propter aliquod delictum est remissus,& consignatus ad suum ordinarium, si deindè idem Clericus reperiatur carceratus pro eodem delicto,& ostendat decretum liberationis factum à suo ordinario, in hoc casu providetur, ut Clericus excarceretur, sed si non ostendat dictum decretum, dicitur ,ut consignetur eidem suo ordinario , nam non per hoc, quòd fuit consignatus suo ordinario , præsumitur,fuisse ab eo liberatum, nam poterat esse,ut ipse Clericus aufugisset à carceribus sui ordinarii, & adhuc esset inquisitus pro dicta causa, ut in simili , nam si quis fuit carceratus propter instrumentum contra eum liquidatum, si reperiatur excarceratus , non præsumitur solvisse *Caravit. ritu 179.nu.7.*

53 Quando laicus citatur à Judice incompetenti, comparendo,& opponendo exceptionem declinatoriam fori , & petendo se remitti ad suum Judicem competentem, datur terminus super peritatemissione,& facta probatione, quòd ipse sit alterius fori, vel si constet ex eodem processu, constatum esse de jurisdictione alterius,dato processu articuli remissionis causæ pro compilato, causa ipsa remittitur ad Judicem competentem , *d.l si quis ex alicns,ff.de judiciis.*Quod amplia, &

54 Primò in Regno nostro, ut Magna Curia Vicariæ teneatur remittere vassallos ad eorum Barones, *Grammat. decif. 30. de Franchis decif 66. 426. 458. & 529. Annus sing 120.* & non obstat *decisio Capyc. 522.*qui asserit, Magnam Curiam non remittere reos ad eorum Barones, nam loquitur de Mag. Cur. Panormitana.& non de Mag. Cur. Vic. Neap nam Mag.Cur.Panormitana habet cōsuetudinem scriptam, ut in *cap.3.* in consuetudinibus illius Civitatis, disponentem , ut reperti in dicta Civitate, ibi possit conveniri, quocunque privilegio non obstante, nisi sit advena de abdicativo foro, *Caracciol de fori privilegiat.remis.quæst.4. num. 11.& seq.& quæst.28.num.12 & seq.in qua quæst. 28.*dicit ipse *Caracciol.*quòd in Alma urbe Romana neque datur fori remissio, citat *Farinac. pract. crim.tit.de inquisitione,quæst.7. nu.12.*Et neque obstat opinio *Ursilli ad Afflict dec.155. in fine,* asserentis , Magnam Curiam Neapolitanam nunquam remittere reos ad inferiorem Judicem , nam ipse *Ursil.* ab omnibus reprehenditur , pro ut sunt *de Franch. decif.426. num. 3. Thor. comp. decif. tom.1. verf.remissio fol 459.& Carl. val de judiciis, tom.1. disput.2.quæst.7.sect.2. nu.858. & seq.* utrà quòd ipse *Ursil.*dicit ibi,quòd pluries vidit practicatum, reos fuisse remissos à Magna Curia ad eorum Barones. Et neque est tuta opinio *Guazzin.ad defens. reorum, def.1. cap.17. nu. 26.* asserentis, Magnam Curiam nunquam remittere reum ad Curiam inferiorem,nam ipse *Guazzin.* allegat Capycium, & Ursillum ubi supra, qui ab omnibus reprehenduntur, ut diximus;& neque est tuta opinio ipsius *Guazzin.d.cap.17. num 30. & Caraccioli de fori privileg. remis.quæst.47.* asserentium, remissionem non fieri à Iudice majori ad inferiorem, nam hoc non potest procedere , nisi hoc esset de consuetudine, quæ si adesset, esset servanda,ut dicit ipse *Guazzin. d.cap.17. nu.24.* Sed si non adest talis consuetudo, & tunc remissio est facienda à Iudice majori ad minorem, *Covar.pract.quæst.cap.11.num.19.in fine,* pro ut etiam est facienda remissio à Iudice majori ad minorem, quando Iudex inferior habet jurisdictionem abdicativam in remittendo , *Caracciol.d.quæst.47.nu.2. & seq.*

55 Se-

55 Secundò amplia, ut Barones possint petere remissionem causarum à Regiis superioribus, etiam si in ipsis causis procederetur ad modum belli contrà eorum vassallos, & dictæ causæ sunt remittendæ ipsis Baronibus, *Dauz de pugna DD.tom.1. tit.de potestate ad modum belli, cap.3. & tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap.2. Thor.comp.decis. tom.3. sect.3. ver. remissio fol.88. & Novarius in praxi elect.fori, tom.2.sect.3.quæst.6.nu.4.cum duob. seq. & in collect.super prag.10 §.48. nu.187. & seq. de offic. jud.* ubi dicit ipse Novarius, secus esse si in literis commissionalibus Præsidi, vel Regiæ Audientiæ concessis, esset specialis potestas derogatoria privilegiis Baronum, quia tunc ipsæ causæ non remittuntur Baronibus, & an Præses Provinciæ teneatur remittere vassallos Baronis, quando ipsi vassalli sunt furasciti, contrà quos ipse Præses potest procedere ad modum belli, dixi in *praxi farind.c.ap.26. nu.7.*

56 Tertiò amplia, etiam si statutam excludat omnes exceptiones, nam tale statutum non videtur excludere exceptionem declinatoriam fori, undè statuto hoc non obstante, citatus a Iudice incompetenti potest opponere fori declinatoriam, & debet remitti ad suum Iudicem competentem, *glos. in clem. 1. de sequest.possess.* & docent *Anchar.in rub. extra de foro compet. Bald.in l.exceptionem, num. 27. C. de probat. Guazzin. ad defensam reorum, def. 12. cap.1.num.48. Hipp.de Marsi sing.10. Marant. in suo speculo, par.4.dist.16.num.7. Caravit. ritu 166.num. 74. Mansou.de causis execut. ampliat. 20. num. 2. & Grass.de except.18.num.1.* ubi post nu. 2. dicit hoc procedere, si Iudex esset omninò incompetens, ut suprà dixi in Clerico *num. 25.* nam oppositio Iudicis incompetentis, non est propriè exceptio, sed dicitur defensio, *Bald. in l.1. num.4. C. de juris, & facti ignor. Muscatel.in praxi Sacri Regii Cons. par.2.glos.competens, num.21. Grass.d.excep.18.num. 2. & Mansonius d.ampliat.20.nu.1.*

57 Quartò amplia, nam licèt Iudex incompetens, qui cepit reum, de necessitate non teneatur ex officio causam remittere Judici competenti, sed hoc per partes peti debeat, ut in *§ si quis verò comprehensorum, Anth.ut nulli judic.* & docent *Blanc.de compromiss.quæst.5.post num.1. Marian.Socin. in cap. postulasti, num.13. ver. proposuisti, & num.14. ver. breviter dic. extra de foro compet. Farinac.d.quæst.7. nu.38. Guid.Pap.dec.302.num.1. & Riccius in prax. fori Ecclesi.part.2.res.83.* tamen secus est de urbanitate, nam de urbanitate, si est locus remissioni, debet Judex capturæ remittere reum de per se, etiam si non sit requisitus, *Caracciol. de fori privileg.remiss.quæst.1.nu.10. & seq. Jul.Clar. pract.crim. quæst.38.vers.est autem, num.19. Guazzin.ad defens. reorum, def.1.cap.17.nu.2. Farinac.pract.crim.tit.de inquisitione, quæst.7. nu.38. & Carleval de judiciis, tom.1.disput.2.quæst.7. sect.2 .nu.826.* Sed quando est notorium, quòd non debet procedi per aliquem Iudicem, judex ipse ex se, etiam nemine petente, id facere debet, *Grammat. cons.crim.71. nu. 46.* sic etiam Clericus debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, etiam nulla interveniente ejus requisitione, ut dixi suprà hoc eodem *cap. num. 47.*

58 Quintò amplia, ut causa debeat remitti ad Baronem Judicem competentem per Regios superiores, dato quòd non constet de delicto in processu, *Regens Rovit.in prag.1 .nu.41. ubi de delicto,* licèt alii teneant, quòd vassalli non remittuntur Baroni per Regios superiores, quando per processum non apparent delinquentes, prout tenent *Caravit.ritu 235.nu.10. Catalan.de indulto, cap. 10. num.67. Farinac.pract. crim. quæst.7.num.35. tit.de inquisitione.* & ità plures decisum restantur *Vivius decis.237. & D.Regens Sanfelic.decis.64* & licèt *Bajard.ad clarum, §. fin.quæst.38. num.54.* dicat, quòd in Regno Neapolitano servatur per Regia Tribunalia, ut quando per officiales Baronum petitur remissio alicujus causæ, per viam gravaminis in illis tribunalibus introductæ, si non constet de corpore delicti, causa non remittatur, etiam si Barones habeant primam, & secundam instantiam privativè qui *Bajard.* citat *Guid.Pap.dec.202.* tamē esse remittendam d. causam ad Iudicem secundarum causarum, dicit decisum, *D.Reg.Sanfel. d.dec. 64.nu.11 sequitur Thor.in supplem.d.cis.ver.remissio, fol.547.* & licèt *Boss pract.crim. tit. de foro compet. nu.51.* dicat, quòd non sit remissio inquisiti, si appareat ex processu de innocentia R.1, & contrà ipsum reum nihil sit probatum tamen opinio *Regentis Roviti* est vera, ut testantur *Capibl.de Baronib.prag.8. part.2. num.99. & 100. & Carleval de judiciis, tom.1. disput.2. quæst.7. sect.2. nu.861. circa principium.*

59 Undè *Capibl.d.prag.8.part.2.nu.106.* dicit, quòd si vassallus sit carceratus pro causa, pro qua non possit detineri, causa remittitur ad Baronem per Regios superiores cum clausula, ut Baro reum non molestet, sed eum liberet, & ipse *Capibl.* citat *Vivium decis.237.*

60 Et licèt Iudex requisitus, ut reum remittat, possit petere à requirente, quòd vult cognoscere, si remittendus sit verus reus, quando informatio est penès requirentem, *Boss.d.tit.de foro compet.n.50. & D.Reg.Merlinus cō.rov forens.c.95.* Quod observatur in Regno nostro, in quo si reus vassallus Baronis sit carceratus per Regia tribunalia, in quibus Regiis tribunalibus nō reperitur ipse reus inquisitus, si per Baronem fiat instantia, ut ipsi tradatur vassallus, ex quo est inquisitus in sua Curia in hoc casu non fit traditio vassalli ad Baronē, nisi transmissa copia inquisitionis ad ipsa Regia tribunalia; tamen si per illam informationem reus non sit indiciatus, adhuc fit traditio, *Capibl.* ibi *de Baronib.tom.2.cap.51.nu.10. & seq.* licèt ipse *Capibl.* ibi dicat, secus esse, si ipsa informatio sit capta per ipsos Regios superiores, & non sint indicia, quia tunc non fit remissio, sed reus licentiatur, tamen hæc opinio *Capibl.* non mihi videtur tuta, quò ad hoc ultimum dictum, nam licèt non adsint indicia, tamen remissa causa, Baro potest informationē impinguare, & reum habilitare, novis supervenientibus indiciis, & ipse *Capibl.* se contradiceret in *tom.1 super prag.8. part.2.nu.99. & seq.*

61 Sextò amplia, ut causa debeat remitti ad Baronem Iudicem competentem per Regios superiores, dato, quòd agatur de delictis minimis *Regens Rovit. d.prag.1.num.34. & 41. ubi de delicto,* licèt contrarium teneant *Bajard. ad Clarum, §.fin.quæst. 36.nu.19. Riccius in praxi fori Eccl.part.2. resol.78. Farin.prac.crim.tit.de inquisitione, quæst.7.nu.36. & Jul.*

Jul. Clar. d. § fin. quæst. 38. ver. scias tamen, quòd ubi agitur, tamen opinio *Reg. Roviti* est vera, *Capibl. d. prag. 8. part. 2. nu. 99. & seq. & Carlevil. d. q. 7. d. sect. 2. nu. 85*. & dicam infrà r. 51. nu. 10.

62 Septimò amplia, nam si Baro cepit informationem contrà suum vassallum, qui per eandem Curiam fuit citatus, & effectus contumax, si ipse reus fit captus per Magnam Curiam, in hoc casu ipsa Magna Curia tenetur remittere reum ipsum ad Curiam Baronalem, Judicem competentem, *Foller. pract. crim. rub. andiantur exensato. ver. num. 160*.

63 Octavò amplia, nam si quis fit citatus à Judice incompetenti, & compareat, & antè litem contestatam petat copiam libelli, non per hoc videtur in Judicem consentire, *l. non videtur ff. de judiciis, Muscatel. in praxi S. R. C. part. a. glos. competentes, num. 43 & Novarius in praxi elect. fori, tom. 1. sect. 4. quæst. 18*. sic etiam si petat cautionem de solvendo judicatum, neque videtur in Judicem consentire, *Affl. dec. 133 nu. 4. & de Franch. dec. 601*. Item est si præstat cautionem de judicio sixti; nam neque videtur in Judicem consentire, *Auth. offeratur, C. de litis contest. Muscatell. ubi supra, nu. 44*. & per cautionem de stando juri, & judicatum solvendo non censetur, quis sibi præjudicare, quò minus de incompetentia opponere possit, *l. vir bonus, ubi Castrens. ff. judicatum solvi, & docet Carrerius de remediis contrà præjudiciales sent. except. 22. quæst. 24*. licèt aliqui teneant, quod per præstationem cautionis de judicio fixti dicatur prorogata jurisdictio, ita *Petr. Franc. de Tond. tract. de prævent. cap 32. à nu. 31. usque ad nu. 41*. Quòd si quis fidejubeat de solvendo judicatum, remissa causa ad alium Judicem, ipse fidejussor liberatur à fidejussione præstita, *de Franch. dec. 601*. sed contrarium decisum refert *Thor. comp. dec. tom. 2. ver. fidejussor, fol. 240*. prout etiam, quando causa ex causa gravaminis remanet penès Judicem, ad quem fidejussio data coram Judice à quo non dicitur extincta, sed durat, *de Franch. dec. 344*. Idem est si satisdet de parendo mandatis Curiæ, nam non per hoc videtur cõsentire in Judicem, *Ricc ius in praxi fori Eccl. resol. 55. par. 2. citat Guid. Pap. decis. 607. & Ann. in sing. 413*. & idem docet *Novar. d. sect 4. qu. 20. nu. 2*. sic etiam si det cautionem expensarum, neque videtur in Judicem consentire, *Novar. d. sect. 4. qu. 17*. sic etiam si constituat procuratorem, non per hoc videtur in Judicem consentire, undè potest opponere exceptionem declinatoriam fori, non obstante, quòd constituit Procuratorem, *Riccius d. resol. 55. & Novar. d. sect. 4. qu. 21. nu. 2*. sed cum lis esset intentata in Sacro Consilio contrà aliquem subditum artis Serici, ipse conventus constituit procuratorem, & institit per supplicationem Præsidi S. C. causam prædictam priori Consiliario committi, & non procedi coram alio Commissario, cui ad instantiam partis fuerat causa commissa, sed hoc absque protestatione sui fori, & cum postea ipse conventus petiit se remitti ad Curiam artis Serici, remissio causæ fuit denegata, & fuit dictum, quòd procedatur in S. C. petita remissione non obstante, ut decisum refert *Thor. comp. end. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 114*. sed ratio fuit, quia in dicta causa lis erat contestata, & lite contestata, causa non debet remitti, ut infrà dicemus *nu. seq*. sed inquantùm ipse *Thor*. ibi referat, quòd deindè comparentibus consulibus artis prædictæ, & petentibus remissionem causæ prædictæ, etiam dicta remissio causæ fuit denegata, hæc decisio mihi videtur dura per ea, quæ infrà dicam *nu. 73*. in Baronem, qui etiam, lite contestata, potest petere causæ remissionem sui vassalli ad suam Curiam, sed decisio *Thori* potest procedere, quando remissio causæ petita per reum conventum ad Curiam artis Serici fuit denegata ex causa, puta, quia causa debebat agitari in Sacro Cõsilio, quia tunc denegata remissione reo convento, comparentibus consulibus prædictis, neque ad eorum instantiam causa debet remitti ad eorum Curiam, ut ità decisum refert idem *Thor. d. sect. 3. d. ver. remissio, fol. 117*. sic etiam si det sponsionem Judici, non per hoc videtur in Judicem consentire, undè potest ejus forum declinare, *Bal. in Auth. offeratur, C. de litis contest. Novar. d. sect. 4. qu. 19. num. 1*. nam citatus à Judice incompetenti comparendo, & faciendo hos actus coram eo antè litem contestatam, potest forum ipsius Judicis incompetentis declinare, *Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. num. 215. Novarius d. sect. 4. qu. 16. Anna sing. 413. Viscont. in suis conclus. ver. fori privilegium, fol. 103. Marian. Socinus in cap. significasti post nu. 47. de foro compet. & Sebast. de Neap. in cap. Regni prolixitatem, nu. 10. & seq* ubi de *Nigris nu. 28*. dicit, quòd si litigantes opponant exceptionem incompetentiæ Judicis, per talem exceptionem non videtur renunciata recusatio Judicis, & utraque exceptio, scilicèt incompetentiæ, & recusationis Judicis potest insimul proponi, *l. cum qui, & l. contrà majores, C. de inoff. test. Decius in c. nullus pluri b. de reg. jur. in 6. Pract. Papiens. tit. de declinatione jurisdictionis, ver. & inquantum appareat*.

Sed in pluribus casibus remissio causæ denegari potest a Judice requisito.

64 Primò, nam si quis fit citatus à Judice incompetenti, & compareat, & coram eo litiget, & patiatur, fieri contestationem litis, lite contestata, non potest opponere exceptionem declinatoriam fori, & petere se remitti ad suum Judicem competentem, *l. nemo post litem, C. de jurisd. omn. judic. l. pen ff. eod. tit. de jurisdictione omnium judicum, l. fin. C. de except. cap. inter Monasterium, de regul. juris. Abb. in cap. licet, num. 5. de foro compet. pract. Papiens. tit. de declinatione jurisdictionis, in principio, Guazzin. ad defens. reorum, def. 12. cap. 1. num. 50. & Caracciolus de fori privilegiatorum remissione qu. 8. num. 1. cum duobus seq*. & idem disponitur Romæ, ut in statutis Urbis Romæ *lib. 1. c. 41*. & licèt aliqui teneant, quòd exceptio proveniens ex defectu jurisdictionis possit opponi quandocumque, etiam post tres sententias conformes, ità *glos. in rlem. 1. de sequestr. possess. & fruct. & Hipp. de Mars. sing. 10*. tamen hoc intelligo, quãdo Judex est omninò incompetens, prout est in Clerico, ut dicam infra *num. 66*. quia tunc potest opponi etiam post litem contestatam, *Muscatell. in praxi S. R. C. p. 2. glos. competentes, num. 17. cum plurib. seq*.

Et quòd diximus, post litem contestatam, reum non posse opponere de declinatoria fori, & petere se remitti ad suum Judicem competentem, limita, &

65 Pri-

65 Primò, in pupillo, vel alia persona privilegiata, cui in integrum restitui potest, quia tunc non obstante, quòd lis sit contestata, tamen potest petere, se remitti ad suum Judicem competentem, *l. minor 37. ff. de minorib.* sic decisum testatur *de Franch. dec. 290.* & docet *Caravit. ritu 231. nu. 3.* ubi limitat, quando cum persona privilegiata est adjuncta persona non privilegiata, quia tunc lite contestata, etiam respectu personæ privilegiatæ, causa non remittitur, ut dicit *Caravit. ibi post nu. 5.* sed *Regens Rovit. in pragm. 1. num. 20. de minorib.* tenet, quòd istis personis privilegiatis non datur restitutio in judiciis super omissa declinatoria fori, nec si sit opposita, & fuerit denegata, de quo vide *Cancerium variar. resol. par. 2. cap. 1. num. 301.* sed ego non discedo à prima opinione, nam saltim personæ privilegiatæ via revariationis possunt petere causæ remissionem, quæ revariatio potest peti post litem contestatam, & causam appuntatam, *Caravit. d. ritu 231. nu. 5. & in ritu 233. num 9. Capibl. d. prag. 8. par. 1. nu. 239. & Novar. in sylva nuptiali, lib. 9. nu. 38.* licèt *de Nigris in cap. Regn. 42. nu. 15.* dicat, quòd personæ privilegiatæ non possint variare causam post litem contestatam, tamen opinio *de Nigris* non est vera, sed prima practicatur, & sic variationem posse fieri etiã post causam appuntatam, *Vivius dec. 521. nu. 17. Novar. pract. elect. for. tom. 1. sect. 1. quæst. 15. & in coll. super prag. 2. num. 27. ubi de delicto, de Franch. dec. 100. num. 20. & dec. 364. nu. 2. & Add. ibi,* & licèt *text. in l. ubi acceptum ff. de judiciis* disponat, ut judicium, ubi ceptum est, ibi finiri debeat, tamen hoc non procedit in personis privilegiatis, nam ipsæ possunt variare causam ad Regia Tribunalia, non obstante, quòd causa ipsa sit cepta in eorum foro, *Riccius decis. 270 parte 3.* nam istæ personæ privilegiatæ habent fori electionem, etiam si ceptum sit judicium coram Judice ordinario, *Ursil. ad Afflict. dec. 257. num. 2 Novarius in praxi elect. fori, tom. 1. sect. 2. qu. 6. Riccius coll. 2156. & Carleval. de judiciis, tom. 1. disput. 2. qu. 6. sect. 7. num. 601.* Imò electio fori datur, & in secunda instantia, ut dicam infrà *cap. 16. nu. 48.* undè remanet firma supradicta conclusio, ut si omissum sit opponi de declinatoria fori ante litem contestatam, ipsa declinatoria fori possit opponi post litem contestatam per personas miserabiles, prout etiam tenent *Afflict. in Const. Reg. Statuimus, num. 24. ver. & adverte, Marcell. Cala de modo articulandi glos. 1. 5. t. nu. 75. & Muscatell. in praxi S. R. C. par. 2. glos. competentes à nu. 25. usque ad nu. 40.*

66 Secundò sublimita in Clerico, nam si ipse sit conventus coram Judice laico, & lis sit contestata, adhuc potest declinare forum laicalem, & petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, nam Clericus, nec tacitè, nec expressè potest consentire in Judicem laicum, ut dicam infrà *cap. 36. n. 50.* Imò Clericus hanc exceptionem declinatoriam fori potest opponere coram Judice laico; etiam post sententiam, quæ fecit transitum in rem judicatam *Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 153. Farinac. in pract. crim quæst. 8. num. 15. Covar. pract. quæst. cap. 33. nu. 2. Grammat. dec. 61. nu. 19. & Graff. de effect. Cleric. eff. 1. num 645 & seq.* & Clericus exceptionem declinatoriam fori potest opponere coram Judice laico, etiam adversus executionem trium sententiarum conformium, qua opposita impeditur ejus executio, *glos. in clem. 1. de re judic. Graffus d. eff. 1. nu. 639. & Carleval de judiciis, to. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 2.* post *num. 811.* & ità potest procedere opinio *Petr. Garziæ à Toleto in dicto 4.* in quantùm simplicitèr asserit exceptionem incõpetentiæ Judicis posse opponi etiam post tres sententias, ut dixi supra hoc eodem *cap. n. 64. in fine.*

67 Sed ipse Clericus, qui ut laicus fuit citatus, & dilatavit in præsentando Bullas coram Judice laico, condemnatur in expensis, secundùm *Farinac. d. quæst. 8. n. 16 Marian. Socin. in cap significasti, nu. 56. ver. undecimo quæro, de foro compet. Anna sing. 131. Bellam. dec. 226. Capyc. dec. 161. Hipp. de Mars. de bannitis, ver. nocturno tempore, num. 14. Petrus Garziæ à Toleto in dicto 54 & Ambros. de immunit. Eccles. cap. 17. nu. 21.* nisi actor scivisset, reum esse Clericum, quia tunc, dato quòd Clericus distulat opponere exceptionem Clericatus, tamen non condemnatur in expensis, *Graff d. eff 1. n. 881. in fine.*

68 Sed quando Clericus dilatavit in opponendo exceptionem Clericatus coram Judice laico, & propter hoc debet in expensis condemnari, tales expensæ liquidantur coram Judice Ecclesiastico, & per ipsum Judicem Ecclesiasticum fit executio pro ipsis expensis, *Grammat. voto 18. nu. 16. Decius cons. 341. Anna sing. 131. & Jacob. Cancer. d. lib. 2. d. cap. 2. nu. 154.* sed alii tenent, quòd Clericus, qui usque ad sententiam distulit exhibere Bullas coram Judice laico debeat in expensis condemnari per Judicem Ecclesiasticum, & non laicalem, ità *Gramat. d. voto 18. num. 15. Caravit. ritu 65. num 5. & ritu 235. num. 11. Petrus Garzia à Toleto in dicto 54. Ambros. d. cap. 17. num. 21. & seq. Guid. Pap. decis. 450. Carrocius de remedijs contra præjudiciales sent. except. 22. quæst. 3. num. 11. Farinac. d. quæst. 8. n. 17. Graff. d. eff. 1. num. 886. Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 3. n. 16. Ansald. de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 1. n. 67. Farinac. d. quæst. 8. n. 17.* & hæc est vera sententia, *& de Angelis ad pract. crim. Follerij, rub. audiantur excusatores, n. 24. in fine.*

69 Et quando Clericus uti laicus fuit in Judicio seculari conventus, & distulit opponere de Clericatu, si post sententiam opponat, & sit remissus, acta & sententia facta coram Judice laico, non sunt servanda in Judicio Ecclesiastico in eodem statu, in quo erant in judicio seculari, sed denuò judicium debet incohari coram Judice Ecclesiastico, ut ita decisum, testatur *Valasques decis. Lusitana 65.* nam processus factus per Judicem laicum contrà Clericum, est ipso jure nullus, ut dicam infrà, *cap. 36. nu. 95.*

70 Tertiò sublimita, si exceptio declinatoria fori tempore litis contestatæ nota non sit, sed posteà conventus notitiam habeat, quia tunc potest opponi etiam post litem contestatam, *Borrel. summa decis. tit. 43. nu. 79.*

71 Quartò sublimita, nam si post litem contestatam sit dictum de nullitate processus, & acta sint nulla declarata, si denuò incohatur judicium, potest opponi declinatoria fori, de quo vide *Marian. Socin. in cap. significasti, num. 56. ver. duodecimò quæro, de foro compet,* & dicam infra *cap. 12. nu. 14.*

72 Quintò sublimita, si post litem contestatam in-

con-

continenti petatur per ea remissio causæ, quia tunc est concedenda, quæ traduntur per *glos. in l. Pomponius, §. ratihabitionis ff. de procurat. & per Capyc. decis.* 48. & ità in specie tenet *Muscatel. in prax. Sac. Reg. Conf. part. 4. glos. termini, nu. 5.*

73 Sex ò secus mira respectu Baronis, qui etiam post litem contestatam potest petere remissionem causæ sui vassalli ad suam curiam *Annæsing.* 55. *Riccius coll.* 280. immò usque ad sententiam potest Baro petere remissionem causæ sui vassalli ad suam curiam, *Caravit. ritu* 231. *num.* 2. & *Visecont. ad Præs. de Franch. dec.* 417. non tamen post sententiam veram, vel fictam, puta forjudicationis. *Anna sing* 56. *Mastril. decis.* 147. *nu.* 12. & *seq. D. Regens Sanfelic. dec.* 69. & *Capibl. d. prag.* 8 *part.* 2. *nu.* 91. ubi *nu* 95. & *seq.* dicit, quòd in civilibus causis post sententiam latam à Regiis superioribus non fit remissio ad Baronem, & idem tenet *D. Regens Sanfelic. d. decis.* 69 *nu.* 13.

74 Sed quòd Baro possit petere remissionem causæ sui vassalli ad suam curiam, et jam post sententiam saltim, ut dicta sententia executioni demandetur per curiam ipsius Baronis, dicit pluries decisum *Reg. Rovit. in prag.* 2. *nu* 6. *ubi de delicto*, & *idem tenent Thor. comp. decis. tom.* 2. *ver. remissio*, *fol.* 573. & *tom.* 3. *sect.* 3. *ver. remissio, fol* 65. *Caracciol. de fori privileg. remis. qu.* 45. *nu.* 4. *cum plurib seq.* & *Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ* 97. & *in collect. super prag.* 2 *nu.* 1. *ubi de delicto*, & *ipse Regens Sanfelic. d. dec.* 69. licèt dicat fuisse decisum secundùm primam opinionem, tamen dicit, quòd secunda opinio potest sustineri in concernentibus executionem ipsius sententiæ, & dixi in *praxi forjudic. cap* 26. *nu.* 5. & 6. prout etiam Judex loci delicti potest petere remissionem causæ à Judice domicilii ipsius rei, etiam post sententiam, ut dicam infrà *cap.* 51. *nu.* 24.

75 Et nam tertius veniens in judicio possit declinatoriam fori à partibus omissam allegare, vide *Catalan. de indulto, cap.* 12. *nu.* 132. *cum plurib. seq.*

76 Secundò denegatur remissio causæ quando citatus à Judice incompetenti non comparuit, & fit effectus contumax, nam tunc contumax non potest forum Judicis citantis declinare, & petere, se remitti ad suum Iudicem competentem, cum per contumaciam ipse amittat hanc exceptionem declinatoriam fori, *l. de die §. planè, ff. qui satisd. cogant.* & *docent Afflict. dec.* 133. & *in Const. Regni Pœnam novem. nu.* 9. *Ferrat. cautela* 56. *nu.* 2. & 3 *Catalan. d. cap.* 12. *num.* 21. *Thes. decis.* 265. *nu.* 2. *Caracciol. de fori privileg. remis. quæst.* 6. & 9. *nu.* 4. *Novar. in prax. elect. fori, tom.* 1. *sect.* 4 *quæst.* 22. *nu.* 2. *Annæsing.* 120. *Foller. pract. crim rub bauniantur. nu* 50. *de Franch. dec.* 417. *num.* 1. & *Caravit. ritu* 205. *nu.* 4.

77 Quod amplia, etiam si simus in civilibus, & contumax reficiat expensas, & recuperet tenutam, nam adhuc non potest deindè declinare forum Iudicis citantis, & petere se remitti ad suum Iudicem competentem. *Maranta in suo speculo. par.* 6. *vers. advertatur circa contumacias, num.* 27. & *Marcel. Calà de modo articulandi. glos.* 1. §. 1. *nu.* 104. ratio eit, quia contumacia habet vim litis contestationis pro utraquè parte, *Regens Rovit. in prag.* 3. *nu.* 10. *de ordi. judic.* sed lite contestata, reus, non potest declinare forum, ut diximus ergo, &c. Immò in criminalibus reus, purgata contumacia, non declinat forum Iudicis citantis. *de Franch. dec.* 417. *post nu.* 1. & *Caravit. d. ritu* 205. *nu.* 4. pro ut etiam contumax, purgata contumacia, non potest recusare Iudicem suspectum, *Reg. Rovit. in prag.* 1. *num.* 79. *de suspic. offic.* sed nonnulli *DD.* tenent, quòd contumax non videtur prorogare jurisdictionem Iudicis citantis, ita *Hipp. de Marf. in tract. de Bannitis ver. contum* ix. *nu.* 6. *Foller pract. crim. rub.* & *si confitebuntur, in* 4. *par.* 3. *partis, nu.* 24. *in fine*, & *Chartarius de executione sententiæ, cap. fin. nu.* 198.

Sed hoc, quòd contumax non possit opponere de declinatoria fori sublimita, &

78 Primò in Clerico citato à Iudice laico, & effecto contumace, nam non per hoc amittit declinatoriam fori, ut non possit petere, se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum Iudicem suum competentem, nam constito de Clericatu, non obstante contumacia debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *Butrius in c. si diligenti. n.* 14. *extra de foro compet.* & *Annæsing* 120. nam Clericus neque tacitè, neque expressè potest consentire in Iudicem laicum, ut dicam infra *cap.* 36. *nu.* 50. Immò si Clericus putatus laicus fit effectus forjudicatus per Iudicem laicum, adhuc remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum, & sententia forjudicationis est nulla, ut dixi in *praxi forjud. cap.* 2. *nu.* 11. *cum duob. seq.* nam contumax coram Iudice omninò incompetenti, quandocunquè potest comparere, & opponere exceptionem declinatoriam fori, *Hipp. de Marf. in tract. de bannitis, ver. contumacia*, *nu.* 75. ubi *nu. seq.* dicit, quòd verus contumax non appellat à pronuncia super competentia lata per Iudicem, & Clericus si sit reputatus contumax à Iudice laico, si comparet, & sic remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, non tenetur solvere pœnam contumaciæ; immò pœnam solutam recuperat à fisco, ut dixi in *praxi forjud. d. cap.* 2. *nu.* 21. *cum duob. seq.*

79 Secundò sublimita in recomendatis Magno Admirato Regni, qui si citentur per Magnam Curiam, vel per alia tribunalia, & fint effecti contumaces, possunt, petere, se remitti ad Magnum Admiratum, etiam non purgata contumacia, *Gramat. cons.* 108. *Capyc. dec.* 9. *Marcel. Calà d. glos.* 1. §. 1. *num.* 109. & *Caracciolus de fori privileg. remis. quæst.* 45. *nu.* 2. & 3. & *per totam illam quæst.* & dicam infra *cap.* 22. *nu.* 5. & est ratio, nam quando Iudex, qui aliquem citavit, est omninò incompetens, non obstante contumacia, contumax potest declinare forum. *Bar. in l.* 2. *ff si quis in jus vocat. non ierit*, & *Foller. pract. crim. rub. banniantur*, *nu.* 50. sed Magnus Admiratus habet jurisdictionem privativam quò ad Magnam Curiam contrà recomendatos, ut docet *D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect.* 18. *nu.* 7. *ergò, &c.*

80 Tertiò sublimita in persona privilegiata, quæ habet electionem fori, nam ipsa potest petere, se remitti ad suum Iudicem competentem, non obstante, quòd ab alio Iudice incompetenti fuit reputata contumax, *Novar. in praxi electionis fori, tom.* 1. *sect* 4 *quæst.* 22. & *Carleval. de judiciis, tom.* 1. *disput.* 2. *qu.* 6. *sect.* 7. *nu.* 600.

81 Quartò sublimita respectu Baronis, nam Baro dato, quòd suus vassallus sit effectus contumax, tamen potest petere remissionem causæ sui vas-

 falli

salli ad suam curiam, sic decisum, testatur *Capyc. dec.9. & docent Bart in leg 1. §. & post operis, ff. de operis novi nuntiat. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. electione officialium, §.1. nu.22. de Franch. decis.417. Capibl.d. prag.8. par.2. nu.82. Annas sing.120. Caravita ritu 205. nu 6. Marcel. Calà d. glo.1. d. §.1. num. 107. & Caracciol. de fori privil. remis. 96. qu.9. n.4. & qu 45.* & ità puto procedere *prag.6. §.25. de offic. justitiar.* quatenus dicit, contumaces remittit ad eorum forum, purgata eorum contumacia, & comparentibus personaliter, idest si remissio petatur ad instantiam eorum Baronis, secus si ad instantiam ipsorum contumacium, quia tunc causa non remittitur, nam statuta recipiunt interpretationem à jure communi, sed jus commune excludit contumaces à remissione causæ, ergo, &c.

82 Et sicut vassallus non potest tacitè præjudicare jurisdictioni sui Baronis, permittendo se fieri contumacem, ità à fortiori non potest expressè præjudicare jurisdictioni sui Baronis renũciando expressè forum sui Baronis & se submittẽdo jurisdictioni alterius Judicis, nam hoc non obstante, Baro potest petere causæ remissionem in sua Curia, *Carav. ritu 205. quæst.3 & ritu 231. n.2.* & ita decisum testantur *de Franch dec 529. Capyc. d. dec.9. & Thor. comp. dec. to.3. sect.3. ver. remissio f.113. & docent Capibl. d. prag. 8. par.1. n.119. Maraut. in suo speculo, par.4. dist.12 in fine, Marc. Calà d. glos.1 §.1. n.77. Georg. Obrecht de jurisd. lib.4. cap.14. n.36. & seq. Reg. Rovit. in prag. 2 num.7. ubi de delicto, Carleval. de judiciis, tom.1. disput.2. quæst 7. sect.2. nu.808. & Caracciolus de fori privileg. remis. quæst.22.* Immò si vassallus cum juramento renunciat suum forum, in hoc casu neq; potest facere præjudicium suo Baroni, *Ursil. ad Afflict. decis.155. nu.3. & Capibl. d. prag.8 part.2. num. 83.* prout è contrario si Baro habeat privilegium, ut possit cognoscere inter personas privilegiatas, hoc privilegium renunciare non potest in præjudicium vassallorum, *de Franch. decis.541. & Capibl. in rub. de Baronib nu.39.*

83 Sed si quis renunciavit suo foro, ita ut possit conveniri in quocunquè foro, in hoc casu licèt Baro possit petere remissionem causæ, ut diximus, tamen reus hoc facere non potest, ut docent *Add. ad Guid. Pap. decis.77. & Carleval. d. quæst.7. sect.2. nu 808* & dicam intrà *cap.12. nu.124.*

84 Et remissa causa vassalli contumacis ad suum Baronem ad instantiam ipsius Baronis, pœna contumaciæ spectat ad Judicem citantem, *Thes. decis. 150. in fine, Capibl. d. prag.8. part.1. nu.208. & 217. de Angelis ad pract. crim. Follerii rub. audiantur excusatores, post nu.133. Danza de pugna DD. tom.1. tit. de contumace, cap.1. n.9. & Novarius de gravam. vassal. tom.3. gravam.54.* nam citatus à Judice incompetenti potest multari, si non comparet, *Hipp. de Marsil. rub. de bannitis, ver. contumacia, nu.24.*

85 Tertiò denegatur remissio causæ in materia liquidationis instrumenti, nam si in instrumento sit dictum, ut creditor possit præsentare, & liquidare instrumentum contrà suum debitorem in quocunquè loco, curia, & forò, & debitor sit citatus super tenore instrumenti in Magna Curia, in hoc casu Baro non potest petere remissionem causæ ad suam curiam, *Caravit. ritu 166. num.75.* & est *tex.* de jure Regni *in prag.1. de instrum. liquid. & docent Tartaglia in pract. civili, cap.2. nu.24. & Muscatel. in praxi Sacri Reg. Cons. part.2. glossa competentes, nu.100.* nisi Baro habeat privilegium in specie cognoscendi de causis liquidationis instrumenti, quia tunc etiam in materia liquidationis instrumenti, potest petere remissionem causæ, ut ità obtinuisse testatur *Regens Rovit. d. prag.1.* quem sequuntur *Danza de pugna DD. to.1. tit. de remissionib. causarum cap.2. & Capibl. d prag.8. part.1. num. 200.* Et Princeps Bisiniani habet hoc privilegiũ, ut possit petere remissionem causæ, etiam in materia liquidationis instrumenti, si ejus vassallus sit citatus in Magna Curia super tenore instrumenti, ut testatur *Capibl. d. prag.8. par.1. nu.200.* & quando Baro habet facultatem cognoscendi de liquidatione instrumenti, ipse tantùm potest petere causæ remissionem à Magna Curia, ubi ejus vassallus fuit citatus super tenore instrumenti, & non ipse vassallus, qui in instrumento renunciavit, ut possit conveniri in quocunquè loco, curia, & foro, ita *Danza d. tit. de remissionib. causarum, d. cap.2. nu.5.* nam citatus super tenore instrumenti non potest opponere exceptionem incompetentiæ Judicis, *Caravit. ritu 166. nu.74. ver. tu autem, Regens Rovit. prag.1. nu.4. ver. dixi, de titul. ab usu, & Mauson. de causis executivis, ampliat.20. nu.12.* sed sunt aliqui, qui tenent, quòd si reus sit citatus super tenore instrumenti in Magna Curia, & opponat aliquas exceptiones, & faciat depositum, vel se constituat in vinculis, in hoc casu causa debet remitti ad Baronem Judicem competentem, ita *Capibl. d. prag.8. part.1. nu.84.* & subditus Magni Admirati, si sit citatus super tenore instrumenti in Magna Curia, causa debet remitti ad Curiam Magni Admirati, *Capibl. d prag.8. part.1. nu.100. & Gaitus de credito, cap.3. tit.1. nu.1059.* & instrumentum via ritus potest præsentari in Curia Magni Admirati, *Freccia de subfeudis, tit. de officio Admirati maris, nu. 31.* & dicam infrà *cap.22. nu.10.* sed in Magna Curia potest instrumentum liquidari contrà aliquem ex septem officialibus Magnis Regni, *Amend. ad Præs. de Franch. decis.274. n.5. & Gaitus d. tit. primo, num.1060.*

86 Et licèt per *ritum 54.* sola Magna Curia cognoscat de liquidatione instrumenti, tamen hodie etiam Curiæ Baronales de hoc cognoscere possunt, ut docent *Caravit. d. ritu 54. Regens Rovit. prag.1. nu.2. de instrum. liquid. de Leonardis pract. offic. cap.3. nu.65. & Paris. de Puteo de sindic. ver. instrumentum, cap.1. nu.2. in fine, & nu.5. in fine.*

87 Quartò, citatus executivè in M. C. Vic. vigore pacti in instrumento adjecti, non debet remitti ad suum forum competentem, ut decisum refert *Thor. comp. dec. tom.3. sect.3. vers. remissio, fol.119.* licèt hoc relinquat cogitandum *Capibl. d. prag.8. part.1. num. 201.* sed hoc procedit quando in instrumento adest pactum, ut debitor possit conveniri in quocunquè loco, curia, & foro, secus si non adsit tale pactum, quia tunc conventus debet remitti ad suum forum, ut decisum in favorem cujusdam cavallarii extraordinarii Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuliæ, qui fuit remissus per Magnam Curiam ad officiales Regiæ Dohanæ, refert *idem Thor. d. sect.3. vers. remissio, fol. 152.* ut in simili, nam licèt remissio causę pro debito censuali non sit facienda per Ma-

gna

gnã Curiam ad Curiã Baronalem, ut dicit *Thor. d. sect. 3. ver. remissio f. 68.* tamẽ hoc intelligitur quãdo partes renunciaverunt, & se submiserunt in quocunque loco, curia, & foro, quia tunc exceptio declinatoria fori opponi non potest, *Milanens. dec. 5. nu. 24. & 31. lib. 2. Borrel. summa dec. tit. 43. num. 167. & Caracciolus de fori privilegiat. remis. quæst. 21.* aliàs si non se submiserunt in quocunque loco, curia, & foro datur remissio causæ, nam licèt per *prag. 1. de censib.* conventus pro censu via executiva nullam possit opponere exceptionem, tamen potest opponere exceptionem incompetentiæ Judicis, *Borrel. d. tit. 43. nu. 165.*

88 Quintò, obligatus in forma Cameræ non potest excipere de incompetentia Judicis, & petere se remitti ad suum Judicem competentem, *Grassus de except. except. 18. num. 4. & Riccius in praxi fori Eccles. part 3. resol. 239.* nam obligatus in forma Cameræ potest ubiquè per Creditorem conveniri, *Mansonius de causis execut. ampliat. 20. num. 7.* sed ibi tenent, quòd Auditor Cameræ tantùm sit Judex competens in exequendo obligationes in forma Cameræ privativè quò ad alios Judices, nã *Thes. decis. 26. num. 11. Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 118. num. 1. & 2. in ultima impres. & Riccius in praxi part. 3. resol. 230. ubi num. 7. & seq* dicit, quòd inter forum capitolium, & Auditorem Cameræ, & inter Vicarium Papæ & ipsum Auditorem Cameræ, datur præventio in causis obligationum cameralium inter Cives Ecclesiasticos Romanos. Undè si Clericus sit obligatus per instrumentum, vel per obligationem penes acta Curiæ Episcopalis, in forma Cameræ Apostolicæ, non potest per Curiam Episcopalem cogi ad solvendum, quia in causa dictæ obligationis Episcopus & ejus Curia non potest se intromittere, sed creditor tenetur adire Auditorem Cameræ Apostolicæ in Alma Urbe Romana, qui Auditor solùm est Judex competens dictarum obligationum in forma Cameræ Apostolicæ, *Marcel. de Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 20. num. 15.* & ratione contractus vigore obligationis cameralis, si quis in Romana Curia obligatur, sortitur forum Curiæ Romanæ, licèt alibi sit oriundus, *Gallis de oblig. in forma Cameræ, par. 3. quæst. 2. num. 2 & 3.* Immò Auditor Cameræ causas obligatione Camerali firmatas in partibus existentes avocare potest, quamvis extrà Curiam contractum sit, licèt dictæ Causæ pendeant coram ordinariis. *Lancellot. de attentatis, limit. 15. num. 3. & cap. 20. limit. 27. & Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 5. nu. 67.* sed alii tenent contrarium.

89 Sextò, debitor citatus à Iudice incompetenti vigore apocæ banci, non admittitur ad opponendum exceptionem declinatoriam fori, & ad petẽdum se remitti ad suũ Iudicẽ competentẽ, nisi in vinculis, vel facto deposito, & post apocã recognitã, aut legitimè verificatã, *Gallup. in prat. S. R. C. par. 2. c. 6. nu. 86.* Quod etiam procedit respectu Baronis, qui nequè potest petere remissionem causæ sui vassalli ad suam Curiam, nisi adimpletis supradictis, *Caravit. ritu 54. Regens Rovit. prag. 64. ver. item vogliamo, à nu. 34. usquè ad finem, de offic. procurat. Cæsaris, & Thor. comp. dec. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 88. & in supplem. eod. ver. remissio, fol. 550.* & ita posteà fuit emanatum generale decretum per Sacrum Consilium, quod reperitur impressum *in voluminae prag. in impressione facta de anno 1633. sub tit. de remissionib. causarum prag. 2.* quod decretum referunt *D. Regens Sanfelic. decis. 154. & Novarius in praxi elect fori tom. 1. sect. 4. quæst. 25. num. 6. in ultima impressione,* ubi *num. 1.* cum tribus sequentibus dicit, quod citatus ad recognoscendo apocam privatam à Iudice incompetenti, neque declinat forum, nisi apoca recognita, & idem tenent *Reg. Rovit. d. prag. 64. num. 34. cum plurib. seq. Tartaglia in pract. civili, cap. 2. nu. 19. & Muscatel. in praxi Sac. Reg. Cons. glos. competentes, num. 99.*

90 Sed citatus à Iudice incompetenti ad recognoscendum apocam, si sit persona privilegiata, potest eligere Regia Tribunalia etiam apoca non verificata, *Novarius d. quæst. 25. num. 7.*

91 Idem est in Clerico, qui si sit citatus ad recognoscendum apocam à Iudice laico, potest opponere exceptionem declinatoriam fori, & petere se remitti ad suum Iudicem competentem, etiam apoca non verificata, *Riccius dec. 249. part. 4. & Thor. comp. dec. tom. 3. sect. 3. vers. remissio, fol. 112.*

92 Et apoca directa banco, licèt habeat executionem paratam in Regno per *d. prag. 64.* tamen hoc non procedit in Curiis Ecclesiasticis, *Riccius d. dec. 249. & Squil. de privileg. Cler. cap. 7. num. 93. in fine.*

93 Septimò, quando constat inquisitum esse familiarem, vel seruum Baronis, in hoc casu ipsi causa inquisiti non remittitur per Regios Superiores, *Mastril. decis. 147. num. 32. & Capibl. d. prag. 8. part. 2. num. 104.* nam semper quando suspicatur, quòd facta remissione ad Iudicem petentem remissionem inquisiti ipse Judex petens remissionem non puniat inquisitum, sed illum relaxabit, Iudex requisitus non debet inquisitum remittere, ne delicta remaneant impunita, *Marian. Socin. in cap. proposuisti, nu. 15. de foro compet. Hipp. de Mars. in pract. crim. §. opportunè, nu. 33. Guazzin. ad def. reorum, def. 1. c. 17. n. 69. Boss. pract. crim. tit. de foro comp. n. 98. in fine, & Carleval. d. disp. 2. d. q. 7. sect. 2. n. 862.* ubi dicit, quòd in tali casu sit decretario, quòd causa remaneat in ipso Reg. Tribunali, à quò petitur remissio causę pro ista vice tãtùm, citrà tamẽ prȩjudiciũ privileg. Baronis, qui petiit remissionẽ.

94 Hinc est, quòd licèt quando Baro habet concessionem jurisdictionis cum expressa derogatione *legis unicæ, C. quando imper.* si persona privilegiata eligat suprema Tribunalia, causa debeat remitti ad ipsum Baronem, *de Franch. dec. 541. Mastril. dec. 147. nu. 31. & Carleval. d. disput. 2. quæst. 6. nu. 582.* tamen hoc non habet locum, quando suspicatur, quòd Baro, per quem remissio petitur, non puniret reum ab offenso conventum, & accusatum in Regiis Tribunalibus per viam electionis fori, *Mastril. d. dec. 147. nu. 33. & Novarius in praxi elect. fori, tom. 2. sect. 3. quæst. 7.*

95 Octavò, si constat, Baronem esse participem, vel socium delicti facti per suum vassallum inquisitum, & carceratum in Regiis Tribunalibus. tunc causa ipsi Baroni non remittitur, *Natta cons. 580. & 614. & Capibl. d. prag. 8. part. 2. num. 104.*

96 Nonò, quando Baro habet interesse in aliqua causa, ipsi non est remittenda per Regios superiores, *Thor. comp. decis. tom. 2. ver. remissio, & Capiblan. de Baronib. tom. 2. cap. 13. num. 15.*

97 Decimò, quando causa criminalis est introducta in Magna Curia, & ex informatione apparet, esse offensam personam Baronis per ejus vassallum, causa non remittitur ad ipsum Baronem, sed debet remanere in ipsa Magna Curia, ut ità decisum testatur *Thor. comp.dec.tom.3.sect.3.ver remissio.fol.* 75. nam remissio non debet fieri ad Iudicem offensum, vel suspectum, *Oldr. cons.*133. *& Guazzin. d. def.1.d.cap.17.num.*45.

98 Undecimò, si constat, inquisitum esse odiosum Baroni, & injustè vexari, causa non remittitur ipsi Baroni per Regia Tribunalia, *Caravit.ritu* 235 *nu.* 10. *& Capibl.d.prag.8.par.2. n.* 104. Quod intelligc, quando inquisitus est valdè inimicus ipsi Baroni, quia tunc omninò ipsi denegatur remissio, secus si odium sit leve, quia tunc remittitur ad Baronem cum clausula, dummodò eligat Iudicē in Civitate. *Capibl.de Baronib.pragm.3.nu.*167. *D.Regens Hector Capyc.Latro decis. 90. & Carleval.d. disput.2.quæst.7.sect.2.n.862. & seq.* ubi dicit ipse *Carleval.* quod quando Baro petit remissionem causæ ad suam curiam longè distantem à tribunalibus Civitatis Neapolitanæ, à quibus petitur causæ remissio, adhuc causa remittitur ipsi Baroni cum dicta clausula, dummodò Baro eligat Iudicem in Civitate Neapolitana. Sed *Mastril. d.dec.* 147.*nu.*34. dicit, quòd quando Baro est suspectus neque causa ipsi remittitur cū clausula, dummodò eligat Iudicem in Civitate, sed causa retinetur per Judices superiores, licèt ipse *Mastril.* admittat, quòd quando terra Baronis esset longe distans, & suspicionis timor non adesset in personam Baronis, tunc debeat ipsi Baroni causa remitti cum clausula, dummodò eligat Judicem in Civitate, *Mastril.* sequitur *Novarius in praxi elect. fori, tom.*2 *sect.3.quæst.7.post n.*3.

Et remissa causa Baroni per Magnam Curiam cum clausula, ut eligat Judicem in Civitate, facta electione dicti Judicis, Judex electus non potest delegare ordinem judicii. vel examen rei, vel procedere extrà Civitatem Neapolitanam, si reus reperiatur in terra Baronis, ut ità decisum testatur *D.Reg.Sanfelic. dec.*334. *tom.*3.

99 Et quando causa remittitur Baroni cum clausula, dummodò eligat Iudicem in Civitate Neapolitana, in hoc casu, causa, & processus agitatur per eosdem scribas Magnæ Curiæ, penès quos extat processus causæ remissæ, *prag.*10. *de actuariis, scribis, & eorum salario.*

100 Duodecimò, quando est interdictum Baroni, ut ipse non possit exercere jurisdictionem adversos aliquem suum vassallum, non potest petere à Regiis superioribus, ut causa dicti vassalli ad ipsum remittatur cum clausula, dummodo eligat Iudicem in Civitate, sed dicta causa debet agitari in Regiis Tribunalibus, ut ita decisum, testatur *Thor. d.sect.3.ver. remissio, fol.*85.

101 Et solet concedi exemptio vassallis à potestate Baronis ob lites, inter ipsos vassallos, & Baronem vertentes, *Veral. dec.*62. *nu.*4. *lib.* 2. intellige si lis ipsa, quæ vertit inter vassallos, & Baronem, sit Magna, secus si minima, *Mastril.dec.*263. *nu.*32. *& seq. & Capibl.de Baronib.tom.2.cap.13.num.*12.& ideò omnesde regimine, qui curam habent de litibus vertentibus inter Dominum, & Universitatem, sunt exempti à jurisdictione ipsius Domini, & in dies expediuntur provisiones, quòd officiales Baronales contrà eos non se intromittant, sed Regii Officiales cognoscant, *Mastril. d. dec.* 263.*n.*7. *&* 27. Immò tales subditi erunt exempti à jurisdictione Baronis, vita durante ipsius Baronis, *Jo: Gallus quæst.*340. *& Borrel.summa decis. tit.*41. *n.*88. sed *Marcel.de Vulpe in praxi judic. fori Eccles.cap.*41.*n.*28. dicit, quod si vertat aliqua lis inter subditum, & Episcopum, lite pendente, subditus est exemptus ab illius jurisdictione, quæ est suspensa tantùm, durante lite, citat *Cassad.decis.*6. *& Lancellot.de attentatis, part.*2. *cap.* 4. *declarat.*3. & ibi ipse *Marcel.de Vulpe* dicit, quòd hoc non solùm procedit in Episcopo, sed etiam in quocunque alio superiore, qui cum subdito litigat, & non solùm quò ad illam causam est suspensa jurisdictio superioris, sed etiam quò ad alias causas citat *Gabrielem communium opinionum, lib.* 2. *conclus.*4.*n.*31 *de judiciis, & Lancellottum d.cap. 4.declaratione* 4.*n.*41.& Archiepiscopus potest inhibere suffraganeum, nè procedat in causis subditi, cum quo ipse suffraganeus habet litem, *Donat. Anton. de Marinis quotid.resolut.cap.*19.*n.*4. *&* 5. & vassal-

102 li, qui habent lites cum Baronibus, vel si assistant in Regiis Tribunalibus contrà Barones pro litibus universalibus, non possunt eligi in erarios à dictis Baronibus *de Franch.dec.*301.*n* 8. ubi *n.*6. *&* 7. dicit, quòd quādo Baro habet plures terras cū vassallagio, si litigat cum una ex dictis terris, nō debet exigere omnia servitia à dicta terra, cū qua litigat, sed tenetur exigere servitia prædicta ab omnibus terris pro numero focularium, citat *Cinum in l. neminem,col.*1.*ver.circa hanc.C.de sacrosan.Eccles.*

103 Sicetiam vassalli à Baronibus vexati per sevitiam, carcerati, & malertractati eximuntur ab eorum jurisdictione, *Guid.Papa decis.*62.*nu.*1. *de Leonardis pract.off c.*4.*post n.*19.*Reg.Lanarius cons.* 5. *n.* 13. *Faber in* §. *fin. Inst.de iis, qui sunt sui, vel alieni juris, Catalan.de indulto cap.*10. *num.*68. *& cap.*46. *nu.*69. *Anna sing.*145. *Borrel summa dec.tit.*41. *nu.* 116. *Jacob.Cancer. variarum resol lib.*2. *cap.*2.*num.* 185. *& seq.Novarius de gravam.vassal.tom.*1.*prælu dio* 7. *& Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.*3. §.1.*n.*8. *& dec.*16.*n.*35. *&* 36. ubi dicit, quòd durius gravatus per suum superiorem, ità quòd possit ad sevitiam reputari, potest eximi ab ejus jurisdictione, & si superior gravet indistinctè subditos, potest

104 omninò ei interdici administratio, Et quando vassalli maletractantur ab eorum Barone, Regii superiores possunt ex officio exhimere dictos vassallos ab huiusmodi Barone, etiam si vassalli oppressi non conquerantur, *Jo: Faber d.*§.*fin.Guid.Pap.d. decis.*62. *Gramat.cons.crim.*10.*post n.*1.& officia-

105 lis propter nimiam severitatem potest officio privari, *Bar.in l.*1.*in fine ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, Foller.pract.crim.rub.pænis debitis ferian tur, nu.*13.*Reg. de Pont.d.tit.*3. §.1.*n.*2. *& d.dec.*16. *nu.*33. *Joan:Grandis de bello exulum, prædic imentu pæi, quæst.* 3. *speciali* 52. *in fine, & Fab. à Monteleone in praxi arbitraria, part.*1. *ver.*18. *num.*1. *&* 2.*fol. mihi* 49. & Judex severiter procedens in criminalibus, privatur jurisdictione, *Carrerius d.ver. habitis, n.*10.*fol. mihi* 89. & propter nimiam crudelitatem potest alicui auferri jurisdictio, *Bal. in l. si*

l.si dominus, §.1.ff.de his qui sunt sui, vel alieni juris, ubi *Fulgos.* dicit, quòd sicut dominus privatur potestate servi propter nimiam sevitiam, ità & Baro seviens in subditos privatur jurisdictione, sequitur *Regens de Ponte d.dec.16.nu.34. & seq.* &

106 sicuť dominus maletractans servum cogitur eum vendere, *§.sed, & major.Inst.de his, qui sunt sui vel alieni juris*. immò Judex etiā ex officio hoc mandare potest, *Guid.Papa d.dec.61.& Regens de Pont.d.dec.16.nu.35.& seq.* ità, & Baro maletractans vassallos potest cogi ad vendendum feudū,

107 *Regens de Ponte d. tit.3. d. §.1. nu.1.* Immò Baro maletractans vassallos privatur feudo, *prag.1.§.fin.de salario eorum, Const.Regni Si vassallos, Gramat.d.cons.crim.10.n.1.& in dec.104. & Anna sing.155.* nam feudatarius, qui abutitur feudo, dicto feudo privatur, *Regens.de Ponte d.tit.3.d.§.1.n.60.* & Baro privatur jurisdictione, si ea malè utatur erga vassallos *Carrerius pract.crim.tit.de indiciis & tortura verb.habitis.nu.10.fol.89.* & Barones assi gentes vassalos, possunt à superiore privari mero, & mixto imperio, *D.Reg.Sanfel.in praxi judiciali.sect.9.nu.2.* sed tunc Baro maletractans vassallos privatur feudo, quando maletractat omnes vassallos, aliàs si nonnullos vassallos maletractat, & tunc illis privatur, *de Nigris in cap.Regni gravamina, nu 33.* ubi

108 *nu.38.* dicit, quod vassallus maletractatus à Barone, potest ad alias terras accedere ad habitandum.

109 Et licitum est vassallis se rebellare contra Dominum nimium eos emungentem, immò licitum est vassallo occidere Baronem propter maletractamenta, *Gramat.d.cons.crim.10. post nu.2.& Capyc.dec.69.* licèt contrarium teneat *Curtius Junior.de feudis,par.6.nu.2.* quòd intellige quando gravamen est irreparabile, *de Nigris d.cap.Reg.gravamina,nu.9.& 10.*

110 Et reperiuntur aliqui Barones, qui sunt pejores infidelibus, nam multi (salva pace bonorum) injustè tollunt bona, & honorem miserrimis vassallis, & reperiuntur aliqui Barones, qui usque ad sanguinem emungunt suis vassallis, & isti Barones quasi facti sunt lupi rapaces, qui effundunt, & devorant sanguinem ovium, quæ ad custodiam eis datæ fuerunt, *Lucas de Penna in l.fin. C. de superindic. lib.10.* quod malè faciunt, nam Baro est loco pastoris, & debet custodire, & non excoriare oves, *Ezech.cap.22.& Capibl.de Baronib.prag.6.num.30.* & Dominus tenetur subditos defendere, & non ipsos deglutire, *Catalan. de Indulto,cap.46.num.75.& seq.* & hos tyrannos Barones Deus emendet.

111 Et meritò *Jo.Maria Novarius amicus meus bonæ memoriæ* composuit tria volumina de gravaminibus vassallorum, & aliqui possent cogitare, quòd dum ipse *Novarius* erat de Terra Pistici, & fecit dicta tria volumina de gravaminibus vassallorum, non quòd ejus Baro esset tyrannus; sed certè est oppositum, nam ad præsens regit dictam terram Dominus Don Hieronymus de Cardenas (cui ego intervii in officialem in prædicta terra de anno 1639.& 1640.) & ipse D.D. Hieronymus est Magnæ Sanctimoniæ, largus in faciendo eleemosynas, promptus in relaxando proventus, amabilis in defendendo subditos, amicus est iustitiæ, vigilantissimus in eligendo officiales iustos, puntualis in faciendo solvere provisionem suis officialibus, & in summa est integerrimus omnium, & eisdem moribus fuisse ornatum Dominum Don Bernardinum de Cardenas eius patrem, audivi ab omnibus civibus dictæ Terræ, cuius anima requiescat in pace, & dictus Dominus meus D. Hieronymus diù vivat.

112 Sed etiam si officialis inferat injuriam alicui, vel minetur contrà aliquem, ille, cui minatur, cum tota sua familia, eximitur ab ejus jurisdictione, *Paris.de Puteo de sindic.ver.fidejussor.officialium,cap.2.nu.2.& 5.* sed *Mastril.dec.263.* dicit, quòd si Judex potest ex causa inimicitiæ recusari, non per hoc sunt concedendæ salvaguardiæ exemptionis in totum à jurisdictione officialis in fauorem illius, qui potest ipsum Judicem recusare.

113 Et quando reus in causis criminalibus timet sevitiam, & crudelitatem Judicis, nè injustè torqueatur, vel damnetur ad mortem, vel ad membri mutilationem, si habeat recursum ad Regios superiores ipsi Regii superiores solent mandare, ipsi Judici, quod non procedat ad actum irretractabilem, ipsis Regiis superioribus inconsultis, *de Leonardis pract.officialium, cap.4. nu.20.* sed Princeps non potest mandare officialibus Baronis, ut ipsi non judicent in aliqua causa, nisi cum consilio talis, *Natta cons.408.in principio,& Cancerius variar.resolut.lib.2.cap.2.nu.63.*

114 Decimotertiò, si causæ remittuntur Baroni, & ipse sit negligens in puniendo reos remissos, in hoc casu ipsi Baroni amplius alii Rei non remittuntur, *prag.14.§.item considerato, de off. magist justit.* & idem est de jure communi, ut docet *Capibl.d.prag.8.par.2.nu 102.* ubi dicit, quòd hoc parum observatur, & de jure communi cognitio delictorum propter negligentiam officialis transfertur ad superiores, ut dixi suprà *cap.2. nu.17.*

115 Immò si Iudex, ad quem fuit facta remissio Rei, sit negligens in puniendo reum remissum, vel eum injustè relaxet, in hoc casu potest Iudex, qui reum remisit, procedere, & punire ipsum reum remissum, *Bar.in l.ubi ceptum,ff.de judiciis, & Gunzin.ad defens.reorum,def.1.cap.17.nu.71.*

116 Undè Magna Curia potest in remissionibus, quæ fiunt Baronibus mandare, quòd ipsi Barones certiorent ipsam Magnam Curiam de exitu causæ, statim prolata sententia, *Mastrill.decis.147.nu.23.Novarius in praxi elect. fori tom.2. sect.3. quæst.7.nu.4.& Danza de pugna DD.tom.1. tit.de officialibus in genere,cap 9.nu.10.*

117 Et quando causa remittitur Baroni per Regia Tribunalia, solet assignari terminus, intra quem Baro vassallum remissum ad se recipiat, quo termino elapso, si Baro non recepit, proceditur in causa ipsa per Tribunalia, à quibus fuit facta remissio. *prag.1.de remis.causarum, & docent Anna sing.271.de Leonard.pract.offic.cap.3. post nu.48.& Capibl.de Baronib.tom.2.cap.98.nu.3.* & Iudex remittens aliquem Baroni, vel alteri potest statuere terminum, infrà quem remissus debeat comparere apud Iudicem, ad quem fuit remissus, *l.2.§ si dubitetur, ubi Paul.de Cast.ff.de judiciis.* Quod intellige quando Iudex remittens non esset omninò incompetens, aliàs si esset omninò incompetens, & tunc Iudex remittens non potest dictum terminum

uum statuere, ità *Anna sing.270. & de Leonard. pra ct.offic.cap.13.post nu.15.*

118 Sic etiã Magna Curia Vicariæ potest in remittendo dare terminum, intra quem Iudex Baronis, ad quem inquisitus remittitur, justitiam faciat inquisito, aliàs termino elapso, potest procedi per ipsam Magnam Curiam, *prag.14.§. item cum remittitur, de offic.justit.& docent Gramat. voto 28.Guazzin.d.def.1.d.cap.17.nu.61. de Leonardis pract. offic. cap.3.num.48. & Muscatell.in praxi S.R.C. part.2. glos.competentes,n.52.*& actuarius causæ, elapso dicto termino, tenetur denunciare hoc Fisci patrono,*prag.6.§.12.de offic.justit.*sed si pars non petat se expediri, terminus ipse datus à superiore, ut Iudex inferior expediat causam,non currit, nec causa poterit per superiorem avocari, *de Nigris in cap.Regni item justitiarii dealios,nu.11.in fine.*

119 Sed quòd Iudex remittens causam Baroni, non possit ipsi Baroni præfigere terminum,intra quem causam habeat expedire, dicit fuisse decisum *Anna sing.269. secundùm Novarium in collect. super prag.1.nu.16.ubi de delict.*sed *Annam* ubi suprà in contrariam opinionem allegat *Mastrill.d.dec.147. n.20.& seq.*dicens ipse *Mastrill.*ibi ex authoritate ipsius *Annæ*, quòd Magna Curia potest assignare dictum terminum,ut si officialis, cui causa est remissa,causam ipsam non expediat infrà dictum terminum,in tali casu, causa ipsa expeditur per ipsum superiorem.

120 Decimoquartò, non remittitur, quando ipsa est delegata per Excellentissimum Proregem Magnæ Curiæ Vicariæ,nam quando causa est gravis, Prorex solet mandare,quòd Magna Curia procedat in ipsa causa uti delegata, citrà præjudicium Baronis pro hac vice tantum, *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.3.de electione officialium,§.1. nu.19. D.Regens Sanfel.dec 55.post nu.10.Merolla in Theolog.morali,tom.3.disput.7.cap.1.dubio 6.nu.153.& Capibl.d.prag.8.part.1. nu.166.& part.2.nu.103.* sed si delegatio sit simpliciter concessa, non facit præjudicium Baroni, quin possit petere remissionem causæ ad suam Curiam, & ità apostilla ad *prag.1.de delegat.* nam ut Baro non possit petere causæ remissionem, est necessè, ut in delegatione adsit derogatio particularis privilegii Baronis, *Danza de pugna DD,tom.2.tit.de officio delegati,cap. 2.nu.5.cum plurib.seq. & Novarius in praxi Elect. fori tom.2.sect.3.quæst.2.nu.5 cum duob.seq.* & ità procedit *text. in l.2. C.de dilat. & in l.iucriminali, C.de jurisd.omn.iudic.*inquantum dicit, quòd delegata causa à Principe alicui, electa sit industria personæ,& successivè reus non potest petere, se remitti ad suum Iudicem competentem,& dicam infrà *cap.16.nu.101.*sed istæ delegationes possunt tantùm fieri à Prorege, *prag.2.de delegat.*

Decimoquintò, causa non remittitur Baroni per Regia Tribunalia; si ipse Baro intervenit in captura informationis interrogando testes,ut decisum, refert *Thor. in supplem.decis.ver.suspectus, fol.622.*nam Baro nõ potest intervenire in captura informationis,& in torturis, *Capibl.de Baronib. prag.3.nu.128.Carrab. de syndic. part.2. post nu.45. Novarius in coll. ad prag.3. num.10. de Baronib. & Thor.in d.supplem.ver.Baro,fol.64.*

121 Ultimò, causa non remittitur Baroni, quando ejus vassallus deliquit in Civitate Neapolitana,vel ejus suburbiis, sed ipse vassallus punitur per Magnam Curiam Vicariæ,ut dicam infrà c.51.n.35.

122 Scias, quòd exceptio incompetentiæ Iudicis opposita, non censetur rejecta per processum ad ulteriora, sed debet in specie pronunciando reiici.*Jas.in l.2. col fin. ff si quis ius dicen. non obtemp. Reg.Rovit.prag.5. nu.15. & seq.de ordin.judic. Petrus Garzia à Toleto in d.527.* sic decisum testatur *Ricccius dec.61. part.3.* prout etiam exceptio electionis, & variationis fori non dicitur rejecta per processum ad ulteriora, *Novarius praxi electionis fori tom.1 sect.1. quæst.10.*

123 Sed quòd Iudex procedens ad ulteriora, censeatur reiicere exceptiones incompetentiæ Iudicis, si dictæ exceptiones fuerint oppositæ, dicit *Mangrel.ad Bart.in l. à procedente, C.de dilat.& Thor. comp.decis.tom.1.ver.Iudex fol.293.*

124 Unde si pars opposuit incompetentiam Iudicis antè litem contestatam, & Iudex,opposita exceptione prædicta non obstãte,procedat ad ulteriora,valet judiciũ,nisi pars ipsa appellaverit,sed si nõ appellaverit videtur in Iudicem consentire,& eum approbare, & ipse Iudex procedendo ad ulteriora, videtur tacitè se pronũciare Judicẽ competentẽ, *c. si à Judice, de appellatin 6.& cap.ex part.extra de appellat. Bartol. in leg. 1. Cod. de ordin. Iudic. pract. Papiens. tit. de declinatione jurisdictionis, ver. nec fuisse,col.2.& in tit.de forma sententiæ interlocutoriæ super incompetentia Judicis,in principio,n.3.*

125 Sed in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quando opponitur de incompetentia Iudicis fit decretatio, quòd oppositis non obstantibus procedatur ad ulteriora, & ad ea, quæ incumbunt, *Genuens.in pract.Archiep.Neap.cap.83 nu 9.in prima impressione.* Sed in Magna Curia Vicariæ, quando opponitur exceptio declinatoria fori,si nõ militat fit decretatio, videlicet (*causa remaneat in ipsa Magna Curia, non obstante remissione petita per Baronem*) *Regens Rovit.prag.1.post nu.41. ubi de delicto quis debeat conveniri.*

126 Et à decreto denegatæ, vel concessæ remissionis causæ,lato per Magnam Curiam, & confirmato per Sacrum Consilium, non datur reclamatio, ut in pragmatica edita die 10 Maii 1634.quæ reperitur in prætermissis,& ità servari testantur *de Franch.decis.710.& D.Reg.Sanfelic.dec.4 nu.13.ubi nu.14.*dicit, quòd si per Magnam Curiam Clericus sit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, & per S.C. dictum decretũ fit revocatum si reclametur, & in reclamatione sit confirmatum decretum Magnæ Curiæ,amplius non datur reclamatio.

127 Et datur appellatio à decreto admissæ, vel denegatæ remissionis, *D.Reg.Sanfelic. dec.5. & Valasques dec.47. num. 5.* Immò delegata causa per Proregem,appellatione remota, potest appellari ab interlocutoria lata super Iudicis incompetentia,*Capibl.de Baronib. tom.2.cap.50. nu.2. cum plurib.seq.D.R.Merlin,controver. forens.tom.1.c.15.& D.Reg.Sanf.d. dec.4.num.11. & dec.*Undè datur reclamatio à decreto remissionis causæ alicujus Clerici, prolato à Iudice delegato,*Novar. in coll. ad prag.5.nu.13.de offic.Sacri Regii Cons. & Thor. in supplem.decis.ver.reclamatio,fol.516.*Et licèt per statutum disponatur, ut à sententia, sivè interlo-

cu-

cutoria, sivè diffinitiva non possit appellari, & tale statutum valeat, ut dicunt *Jul. Clar. pract. crim. § homicidium, n. 64. in fine & § fin. quæst. 94. nu. 3 & 5. ver. cæterum, & Cabal resol. crim. casu 110. nu. 19. & casu 208. n. 7.* tamen si Iudex denegat remissionem causæ, ab isto decreto potest appellari, statuto hoc non obstante, nam si aliàs esset, Iudex posset ad se trahere omnes causas de mundo, *Cabal. d. casu 208. nu. 8. & seq. & D. Regens Sanfelic. d. dec. 4. nu. 11. per tex. in cap super eo, de officio Judicis delegati.*

128 Et quando provisum est, ut causa remaneat penès Judicem requisitum, si ab isto decreto appelletur, per appellationem non impeditur, quin ipse Judex possit procedere ad ulteriora in causa principali, quousque non fuerit inhibitus, arg. *cap. super eo extrà, de appellat. & cap. non solum, eì cusinem, de appellat. in 6.* & in specie ità docent *Capibl. d. prag. 8. part. 2. nu. 98. & Novarius quæst. forensi 29. part. 5.* quod intellige, quando remissio causæ sit petita per inquisitum, secus si per Baronem, vel per alium Judicem fuisset petita remissio causæ, & sit denegata, quia tunc per appellationem ligantur manus Iudici, qui denegavit remissionem, ut non possit procedere ad ulteriora in causa principali, *Curtius Junior. cons. 124 nu. 13. Caravit. ritu 259. in fine, Bajard. ad Clar. § fin. qu. 43. nu. 16. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 50. nu. 1. & Reg. Sanfelic. dec. 5 nu. 5* ubi nu. 7 dicit, quòd quando decretum super competentia latum habet executionem propter excellentiam Judicis, adversus quod decretum competit solùm reclamatio, in hoc casu potest Judex in causa principali ad ulteriora procedere, pendente reclamatione. Sed si sit decretum, causam esse remittendam, & ad hoc decreto sit appellatum, & appellatione pendente, non sunt consignandi carcerati, & processus Judici, cui causa fuit remissa per Judicem remittentem, *prag. 12. de appellationibus.*

129 Quando Judex pronunciat, se esse Judicem competentem, hanc sententiam revocare non potest, *Jas in l. quod jussit, num. 9. ff. de re judic.* secus si pronunciat, causam esse remittendam, quia tunc istam sententiam potest revocare, *Marant. in suo speculo par. 4. dist 5. num 53.* sed contrarium tenet *Capyc. dec. 144.* unde *Pract. Papiensis tit de forma sententiæ interlocutoriæ super incompetentia Judicis, nu. 6. ver. ulterius;* dicit, quod si Judex pronunciat, se competentem, potest hanc interloquutoriam revocare, sed si pronunciat se incompetentem, & non potest illam revocare, & ratio esse potest, nam quando Judex pronunciat, se esse competentem, talis sententia est interloquutoria, sed quando pronunciat se esse incompetentem, & tunc talis sententia dicitur diffinitiva, *Pract. Papiens. ubi supra num. 2. D Reg Sanfelic. dec. 4. num. 19. & seq. & Marant. in sua speculo, p. 6. rub. & demum fertur sententia, nu. 43.* seu Judex potest revocare sententiam interloquutoriam, *l. quod jussit, ubi Bar. Alex. & alii ff. de re jud. e. cap cum cessante extrà de appellat.* sed diffinitivam revocare non potest, ut dixi in *praxi fori judic. cap. 14. post n. 23* ergo, &c. Sed tunc decretum causæ remissionis dicitur habere vim diffinitivi, quando remissio causæ petitur per Baronem, vel Episcopum, secus si per reum, quia tunc dicitur interloquutorium, *Caravit. d. ritu 259. in fine. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 50. nu. 1. & D. Regens Sanfelic. dec. 4. num. 19.* Et arbiter, & Judex delegatus si pronunciant se non esse Iudices competentes, tale decretum revocare non possunt ut dicam infrà *cap. 11. nu. 103. & seq.*

130 Sed quæritur, & primò, an citatus pro causa criminali à Iudice incompetenti tenetur comparere personaliter, vel possit comparere per procuratorem, & petere se remitti ad Iudicem suum competentem; & dicas, quòd de jure communi potest per procuratorem comparere, & petere se remitti ad suum Iudicem competentem, *Bart. in l pen. §. ad crimen, n. 18 ff. de publicis judiciis, Bal. in l. reos, circà fin. C. de accusat. Gramat. cons. crim. 71. nu. 39 & 45. Boss. pract. crim. tit. an in criminalib. judicium n. 11 Jul. Clar. §. fin. quæst. 32 ver. pariter. Petrus Garzia a Toleto in dicto 47 Hipp. de Marsl. pract. crim. § sequitur, n. 30. & Magonius dec. 22. num. 17. & dec. 36. nu. 6. 7. & 16.* ubi etiam dicit, quòd incompetentia Iudicis potest opponi, & allegari per patrem pro filio, sequitur *Borrell. summa decis. tit. 43. nu. 114 & seq.*

131 Sed in Regno nostro Neapolitano, citatus à Iudice incompetenti tenetur personaliter comparere, & exceptionem declinatoriam fori in vinculis opponere, ut in *ritu 230. & 269 ubi Caravit. num. 2. & in ritu 205. post num. 3. & est prag. 6. §. 25. de offi. justit.* Imò in Regno nostro reus ipse, pendente articulo remissionis causæ, non potest habilitari, nisi ex causa, *Capibl. d. prag. 8. p. 2. n. 87.*

132 Et quod magis est, in Regno nostro si vidua eligat Magnam Curiam, deinde causam variare non potest ad Curiam Baronalem, nisi reo existente in carceribus, *Capibl. d. pragm. 8. par. 1. num. 347. & tom. 2. cap 51. nu. 13. & seq Novarius in praxi elect. fori, tom. 1. sect. 4. qu. 49. & Danza de pugna DD. tom. 2. rub. de electione fori, cap. 3. nu. 10. & seq.* sed quod vidua possit variare causam criminalem à Magna Curia ad Curiam Baronalem etiam reo non existente carcerato, dicit decisum *Thor. comp. decis. tom. 3 sect. 3. ver. vidua, fol. 416.*

133 Sed persona privilegiata si sit inquisita, non potest per procuratorem cõparere in Regiis Tribunalibus, & eligere in ejus forum dicta Regia Tribunalia sed debet personaliter comparere, ut dicam infrà *cap. 16. nu. 46.*

134 Sed advertas, quod quando quis citatur à Iudice incompetenti, licèt in Regno teneatur personaliter comparere, ut diximus, tamen sufficit, si citatus sit carceratus in carceribus Iudicis, ad quem debet fieri remissio, nam adhuc admittitur corã Iudice citante ad opponendum exceptionem declinatoriam fori, *Capibl. d. pragm. 8. par. 2. nu. 85.* & faciunt dicta per *D. Regentem Sanfelic. dec. 31. in fine,* ubi dicit, quòd sufficit, ut debitor sit carceratus in suo domicilio, ut audiatur in exceptionibus oppositis contrà instrumentum, vel literas cambii præsentatas contrà ipsum debitorem in alio foro. Et statim, quòd præsentatur fides carcerationis Rei citati in Tribunalis Regiis, continuò quòd ipse reus citatus reperiatur carceratus in foro Iudicis, ubi petitur fieri remissionem, sit ordo per Regios superiores, ut carceratus ipse detineatur nomine ipsorum Regiorum superiorum, à quibus petitur causæ remissio, ità ca-

Capibl.de Baronib.to.2.cap.5 t.in principio, & deindè si dubitetur de collusione inter reum, & Baronem, Regii superiores solent mittere Commissarium ad faciendum diligentias, si reus sit in vinculis. *Capibl.tom.1.super d.prag.8.par.2.num.86.& de Angelis ad pract.Foller.rub.audiantur excusatores,num.42.*

135 Quòd si petita sit remissio per Baronem, mediante dicta fide carcerationis, si factis diligentiis, non reperiatur reus carceratus, in hoc casu, si deindè reus sit carceratus in carceribus Baronis, adhuc fit remissio, sed carceratus transmittitur ad carceres Regiorum superiorum, à quibus petitur remissio, & deindè providetur super petita remis-

136 sione *Capibl.d.cap.5 t.nu.5.* ubi *nu.4.* dicit, quòd proceditur ad remissionem causæ, sivè carceratio, Rei facta per Curiam Baronalem sit spontanea, sivè coacta. Sed *de Angelis d.rub.audiantur excusatores,nu.42.* dicit quod carceratio affectata operatur, ut non remittatur causa Baroni.

137 Sed si post ordinem factum Curiæ Baronali per Regios superiores, quod detineat carceratum nomine ipsorum superiorum, si Curia ipsa Baronalis habilitet reum, in tali casu causa non remittitur. *Capibl.d.cap.5 t. num.7. & Novarius de r.Regiæ Audientiæ Apulcæ.65.* & maximè si non erat casus habilitationis, nisi Curia Baronalis habilitet ipsum reum propter infirmitatem, quia tunc etiam causa remittitur, *Capibl.d.cap.5 t.nu.7.* ubi etiam dicit ipse *Capibl.d.nu.7.& seq.* quod si in tali casu inculcetur fidejussio, pœna fidejussionis spectat ad Regia Tribunalia, à quibus petebatur remissio.

138 Et Curia Baronalis si non obtemperet præceptis Magnæ Curiæ in detinendo carceratum, articulo remissionis causæ pendente, ex hoc solo denegari debet remissio causæ Baroni, quamvis Baro habeat secundas causas, ut decisum refert *Dom. Reg.Sanfelic.decis.63.nu.12.*

139 Sed officialis, qui fecit fidem carcerationis non punitur, si inquisitus deindè non reperiatur carceratus, *Danza de pugna DD.tom.1.tit.de carcerario, num.59.*

140 Et quando exceptio declinatoria fori apparet notoriè ex actis, in tali casu potest opponi per procuratorem, etiam in causa criminali, *Gramat. consf. crimin. 71. num. 76.* & cum in quadam causa mea fuissemus tres inquisiti in Magna Curia, unus fuit captus, & petita remissione in partibus, fuit carceratus remissus ad Curiam Terræ Novi meæ Patriæ, & cum fuisset appellatum ad Sacrum Consilium ad instantiam meam, Sacrum Consilium decrevit, causam esse remittendam quoad omnes, & hoc patrocinante integerrimo U.J.D.Horatio Scialoya meo fratre consobrino, & credo quod Sacrum Consilium motus fuit ex authoritate *Gramatici d. nu.76.* & dictum decretum potest defendi optima ratione, nam licèt citatus pro aliquo homicidio in Regno non possit comparere per procuratorem, & opponere qualiter occisus erat forjudicatus, qui impunè occidi poterat, ut dixi in praxi forjudicatoria *cap.8.nu.17.* tamen si tres fuerunt occisores, & unus ipsorum personaliter compareat, & ostendat forjudicationem in personam occisi, & sit liberatus, alii consocii possunt deindè comparere per procuratorem, & allegare, qualiter occisus erat forjudicatus, ità *Jul. Clar. pract.crim.§ fin.qu.32.ver.quarò modo, in fine, & Cabal.resol.crim.casu 23.nu.12.* ergò benè decrevit Sacrum Consilium in remittendo causam quoad omnes, dum unus erat remissus. Sed deindè Magna Curia noluit executionem dare decreto Sacri Consilii, nisi prius habita fide carcerationis omnium inquisitorum, & habita dicta fide, dictum decretum Sacri Consilii suum habuit effectum, nam licèt causa fuit remissa quoad carceratum, tamen res inter alios acta nemini prodest, & neque nocet *toto tit.C.quibus res judicata non nocet,& toto tit.C.res inter alios acta,* nam ad remittendam causam quoad non carceratos, hoc non poterat procedere, nisi ipsi personaliter comparuissent, servata forma Ritus, & articulus remissionis denuò discuteretur, nam poterat esse, quod quoad non carceratos non esset locus petitæ remissioni.

141 Sic etiam de jure communi Clericus reputatus laicus, & est talis, citatus à Judice laico, poterat comparere, & allegare Clericatum per procuratorem, *Aloys.de Leo in d.l.reos, C.de accusat. & de Franch.dec.329.* sed aliqui dicunt, quod in Regno Clericus citatus uti laicus à Judice laico, non potest comparere per procuratorem in causa criminali, & petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, sed tenetur personaliter comparere, & dicta exceptio Clericatus discutitur, constituto d. Clerico in vinculis, ut in *ritu 65.& 235.* Sed *Grassus de effect.Cleric.eff.1.nu.1296.* dicit, quod non obstantibus dictis ritibus, Clericus citatus à Iudice laico potest comparere per procuratorem ad allegandum exceptionem Clericatus, Sed si inquisitus non fuerit citatus, & constat ipsum esse notorium Clericum, possunt exempla actorum dari Curiæ Ecclesiasticæ, & dictis ritibus non obstantibus, ut in *apostilla ad prag.1.de remissionibus causarum in impressione facta de anno 1633.*

142 Secundò quæritur, quid si quis sit citatus à Iudice suo competenti, & sic etiam citatus pro eadem causa à Regiis Tribunalibus, an in hoc casu citatus teneatur comparere coram minori Judice? & dicas, quòd non, sed tenetur comparere coram majori Judice, & petere se remitti ad minorem Judicem, *l.contra pupillum, §.1.ff.de re judic.& docent de Nigris in cap.Regni 228.nu.30. & Caravit.ritu 269.num.15.* sed si quis sit citatus eodem tempore pro eadem causa à diversis Iudicibus, parem jurisdictionem habentibus in citatum, in hoc casu citatus ipse habet electionem coram quo comparere velit, ut dixi suprà *cap.7. nu.50.*

143 Ultimò quæritur, quid si citatus à Iudice incompetenti compareat, & opponat exceptionem declinatoriam fori, & petat se remitti ad suum Iudicem competentem, an ipsemet Iudex, qui eum citavit sit competens in pronunciando si sua sit jurisdictio, & pronunciare, ipsum esse competentem, vel incompetentem, & videtur dicendum, quòd sit incompetens, nam nemo potest esse Iudex in causa propria *l.unica,C.ne quis in sua causa judicet*, sed si quis esset competens in pronunciando si sua sit jurisdictio, esset judex in causa propria, quod non permittitur per dictam *l.unicam*, ergo. Sed contrarium est verum, sic quod ipse idem Iu-

Iudex, qui citavit reum potest cognoscere, si ipse sit competens, vel incompetens, ut in l. si quis ex alien. ff. de iudiciis, nam in quantum ad pronunciationem, si causa sit ipsius Iudicis citantis, causa non est sua in quantum ad proprietatem, & ideò meritò in hoc est competens, glos. in d. l. si quis ex aliena, Bar. in l. 2. nu. 8. ff. si quis in ius vocat. & Capibl. d. prag. 8. par. 3. nu. 74. & seq.

144 Quod ampliа, & primò, nam si coram eo, cui est concessa facultas procedendi, & assumendi informationem contra delinquentem, opponatur de invaliditate, vel subreptione literarum commissionalium, & dicatur propter hoc carere iurisdictione, in hoc casu ipsemet Commissarius potest de isto articulo cognoscere, & illum determinare, Surdus consil. 236. nu. 6. vol. 2. Grass. de except. except. 18. nu. 9. & Guazzin. ad defens. reorum, def. 13. c. 2. nu. 1. quod si sit praefixum aliquod tempus Commissario ad assumendum informationem, elapso dicto tempore expirat ejus jurisdictio, Cabal. resol. crim. casu 156. num. 8. & si ipse Commissarius, elapso dicto tempore, ad ulteriora procedat, processus dicitur ipso jure nullus, & Commissarius punitur poena usurpatae jurisdictionis, Guazzin. d. def. 13. d. cap. 2. num. 6. ubi nu. 8. dicit, quòd si in commissione non sit praefixum aliquod tempus, durat ejus jurisdictio toto tempore sui officii, si habeat aliquod officium annexũ si verò Commissarius non habet aliquod officiũ annexum & tunc cõmissio durabit usque ad beneplacitũ superioris, vel quousque non fuerit capta informatio, ut dicit ipse Guazzin. d. cap. 2. d. nu. 8.

145 Secundò amplia, in arbitro juris, & in Iudice delegato, qui etiam possunt cognoscere an eorum sit jurisdictio, si incompetentes allegentur per partes, ut dicam infrà cap. 11. n. 103. & seq. nam exceptio incompetentiae Iudicis, coram illo Iudice proponenda est, qui incompetens allegatur, Bart. in l. si expressim, nu. 4. ff. de appellat. & Borrellus in summa decisionum, tit. 43. num. 128. Exceptio impugnans potestatem delegantis, debet proponi, & probari coram Iudice delegato, & ipse Iudex delegatus est competens in admittendo, vel repellendo dictam exceptionem, cap. sub delegato, ubi glos. de offi. deleg. & Merolla in Theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 4. nu. 265.

146 Tertiò amplia, nam licèt de jure communi cognitio an quis sit miles, si vel ne, spectet ad Iudicem militarem, l. qui cum uno, §. reus, ff. de re milit. & docet Regens Rovit. in prag. 16. nu. 57. & seq. de militib. tamen in Regno nostro est dispositum, quòd si quis sit de jurisdictione Iudicis militaris, & sit citatus, vel captus à Iudice ordinario, & sic ipse Iudex ordinarius praeveniat in citatione reali, vel verbali, & tunc ipse Iudex ordinarius pronunciat an sua sit jurisdictio, & sic è contrà, si subditus Iudicis ordinarii sit inquisitus per Iudicem militarem, & Iudex militaris praeveniat in citatione reali, vel verbali, ipse Iudex militaris cognoscit an sua sit jurisdictio, ut in prag. 16. quae hodiè est 11. §. 13. de militib. latè D. Reg. Merlinus controvers. forens. tom. 1. cap. 14.

147 Sed limita, & primò, nam si opposita exceptione declinatoria fori, Iudex hoc nõ obstante, se inferat tãquam pars, in hoc casu uti suspectus cognoscere non potest, an sua sit jurisdictio, glos. in cap. statutum de rescript. in 6. & docent Bald. dec. 459. & Borrell. d. tit. 43. nu. 43 & 87.

148 Secundò limita, nam Commissarius campaneae non potest cognoscere ultra sex delicta connumerata in prag. 10. §. 48. de offi. judic. & carcerando alios contumaces & inquisitos de aliis delictis, debet illos transmittere ad Magnã Curiam, etiam si sint vassalli Baronum, qui carcerati in ipsa Magna Curia debent petere causae remissionem ad eorum forum competentem, & ipse Commissarius campaneae non potest cognoscere de isto articulo remissionis causae, nisi in casibus, in quibus habet particularem commissionem à Prorege, pragm. unica, §. 1. de off. jud. gener.

149 Tertiò limita, nam si contrà Dominum volentem inter vassallos de feudo cognoscere, opponatur exceptio declinatoria fori, ex quo conventus negat, se esse vassallum, in hoc casu ipse Dominus non potest cognoscere an sua sit jurisdictio, sed hoc spectat cognoscendum ad Iudicem ordinarium, Merolla in theolog. moral. lib. 3. disp. 7. cap. 2. nu 90 & Curtius junior de feudis, par. 7. in secunda regula, qu. 7. sed vide Jul. Clarum in §. feudum, q. 90. ver. sed pone.

150 Quartò limita, nam Consules habentes jurisdictionem in certum genus personarum ratione alicujus artis non possunt cognoscere an eorum sit jurisdictio, si subditus negat, se esse subditum, sed hoc Iudex ordinarius cognoscit, Reg. de Ponte dec. 33. nu. 4. & Merolla d. nu. 90.

151 Ultimò limita, nam si officialis Regiae Camerae Summariae conveniatur in Sacro Regio Consilio, si opponatur exceptio declinatoria fori, & petatur remissio causae ad Regiam Cameram, de ista declinatoria fori non cognoscit Sacrum Regium Consilium, sed cognoscit Regium Collaterale Consil., prag. 13. de offic. proc. Caesaris, & ita decisum refert Reg. Rovit. dec. 74. sed contrarium decisum refert D. Reg. Sanfelic. in praxi judiciali sect. nu. 4.

152 Et in dubio, quis non pronunciat se Iudicem competentem, sed incompetentem, ut docet Vincentius de Anna sing. 642.

SUMMARIUM.

1 *Judex nemo potest esse in causa propria, amplia à n. 2. usquè ad n. 20. limita à n. 21. usquè ad n. 48.*
49 *Consanguinei sunt suspecti in judicando pro consanguineis. Amplia, ut num. 50. 51. 52. & 59. limita, ut num. 53. 54. 56. & 57.*
55 *Arbiter, si facto compromisso efficiatur affinis unius partis, potest ab altera parte recusari.*
59 *Probatio consanguinitatis in personam Judicis debet fieri per allegantem, & quomodo fieri debeat? ibid.*
60 *Judex in causis arbitrariis, & dubiis debet judicare in favorem consanguineorum.*
61 *Inimicus non potest esse judex contrà inimicum. Amplia à num. 62. usque ad num. 69. limita, ut nu. 70.*
71 *Inimicitia debet in specie exprimi, quando judex recusatur ex capite inimicitiae.*
72 *Judex ad instantiam unius partis datus, potest per alteram partem recusari. Sed non ab impetrante, num. 75.*
73 *Judex quando certus petitur, dari non debet, nisi*

 pe-

petatur ab utraquè parte dari, num. 74.

76 *Judex imperitus an recusari possit?*

77 *Judex redditur suspectus, ex quo Advocatus unius partis est consanguineus, vel affinis unius partis. Amplia, & limita usquè ad num. 84.*

85 *Suspectus redditur Judex, si ipse fuit testis in aliqua causa.*

86 *Advocati non possunt esse Judices in causis, quas defendunt. Amplia usquè ad num. 91. limita à nu. 92. usque ad num. 93.*

94 *Judex inquirens ex officio contrà delinquentem, potest delinquentem ipsum recusare uti suspectum in causis sui sindicatus.*

95 *Judex procurans sibi asportari processum redditur suspectus in dicta causa.*

96 *Amicus inimici mei potest à me recusari uti suspectus in judicando in causa mea.*

97 *Litigantes possunt inter se recusari in aliis causis.*

98 *Magister redditur suspectus in judicando in causa sui discipuli.*

99 *Judex redditur suspectus, si unus ex litigantibus sit Judex alteris causæ ipsius Judicis, & idem est si Judex sit vassallus, vel dominus unius ex litigantibus ibidem.*

100 *Fidejussor non potest esse Judex in causa sui principalis, sed potest esse Arbiter ibidem.*

101 *Advocatus Fiscalis potest recusare Judicem consanguineum inquisiti, contrà quem, ipse Advocatus Fiscalis intervenit.*

102 *Judex redditur suspectus si non salutat litigantes.*

103 *Judex accipiens munera ab una parte, potest ab altera parte recusari.*

104 *Canonicus Iudex redditur suspectus in causa sui concanonici.*

105 *Judex redditur suspectus, si habeat causam suam similem cum causa, in qua est judicaturus. & idem est si ipse Judex in una causa judicavit certo modo, nam in causa simili redditur suspectus, num 106. secus si librum composuit, & ibi suam patefecit opinionem, num 107.*

108 *Judex, qui fuit in prima instantia, non potest esse Judex in secunda, & num. 110. sed limita, ut num. 111. 112. & 113.*

109 *Filius Index appellationis est suspectus in causa, quam ejus pater determinavit in prima instantia.*

114 *Amicus unius partis redditur suspectus in judicando in causa amici, & idem est quò ad testimonium ferendum, num. 115. & idem est si sit nimis familiaris, commensalis, vel socius ibidem.*

117 *Judex dicitur suspectus si sit ejusdem patriæ cum uno ex litigantibus.*

118 *Votum suum propalans partibus, efficitur suspectus in judicando.*

119 *Minus velle aliquem nocere ex litigantib. reddit ur suspectus in judicando.*

120 *Judex efficitur suspectus si unus ex litigantibus secretè alloquatur in ejus aure.*

121 *Judex si sit nimis severus, & crudelis, vel indiscretus redditur suspectus.*

122 *Advocatus potest recusare Judicem, contrà quem præstitit patrocinium.*

123 *Judex procedens animosè in causa efficitur suspectus, & quomodo se gerere debeat in judicando? ibidem, & an possit judicare quando factum est notorium, dato quòd non constet in processu? nu. 124. & ex plurib. aliis causis efficitur suspectus remissive, nu. 125.*

126 *Exceptio recusationis Judicis in qua parte litis opponi debet? usque ad nu. 132.*

133 *Procurator an possit Judicem recusare?*

134 *Instantia causæ recusationis Judicis est dierum triginta, & num. 135.*

136 *Nominatio testium admittitur in causa recusationis Judicis.*

137 *Probationes in causa recusationis Judicis debent esse claræ, & non admittitur juramentum suppletorium, & nequè admittuntur fides authentica, num. 138.*

139 *Judex in causis suspitionis tenetur deponere uti principalis, sed non principalis litigator.*

140 *Actuarius solo juramento potest recusari. Limita in Actuariis Sacri Consilii, in Secretario Collateralis Consilii, Scriba à mandatis, & in Cácellario, ibidem.*

141 *Consultor, et integra, solo juramento recusari potest.*

142 *Sindicatores solo juramento recusari possunt.*

143 *Consiliarii S. R. C. quando adjunguntur Regiæ Cameræ solo juramento recusantur.*

144 *Commissarii solo juraméto allegari possunt suspecti.*

145 *Suspitio quando exprimi non potest sine scandalo, & præjudicio tertii, sufficit juramentum partis.*

146 *Exceptio recusationis Judicis debet allegari in scriptis. & expressa causa suspitionis.*

147 *Causæ suspitionum debent moderatè proponi, aliàs non recipiuntur.*

148 *Causæ suspitionum debent discuti, antequam deveniatur ad probationes, si ipsæ sint admittédæ, vel non.*

149 *Subscribi debent causæ suspitionum per Advocatum causæ tantùm. Sed hodiè possunt subscribi à partibus, num. 152.*

150 *Pœna contrà proponentes injustas suspitiones quæ sit? & num 148. 149. 151. & 155. & an remitti possit? num. 153. & 154. & evitatur dicta pœna si probetur unum caput suspitionis, num. 157. & qui non teneantur ad dictam pœnam, num. 159. & seq.*

156 *Pœna imposita per legem antiquam an censeatur sublata per pœnam impositam per legem novam.*

158 *Causæ suspitionum, si sint rejectæ, non licèt denuò alias proponere.*

161 *Acta facta post allegatam suspitionem sunt nulla, & nu. 162. & 163. Limita, ut num. 164.*

165 *Judex suspectus allegatus an possit alteri causam delegare? & num. 167. & seq.*

169 *Baro si habeat litem cum suis vassallis, ipsi vassalli possunt adire Regios superiores.*

170 *Baro si sit offensus non potest cognoscere de dicta offensione, & neque ejus officialis.*

171 *Episcopus si sit suspectus, an dicatur etiam suspectus ejus Vicarius, & è contrà? & num. seq.*

173 *Præses quando est suspectus efficiuntur suspecti omnes consiliarii ipsius Tribunalis.*

174 *Prorex potest uti suspectus recusari.*

175 *Doctores de Collegio possunt recusari.*

176 *Judex tàm delegatus, quàm ordinarius potest recusari.*

177 *Extimatores, exequutores, arbitratores, & arbitri an possint recusari.*

178 *Advocatus Fiscalis potest recusari, sed non Procurator Fiscalis. Sed Advocatus Fiscalis Regiæ Cameræ non potest recusari in causis ratiociniorum, nu. 180.*

179 *Advocatus Fiscalis non potest recusari ex quo per*

prius

prius fuit Advocatus partis cui adhæsit Fiscus, secus, si fuit Advocatus contra Fiscum.

De Foro Suspecto.

CAP. IX.

Aliquando forus est competens in aliquos, sed Judex, qui est in ipso foro est incompetens ex causa suspitionis; ideo videamus nunc de causis suspitionum, propter quas quis redditur suspectus in judicando in aliqua causa, &

1 Primò, Judex redditur suspectus, si agatur de causa propria ipsius Judicis, nam in ea non potest esse Judex, *l. Julianus ait, ff. de judiciis, l. unica, C. ne quis in sua causa judicet, l. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. omn. jud.*

2 Quod amplia, & primò, ut nemo possit injuriam sibi factam propria authoritate vindicare, sed debet adire Judicem competentem ad petendam justitiam, ut in *Const. Regni Pacis cultum*.

3 Secundò amplia, ut causa sindicatus officialium non possit decidi per Doctorem civem illius loci, ubi officiales exercuerunt officium, sed debet eligi in consultorem Doctor advena de locis convicinis, *prag. 1. de sindic. offic.* aliàs si secus esset, quis esset Judex in causa propria saltim secundario, merito ad tollendam suspitionem hoc fuit statutum per *d. prag. 1. Franc. Marc. dec. 356. num. 11. & Carrab. de sindic. part. 1. num. 225.*

4 Et consultor mittitur ad invocandum sumptibus Universitatis, *d. prag. 1. & docet de Franch. dec. 332.* & deinde omnes expensæ necessariæ subministrantur per ipsam Universitatem dicto consultori, *Carrab. d. part. 1. nu. 228.* & consultor eligitur prævia monitione ad dandam listam suspectorum per sindicandum, *Carrab. d. part. 1. n. 226.* Qui sindicandus non potest allegare generaliter suspectos omnes Doctores alicuius loci, vel Provinciæ, *Annasing. 276. Riccius dec. 318. nu. 1. part. 3. & Carrab. d. part. 1. num. 227.* hc etiam sindici, & electi non possunt eligere sindicatores, nisi prævia citatione facta officiali sindicando ad dandam listam suspectorum, *Aloys. de Leo in l. 1. nu. 16. C. ut omnes Judices,* & docent *Anna sing. 274. Capic. dec. 138. in fine, & Carrab. d. part. 1. num. 35.*

5 Tertiò amplia, ut persona privilegiata non possit eligere forum Tribunalis, in quo ejus nomine exercet jurisdictio, *Covar. pract. quæst. cap. 7. Menoch. de arbit. jud. casu 66. n. 48. lib. 2. & Novarius in prax. elect. fori tom. 1. sect. 4. quæst. 53.*

6 Quarto amplia, nam si Rex concedit alicui omnium regiarum causarum cognitionem, non intelliguntur concessæ causæ, quæ vertunt inter Regem, & ipsum, nisi specialiter hoc exprimatur, *arg. l. in quinto, C. de solutionibus, & docet Borrel. summa dec. tit. 41. num. 108.*

7 Quintò amplia, nam licèt collegium Neapolitanum Doctorum possit cognoscere in causa medici alius Collegii, tamen secus est, si in illa causa Collegium habeat aliquod interesse, *Ursil. ad Afflict. dec. 41. n. 7.*

8 Sextò amplia, ut captura inquisiti non sit parti committenda, & hoc ad evitandum inconvenientias, quæ possunt evenire, ut dixi in *praxi forjud. cap. 19. num. 25.* & idem est in Regno in citatione verbali, quæ non potest parti committi, ut dixi in eadem praxi *cap. 6. num. 2.* sed in civilibus Judex potest dare licentiam parti, ut per se exequatur sententiam, aliàs si non haberet dictam licentiam à Judice, pars ipsa de per se sententiam exequi non potest, *l. miles, §. qui judicatum, ubi Bar. num. 1. ff. de re judic.* undè Judex potest dare licentiam parti, ut capiat possessionem adversarii in causa propria, *Marant. in suo speculo, par. 6. membro 1. nu. 45.*

9 Septimò amplia, ut officialis non possit carcerare facere ejus privatum debitorem per suum militem, *Cabal. resol. crim. casu 128. nu. 3. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. fiat relatio Nuncii, n. 49.*

10 Octavò amplia, ut quis non possit esse Judex in causa propria, dato, quòd à principio res non esset judicantis, puta si unus ex litigantibus decedat, & relinquat Judicem hæredem, nam in hoc casu Judex ipse in prædicta causa judicare non potest, *l. Julianus ait ff. de judiciis.*

11 Nonò amplia, in re communi, in qua quis non potest esse Judex, ut in *d. l. Julianus ait, ubi glos. ver. fieri, ff. de judiciis.*

12 Decimò amplia, ut quis non possit esse Judex in causa propria, etiam parte volente, & consentiente, *Abb. in cap. in genesi in tertio, not. de elect. Socin. consil. 96. vol. 4.* sed contrarium tenet *Decius in d. l. qui jurisdictioni, nu. 4. & seq. ff. de jurisd. omn. jud.* tamen prima opinio est vera, & sic, quòd quis non possit esse Judex in causa propria etiam parte consentiente, *glos. in rub. ff. de fideijussores dotium*

dentur,& docent *Georg. Obrechti de jurisdict. lib.3. cap.9.num.20.Capyc. dec.124. nu.2. & D.Reg.Sanfel.dec.63.nu.2.*& dicam infrà *cap.66. nu.2.*

13 Undecimò amplia, nam si quis proferat sententiam in causa propria, sententia ipsa est nulla ipso jure & non potest exequi,*l.sed & si in servum, §.si quis Judex ff.d. arbitris,Georg.Obreit. d.cap.9.nu.21.* Immò sententia lata per Judicem in causa propria est nulla, etiam parte non opponente,ità *Vantius de nullitate processus, rub.ex defectu jurisdictionis ord.nu.95.* & dicam infrà *cap.66. nu.27* Quod secus est in sententia lata per Judicem in favorum suorum consanguineorum, quæ est valida, parte non opponente, *Vantius ubi suprà nu.97. & Bojard.ad Clar §. fin. quæst.35.num.35.& seq.*nam Judex notoriè suspectus legitimè procedit,quousque suspicio non proponatur,*Reg.Rovit. prag.1.nu 70 & prag.8.nu.5. de suspit.offic. Capibl. de Baronib. tom.1.super prag.3. nu.242. & D. Reg. Sanfelic. dec.85. nu.5.* & hoc etiam si Iudex sit suspectus suspitione, juris, & de jure, ità *Cancerius variar.resol lib.1,cap.21. nu.38.* unde si à Judice, qui potest allegari suspectus, & non sit allegatus suspectus, proferatur sententia, ipsa sententia est valida,*Mastrill.decis.151.n.6.& Riccius coll.2t18.*

14

15 Duodecimò amplia, ut Judex cognoscere non possit, quando vertitur commodum suum circà sportulas, *Petrus Garzia à Toleto in dicto 406.*

16 Decimotertiò amplia,ut quis non possit esse arbiter in causa propria, *l.pen ff. de receptis arbitris.*

17 Decimoquartò amplia, ut quis non possit seipsum excommunicare, *Navarrus cons.27.nu.6.*& neque quis potest se ipsum præsentare,*cap.per nostras, de jure patronatus*, sed potest præsentare suum filium, ut ità decisum refert *Riccius dec.36. par.1.*& quis potest præsentare eum patronis,*gl. in cap.consuluit de jure pat.* & si fuerit præsentatus à tribus compatronis,& ab aliis tribus compatronis fuerit præsentatus extraneus, ipse compatronus præsentatus præfertur extraneo, *Riccius dec. 341.pa.4.*Er neque quis potest se ipsum baptizare, *cap.debitum,de Baptis.Riccius dec.217.par.3.* ubi dicit,quòd Episcopus potest seipsum absolvere,& si incurrat in irregularitatem occultam potest ipse idem dispensare,sed dicit, quòd melius est, si Episcopus à confessario suo in actu confessionis petat absolutionem, vel dispensationem, & dicit ità practicari *Barbos.de offic.& potest Episcop.part.2.alleg.39.nu.15.*

18 Decimoquintò amplia, nam licèt à sententia Episcopi appelletur ad Archiepiscopum, ut dicam infrà *cap. 69. num 49.* tamen si causa sit inter ipsum Archiepiscopum, & litigantem,non appellatur ad Archiepiscopum, sed appellatur ad alios superiores Archiepiscopi, *Scaccia de appellat. quæst.7. nu.107. Barbos. de offic.& potest. Episcopi,par.1.tit.4. num.72.& Merolla in Theolog. Moral.tom.3.disput.7. cap.5.n.583.*

19 Decimosextò amplia, nam si causa deducta in judicio respiciat commodum Judicis, puta si ipse teneatur de evictione, quia tunc neque potest esse Judex, *Marant.in suo speculo,part.6. act.2.nu.65.& Guazzin.ad defens.reorum, def.1.cap.2. num.44.*

20 Ultimò amplia, nam si duo Judices ordinarii inter eos de jurisdictione contendant, quia agitur de eorum interesse, ipsi cognoscere de hoc non possunt,sed de dicta controversia cognoscunt Regii superiores dictorum Judicum,*l.de jure,ff.ad municipalem*,& docent *Angel.in l.2 n.7.ff. si quis in jus vocat. Felin.in cap.super literis, num.35. de rescript. Iacob. Cancer. variar. resol.lib.3. cap.10. num.1. & Riccius coll 1968.Sed Boss.pract.crim.tit.de foro competenti, nu.175* dicit, quòd quando duo Principes contendunt de jurisdictione Civitatis simul ambo cognoscunt, vel eorum Judices,*citat cap.pastoralis, & cap.dum contingit, de rescript.* si verò esset controversia ratione alicuius delicti commissi quò ad locum,dicit ipse *Boss.* b servari, ut ambo separatim cognoscant,sed in hoc datur præventio,ut dicam infrà *cap.51.nu 60.*

Sed regulam suprà positam,& sic,quem non possit esse Judicem in causa propria limita, &

21 Primò in Judice, qui non recognoscit superiorem,nam ipse potest esse Iudex in causa propria, *l.& hoc Tiberius ff.de hered.justit.* Quod intellige in causa,quam habet cum suis subditis, secus si cum non subditis qui à tunc in causa,quam habet cum non suis subditis non recognoscens superiorem non potest esse Judex in causa propria, *Marant.in suo speculo part.6.actu 2.nu.34.* sed melius est, ut Princeps, qui non recognoscit superiorem lites vertentes inter eum,& suos subditos alteri deleget, iuxtà *textum l. prætor ff. de jur.sd.omn.iud ibi glos. in cap.1.ver.Ecclesia 16 qu 6. Marant d.actu 2.num 33 & Grassus de except.except. 24 nu.76.* ubi *cum seq.*dicit, quòd Principes non recognoscentes superiorem possunt se submittere iurisdictioni Judicis inferioris,citat *Iasonem in l.est receptum ,ff.de jurisd.omn. judic.* nam maior potest se submittere æquali,vel minori iurisdictioni, quod intellige in iurisdictione contentiosa secus in voluntaria,*Bal. & alii in d.l.est receptum . ff.de jurisd.omn. judic. & Borrel.summa decis.tit 41.n.259.*& hodie in Regno in causis Regii patrimonii,ubi Fiscus est actor,vel reus est constitutum Tribunal Regiæ Cameræ. Quod cognoscitur ut dicam infrà *cap 34.*

22 Secundò limita si officialis affectus sit iniuria intuitu eius officii, Curia pro Tribunali sedente, quia in hoc casu,ipse Judex cognoscere potest,secus si sit affectus iniuria non intuitu eius officii, sed ex odio particulari, quia tunc non potest cognoscere,ut dicam inf. à *cap.66.nu.18.*

23 Tertiò limita, nam Iudex cognoscit de iniuria nocenti facta suo famulo,ut est *tex.de jure Regni,in cap.Regni.119.*& docet *Marant. par.6. rub. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis,nu.161.*& an Judex delegatus cognoscat de iniuria facta suæ familiæ,dicam infrà *d.cap.66.nu.26.*

24 Quartò limita, nam si famulus officialis delinquat, tam intuitu offici, quam extrà, de ipso delicto ejus dominus cognoscit, ut est Judex competens,& non redditur suspectus, *Jul.Clar.pract.criminis fin.quæst 35.& Capibl. de Baronib. tom.2.cap. 56.nu.3.*& dicam inf. à *cap.33. nu.102.* sic etiam si famulus Bajulorum delinquat intuitu officii, potest puniri ab ipsis Bajulis,*Capibl.tom.1.super prag. 8.par. 1.nu.375.& Thor.comp. decis.tom.2. vers.remissio, fol 573.*& dicam infrà *cap.26.num.58.*& è contrà si Nuncius Bajuli sit verberatus,adhuc Bajulus cognoscit de hac offensa, si sit facta intuitu

eius

tius officii,ut dicam *d.cap.86. nu.9.*

25 Sed si familia Judicis delegati delinquat intuitu officii,& tunc Judex delegatus cognoscit, aliàs si extra officium & tunc cognoscit Judex ordinatius, *Boer.dec.9.Bajard.ad Clarum §.fin.qu.38.n.88. & Guazzin. ad defens. reorum defens. 1. cap. 10. nu 5.*

26 Et quando Judex cognoscit contra eius familiam ab eius sententia non potest appellari à condemnato,quia contra suum non præsumitur,quòd ferat iniquam sententiam,*Bass.pract.crim. tit.de foro competenti,nu.6.*

27 Quintò limita, an iurisdictione voluntaria, puta si Judex intendat emancipare filium, quia in hoc casu ipsemet Judex hoc facere potest, *l.si consul.ff.de adopt.* & licèt *Decius in d.l. qui jurisdictionu.nu.15.* teneat contrarium, tamen prima opinio est vera,*Georg.Obrechti de jurisdict.lib.3.cap.9.n.37.*

28 Sextò limita, quando res est peritura,quia tunc quis potest esse Judex in causa propria usque ad litis contestationem, *l.Senatus consulto. ff de offic.Præsidis*, nam quando res est tempore peritura, & periculum est in mora plura conceduntur à jure,quæ aliàs non concederentur,nam licèt officia-

29 lis temporalis,durante officio, non possit conveniri,ut dicam infrà *cap.33. num.1.* tamen quando res est peritura, officialis cogitur suscipere iudicium usque ad litis contestationem, *d.l.Senatusconsulto.* & docet *Salyc.in l.jubemus,C.ad legem Iul.*

30 *repetund.* sic etiam licèt in Regno quis non possit carcerari, nisi præcedant indicia sufficientia ad torturam, ut in *ritu 41.*& docet *Guazzin.ad defens.reorum,def.5.cap.3 nu.15* & si per *cap.Regni ab illo inchoandum*,requiratur plenaria probatio, tamen hodiè non observatur dictus ritus, ut docet *Sebast.de Neap.in d.cap.Reg. nu.34.*tamen quando res est peritura,ex eo quod capiendus sit persona fugitiva, & tunc potest carcerari, dato quòd non constat de delicto,*l.ait prætor, §.si debitorem, ff. quæ in fraudem credit.* & docent *Hipp. de Marsil. pract.crim § constante nu 6 Gramat cons.crim.55 & Regens de Ponte de potest. Proreg.tit.1. in principio,*

31 *nu.18.*sic etiam licèt debitor fugitivus non possit capi, nisi prius constet de fuga per duos testes, ut docent *Affl.in decis.108. & Gulter. de præsent. instrum.in tertia parte principali ver.expediatur citatio, nu 19.*tamen quando periculum est in mora,puta quia debitor est statim fugiturus,& tunc Judex statim potest concedere capturam debitoris absquè alia cognitione *Caravit.ritu 170.nu.14.* & debitor de fuga suspectus potest carcerari,*l.ait prætor, §. si debitorem , ff.quæ in fraudem credit.* Immò potest carcerari per creditorem, quando periculum est in mora,*d.§ si debitorem*, ubi *DD* Immò debitor de fuga suspectus potest capi die feriato ad honorem Dei,& processus contra eam factus eodem die feriato valet,*Jas in l.prima , §.primo.col.fin.de feriis, Foller. ad Mirant.p 6-dist.16.n.92. Galter. dicta rub. expediatur citatio,nu.16 Caravit. rit.170.nu.12. & seq & Manson.de causis execut.amplist.prima,*& creditor in capiendo suum debitorem fugitivum potest ipsum verberare,si resistat, *l si ex plagiis §.taberuarius,ff.ad leg. aquil* Immò creditor potest capere Clericum debitorem suspectum de fuga absque metu excommunicationis, ut dicam infrà *cap.*

32 *36.num.88.* sic etiam licèt die feriato non possit laborari, tamen secus est quando periculum est in mora,puta tempore messis,& vindemiæ,*l.omnes lat 1. Cod. de feriis* ; reddit rationem ibi *tex.* ne occasione momenti temporis pereat commoditas

33 celesti provisione concessa. Sic etiam licèt acta non possint fieri die feriato , *l.2 & fin.C.de feriis cap.fin. extra de feriis*, tamen quando periculum est in mora, actus potest agitari die feriato, *Thes. dec.95.in fine*, & est *tex.in l.1.§.1 ,ff.de feriis* , nam observantia dierum festivorum non procedit , quando periculum est in mora , *Thes. d. dec.95 . in*

34 *fin.,& Regens Rovit.in rub.de feriis, n.10.*sic etiam licèt sententia non possit proferri de nocte,tamen quando periculum est in mora est secus *Cabal. re-*

35 *sol.crim.casu 218.nu.30.& 34.* sic etiam licèt sententia Judicis festinanter prolata sit nulla , tamen si sit lata festinanter,quia periculum erat in mora, puta ne partes veniant ad arma,& tunc valet sententia,*Cabal.resol.crim.casu 186. num.42.* sic etiam

36 licèt sit necessaria partis citatio in exemplatione instrumenti,tamen hoc non habet locum, quando periculum est in mora, *Riccius coll.2145. ver.nota sepissimè,* & tunc requiritur partis citatio in exemplatione Instrumenti , quando exemplatio fit ab alio Notario,quàm ab eo,qui fecit instrumentum, aliàs secus , nisi in contrarium esset consuetudo, *Riccius ubi supra*, & neque requiritur citatio partis,quando copia extrahitur ab Archivio,*de Franchis decis 207. & Riccius ubi suprà*, sic etiam licèt

37 acta facta coram Judice laico contra Clericum non probent coram Judice Ecclesiastico , *cap.at si Clerici,de judiciis*, tamen si testes sint de proximo discessuri , & ausir tantùm præsentia Judicis secularis, in hoc casu ipse Judex secularis potest recipere attestationem contra Clericum , & illam transmittere Judici Ecclesiastico , & talis probatio erit valida secundum *Graff. de effect. Cler. eff.1.*

38 *nu.238.* sic etiam licèt res litigiosa non possit alienari,*l.lite pendente,C,de litigiosis* , tamen si res sit tempore peritura potest alienari , *l.alienationes, ff.famil.ercisc.l.divus,in fine ff.de petit.hæred.*sed requiritur licentia Judicis *d.l.divus,* ibi,*permittere debet Prætor.*& docet *Cepol.cautela 191* , sic etiam

39 licèt res dotalis non possit alienari, tamen quando servando servari non potest, tunc permittitur alienatio,*l.rem in dotem ff.de jure dotium*, sic etiam

40 licèt testificata non teneant, si testes sint recepti parte non citata *cap.2.de testib.*& est Ritus Magnæ Curiæ 143.145.& 147.& docet *Reg.Rov. in prag. 9 nu.17. de ordin judic.* tamen si testes sint in ultimo constituti possunt recipi , parte non citata, *Bajard.ad Clarum §.fin.quæst.45.n.32.& Iacob.Can-*

41 *cer.variarum resol lib.1.cap.20.nu.110.* sic etiam licet sententia non possit proferri absquè instantia partis,tamen,quando res est peritura , puta si jurisdictio officialis esset expiratura benè potest proferri sententia absquè instantia partis , *Bart. in l.Sejus,& Angerius , ff.ad legem falcid.* sic etiam

42 licèt se immiscens hæreditati, & vendens res hæreditarias,videatur adire hæreditatem , ut docet *Bar.in l.1. C.de jure delib.* tamen quando res est tempore peritura non videtur adire , *l.pro hærede, §.1.de acquir.hæred.*& docet *Petrus Garzia à Toleto*

43 *in dicto 109.* sic etiam licèt testes examinati per

No-

Notarium absquè præsentia Judicis non valeant eorum dicta, *Hipp. de Marsi. in pract. crim. §. nunc videndum, nu. 30.* tamen si testes essent in ultimo vitæ constituti, & examinentur per Notarium absquè præsentia, vel licentia Judicis, testificata faciunt aliquam præsumptionem, *Ludovicus Romanus in l. si verò, §. de viro in fillentia 54. ff. solut. ma-*

44 *trim.* plura alia exempla ponit *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. constante à nu. 6. usquè ad nu. 12.* Undè ex suprà traditis cognoscitur, veram esse limitationem suprà positam, & sic Judicem posse judicare in causa propria, quando periculum est in mora.

45 Septimò limita, nam Episcopus potest esse Judex in causa suæ Ecclesiæ, nisi causa sit personalis, *Riccius dec. 144. par. 1. de Nigris in cap. Regni prolixitatem post nu. 38. & Regens Sanfelic. dec. 63. nu. 3.* & vide *Graffium de except. except. 24. nu. 71. & seq.* ubi dicit, quòd si res pertineat ad Ecclesiam pro ejus servitio, seù fabrica, & tunc non potest recusari Episcopus uti suspectus in dicta causa, sed si res pertineat ad mensam Episcopi, & tunc potest recusari, & idem esse quò ad testimonium ferendum per ipsum Episcopum in re Ecclesiæ cum suprà distinctione dictione, dicit *Graffius ibi nu. 73.* Sed *Marant. in suo speculo, par. 6. actu 2. nu. 51.* dicit, quòd Prælatus in causa suæ Ecclesiæ potest uti suspectus recusari, & idem tenent *Guazzin. ad defensam reorum, def. 1. cap. 21. nu. 17. & 38. Capyc. dec. 137. in principio, & Rovitus dec. 80. nu. 11.*

46 Octavò limita, nam Episcopus pro tuenda sua jurisdictione potest suos subditos excommunicare, *cap. dilecto, ubi DD. de sent. excom. in 6. Riccius decis. 211. nu. 3 par. 4. & in praxi par. 3. resol. 231.* Et Episcopus procedens extrajudicialiter cum censuris Ecclesiasticis pro tuitione jurium suæ Ecclesiæ, non potest suspectus allegari, idem *Riccius dec. 28. num. 8. par. 4.* ubi *nu. 10.* dicit, quòd neque Episcopus in tali casu tenetur admittere exceptiones oppositas etiam contrà propriam personam, etiam si sit opposita exceptio excommunicationis.

47 Nonò limita, si extaret consuetudo in contrarium, ut Judex non possit recusari ratione sui interesse, nam talis consuetudo valet, *cap. cum contingat in fine, de foro compet. cap. 1. de pœnis in 6. Graff. d. except. 24. nu. 74. Petrus Garzia à Toleto in dicto 588. & Bajard. ad Clarum, §. fin. qu. 35. nu. 33.* sed quòd consuetudine, vel statuto introduci non possit, ut quis possit esse Judex in causa propria, tenent *Rebuff. in l. qui jurisdictioni nu. 3. ff. de jurisd. omn. jud. & Georg. Obrecbti de jurisd. lib. 3. cap. 9. nu. 23. & seq.* qui reiicit opinionem *Alex. conf. 13. nu. 10. vol. 6. & Natta conf. 294. num. 2.* contrarium teneotium.

48 Ultimò limita, nam quilibet Judex potest punire eum, qui impedit suam jurisdictionem, *Novarius in coll. super prag. 1. nu. 13. de jurisd. ad invicem non turb.* ubi *nu. 12.* dicit, quòd quis pro defensione suæ jurisdictionis potest arma movere, citat *Franc. March. decis. 534. par. 2.* & idem tenent *Anna conf. 7. num. 23. & Borrell. summa decis. tit. 43. num. 214.*

49 Secundò; Judex redditur suspectus, quando est consanguineus alterius partis, quia tunc potest recusari uti suspectus ab altera parte, *d. l. qui jurisdictioni, ff. de jurisdict. omn. judic. cap. postremò de appell. it. cap. accedens lo 2. ut lite non contestata,* & est *tex. de jure Regni in prag. 3. de offic. procurat. Cæsaris,* ubi habetur, quòd Officiales Regiæ Cameræ Summariæ non possunt intervenire in causis consanguineorum, sed ipsi sunt suspecti in judicando in causis prædictis.

50 Et Judex redditur suspectus, si existimat se conjunctum unius partis, licet re vera non sit conjunctus, *D. Reg. Sanfelic. decis. 224* & affinis etiam red-

51 ditur suspectus in judicando pro affine, *Graff. d. except. 24. nu. 38.* ubi *nu. 39.* dicit hoc etiam procedere, dissoluta affinitate. Sed *Præses de Franch. dec. 719.* videtur tenere, quòd dissoluta affinitate sine filiis, cessat suspicio & *Milanen. dec. Siciliæ 15. lib. 1.* dicit fuisse decisum, affinitatec dissoluta, cessare suspitionem ex capite affinitatis, etiam si superfint filii: sed *Reg. Rovit. prag. 1. num. 21. de suspit. offic.* dicit, quòd in facti contingentia diutius est super hoc articulo cogitandum. Sed posteà in *d. prag. 1. nu. 27. in fine*, dicit ob tuisse, ut non interveniat Judex affinis non obstante, quòd affinitas sit dissoluta ex parte dicti Judicis per mortem uxoris, superstitibus liberis, & suspicio fundata ex causa affinitatis extenditur usquè ad decimum gradum affinitatis, *Reg. Rovit. d. prag. 1. à nu. 88. usquè ad finem.*

52 Prout etiam quando causa suspitionis est fundata in causa consanguinitatis, suspitio extenditur usquè ad decimum gradum agnationis, & cognationis, *Vivius dec 363 nu. 5. & Reg. Rovit. in pragm. 1. nu. 25. de suspit. officialium,* ubi *num. 35.* dicit, idem esse in conjunctione spirituali, nam si Judex sit compater unius partis, potest recusari ab altera parte, *prag. 15. § 17. de suspit. offi.* & docent *Marant. in suo speculo par. 6. actu 2. n. 71. Guazzin. ad defens. reorum, def. 1. cap. 21 num. 48. Paris de Puteo de sindic. ver. suspitio, cap. 1. nu. 10. D. Reg. Sanfelic. decis. 83. Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 35. & Graffius d. except. 24. nu. 52.* ubi *nu. 54.* dicit, quòd conjunctus conjunctione spirituali etiam repellitur à testificando pro conjuncto spirituali, immò Judex, qui cognationem spiritualem contraxit cum filio illius, qui litem coram eo habet, adhuc potest recusari *Dom. Reg. Sanf. dec. 83.* & è contrà si Judex sit compater patris redditur suspectus in causa filii sui compatris, *Thor. in supplem. dec. ver. suspitio fol. 623.*

53 Sed quando Judex est utriquè parti pariter conjunctus, & tunc non potest recusari uti suspectus ab ipsis partibus, arg. *l. pen. § de nuoff. de ritu nupt. & in l. areus, C. de inoffic. test.* & docent *Bart. in d. l. qui jurisdictioni, Marant. par. 6. actu 4. nu. 30. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 21. nu. 19. Regens Rovit. d. prag. 1. nu. 14. de suspit. offic. de Nigris in cap. Regni prolixitatem, post nu. 38. Regens de Ponte decis. 30. n. 15. Anna alleg. 72. nu. 1. & Graffius d. except. 24. nu. 43.* ubi *num. seq.* dicit, quòd quando quis est pariter conjunctus utriquè parti, nequè repellitur à testificando pro ipsis partibus. Sed quando Judex habet majorem affectionem uni, quam alteri ex litigantibus, & tunc redditur suspectus dato, quod sit utrique parti pariter conjunctus, *D. Reg. Sanfelic. decis. 83. nu. 22.*

54 Sic etiam de jure Regni, si unus ex arbitris sit conjunctus unius partis non potest recusari ab al-

tera

tera parte, *prag. 1. de arbitris*, & est ratio, quia altera pars potest etiam eligere in suum Arbitrum suum consanguineum, ut ità decisum, testatur *Anns alleg. 72.* quem sequitur *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 28 de arbitris*, & docet *Marcell. de Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 25. nu. 30.* Idem est de jore communi, quo jure consanguineus potest esse arbiter in causa consanguinei, vel familiaris, *l. quin etiam ff. de recept. arbitris, eap. insames, ver. filius, 3. qu. 7.* intellige si fuerit electus arbiter ex voluntate partium, secus si altera pars recuset, quia tunc de jure communi consanguineus non potest esse arbiter in causa consanguinei, *Blanc. de compromiss. quaest. 2. nu. 57.* ubi *nu. seq.* dicit, quòd si arbiter sit coniunctus utrique parti non potest recusari si sit coniunctus utrique parti in pari gradu, secus si in dispari.

55 Et de jure communi, si facto compromissio, arbiter efficiatur affinis, vel familiaris unius partis, potest per alteram partem recusari, *l. non distinguemus, § eum quid im. ff. de recept. arbitris, Blanc. de compromiss. quaest. 7. rub. ex persona Judicis, vel arbitri, nu. 17.* ubi *nu. 16.* dicit, quòd inimicitia intrinseca superveniens facit deficere compromissum, parte opponente, secus si altera pars taceat, quia tunc non expirat compromissum.

56 Et suspitio in personam Judicis ex capite affinitatis non militat, quando alter litigantium, non ex propria persona, sed tantùm ratione officii interesse habet in causa, ut ità decisum, testatur *Reg. Rovit. dec. 80.*

57 Sic etiam si Judex, sit probatae vitae, fidei, & lantimoniae, potest esse Judex, etiam in causis suorum filiorum, *Alex. in d. l. qui jurisdictioni, ff. de jurisdict. omn. jud. Jo: de Amicis cons. 74. nu. 12. & cons. 120. nu. 20 & 23 & Grass. d. except. 24. num. 42.* sed si sit recusatus debet abstinere, dato quòd sit religiosae, & optimae vitae, aliàs processus est nullus, *Riccius ad Praes. de Franch. dec. 719.*

58 Et Judex si per sententiam sit remotus uti suspectus in una causa, ex quo sit affinis unius partis, si deinde tollatur affinitas, puta per mortem uxoris Judicis, adhuc ipse Judex est suspectus in dicta causa *de Franch. dec. 719 & Reg. Rovit. d. prag. 1 nu. 48 de suspit. offic.* nam officialis si sit declaratus suspectus, si cessat causa suspitionis, adhuc non potest intervenire in causa, ubi fuit remotus suspectus, *Novarius de gravam. vassal. tom. 3. gravam. 33. & Regens Rovit. cons. 10. & in dec. 50.* ubi dicit, hoc etiam procedere, si Iudex contentus remansit, non intervenire in causa propter suspitionem, partibus consentientibus, licèt in hoc nullum sit interpositum decretum, tamen re non integra, cessante causa suspitionis, ipse Judex non potest procedere in dicta causa. Sed quando est interpositum decretum, causam suspitionis militare, dato quód in causa non sit processum ad aliquem actum absque interventu Judicis recusati adhuc si cessat causa suspitionis, ipse Judex recusatus non potest intervenire, ut ita decisum, testatur *D. Regens Hector Capyc. Latro decis. 81.* Immò si commissa causa alicui ex Consiliariis ob suspitionem alterius Consiliarii, si Consiliario suspecto recusato alius Consiliarius non suspectus succedat, adhuc causa remanet penes eum, cui ob suspitionem commissa uit, & non debet redire ad ipsum successorem, ut ità servari, restatur *de Franch. d. dec. 719. nu. 3.*

59 Et dicens, Judicem esse consanguineum sui conlitigantis, tenetur hoc probare *Bar. in l. 1. § ait praetor. ff. ne quid in flum. publ.* & testes deponentes super affinitate, & consanguinitate debent incipere à communi parente, vel à fratribus primi gradus, *cap. licèt ex quadam, de testib.* ibi, *singulos gradus clara computatione distinguant, & eap. sua uos, de consanguin. & affinitate*, & docet *Grassus d. except. 24. nu. 45. & seq.* ubi dicit, quod testes deponentes super affinitate, & consanguinitate, debent esse personae antiquae, graves, & omni exceptione majores.

60 Sed advertas, quòd Judex in casibus in quibus potest judicare in causis consanguineorum, malè facit, si judicat contra suos in causis arbitrariis, & dubiis, ad hoc, ut videatur justus, nam hoc faciens appellatur hypocrita, *Regens Rovit. in prag. 1. nu. 28. de poenis, & in rub. de sale vendendo, nu. 16.*

61 Tertiò, Judex redditur suspectus, quando est inimicus unius partis, quia tunc tanquà suspectus recusari potest ab ipsa parte inimica, *Apertissimi ubi D. D. C. de judiciis. Vivius decis. 363 nu. 3 Grass. d. except. 24. num. 18. Regens de Ponte decis 30. num. 2. Abb & Felin. in cap. accedens extra ut litenõ contest.*

62 Quod amplia, & primò, ut omnes consanguinei usquè ad quartum gradum, & effines usque ad tertium in ipsorum causis possint uti suspectum recusare Iudicem, qui est inimicus cum aliquo eorum consanguineo, vel affine, si ipsa inimicitia tangat totam familiam, aliàs consanguinei usquè ad tertium gradum, & affines usque ad secundum gradum secundùm ius canonicum numerandum, *prag. 15 § allegando se, de suspit. offic.* & docet *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu 97. in fine, de suspit. offic.* sed de jure communi extenditur usquè ad septimum gradum, ità *Grassus d. except. 24. nu 20.* sed *Reg. Rovit. d. prag. 1. post nu. 22. de suspit. offic.* dicit, quòd quando suspicio est fundata in causa inimicitiae, haec suspitio extenditur usquè ad infinitum in linea descendenti, & ascendenti, sed in linea collaterali usque ad quartum gradum inclusivè, & suspitio ex causa inimicitiae extenditur usquè ad quartum gradum affinitatis, *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 26. 60. & 94.* unde Judex si sit inimicus cum cognato meo cugino potest à me allegari suspectus, *D. Reg. Sanf. dec. 254.* sed tunc isti consanguinei possunt allegare suspectum Iudicem, qui est inimicus cum aliquo eorum consanguineo, quando non est sequuta reconciliatio inter ipsum Iudicem, & consanguineum litigantium, aliàs si sit sequuta reconciliatio inter ipsum Iudicem, & consanguineum ipsorum litigantium, & tunc ipsi litigantes non possunt recusare dictum Judicem, *d. pragm. 15. § 15. in fine, de suspit. offic.* Proùt etiam, nam licet ipsi principales litigantes sint inimici cum consanguineis Judicis, Judex ipse reddatur suspectus in causa dictorum litigantium, *cap. accedens, lo 2. ubi Abb. extra ut lite non contest. Vivius d. dec. 363. post nu. 5. Maranta d. part. 6. d. actu 2. nu. 36. & Reg. de Ponte d. dec. 30. nu. 8.* tamen hoc intelligitur, non facta reconciliatione, aliàs si ipsi litigantes, & consanguinei Judicis sint reconciliati, post ipsam reconciliationem ipsi litigantes non possunt Iudicem consanguineum inimicis litigantium recusare, ut ità decisum, testatur *Reg. Rovit. dec. 78.* sed quando Judex est inimicus cum aliquo, sequuta reconcilia-

ciliatione, repellitur in judicando contrà amicum reconciliatum, *Marant.d.actu 2.nu.64.Guazzinus d.def.1.d.cap.21.nu.7. Riccius dec.168.nu.5.par.1. Regens Rovit.d.dec.78.n 2.& de Leonard.pract.offic. cap.14.nu.15. ver.secundo*, intellige si sit reconciliatus de proximo, *Graff.d.except.24.n.29.* ubi post *num.33.* dicit, quòd sententia lata ab inimico notorio, est ipso jure nulla.

63 Secundò amplia, nam quando Iudex est inimicus cum majore de domo, omnes de domo possunt allegare Iudicem ipsum suspectum, *Regens Rovit.d.prag.1.nu.22.in fine, de suspit.offic.* & quando Iudex est inimicus cum domino unius partis litigantis, potest uti suspectus recusari, *Guazzin. d.def.1.d.cap.21.n.55.* nam quando Iudex est suspectus quo ad dominum, censetur etiam suspectus quo ad totam ejus familiam, *D.Reg. Sanfel.dec.1. num.14.*

64 Tertiò amplia, ut Iudex possit uti suspectus recusari ex capite inimicitiæ, dato quòd sit utriquè parti pariter inimicus, nam adhuc potest recusari uti suspectus, *Regens Rovit.d.prag.1.nu.14.de suspit. offic.* sed testis utriquè parti inimicus admittitur, *Hipp. de Marsil.in l.1.§.cum quis, num.12. ff. de quæstionib.*

65 Quartò amplia, dato quòd inimicitia veniat ex causa litigantium, nam adhuc Iudex potest recusari uti suspectus ex capite dictæ inimicitiæ, *l. si mercis culpa, ff.locati*, & docent *Capyc.dec.138 Reg. Rovit.d.prag.1.nu.23. & Regens Sanfel.dec.81.nu. 2.* nam Iudex suspectus ex culpa partis potest uti suspectus recusari, *de Nigris in cap.Regni prolixitatem,nu.39.* & licèt contrarium teneat *glos.in cap. ut debitus, de appellat.* tamen ab omnibus glossa prædicta reprehenditur, & dicunt, communem esse opinionem, ut Iudex possit recusari uti suspectus, dato, quòd culpa recusatoris Iudex esset suspectus, ut dicunt *Innoc. in cap. exhibita,de judiciis, & Marcel.de Vulpe in praxi judiciali fori Eccles.cap. 25. num.32.*

66 Quintò amplia, ut Iudex removeatur uti suspectus ex capite inimicitiæ, quam habet cum litigantibus, sivè inimicitia sit capitalis, sivè non capitalis, sed levis, nam adhuc potest allegari uti suspectus, *Capyc.d.dec.138.num.3. Guazzin. d.def. 1.d.cap.21.nu.6. Marant.d.part.6.d.actu 2.num.35. Reg.Rovit.d.prag.1.nu.23.& seq.de suspit.offic. Mastril.decis.151.num.46.Graffus d.except.24. num.24. Cacher.dec.15.Riccius coll.1612.& D. Regens Sanfelic.dec.81.num.1.*

67 Sextò amplia, ut Judex inimicus possit recusari uti suspectus, etiam si non ostendat se uti inimicus, nam hoc non obstante, potest recusari uti suspectus, si recusans justam causam ostendat; *Graff. d.except.24.num.26.& 29.Mastril.dec.263.num.3.in qua dec,* dicit ipse *Mastril.* quòd si Iudex potest ex causa inimicitiæ recusari, non per hoc sunt concedendæ salvaguardiæ exceptionis in totum à jurisdictione officialis in favorem illius, qui potest ipsum Iudicem recusare, & dixi supra *cap.8.nu.112.*

68 Septimò amplia, nam si facto compromisso, oriatur inimicitia capitalis inter arbitrum, & litigantes, in hoc casu compromissum expirat, & arbiter non potest in causa procedere, *l. licèt, & l.non distinguemus, §.cum quidam, ff.de recept.arbitris.* Intellige parte opponente, aliàs potest procedere, *Blanch.de compromisso, quæst.7. rub.ex persona Judicis, vel arbitri, n.14.* ubi *n.seq.* dicit, quòd si culpa partis supervenit inimicitia, tunc non expirat compromissum, immò pars incurrit in pœnam in compromisso adjectam, citat *Bar.in d.§.cum quidam.*

69 Ultimò amplia, nam quando officialis contraxit inimicitiam in loco administrati officii, non tenetur stare sindicatui in loco, ubi exercuit officium servata forma *prag.1.de sindic.offic.* nam omnes illius loci redduntur suspecti in sindicando dictum officialem, sed ipse officialis potest adire Magnam Curiam, vel Regiam Audientiam, & allegare inimicitiam, & deindè expediuntur provisiones per ipsa Regia Tribunalia, quòd stante allegata inimicitia, liceat officiali discedere cum bonis, & familia, & universitas fideiussorem non molestet, præstita prius cautione per officialem de stando juri, parendo mandatis ipsius Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, & de se præsentando coram Judice declarando, & constito deinde de inimicitia, interponitur decretum, ut ipse officialis pareat sindicatui in Magna Curia, vel in Regia Audientia, & emanantur banna nomine ipsius Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, & quærelæ recipiuntur in partibus, & deindè fit commissio alicui officiali in partibus convicinis, qui emanat banna in loco administrati officii nomine Magnæ Curiæ, & ipse recipit querelas, & eas transmittit ad ipsam Magnam Curiam & ità vidi practicatum in sindicatu meo in administratione Terræ Solofræ, & Civitatis Bisiniani, & vidi practicatum multoties in quampluribus sindicatibus aliorum officialium, licèt *Carrab. de sindic.part.1. nu.35.cum duob.seq.Affl.dec.289.nu.19. & ita de Nigris in cap Regni Item statuimus, nu.49.Aloys.de Leo in l.1.nu.4. C.ut omn Jud. & de Angelis in suo Prato super legem unicam,n.5.C.ut omn.Judices*, dicant, quòd quando officialis contraxit inimicitias in loco administrati officii, debeat parere sindicatui in loco conviciniori coram sindicatoribus eligendis per Universitatem loci administrati officii, tamen primam opinionem vidi magis practicatam.

70 Sed Judex ab Universitate uti suspectus recusari non potest ex capite inimicitiæ, ut ità decisum testatur *D.Reg.Sanfelic.dec.82.* sed qui est de loco odioso, non potest esse officialis in loco, cum quo sua Patria est odiosa, *Regens Rovit.in prag.5.in fine de Baronibus.*

71 Et adverte, quòd quando Judex recusatur uti suspectus ex capite inimicitiæ, inimicitia debet in specie exprimi, & non sufficit illam in genere allegare, & sic dicere, quòd Judex sit inimicus, *Guazzin.in d.def.1.d.cap.21 nu.10.* aliàs capita suspitionum non recipiuntur, *d.prag.15.d.§.allegandose, de suspit.offic.* & docent *Caravit. ritu 265.num.33. & Graff.d.except.24.nu.24.* ubi *nu.28.* dicit, quòd Judex potest revocari uti suspectus tanquam inimicus, etiam si inimicitia non habeat initium veritatis, sed sufficit, si litigator reputet Judicem uti inimicum, citat *Vivium dec.362.nu.3.*

72 Quartò, Judex redditur suspectus, quando ad petitionem unius partis fuit datus, quia tunc per al-

alteram partem potest recusari, *l. observandum, ff. de judiciis, cap. insinuante, de offic. deleg.* & docent *Marant. d. part. 6 d. act. 2. nu. 53. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 21. nu. 40. & Rovit. d. prag. 1. nu. 85.*

73 Unde quando Iudex, vel Commissarius causæ certus petitur, à Præside dari non debet *Paul. de Castr. in d. l. observandum, Anna sing. 280. Io: Grandis de bello exulum prædicamento pati, quæst. 3 speciali 71. in fine, & Graff. d. except. 24. nu. 57.* ubi *nu. 58.* dicit, quòd Iudex, qui procurat, se impetrari Iudicem redditur suspectus, & docent *Marant. d. act. 2. nu. 60. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 21. nu. 41.*

74 Sed licèt Iudex dari non possit ille, quem unus ex litigantibus petit, tamen si actor, & reus ex communi consensu petant aliquem Iudicem dari, in hoc casu petant aliquem Iudicem dari, in hoc casu potest talis Iudex dari, *Glos. in d. l. observandum, & in cap. Iudices 11. quæst.* & docent *Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. quæst 8. sect. 4. post nu. 1157.*

75 Et advertas, quòd Iudex impetratus per aliquem non potest recusari per impetrantem, nisi nova causa suspitionis superveniat, *glos. & Abb. in cap. insinuante, de offic. deleg. Marant. d. act. 2. num. 76. Mastrill. dec. 151. num. 36. & Graff. d. except. 24. nu. 59.*

76 Quintò, Iudex potest uti suspectus recusari, quando est imperitus, & causa est magna, & ardua, *l. si quos, C. de offic. præfect. Prætor. Orient. & docet Bart. in l. fin. C. de hæred. inst.* intellige si Iudex sit imperitus magna negligentia, *Affl. in Const. Reg. Statuimus nu. 45. Marant. d. act. 2. nu. 67. & Guazzin. d. cap. 21. nu. 12.*

77 Sextò, Iudex removetur uti suspectus in Regno nostro, quando Advocatus unius partis est cognatus Iudici, puta si Iudex, & Advocatus habeant duas sorores in uxores, vel si Advocatus ipse sit filius, vel gener Iudicis, vel è contra, quia tunc altera pars potest allegare Iudicem suspectum, *prag. 4. & 6. de suspit. offic.* Idem est si Advocatus sit frater utrinquè conjunctus, vel consobrinus, vel nepos Iudicis, quia tunc etiam Iudex removetur uti suspectus, *prag. 7. §. 2. de offic. Jud.* Quod procedit etiam in affinibus, & sic in marito sororis consobrinæ, & in marito nepotis Iudicis, qui si sint Advocati, Iudex ipse removetur uti suspectus, *prag. 5. §. 4. de munerib offic. prag. 7. de suspit. officiul.* quòd secus erat antea, ut docet *Anna sing. 397.*

78 Idem est si Patruus Iudicis sit Advocatus unius partis, quia adhuc Judex ipse redditur suspectus. *prag. 23. § 3. de off. Sacri Reg. Cons.*

79 Sic etiam Magister actorum non potest intervenire in causis, in quibus consanguinei, vel affines usquè ad quartum gradum interveniunt uti Advocati, & Procuratores sub pœna privationis officii, *d. prag. 23. de off. Sacr. Reg. Cons. & prag. 3. de Actuariis*, & de jure communi Actuarius non potest intervenire in causis, in quibus ejus pater est Procurator, *Mastrill. dec. 151. nu. 98.*

80 Sic etiam si uni parti consanguineus Iudicis sit Advocatus in alia causa tantum, quæ ventilatur coram alio Judice non consanguineo, & non sit Advocatus in illa causa, quæ ventilatur coram Judice consanguineo, adhùc Iudex consanguineus potest recusari uti suspectus, *prag. 7. de suspit. offic.* & docet *Regens Rovit. d. prag. 1. nu. 12. de susp. offic.* quod secus est de jure communi, *Marant. d. actu 2. nu. 55. & Graff. d. except. 24. post nu. 90.*

81 Sed quando Iudex est pariter conjunctus Advocatis ambarum partium, & tunc non potest recusari uti suspectus, *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 14. de susp. offic.*

82 Et in tantùm Iudex non potest intervenire in causis, quas defendunt Advocati consanguinei ipsius Iudicis, in quantum Iudex ipse sit recusatus uti suspectus, aliàs si litigantes contententur, ut ipse Iudex interveniat, & tunc non removetur uti suspectus, *prag. 6. de suspit. offic.* nam Iudex suspectus, quousq; suspicio non proponatur legitimè procedit, ut dixi supra hoc eodem *cap. nu. 14.*

83 Et Advocati partium non possunt intervenire in causis, in quibus sunt Iudices consanguinei ipsorum Advocatorum, nec publicè, nec secretè sub pœna privationis officii ipsis Advocatis, & litigantibus sub pœna ducatorum mille, *prag. 1. § 4. de causis decid. & prag. 23. in principio, & in § 3. de offic. Sacri Reg. Cons.* sed hodiè tales Advocati consanguinei Iudicum non possunt acceptare advocationem causarum, quas cognoscere debent Iudices consanguinei sub pœna sex mensium privationis officii pro prima vice, & pro secũda unius anni, & pro tercia sub pœna privationis in totum ab officio advocationis, *prag. 16. de suspit. officialium.*

84 Sed *d. pragm. 23 § . 3.* dicit, ut Iudices non interveniant in causis, in quibus eorum consanguinei sunt Advocati litigantium, & sic dictæ pragmaticæ videntur inter se contrariari, & *Reg. Rovit. in d. prag. 1. num. 9. cum duob. seq.* agnoscens contrarietatem dicit, quod quando officialis est causæ Commissarius, & tunc ipse intervenit, & Advocatus consanguineus prohibetur intervenire, sed quando officialis non est causæ Commissarius, sed unus ex votantibus, & tunc ipse officialis intervenire non potest, sed *ejus* consanguineus potest patrocinari, verùm dicit per *d. prag. 16.* hoc esse ampliatum etiam quò ad votantes, qui possunt intervenire, sed ejus consanguinei non possunt patrocinari, undè adhuc durat contrarietas, sed ego dico, quòd quando quis incepit patrocinari in aliqua causa, si posteà consanguineus ipsius Advocati efficiatur Iudex, ipse Iudex est suspectus, & non potest intervenire in dicta causa, sed quando quis incepit judicare in aliqua causa, & tunc consanguinei ipsius Iudicis non possunt in dicta causa patrocinari, & ità puto, dictas pragmaticas posse conciliari.

85 Septimò, Iudex removetur uti suspectus si fuit testis in causa, nam non potest esse Iudex in eadem causa, *l. fin ff de testibus, prag. 64. de offic. Sacri Reg. Cons.* & docent *Marant d. actu 2. nu. 54. de Nigris in cap. Regni prolixitatem nu. 43. Graff. d. except. 24. nu. 103. Decius in l. prætor nu. 4. de jurisd. omn. jud. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 21. nu. 23. & Thor. in supplem. dec. ver. suspitio, fol. 624.*

86 Octavò, Advocati non possunt esse Iudices in causis, quas defendunt *l. fin. C. de assessorib. cap. postremò, de appellat. & D. Reg. Merlin. controver. forens. centuria 1 cap. 37. nu. 5.* & hoc procedit etiam si ambæ partes consentiant, nam adhuc advocati

non possunt esse Iudices, *prag.15.§.18.de suspit. offic.* & docent *Reg.Tapia dec.S.R.C.40.* & *Cancer. variar resolut.cap.21.nu.42.* Quod amplia,&

87 Primò, ut Advocati non possint esse Iudices, etiam derelicta advocatione, *Caravit.ritu 11.num. 5.* alias acta sunt nulla dato, quòd nulla opposita sit causa suspitionis, *cap.postremò.extrà de appellat. l.quisquis,C.de postulando,*& docet *Reg.Rovit. in d. prag.1.nu.49.* & *in prag.11.nu.4.de suspic.official.*

88 Secundò amplia, si Advocatus suscepit patrocinium, sed non sit informatus de causa, & non incepit præstare patrocinium, nam adhùc non potest esse Iudex in ipsa causa, *Anna sing.8.*

89 Tertiò amplia, si Advocatus fuit revelata secreta causæ à suo cliente, nam licèt causam non defendat, si tamen ipse Advocatus suum votum elienti propalaverit, potest recusari uti suspectus, *Decius in l.Prætor.nu.4 ff.de iurisd.omn.iud. Marant. d.act.2.nu.52.* & *Reg.Rovit.d.prag.1. nu.51.de suspit.offic.* Immò si ipse Advocatus propalavit votū contra clientem, si fuerit electus officialis, in ipsa causa potest recusari ab ipsomet cliente, ut ità decisum testatur *Mastrill. decis.151. nu.35.* & *seq.* quòd secùs si propalavit votum in favorem clientis, quia tunc puto, non posse ab ipso cliente allegari suspectum, prout est quando quis patrocinatus sit pro aliquo, nam potest recusari à parte adversa, & non ab ejus cliente, si ipse Advocatus fuit factus officialis *glos.in cap fin in fine,de testib.in 6. Decius in d. l. Prætor nu.4.* Sed quod cliens possit allegare suspectum suum Advocatum, qui postea effectus fuit Iudex, dicit decisum *Mastrill. d. decis. 151.* & *Mastrillum sequitur Riccius coll.1612.*

90 Quartò amplia, nam Advocatus, licèt nòn dum præstitit patrocinium pro cliente, si tamen interuens de salario sic conventum, adhùc ipse Advocatus redditur suspectus in judicando in dicta causa, nam lacta conventione de salario, quis dicitur Advocatus *l.1.§. Advocatos ff. de variis extraord. cognit.Decius in d.l.Prætor nu.4.in fine.*Et Advocatus dicitur inimicus parti adversæ, contra quem patrocinium præstitit *glos.in l si pecuniam, ff.de condit.causa data,Reg.Rovit.d.prag.1.num.53.de suspit.offic.* & *Caravit.ritu 288.nu.32.* undè si fit illatum vulnus procuratori per partem adversam, præsumitur illatum ex causa litis, dummodò alia causa non existat, *Riccius coll.2100.ver.de vulnere.*

91 Quintò amplia, nam licet exeptio recusationis Iudicis debeat opponi infrà quatraginta dies à die intimationis primi libelli, ut dicam infrà *nu.129.* tamen exceptio recusationis Iudicis, ex quo fuit Advocatus in causa, potest opponi in quacunque parte judicii, elapsis dictis quatraginta diebus, & ità decisum, testantur *D.Reg.Merlin. d.cap.37.nu.12.* & *seq.* & *Thor.d.ver.suspitio, fol. 624.* & faciunt dicta per *D.Reg.Sanfelic.dec.86.nu. 11.* & est ratio, nam Advocatus unius partis non potest esse Iudex in eadem causa, etiam ambabus partibus consentientibus, & dixi suprà *n.86.* ergo si partes expressè non possunt consentire, ut Advocatus si Iudex in causa, à fortiori, neque hoc facere possunt tacitè, permittendo labi tempus dictorum quatraginta dierum.

Sextò amplia, ut idem sit in procuratore, qui non potest esse Iudex in causa, in qua fuit procurator *Seraphinus dec.78.* & *Riccius coll.1747.*

92 Sed limita, & primò, ut Advocatus possit esse Iudex in causa limita inter diversas personas, si causa, quam defendit, sit finita, vel ipse Advocatus ampliùs in dicta causa non interveniat, alias secus, *de Franch.decis.87 nu 18.Reg.Rovit. d. prag. 1.nu.50.Reg.Sanfelic.dec 78.Reg.de Ponte dec.32. in principio,* & *Mastrill.d.dec.151.nu.56.* ubi *nu 49.* & *seq.*dicit, quòd si Advocatus Fiscalis sit factus Iudex, redditur suspectus in causis, in quibus fuit Advocatus pro Fisco, sequitur *Riccius coll.1612.* & *2118.*

93 Secundò limita, nam Advocatus redditur suspectus in judicando in causa, ubi fuit Advocatus, secùs in alia causa sui clientis, in qua non redditur suspectus, *Dec.in d.l.Prætor num.4 ff.de jurisd. omn. jud.Marant.d.act.2.nu.42.* & *de Nigris in d. cap. Regni prolixitatem nu 50.* nisi ipsa causa originem habeat à causa, ubi fuit Advocatus, vel ei esset connexa, quia tunc etiam recusari potest, ut docet *Grassus d.except.24 nu.86.* & ità decisum testatur *D.Reg.Merlin. controver.forens.tom.2. cap.37.nu 9.* & *seq.*

94 Nonò, si Iudex inquirat ex officio contra delinquentem, ipse Iudex potest inquisitum ipsum suspectum allegare in causa sui sindicatus *Reg. Rovit.d.prag.1.nu.59.*

95 Decimò, si Judex non expectat sibi processum asportari, sed illum sibi asportari procuret, in hoc casu redditur suspectus in ‘pla causa, *Reg.Rovit.d. prag.1.nu.61 de suspit.offic.* ubi *nu.45.*citat, quòd si ab initio Judex pertinaciter assumeret sibi causam, ingerendo se animosè ad judicandum, ex hoc redditur suspectus.

96 Undecimò, si Judex sit amicus inimici mei, potest à me recusari, uti suspectus in causa mea *Reg. Rovit.d.prag.1.nu.62.*nam dicitur meus inimicus, qui copulat amicitiam cum inimico meo, *Marant. d.actu 2.nu.37.*

97 Duodecimò, si habeo litem cum Iudice, ipse Judex est etiam susp. ctus, & in aliis causis meis *prag. 15.c.16.de suspit.offic.*& idem est de jure communi, ut docent *Caravit.ritu 208.nu.32.Vivius dec.363. Mastrill.dec.151.num.58. Riccius coll.1612.Grass.d. except.24.nu.63.* & *Marant.d.act.2. nu.47.* Undè si sit lis inter aliquos de præcedētia ratione majoris, vel minoris dignitatis in officio, in hoc casu possunt ipsi litigantes ad invicem inter se recusare in aliis causis, *Reg.de Pont.dec.30.* & *Reg.Rovit. dec.80.nu.12.*Immò quando lis est magna, itàut ex ea oriatur inimicitia capitalis, & tunc non solum ipsi litigantes possunt inter se recusari in judicando in eorum causis, sed etiam consanguinei, & affines usquè ad secundum gradum dictorum litigantium possunt recusare dictos litigantes, ut non judicent in eorum causis, *d.prag.15.d.§.16.* & inimicitia, quæ provenit ex causa civili omnium, vel majoris partis bonorum, dicitur capitalis, ut dixi in *praxi forjud.cap.4. nu.39.*

98 Decimotertiò, Magister removetur uti suspectus in causa sui discipuli, quam habet cum extranea persona, secùs si ipse discipulus habeat causam cum alio discipulo, quia tunc non redditur suspectus, *Reg.Rovit.d.prag.1.nu.69. de susp.off.*

99 Decimoquartò, si adversarius sit Iudex alterius cau-

causæ Iudicis meæ litis, quam habeo cum ipso adversario Iudice, in hoc casu Iudex meæ litis redditur suspectus, ità decisum, testatur *D. Reg. Sanfelic. dec. 81. nu. 4.* & docet *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 70.* ubi dicit, idem esse si Iudex ut vassallus adversarii mei, nam adhuc efficitur suspectus, & est *tex in cap. accedens 10. 1. extra, ut lite non contest.* & docent etiam *Graff. d. except. 24. nu. 100. Guazz. d. dec. 1. d. cap. 21. nu. 32. & Marant. d. act. 2. nu. 40.* ubi *nu. 41.* dicit, quod si Iudex ut vassallus inimici mei, redditur suspectus in judicando, tàm in causa, quàm coram eo habeo cum ipso inimico meo quã in causa, quam coram eo habeo cum non inimico meo, & sic è contrario, si superior sit Iudex in causa sui subditi, in hoc casu recusari potest, uti suspectus ab altera parte, qui non est subditus, *cap. causam, quæ, de offic. deleg. Graff. d. except. 24. nu. 101. & Marant. d. act. 2. nu. 58.*

100 Decimoquintò, fidejussor non potest esse Iudex in causa sui principalis, nam in ea, uti suspectus removetur *Reg. Rovit. prag. 8. nu. 6. de suspit. offic. & Marant. d. act. 2. nu. 65.* sed fidejussor potest esse arbiter in causa vertente inter creditorem, & principalem debitorem, *Lanfran. de arbitris, § haclenus, ver. quaro decimo, & Bancus de compromisso, qu. 2. nu. 61.*

101 Decimosextò, Advocatus Fiscalis potest allegare suspectum Iudicem consanguineum inquisiti, contra quem ipse Advocatus Fiscalis intervenit, *R. Rov. d. prag. 1. n. 52. cum plurib. seq. de suspit. offic.*

102 Decimoseptimò, licèt si Iudex cum juramento dicat, non vidisse litigantes, & propter hoc eos non salutasse, hæc non sit causa sufficiens ad Iudicem recusandum, & non solvendum pœnam, *d. prag. 15. §. volemo, che non sia causa bastante, de suspit. offic.* tamen si Iudex dicat, vidisse litigantes, & eos non salutasse, tunc est justa causa recusandi dictum Iudicem *Reg. Rovit. d. prag. 15. §. volemo, che non sia causa bastante, nu. 1.* nam inimicus censetur ille, qui non salutat, & ideò recusari potest ab eo, quem non salutavit, *Marant. d. act. 2. nu. 50. Mastrill. decis. 151. nu. 46. Giurba cons. 88. nu. 21. & Petrus Franc. de Tondutis, in tract. de præventione, cap. 26. nu. 37. & Guazzin. d. def. 1. d. cap. 21. post nu. 5. in fine, & nu. 37.* ubi dicit sufficere, si semel Iudex non salutavit litigantes, ad hoc, ut litigantes propter hoc possint ipsum Iudicem recusare.

103 Decimoctavò, si Iudex accipiat munera ab una parte, potest recusari uti suspectus ab altera parte, *Marant. d. act. 2. nu. 62.* ubi *nu. 66.* dicit, quòd Iudex removetur uti suspectus ab una parte, si ab alia parte fuit pretio, vel precibus corruptus.

104 Decimonono, Canonicus Iudex redditur suspectus in causa sui Canonici, *cap. cum reo. de offic. deleg.* & docet *D. Reg. Sanfelic. decis. 81. nu. 9.* ratio est, quia Canonici dicuntur fratres, *cap. quinta, & cap. novit. de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capit.* sed frater repellitur à judicando in causa fratris sui, *Jus. in l. apertissimi C. de judiciis*, ergo ita, & Canonicus redditur suspectus in causa sui Canonici, *Riccius dec. 179. par. 1. & Maranta d. actu 2. nu. 56.* ubi *nu. seq.* hoc limitat, quando ambo litigantes sunt Canonici, quia tunc non redditur suspectus.

105 Vigesimo, si Iudex uti privatus habeat causam consimilem alterius causæ, in qua ipse est Iudex, ab ipsa causa repellitur uti suspectus, *cap. causam, de judiciis*, & docent *Marant. d. actu 2. nu. 46. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 21. nu. 13. Vivius dec. 363. num. 6. Graff. d. excep. 24. nu. 64. & Mastrill. dec. 151. num. 62.*

106 Vigesimoprimò, si Iudex in causa judicavit certo modo, potest uti suspectus recusari in alia causa simili, nam non est verisimile, quod sit sibi contrarius, nam præsumitur, ut semper eodem modo judicaverit, *Capyc. dec. 146. Guazzin. d. cap. 21. num. 24. Mastrill. dec. 129. & d. dec. 151. num. 59. Riccius coll. 1612. Reg. Sanfelic. dec. 78. & Reg. Rovit. d. prag. 1. n. 64. de suspit. offic.*

107 Sed si Iudex composuit librum, & ibi suam patefecit opinionem de articulo, de quo est tractandum, in hoc casu cessat suspitio, *Thor. comp. decis. to. 2. ver. suspitio, Novarius in coll. super prag. 15. num. 42. de suspitione offic. D. Reg. Sanfelic. d. dec. 78. & de Angelis ad Gizzarel. dec. 66. post nu. 7.*

108 Vigesimosecundò, qui fuit Iudex in prima instantia, redditur suspectus in judicando in causa appellationis, & sic in secunda instantia, *Marant. d. act. 2. nu. 63. & Guazzin. d. cap. 21. nu. 43.* ratio est, quia non præsumitur mutare opinionem ab eo, quod jam dixit, *de Nigris d. cap. Reg. prolixitatem, num. 43. & seq. & Graff. d. except. 24. num. 88. & seq.* Quod amplia etiam si in secunda instantia fuerint factæ novæ probationes, nam adhuc ipse, qui fuit Iudex in prima instantia redditur suspectus in judicando in secunda instantia in eadem causa, *Mastril. dec. 151. nu. 60. & seq.* sic etiam si Iudex à quo, qui tulit primam sententiam, à qua fuit appellatum adeptus fuit locum Iudicis ad quem, in hoc casu ipse non potest procedere in secunda instantia, *Rota Romana dec. 24. Bart. in l. eos, nu. 6. C. de appellat. Vivius dec. 363. nu. 6. & Riccius coll. 2612.* sed *Bald. & Salyc.* tenent contrarium, nam tunc ipse Iudex procederet in causa appellationis, & novus homo, verùm ipse *Bal. & Salyc.* ex authoritate *glosa, in d. l. eos, ver. provocatum* dicunt, quòd benè facit ipse Iudex, si non cognoscat, sed alteri causam committat, *Muscatel. in praxi appellat. parte 3. glosa instantia, nu. 22.*

109 Sed filius Iudex appellationis est suspectus in causa, quam ejus pater determinavit in prima instantia, *Mastrill. d. dec. 151. nu. 23. cum plurib. seq.* & licèt contrarium teneat *Riccius coll. 1612. in principio*, tamen primam opinionem sequitur *D. Reg. Sanfelic. dec. 77. nu. 9.* in qua decis. dicit ipse *D. Reg. Sanfelic.* quòd pater, & filius insimul in eodem Tribunali judicare possunt in causis.

110 Et Iudices Magnæ Curiæ non possunt votare in Regio Collaterali Consilio, quando fit relatio alicujus causæ vertentis in ipsa Magna Curia ipsi Regio Collaterali Consilio, ut decisum refert *Anna alleg. 18.*

111 Sed si partes consentiant, ut qui fuit Iudex in prima instantia, sit Iudex in causa appellationis, & tunc talis consensus valet, *Cepolla cautela 199. num. 4.*

112 Sic etiam Princeps potest de plenitudine potestatis committere causam appellationis eidem Iudici à quo, *Bal. in d. l. eos, & Muscatell. ubi supra, num. 21.*

113 Sic etiam à sententia Præfecti Prætorii appellatur ad eundem Prætorium, & causa reclamatio-

nis deciditur ab eodem Tribunali, *Auth. quæ supplicatio, C. de precib. imp. offer.* & causa reclamationis committitur eidem Aulæ, sed diverso Commissario, *Affl. dec. 231. & de Franch. dec. 335.*

114 Vigesimotertiò, Iudex removetur uti suspectus, quando est valdè amicus cum altera parte, *Alex. in l. apertissimi, C. de judiciis Osascus dec. 15. num. 8. Bar. in l. sciendum, §. 1. ubi Jas. nu. 7 ff. qui satisd. cogant, & Guazzin. d. cap. 21. nu. 20.* nam conjunctus magna amicitia, habetur pro consanguineo, *Hipp. de Mars. in rub. de fidejussorib. n. 277. & 280.* & talis amicus venit appellatione suorum, *glos. in l. 2. C. ex quib. causis solo conf. lib. 10.*

115 Hinc etiam amicus repellitur à testificando pro amico, *l. 3. ff. de testib.* ita hæc omnia docet *Graff. d. except. 24. num. 47. cum plurib. seq.* secus si amicitia sit modica, quia tunc propter eam Iudex non potest recusari, *Marant. in suo speculo par. 6. d. act. 2. nu. 43.*

116 Vigesimoquartò, Judex potest recusari uti suspectus si sit uni parti nimis familiaris, *cap. insinuante, ubi glos. & DD. de appellat. Graff. d. except. 24. nu 91.* ubi *nu. 92.* dicit, idem esse si sit commensalis, & *nu. 93.* dicit, idem esse, si Judex sit socius unius ex litigantibus, vel si habitent in eadem domo, idem tenet *Marant. d. act. 2. nu. 59.* & idem est si Iudex, & pars hospitentur, & comedant simul in accessu pro visura loci differentiæ, nam in Regno ex hoc potest recusari, *Reg. Rovit. d. prag. 1. num. 63. de suspit. offic. & in prag. 63. de offic. Sacri Regii Cons.* sed si judex sit nimis familiaris cum Advocato unius partis non per hoc redditur suspectus, *de Angelis ad Gizzarel. dec. 66. post n. 7.*

117 Vigesimoquintò, Iudex potest recusari uti suspectus, si sit ejusdem patriæ cum litigante, si sint in partibus longinguis. *cap. pen. extra, ut lite non contestata, Bart. in l. fin. ff. de offic. assess. Guazzin. d. cap. 21. nu. 11. & 52. de Amicis cons. 52. nu. 13. & Graff. d. except. 24. num. 56.* ubi *in fine* dicit, idem esse in testimonio ferendo, citat *cap. accedens, ubi Bald. extra, ut lite non contestata.*

118 Vigesimosextò, Iudex potest recusari uti suspectus, quando propalavit votum suum partibus, *Guazzin. d. cap. 21. num. 39. & 64. Abb. & alii in cap. irrefragabili, §. excessus, de offic. ord. Novarius in coll. ad prag. 15. num. 41. de susp. offic. & Graff. d. except. 24. num. 80.* ubi *num. 81.* dicit, quòd ipse Iudex, qui propalavit votum suum parti, punitur pœna falsi, & est *tex. in l. 1. ff. de falsis. & in l. observandum, ff. de offic. Præsid.* & docet, *Reg. Rovit. d. prag. 1. num. 59. de suspit. offic.* & dicam infra *cap. 33. num. 387.* Et Judex propalans suum votum antè sententiam efficitur suspectus ipso jure, *Vivius dec. 36. & 363.* & sententia lata à Judice votum propalante ante dictam sententiam, dicitur nulla ipso jure, *Mastril. dec. 72. & Castill. dec. 6.* & Judex efficitur suspectus dato, quòd expressè non propalavit suum votum, sed tantùm tacitè hoc faciat, *Riccius coll. 1526.* Undè meritò Consiliarius Varela in causa homicidii commissi in personam Illustrissimi Marchionis Oyræ per Illustrissimum Marchionem Piscariæ fuit uti suspectus recusatus, ex quo protulit hæc verba, *così l'hà fatto ammazzare il Marchese d'Oira il Marchese de Pescara, come io sono il Consigliero Varela*, ut refert decisum *D. Reg. Sanfel. dec. 80. num. 5.*

119 Vigesimoseptimò, Judex potest recusari uti suspectus, si ipse minatus fuit, se velle nocere parti litiganti coram eo, nam in hoc casu redditur suspectus in judicando *Abb. in cap. cum super vers. tertia causa de offic. deleg. Guazzin. d. cap. 21. n. 28. & 36. Graff. d. except. 14. n. 105. & Marant. d. act. 2. n. 49.*

120 Vigesimo octavò Iudex redditur suspectus, si pars contraria ipsi Judici secretè alloquatur in aure, quia tunc potest ab altera parte recusari, *Marant. d. act. 2. num. 44. Riccius in praxi part. 2. resol. 22. Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat. cap. 3. n. 10. in fine, & Graff. d. except. 24. num. 60.* ubi *n. 61.* hoc limitat, si deindè Iudex palam dicat ea omnia, quæ litigator sibi ad aures loquutus fuit, & idem tenent *Addentes ad Lanfranc. d. cap. 3. n. 3. & n. 62.* ipse *Graff.* ibi hoc etiam limitat, quando Judici fuisset commissum, ut expediat causam sine strepitu, & figura judicii, quia tunc neque ipse Judex recusatur propter talem alloquutionem, idem tenet *Guazzin. in d. cap. 21. num. 26.*

121 Vigesimonono, Judex redditur suspectus, si sit nimis severus, & crudelis, *Guazzin. d. cap. 21. nu. 46.* Immò ipsi Iudici propter sevitiam in totum potest tolli jurisdictio, ut dixi supra *cap. 8 num. 105.* & docet *Marant. d. act. 2. num. 68.* ubi *num. 69.* dicit, idem esse, si ipse Iudex esset indiscretus, & an Iudex ingratus, & malæ gratiæ possit recusari, vide *Regentem Rovitum d. prag. 1. num. 72. de suspit. offic.*

122 Trigesimò, si quis præstet patrocinium in favorem alicujus contrà Iudicem, ipse Judex potest allegari suspectus per ipsum Advocatum in suis causis, *de Marinis quotid. resol. cap. 210. & Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3. ver. suspectus Iudex, fol. 306.* nam Advocatus incurrit inimicitiam partis adversæ, contrà quam patrocinium præstitit, *Reg. Rovit. d. prag. 1. num. 53. de susp. offic.* ubi *nu. 55.* dicit, quòd suspitio fundata in odio contracto ex causa advocationis sit justa causa revocandi Iudicem.

123 Trigesimoprimò, si Iudex procedat in causa animosè, efficitur suspectus *Marant. d. act. 2. nu. 45.* Et Iudex procedens ad sententiam cum magna celeritate sententia ipsa dicitur nulla, *Marant. in suo speculo par. 4. dist. 16. nu. 16. Cabal. resol. crim. casu 286. num. 42. & Guazzin. ad defensam reorum def. 35. cap. 21.* Et Judex debet benè ruminare negotium, & non celeriter proferre sententiam, *l. Judices, C. de judiciis Hipp. de Marsil. in pract. crim. §. occurrunt, num. 1.* Et præcipitata voluntas Iudicis est noverca justitiæ, *Cardinalis in clem. pastoralis, §. verum de rejudic. & Hipp. de Marſ. d. §. occurrunt, n. 2.* & Iudex debet pluries processum legere, & videre videnda, *Regens Rovit. in prag. 1. num. 6. de officialib.* Et quando Iudex est ignarus debet peritiores consulere, *Reg. Rovit. in prag. 1. nu. 4. de officialib.* Sed *Hipp. de Marſ. ubi supra post n. 3.* dicit, quòd ignarus non debet acceptare officium, nam periculosum est consulere alios, & quis non debet acceptare officium, nisi prius virtute valeat *Sapientia cap. 7.* & docet *Reg. Rovit. in rub. de sale vendendo, num. 11.* ubi *num. 6.* dicit, quòd Iudex debet habere duplicem salem, unus sapientiæ, & alter conscientiæ. Et Iudex debet esse justus apud Deum, nam propter peccata nostra nescimus dubia causarum discernere, *Affl. dec. 404. in fine,* & Iudex debet esse justus, & incorruptibilis, *prag. 2. de triges. & salario officialium,* & Iu-

Iudex debet judicare secundùm veritatem, & nullam debet facere exceptionem personarum, *cap. 8. de re judic. in 6. l. si cum dies, § si arbiter in fine, ff. de arbitris, l. non debet ff. de reg. juris, cap, in judiciis, de reg. juris in 6.* & est *tex.* de jure Regni in *ritu 46.* ubi *Caravit. num. 1.* & Judex non debet pendere, nec ad dextram, nec ad sinistram *cap. Reg. 25.* & licèt pauperes, & personæ privilegiatæ habeant multa privilegia, tamen in judicando non ità ipsis favendum est, ut aliis injustitiam facias. *cap. ex tenore 11. de foro compet. cap. nuper 6 § quòd autem, de donat. inter virum, & uxorem,* & docet *Carleval de judiciis, tom. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7 num. 584.* & quando Iudex facit justitiam, dicitur minister Dei in terra, & ejus judicium dicitur prodire de vultu Dei, ut dixi in præfatione hujus. *tract. nu. 4.* & è contrario, quando Iudex facit injustitiam dicitur diabolus, & non Iudex, *cap. justum, 23. quæst. 2.* & justitia est magis accepta apud Deum, quàm immolare hostiam *Proverbiorum cap. 16.* & docet *Marant. in disp. 1. n. 16. in fine suæ pract.* & Iudex malè judicans condemnat se ipsum, *l. rem non novam. C. de judiciis ibi, cum ipsis etiam magis, quam partibus terribile judicium est.*

124 Sed licèt Iudex teneatur judicare secundùm scripta, & allegata, *Vrsius decis. 178. & Riccius coll. a 108. circa finem,* tamen quando factum est notorium, Iudex potest judicare dato quòd non constet in processu, *Afflict. decis. 318, num. 4.* nam quod notorium est probatione non indiget, *Reg. Rovit. in prag. 1. n. 112. de tit. abusu,* sed Iudex non potest aliquem exhiliare ex causis suam mentem moventibus, si ex processu sit liberandus, & ideo fuit revocata sententia per quam quis fuit absolutus ab inquisitione, & condemnatus in exhilium ex causis mentem Iudicis dignè moventibus, ut refert *Trivisanus dec. 23. lib. 2.*

125 Trigesimo secudò, Iudex efficitur suspectus, si ejus filius habuerit beneficium collatum à personis Ecclesiasticis, vel à secularibus litigantibus coram dicto Iudice, *prag 9. de suspit. official.*

Sunt plures aliæ causæ, propter quas Iudex efficitur suspectus, de quibus latè per *Io. Franc. de Leonardis pract. offic. cap. 14. n. 15. per Lanfranc. in d. cap. 3. nu. 10. per Novarium in collect. ad prag. 1. de suspit. offic.* & per *Marant. in suo speculo par. 6. actu 2. d. nu. 27 usquè ad n. 74.*

126 Hæc exceptio recusandi Iudicem potest opponi antè litem contestatam, *l. apertissimi, C. de judiciis, & l. fin. C. de except. cap. Reg. prolixitatem,* & docent *Lanfranc. d. cap. 3. n. 1. Marant. d. act. 2. n. 74. & Muscatel. in praxi S. R. C. part. 2. glos. competentes, nu. 56.* nisi denuò superveniat causa suspitionis, quia tunc potest in quacunque parte litis opponi, ut in *cap. insinuante, de officio delegati,* quod amplia etiam post conclusionem, si post dictam conclusionem, dicta causa suspitionis superveniat, nam adhuc potest opponi, ut ità decisum, testatur *Riccius dec. 353. part 3.* & docent *Marant. d. num. 74. de Nigris in d. cap. Reg. prolixitatem, nu. 37. Guazzin. ad defens. reorum def. 1. cap. 19. num. 87. & 85. Grass. d. except. 24. num. 13. & 14. & de Leonardis, d. cap. 14. nu. 16.*

127 Sed nonnulli tenent, quòd si Judex post subscriptam sententiam, & traditam actuario, sed antè illius publicationem fuerit allegatus suspectus, adhuc sit supersedendum in publicatione; ita *Reg. Rovit. in prag. 1. post num. 44. de susp. offic.*

128 Et per *prag. 8 de suspit. offic.* hæc exceptio recusationis Iudicis potest opponi in quacunque parte judicii, dummodo opponatur antè conclusionem, nam post conclusionem amplius opponi non potest, *d. prag. 8.* Immò si partes velint probare denuò ad eorum notitiam pervenisse suspitionem, neque audiuntur post conclusionem ad illam allegandam, nisi sint minores, vel aliæ personæ, quibus in integrum restitui potest, quia tunc post conclusionem in causa, via restitutionis in integrum audiuntur ad illam opponendam, ut ità decisum testatur *de Franch. decis. 431.* & docent *Reg. Tapia dec S. R. C. 19. Reg Rovit. d. prag. 1. nu. 16 de suspit. offic. & Mastril. dec. 151. nu. 28. cum plurib. seq.*

129 Sed hodiè in Regno quis intra quatraginta dies à die intimationis primi libelli potest Judicem suspectum allegare, & non ultrà, nisi nova causa suspitionis superveniat, quia tunc ipsa nova causa potest opponi infra alios triginta dies à die natæ novæ suspitionis, *d. prag. 15 § che le parte, de susp. offic.* undè remanet correcta *d. prag. 8.* & non sufficit, causam suspitionis denuò ad notitiam partis pervenisse, sed est necesse, quòd denuò post lapsum dicti temporis ortum habuerit, *Mastril. d. decis. 151. num. 67. cum plurib. seq.* & probatur in *d. prag. 15. §. che le parte, & §. & elassi de suspit. offic.*

130 Quòd si quis non recusaverit Judicem suspectum intra dictum tempus, elapso dicto tempore, illum amplius recusare non potest, etiam si sit privilegiatus, & velit via restitutionis in integrum restitui, *d. prag. 15. §. & elassi, de susp. offi.* & licèt *Riccius coll. 1612. & Mastril. d. dec. 151. nu. 34* dicant, quòd persona privilegiata in hoc restituatur in integrum, non obstante tali statuto contrarium disponente; tamen opinio *Riccii, & Mastril.* potest procedere, quando statutum simpliciter disponit, ut minores excludantur à proponendo recusationem post certum tempus, nam restitutio in integrum non censetur exclusa, nisi expressè excludatur, ità *Jacob. Cancerius variar. resol. lib. 1. cap. 21. num 41. & lib. 3. cap. 12. num. 30.*

131 Et tertius superveniens in causa pro suo interesse, auditur infrà quatraginta dies à die quo venit in judicio ad allegandum Judicem suspectum, *Reg. Rovit. prag. 7. nu. 2. de suspit. offic.* nam tertius superveniens in causa pro suo interesse, potest Judicem suspectum allegare, ut dixi in *praxi for. jud. cap. 11. nu. 17.*

132 Quòd si principalis sit absens, & detur terminus ad denunciandum, & tunc supradicti quatraginta dies, intra quos litigans potest Judicem recusare, non currunt, nisi à die lapsi dicti termini ad denunciandum. *d. prag. 15. §. che le parte,* & quando terminus ad denunciandum absenti debeat concedi procuratori, & quando non, vide *Mastril. dec. 116.*

Sed suspitiò in personam Judicis potest allegari, etiam elapsis quatraginta diebus si ipse Judex fuit advocatus unius partis, ut dixi supra *num. 91.* & idem est si ipsa suspitio sit notoria, & appareat ex eisdem actis, quia tunc potest opponi, etiam elapsis dictis quatraginta diebus, ut decisum refert *Thor. in supplem. decis. vers. suspitio, fol 624.*

133 Et procurator non admittitur ad allegandum Iu-

Judicem suspectum; nisi habeat speciale mandatum, vel generale, & promittat de rato pro principali absente, vel petat terminum ab obtinendum speciale mandatum, *Reg. Rov. d. prag. 1. n. 75. de susp. offic.* Immò procurator, si non habeat speciale mandatum ad recusandum Judicem suspectum, non potest Judicem recusare, etiam si juret, habere Judicem suspectum, *Marcel. de Vulpe, in praxi judic fori Eccles. cap 25. nu. 7.* ubi *nu. 8.* dicit, quòd si procuratores ambarum partium de communi consensu Judicem impetraverunt, principales illum recusare non possunt, citat *cap. cum olim, de causa possess. & propriet.* nisi nova causa superveniat, quia tunc Judex ipse impetratus de communi consensu procuratorem ambarum partium, potest per principales recusari, *Imol. in cap. 1. n. 8. de judiciis, & Marcel. de Vulpe d. cap. 25. d. nu. 8.* sed quòd procurator sine speciali mandato non possit approbare Judicem suspectum juris suspitione, dicit *Jacob. Cancer. d. lib. 1. d. cap. 21. n. 47. in fine,* ubi *n. 42. in fine,* dicit, quòd procurator non potest allegare Iudicem suspectum, nisi habeat speciale mandatum. Sed quando dominus est absens, & Iudex sit suspectus, procurator potest allegare Iudicem suspectum, offerendo dominum ratum habiturum, & potest petere terminum ad habendum ratificationem, & speciale mandatum, *Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 43. n. 8.* ubi *n. 13.* dicit, quòd Iudex recusatus per sententiam potest appellare, citat *Abb. in cons. 92.*

134 Et scias, quòd per triginta dies à die propositæ suspitionis, pars, quæ allegavit Iudicem suspectum, debet probare suspitiones, allegatas, & compilare processum quò ad dictas suspitiones, aliàs, deindè non auditur, etiam si sit persona, & velit via restitutionis in integrum restitui, *d. prag. 15. §. 22. de susp. offic.*

135 Et elapsi dictis triginta diebus à die propositæ suspitionis, si non fuerit determinata dicta causa suspitionis, Judex allegatus suspectus potest procedere in causa, & dividitur depositum inter Iudicem, & Fiscum, *prag. 18. de susp. off.* undè remanet correcta *prag. 10. §. 3. & prag 11. de susp. off.* quæ volebant, ut infra quindecim dies à die dati termini ad probandum suspitiones determinaretur instantia suspitionum Iudicum, ut advertit *Reg. Rovit. prag. 9. num. 2. de suspit. off.*

136 Et scias, quòd admittitur nominatio testium in causa recusationis, & suspitionis judicum, ut ità decisum, testatur *Reg. Rovit. in prag. 7 n. 28. de ordin. judic.* & interim terminus supradictorum dierum triginta ad probandas suspitiones non currit *Reg Rovit. prag. 9. n. 4. de susp. off.* ubi dicit, quòd neque currit dictus terminus dierum triginta ad probandum suspitiones, si facto adversarii, pars impediretur facere dictas probationes.

137 Et probationes in materia suspitionis Judicis debent esse clare, *prag. 40 de off. Sacri Reg. Cons.* & non admittur juramentum suppletorium, *Reg. Rovit. prag. 9. n. 6. de susp. off.*

138 Et ad probandum suspitiones judicum non admittuntur fides Authenticæ, etiam personæ dignitatem habentis, sed ipsa debet formiter examinari cum juramento, & parte audita, *prag. 15. §. 21. de susp. off.*

139 Sed Judex in causis suspitionum tenetur deponere uti principalis, *Thes. dec. 6. Guazzin. ad defens. reorum def 1, cap. 19 n. 24. Reg. Rovit. in prag. 1. n. 41. de suspit. off. & de Franch. dec. 408. n. 28* sed principalis litigator non compellitur deponere ut principalis in ipsis causis suspitionum, *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu 41. de susp. offic. & Novarius in collect. 213. nu. 9. in antiqua impressione.*

140 Sed advertas, quòd suspitio contrà Actuarium probatur solo juramento partis, dicentis, ipsum Actuarium habere suspectum, *Affl. in const. Regni Justitiarii per Provincias, n. 5. Beer. dec. 158. n. 7.* & ità ubi varii, testatur *Anna sing. 489.* & licèt contrarium teneat *Foller in d. const. Reg Justitiarii per Provincias, n. 31. & seq.* tamen prima opinio est vera, *Petrus Franc. de Tondutis in tract de præventione, cap. 26. n. 3. & D. Reg Sanfel. dec. 287. n. 2.* ubi *n. 8.* dicit, quòd quando Actuarius est recusatus suspectus solo juramento, causa, & emolumenta remanent penes ipsum, & datur adjunctus; Immò Judex, sumptis summariæ, & extra judicialiter informationibus de suspitione actuarii, potest dictum actuarium removere, & alium substituere, *de Laurent. de Judice suspecto, cap. 6. nu. 3 & Pet. Franc. de Tondutis in tract. de præventione cap. 16. nu. 6.* sed actuarii Sacri Regii Consilii non possunt recusari uti suspecti, nisi discussis capitibus suspitionis in Rota, in qua agitatur causa *Muscatel. in praxi S. R. C. part. 5. glos. suspectum, n. 11. Reg. Rovit. d. prag. 1. n. 19. de susp. offic. de Angelis ad Gizzar. dec. 66. n. 4. & 5. Thor. in supplem. vers. magistri, fol. 319. Mastril. d. dec. 151. n. 90. cum plurib. seq. & D. Reg. Sanfel. d. dec. 287. n. 5.* ubi *n. 6.* dicet, idem esse in recusatione Secretarii Collateralis Consilii, & Scribæ à mandatis, & Cancellarii, & quando allegatur suspectus Secretarius Regni fit depositum, ut dicam infra hoc *cap.* post *n. 151.* & idem est in actuariis Magnæ Curiæ, qui non possunt recusari solo juramento, sed capita suspitionum debent proponi, ut irà decisum testatur *Thorus in supplem. dec. ver. actuarius, fol. 5.* sic etiam Civitate Avenionensi Actuarius non potest removeri uti suspectus, nisi propositis, & probatis legitimis causis suspitionum, *Petrus Franc. de Tondutis d. cap. 26. n. 3.* ubi *n. 4. & 5.* dicit, hoc non procedere in ejus substituto, qui potest solo juramento recusari, nam statutum illius Civitatis loquens de actuario, non extenditur ad ejus substitutum, sic etiam omnes alii actuarii loquendo de jure communi, quando res non est integra, puta si sit inceptum in causa, non recusantur uti suspecti, nisi nova causa superveniat, & quòd causa sit legitima, & probata, & non recusantur solo juramento *Pet. Franc. de Tondutis d. cap. 36. n. 6. & Reg. Rovit d. prag. 1. n. 19. de susp. offic.* Immò in aliis actuariis, quàm Sacri Consilii etiam requiritur causa, sed quòd non sit satis urgens, & in hoc satis operabitur Judicis arbitrium, *Caravit. ritu 265. n. 8. & 9. & Muscatel. d glos. suspectum, n. 11.* & de jure communi actuarius non solo juramento recusatur, sed præcedente informatione de suspitione, *de Laurentiis d. cap. 6. n. 3. & Pet. Franc. de Tondutis d. cap. 26. nu. 10* & actuarius potest recusari uti suspectus, *Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat. cap. 3. n. 2.*

141 Sic etiam consultor, re integra, solo juramento

to potest ut i suspectus recusari, secus re non integra. *Alex. cons. 104. vol. 5. Guaz. d. def. 1 d. c. 19. n. 19. & Danza de pugna DD. to. 1. tit. de offic. attuarii, nu. 8.* & consultor potest recusari uti suspectus, *Laufranc. d. cap. 3. nu. 2. & Vivius dec. 363. nu. 9.* ubi nu. 10. dicit, quòd quando fit electio consultoris debent citari partes ad dandam illam suspectorum, aliàs votum per consultorem factum non valet, sed est nullum.

142 Sic etiam sindicatores electi ad sindicandum officiales possunt allegari suspecti solo juramento. *Paris. de Puteo de sindicatu, ver. suspitio, cap. 1. n. 1.*

143 Sic etiam quando Consiliarii S. R. C. adjunguntur Regiæ Cameræ, allegantur suspecti solo juramento, *Anna sing. 15.*

144 Sic etiam Commissarii, qui mittuntur in partibus ad recipiendum examen, possunt solo juramento recusari suspecti, *Farinac. pract. crim. quæst. 78. n. 123. & seq. & Guazzin. ad def. reorum. def. 13. cap. 10. post n. 2.* ubi dicit, quòd Commissarius deputatus cum brachio Regio adhuc potest recusari suspectus, & Commissarius potest allegari suspectus antequam sit acceptatus, secus post, *Caravit. ritu 157. nu. 13. & seq. & Guazz. n. d. cap. 10. nu. 2.* Et in Regno, dato termino, partes intra duos dies debent allegare suspectos ordinarios locorum, ut ipsis non committatur examen testium in partibus, aliàs elapso dicto biduo, postquam sint electi, partes non possunt eos allegare suspectos, etiam pro causa urgentissima, & per viam restitutionis in integrum, *prag. 77. §. 10. de offic. Sacr. Reg. Cons. quæ hodiè est 4 de dilat.*

145 Sic etiam quando causa suspitionis non potest exprimi sine scandalo, & præjudicio tertii, sufficit juramentum partis, *Cancerius variar. resol. lib. 1. cap. 21. nu. 35. in ultima impressione.* Et quando causa suspitionis est talis, quæ sine scandalo, & periculo exprimi, & decidi non potest, tunc potest adiri Princeps, qui habita informatione extrajudiciali de facti veritate, potest mandare sua authoritate, quod judex abstineat, *Ginoba dec. 48. & Reg. Rovit. prag. 40. nu. 3. de offic. Sacri R. g. Cons.* licet re vera causæ suspitionum non possint proponi per literas scriniorum Proregis, *prag. 13. & 14. de suspit. offic.*

146 Et licèt de iure communi non sit necessaria mentio causæ suspitionis ad recusandum officialem in libello recusationis, sed sufficiat tantùm cum juramento Iudicem suspectum allegare, *glos. in l. apertissimi, C. de iudiciis, & Abb. in cap. si quis contra, nu. 12. de foro compet.* tamen in Regno exceptio recusationis Iudicis propter suspitionem debet allegari in scriptis, & expressa causa suspitionis, ut in rita 265. & docet *de Leonard. in pract. offi. cap. 14. nu. 17.* & idem est de iure canonico, ut in d. ritu 265. & docet *Laufranc. d. cap. 3. nu. 4. cum 147 pluribus seq.* sed causæ suspitionum debent moderate proponi, aliàs non recipiuntur, *prag. 15. §. 10. de susp. off.* prout etiam est in appellatione, nam appelans debet moderatè factum narrare, aliàs punitur, *l. illud sciendum est. la. 1. ff. de appellat. & l. iudicis ff de injuriis.*

148 Et postquam causæ suspitionum sunt propositæ, antequam devenjatur ad probationes, ipsæ debent discuti si sint admittendæ si vel non, quòd si non sint admittendæ, & quo sunt frivolæ, puta si essent probatæ, adhuc non removerent Iudicem suspectum, & in hoc casu pars solvit ducatos quindecim, si verò sint admittendæ, & deindè non probentur, & tunc solvuntur ducati quinquaginta, quorum medietas applicatur Fisco, & altera medietas Judici, qui erat allegatus suspectus, *prag. 5. de suspit. officialium.*

149 Sed causæ suspitionum debent proponi, & subscribi per Advocatum causæ tantùm, & non ab aliis, qui Advocatus si proponat non admittendas, & illas nullitates, quæ non militant ad movendum Judicem suspectum, ipse Advocatus solvit pœnam sed si proponat suspitiones admittendas, & deindè ipsæ non probentur, & tunc pars solvit pœnam, *prag. 10. §. 4. de suspit. offic.*

150 Et hodiè quandò suspitiones non militant à principio, solvitur pœna ducatorum trigintà, & quando militant, sed non probantur, & tunc solvitur pœna ducatorum centum & non proceditur in causa suspitionis, nisi eodem tempore, quo recusatur Judex, fiat depositum supradictæ pœnæ, & formiter proponentur capita suspitionum *d. prag. 10. § 5. de suspit. off.* & Præses Sacri Consilii non potest causam suspitionis committere, nisi præcedentibus supradictis, *d. prag. 10. § 6.*

151 Et per *prag. 15. § 2. de suspit. offic.* est duplicata supradicta pœna, si causa excedat summam ducatorum quingentorum, intellige si causa suspitionis proponatur adversus Regentes Regiam Cancellariam, Secretarium Regni, adversus Consiliarios, & Præsidentem Sacri Regii Consilii, & adversus Locumtenentem Regiæ Cameræ, aliàs si adversus alios officiales etiam Regiæ Audientiæ, & tunc deponitur pœna contenta in *d. prag. 10. § 5.* ut probatur in *d. prag. 15. § 3.* Et quando allegatur suspectus Secretarius Regni, debet fieri depositum, *d. prag. 15.* & docet *D. Reg. Sanfelic. in additionib. ad prax. jud. ad sect. 40. quæ posita in fine dictæ praxis n. 3. & 4. fol. 267.* & non potest recusari solo juramento, ut dixi suprà hoc *cap. post nu. 140.*

152 Et novissimè in Regno non solum causæ suspitionum possunt subscribi ab Advocatis causarum ut diximus, sed etiam possunt subscribi à parte, vel ab alio nomine partis, si pars ipsa nesciat scribere, & quando scribuntur a parte, vel ab alio ejus nomine, & tunc fit depositum duplicatum supradictæ pœnæ, ut in *prag. 15. § 4. de suspit. offic.*

153 Et supradicta pœna, quæ debetur ex suspitionibus frivolè propositis, vel legitimè propositis, & non probatis, non potest remitti per Judicem, quando fuit dictum suspitiones non obstare, nam pars dicitur ipso jure condemnata ad dictam pœnam, *d. prag. 10. §. 6. de susp. offic.* sed *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 18. & in prag. 9. nu. 10. de susp. off.* dicit contrarium fuisse decisum, & observari, & idem tenet *Novarius in coll. 217. nu. 1.* sed per *d. prag. 15. § 5. & per prag. 16. § 2. de suspit. off.* pœna supradicta non potest remitti, dato quòd pars renunciet suspitiones propositas, & dato quòd suspitiones à principio non sint admissæ ex quo non fuerunt propositæ in tempore statuto *d. prag. 16 § 2.* & docet *Reg. Rovit. in prag. 11. nu. 3. de susp. off.*

154 Undè hodiè in Regno non est tuta opinio Doctorum asserentium, quòd si fuerit proposita causa suspitionis, sed non fuerit probata, si proponens dictam

ctam causam renunciet, & cedat articulum suspicionis ante latam sententiam, in hoc casu evadit pœnam in pragmatica, contentam, ut dicit *Anna in cap. 1. n. 249. de vassal. decrep. ætatis*, nam hoc durum esse obtinere, testatur *Mastril. dec. 151. n. 89.* & maximè in Regno nostro per *d. prag. 15. §. 5. de susp. off.*

155 Et non probans causas suspicionem ultra supradictam pœnam pecuniariam, punitur pœna extraordinaria, ut in *d. ritu 265.* ubi *Caravit. n. 23.* & est *prag. 40. de offic. Sacri Reg. Cons.* quæ non est derogata per pœnam impositam, deindè per alias pragmaticas imponentes suprad. pœnam pecuniariam,

156 nam pœna imposita per legem antiquam non tollitur per legem novam imponentem leviorem, vel graviorem pœnam, *l. qui sepulchra, C. de sepulchro violato, l. si cum qui. ff. de exercitat. act. l. 3. in princ. ff. de libero homine exhib. l. quoties. ff. de act. & obl.* & docet *Reg. Rovit. in prag. 35. nu. 2. & 3. de off. Sacri Reg. Cons.* & quando pœna imposita per legem antiquam censeatur sublata per aliam pœnam impositam per legem novam, vide *Affl. in const. Regni. Si quis aliquem, nu. 13. & de Nigris super capitula Regni in præludio, n. 47.* qui refert opiniones pro utraquè parte, sed ipse nihil concludit, sed ipsemet *de Nigris in cap. Regni ut sivè mortalis peccati, n. 56.* dicit, quòd pœna statuti tollit pœnam legis antiquæ dato, quòd lex antiqua imponat pœnam duriorem, & statutum imponat pœnam leviorem, idem tenent *Jul. Clar. in pract. crim § fin. quæst. 85. vers. debet etiam*, & *Jo: Grandis de bello exulum prædicamento pati, q. 3. speciali 77. post n. 1. & Vivius com. opin. lib. 1. opin. 278.* & vide *Cab. ref. crim. casu 2.* & idē est si Judex mandat alicui, ut sub pœna decem unciarum compareat, si deindè faciat aliud præceptum sub pœna unciarum aurei quindecim; & postremò sub pœna unciarum viginti quinque, in hoc casu Judex non potest omnes præfatas pœnas exigere, sed tantùm ultimam pœnam exigere potest, *Hipp. de Mars. sing. 491. & Petrus Garzia à Toleto in d. 138.*

157 Sed advertas, quòd si proponantur plura capita suspitionum ad evitandam pęnam, sufficit si probetur unum caput suspitionis, *Reg. Rovit. in prag. 9. nu. 11. de suspit. offic.*

Sic etiam pęna contrà allegantes suspitionem in personā officialis non debetur si ante decisionē causæ suspitionis prædictæ officialis allegatos suspectus discederet, & ad aliud officium convolaret, *Novarius in coll. ad prag. 15. nu. 8. de suspit. offic. & Thor. in supplem. dec. ver. pœna, fol. 475.*

158 Et propositis causis suspitionum in personam Iudicis, si dictæ causæ sint rejectæ, non licet denuò aliàs causas proponere, *Muta dec. 15. Novarius in coll. super prag. 1. nu. 4. de suspit. offic. & D. Reg. Sanfelic. dec. 30. nu. 8.* ubi *nu. 11. cum duob. seq.* hoc limitat, si denuò proponatur suspitio, ex quo Iudex fuit Advocatus in eadem causa, sed si quis proponat unam causam excusationis ab onere tutelæ, si eam non probat, potest intra statuta tempora aliam proponere, *§. qui autem, Inst. de excusat. tutorum, l. propter, ff. eodem tit. de excusat. tutorum*, sed si quis proponat suspitionem ineptè, non servata forma Regiæ pragmaticæ, licèt talis suspitio ob formam non servatam reiiciatur, non propterea postea prohibetur eandem suspitionem ritè, & rectè proponere infra tamen legitima tempora, *Reg. Rovit. in prag 9. nu. 1. de suspit. official.*

Sed quando suspitio contrà Iudicem est notoria, & tunc non est necesse, ut proponatur, & probetur formiter juxtà formam Regiæ pragmaticæ, *Thor. in supplem. dec. ver. suspitio, fol. 623.*

159 Advertas etiam quòd pauper, & Universitas non tenentur facere depositum de quantitate cōtenta in Regiis pragmaticis, quando allegant Iudicem suspectum, sed ipsi excusantur à pœna predicta, *Gizzarel. dec. 84.* prout nequè pauper tenetur facere depositum summæ contentæ in pragmatica; quando dicit de nullitate, sed ipse in nullitatibus auditur etiam non facto deposito, *prag. 3. de quæstionib.* quæ videtur contrariari, *prag. 77. §. 22. de offic. Sacri Regii Consilii, quæ hodiè est 4. sub tit. de dilationib.* tamen dispositio, *d. prag. 3. de quæstionib.* practicatur, & sic quòd pauper admittitur ad proponendas nullitates absquè deposito, prævio rescripto Proregis, *de Angelis ad Gizzarel. d. dec. 84. nu. 27. Novarius quæst. forens. 59. n. 4. to. 2. & Thor. in supplem. decis. ver pauper. fol 467.* ubi dicit, quòd pauper allegans paupertatem tenetur illam probare, *D. Arias de Mesa var. resolut. lib. 2. cap. 3. nu. 9.*

160 Sic etiam si Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Consiliarii Sacri Regii Consilii non procedant tanquam Iudices Magnæ Curiæ, vel tanquam Consiliarii Sacri Regii Consilii, sed procedant tanquam Consultores Cappellani majoris, in hoc casu partes allegantes eos suspectos non tenentur facere depositum de pœna in Regiis pragmaticis contenta, ità *Gizzarel. decis. 66. Reg. Rovit. in prag. 5. post. nu. 1. & in prag. 11. nu. 8. de suspit. official. & D Regens Sanfel. dec. 287. nu. 3.* Quod secus puto si isti procedant tanquam arbitri cum licentia superioris, quia in hoc casu puto, pœnam deberi, arg. eorum, quæ traduntur per *Grammaticum dec. 9* prout etiam si Regii officiales procedant uti delegati suæ Excellentiæ, vel si sint destinati ad capiendum informationem contra aliquem, si allegentur suspecti, suspitiones debent formiter proponi, & debet fieri depositum, ut ità pluries decisum testatur *D Reg. Sanfelic. in additionib. ad praxim judic. ad sect. 40. quas ponit in fine dictæ praxis, num. 5. & 6. fol. 267.*

161 Et scias, quòd si Iudex postquam sit allegsatu suspectus procedat ad ulteriora, acta postea actas dicuntur nulla, *Bar. in l. quia poterat ff. ad Senat. Consul. Trebel. Bajar. ad Clar. §. fin. quæst. 43. nu. 9. & seq. Maranta in suo speculo part. 4. dist. 16. num. 4. Riccius coll. 1747. Gabriel. communium conclus. lib. 2. tit. de judiciis, conclus. 5. D. Reg. Sanfelic. dec. 85. Marcell. de Vulpe in praxi judiciali fori Eccles. cap. 25. nu. 23. Regens Rovit. in prag. 1. nu. 43. de suspit. offic. Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 19. nu. 55. & cap. 20. per totum illum cap. Sebast. de Neap. in d. cap. Reg. prolixitatem, nu. 16. & Caravit. d. ritu 265. nu. 18.* ubi *num. 30.* dicit hoc procedere, si deindè suspitiones obstent, aliàs secus, sed reperio aliquos Doctores dicentes, quòd si Iudex pendente causa suspitionis se intromittat in causa principali, in hoc casu, redditur suspectus in dicta causa, licèt deindè causa suspitionis per prius allegata sit falsa, ità *Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 44. & ibi Novarius, nu. 10. & in*

pra-

praxi elect. fori tom. 1. sect. 1. quæst. 2. post nu 34. Paris. conf. 98 nu. 9. vol. 3 D. Reg. Sanfelic. d. dec. 85. nu. 4. & Bertazzol. conf. crim. 8. nu. 8. vol. 1. & jurisdictio Judicis recusati suspenditur, ea recusatione pendente, *D. Reg. Sanfelic. d. dec. 85.* sequitur *Thor. in supplem. decis. ver. jurisdictio fol. 318.*

162 Sic etiam si Commissarius electus ad faciendum examen sit allegatus suspectus si post allegatam suspitionem ad examen deveniat, examen est nullum, *Gail. obser. 96. nu. 1. lib. 1. & Guazzin. ad defens. reorum def. 13. cap. 10. nu. 2 circa finem.*

163 Idem est si postquam sit allegatus suspectus Actuarius, ipse procedat ad ulteriora, nam adhuc acta sunt nulla. *Vrsill. ad Afflict. decis. 317. nu. 2. & Muscat. in praxi Sacri Regii Consilii, part. 5. glosa suspectum in add. post nu. 12.*

164 Sed licèt, si Iudex allegatus suspectus procedat ad ulteriora, acta sint nulla, ut diximus, tamen si ille, qui recusavit Iudicem suspectum, post recusationem adhuc litiget coram eodem Iudice recusato suspecto, vel in eum consentiat, in hoc casu acta sunt valida, *Gabriel. ubi supra num 4. Foller. ad Marant. par. 4. dist. 16 nu. 4. & Riccius coll. 1747.* nam recusans Iudicem suspectum, si post recusationem adhuc litiget coram dicto Iudice recusato, in hoc casu videtur renunciare dictæ recusationi, *Abb. in cap. inter monasterium, in tertio not. de re judic. Riccius d. coll. 1747. Marant part. 6. actu 2. nu. 75. Alex. in d. l. qua poterat, & Reg Rovit. in prag. 9. nu. 9. de susp. offic.* ubi dicit, hoc etiam procedere dato quod ipse, qui allegavit Iudicem suspectum, compareat cum protestatione, nam adhuc videtur renunciare dictæ allegatæ suspitioni, sed appellans si adhuc litiget coram Iudice à quo post appellationem interpositam, videtur renunciare dictæ appellationi, *cap. sollicitudinem, de applat. & cap. gratum, de offi. d. leg.* & tamen si ipse appellans litiget coram Iudice à quo, & sit protestatus, quòd non intendit recedere ab appellatione, in hoc casu sibi non prejudicat appellationi, *Gui d. Pap. dec. n. 364.* sic etiam si ille, qui allegavit suspectum Commissarium electum ad faciendum examen, postea comparea coram eodem absquè protestatione, in hoc casu examen postea factum valet, *Ricc. coll. 1747.*

165 Scias etiam, quòd quando Iudex est allegatus suspectus in aliqua causa, ipse Iudex recusatus suspectus potest causam alteri delegare, *cap. cum speciali, ubi Abb extra de appellat. & cap. si quis contrà Clericum, ubi etiam Abb. de foro compet. Camillus Lirathe conf. 32. Merolla in Theolog. morali lib. 3. disput. 7 cap. 3. nu. 18. & Novarius coll. 218. num. 2.* Quod intellige in Iudice ordinario, secus in delegato, *cap. Iudex ab Apostolica, de offic. deleg. in 6.* & docet *D. Regens Capyc. Latro dec. 87. num. 5.* contrà *Cepollam cautela 105.* ratio est, quia Iudex delegatus Iudicis potestatem dandi non habet, *l. à Judice. C. de judiciis,* & non obstat si dicatur, quòd Iudex ordinarius non potest recusari uti suspectus per *l. nemo. C. de jurisd. omn. iud.* nam nos loquimur de iure Canonico, quo iure licitum est, Iudicem ordinariũ suspectum allegare, ut in *d. c. si quis contrà Cleric.* prout est in Regno nostro, in quo licitũ est, Iudicem ordinarium suspectum allegare, *in ritu 265.* ubi *Carav. n. 13. & seq. & in c. Reg. prolixitatè,* & docent *Marant. in suo speculo par. 4. dist. 5. num. 40. Vivius dec. 363. nu. 1. & Marcel. de Vulpe in praxi iudic fori Eccles. cap. 25. nu. 9.*

166 Et *tex. in d. l. nemo, C. de jurisd. omn. iud.* intelligitur, ut Iudex ordinarius non possit recusari uti suspectus in causa extranea, secus in causa propria ipsius Iudicis, nam in causa propria Iudex ordinarius etiam de jure civili potest recusari uti suspectus, ut desumitur ex *l. unica, C. ne quis in sua causa iudicet,* & docet *Paul. de Castr. in l. qui jurisdictioni ff. de jurisd. omn. jud.*

167 Et quando Iudex ordinarius est allegatus suspectus, si sunt electi arbitri, & causa suspitionis sit probata, & tunc ipse Iudex ordinarius cum consensu partis potest causam alteri delegare, sed si suspitio esset tantùm proposita, & non essent electi arbitri, vel si non esset probata suspitio, & tunc ipse Iudex ordinarius potest alteri causam delegare, etiam invitis partibus, *de Nigris in d. cap. Reg. prolixitatem nu. 58* ubi etiam dicit, quòd Iudex recusatus uti suspectus potest statuere terminum arbitris electis ad finiendum, & determinandum causam suspitionis. aliàs termino elapso, potest causam principalem finire, citat *tex. in cap. legitima de appellat. in 6.* & dicit etiam *de Nigris,* ibi, quòd Iudex recusatus uti suspectus delegando alteri causam, non per hoc videtur, se pronunciare suspectum.

168 Hinc est, quòd Præses Sacri Regii Consilii si sit allegatus suspectus, & suspitiones sint probatæ, ipse Præses efficitur suspectus tantùm in votando, nam in committendo causam alteri Consiliario, & in recipiendo supplicationes non efficitur suspectus *D. Reg Sanfelic. in praxi iudic sect. 40. nu. 15.* nisi sit suspectus ex capite inimicitiæ, vel nisi agatur de suo proprio interesse, quia tunc nequè potest causam committere, & supplicationes recipere, ut ità decisum testatur *Reg. Rovit. in prag. 15. quæ secundum eam est 11. nu. 1. de suspit. off. D Reg. Sanfelic. d. sect. 40. nu. 13. & Novarius in coll. 218. nu. 1.* nam licèt Iudex suspectus in judicando, non dicatur suspectus in delegando causam, ut diximus, tamen secus est, quando ipse Judex est suspectus ex capite inimicitiæ, vel agatur de proprio interesse, quia tunc dicitur etiam suspectus in delegando, ità *D. R. Capyc. Latro dec. 87. n. 2. & seq.* ubi *n. 21.* dicit, quòd in Regno Iudex suspectus non solùm dicitur suspectus in judicando, sed etiam dicitur suspectus in delegando, citat *Caravitam in d. ritu 265.*

Et Præses suspectus, si committat causam alicui Consiliario, & posteà insurgat difficultas proposita à partibus, quòd Commissarius electus debeat revocari, & alteri committi, in hoc casu ipse Præses suspectus non potest super tali controversia providere, *Reg. Rovit. d. prag. 15. nu. 2. de suspit. offic. in ultima impressione facta de anno 1637.* ubi *nu. 11. & 13.* dicit, quòd nequè potest dare adjunctos, vel facere provisionem de unione Aularum quando ipse Præses est suspectus, & *nu. 10.* dicit, quod si facta provisione per Præsidem suspectum de verbo faciendo, oriatur quæstio, quòd non debeat fieri verbum, in hoc casu Præses non potest se intromittere, sed est recurrendum ad Consiliarium Decanum Sacri Regii Consilii, citat *prag. 72. de offic. Sacri Reg. Cons.*

169 Hinc etiam est, quòd si Baro habeat litem cum

suis vassallis, ipsi vassalli possunt adire Iudices superiores, *Novarius in praxi elect. fori tom. 1. sect. 4. qu. 53. nu. 3.* Et ipse Baro non potest dictam causam alteri delegare, *Bar. in d.l. qui jurisdictioni ff. de jurisd. omn. jud. Capibl. de Baronib. prag. 16. num. 77. Graff. d. except. 24. nu. 70. Capyc. dec. 124. n. 3. Gramat. dec. 104. nu. 70. Amend. ad Præs. de Franch. dec. 129. & D. Reg. Sanfelic. dec. 63. nu. 30. cum plurib. seqq. & dec. 244. & dec. 316. nu. 6.* nam Iudex non potest judicare in causa propria, & neque ipse Iudex potest alteri delegare causam propriam, *l. 4. § fin. ff. de offic. Proconf.* & docet *Georg. Obrecht de jurisdict. lib. 3. cap. 9. nu 9. cum plurib. seq.* Et quando Baro est suspectus, videtur etiam suspectus, & ejus officialis, *cap. insinuante, de offic. deleg.* & docet *Reg. Rovit. in prag. 1. nu. 7. de susp. offi.* & quando Baro habet interesse in aliqua causa est suspectus ipse, & ejus officialis, & dicta causa non est remittenda ipsi Baroni per Regios superiores, *Thor. comp. decis. tom. 2. vers. remissio, & Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 13. nu. 15.* sed invenio *cap. Regni*, quòd incipit, *Item statuimus*, in nu. 107. in quo disponitur, quòd Prælati, & eorum officiales possunt cogere eorum debitores ad se ipsos satisfaciendum, sed dicas, quod dictum *cap. Regni* loquitur, quando vassallus est liquidus debitor, secus si debitum sit dubium, & de hoc orta sit lis, quia tunc procedit prima opinio, sed si debitum sit clarum, & liquidum, & tunc procedit secunda opinio, ità distingunt *Mastrill. dec. 234. & Capibl. d. cap. 13. nu. 17. & cap. 91. num. 1. & in d. prag. 16. nu. 80.* ubi *nu. 79.* dicit, quòd Episcopus potest propria authoritate cogere subditos ad charitativum subsidium ibi debitum, & non tenentur adire Metropolitanum & idem tenet *Merolla in Theolog. Morali lib. 3. disput. 7. cap. 5. n. 506. & seq.* ubi dicit, hoc procedere, quando causa exigendi charitativum subsidium est rationabilis, secus si sit dubium, quia tunc si Episcopus sit reus, debet adiri Curia Metropolitana, sed si Clerus sit reus & tunc eliguntur arbitri, & ipse *Capib. d. n. 80.* dicit, quòd pro cōpellendis vassallis ad adiutoria in casibus dubiis, superior debet adiri per Baronē, & posfūt allegari suspecti officiales ipsius Baronis.

170 Sic etiam si vassallus offendat Baronem, ipse Baro de hoc cognoscere non potest, & neque ejus officialis, sed cognoscit Magna Curia, ut dicam infrà *cap. 66. nu. 15.* intellige si officialis Baronalis recusetur uti suspectus, aliàs si non recusetur, & procedat in dicta causa parte non reluctante, acta sunt valida. *Carleval. de judiciis to. 1. disput. 2. qu. 7. sect. 1. nu 787. cum plurib. seq. & D. Reg. Sanfelic. dec. 63. nu. 2.* unde meminiò cum quidam surripuisse bona alicujus Baronis & esset carceratus in M. C. V. fuit decisum, ut dicta causa remaneat in ipsa M. C. sed cum inquisitus instetisset remitti ad Iudicem loci delicti, fuit jam remissus, ut refert *de Marinis quotid. resol. cap. 286. nu. 5. & Thor. in supplem. ver. Iudex fol. 316.* sed quando causa criminalis est introducta in M. Curia, si ex informatione apparea: esse offensam personam Baronis per vassallum, causa non remittitur ad Baronem, sed debet remanere in ipsa Magna Curia, ut dixi suprà *cap. 8. nu 97.* sed de offensa facta Episcopo, cognoscit ipsemet Episcopus, ut dicam infrà in *d. c. 66. n. 24.*

171 Sed si sit suspectus ordinarius, & sic Episcopus, non dicitur suspectus ejus Vicarius, si non sit eadem causa suspitionis in Vicario, quæ est in Episcopo, *de Nigris in cap. Reg. prolixitatem nu. 42.* ubi post *nu. 55.* dicit, quòd, si est suspectus Vicarius Episcopi, non per hoc dicitur suspectus ipse Episcopus nisi causa suspicionis concernat Episcopum, & Vicarium, & sic è contrà, & idem tenet *Guazzin. d. def. 1. cap. 19. nu. 83.* & licèt *Salic. in l. unica, C si quacumque præd. & Decius in cap. 1. nu. 17. de offic. deleg.* dicant, quòd si Vicarius recusetur uti suspectus, possit etiam Episcopus recusari, tamen contrariam opinionem tenent *Bald. in d. l. unica, Angel. in l. adversus, C. si adver. rem jud. Jas. in l. apertissimi nu. 9. C. de judic. Marcel. de Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 25. nu. 16. & Merolla in Theolog. morali tom. 3. disp. 7. cap. 6 nu. 435. cum plurib. seq.*

172 Sed quòd si Episcopus ex aliqua causa sit suspectus, possit ex eadem causa recusari ejus Vicarius Generalis, licèt in specie nulla causa suspitionis sit contra ipsum Vicarium, tenet *Salic. in d. l. unic. C. si quacunque præd. Capyc. dec. 137. nu. 9. Capibl. d. prag. 16 nu. 77 Reg. Rovit. in prag. 1. nu. 7. de susp. offic. Merolla in Theolog. Morali tom. 3. disp. 7. cap. 6. nu. 427. Sbroz. de Vicario Episc. lib. 3. quæst. 14. & Marcel. de Vulpe in d. cap. 25. nu. 15.* ubi limitat, quando causa est delegata per Episcopum alteri non tanquam Vicario, sed tanquam delegato, quia tunc ipse delegatus non redditur suspectus, citat *Card. in clemen. 2. de rescript. & Felinum in cap. insinuante de offic. deleg.* sed quòd etiam in hoc casu ipse delegatus reddatur suspectus, tenet *Merolla d. cap. 6. nu. 432.*

Et Vicarius non potest esse Iudex in causa sui Episcopi, *Capyc. dec. 137. num. 1. & 9. Sbroz. de Vicario Episc. lib. 2. quæst. 137. & Merolla d. cap. 6. n. 439. & seq.* ubi *nu 441. cum duob. seq.* tenet quòd è contrà, Episcopus potest esse Iudex in causa sui Vicarii, citat *Capyc. d. dec. 137. nu. 7. & Sbroz. d. lib. 2. qu. 38.* Et suspecto capitulo, sede vacante, efficitur quoquè suspectus ejus Vicarius, licèt contrà ipsū nulla adsit suspicio, *Merol. d. disp. 7. c. 7. n. 322. & seq.*

173 Et quando Præses in aliqua causa est suspectus, efficiuntur suspecti omnes Consiliarii ipsius Tribunalis, *Novarius coll. 214. nu. 13. Riccius coll 1526. Graff. d. except. 24. nu. 104. Guazzin. d. def. 1. cap. 19. nu. 77. de Nigris d. cap. Reg. prolixitatem nu. 47. & Riccius dec. 265. nu. 6. part. 3.* ubi ipse *Riccius num. 5.* dicit, quòd metropolitano existente suspecto, possunt omnes ejus suffraganei recusari uti suspecti, citat *tex. in cap. accedens lo 2. ut lite non contest. & d. n. 6.* & dicit ipse *Riccius*, quòd si sit suspectus Actorum Magister, possunt ex hoc recusari omnes ejus Actuarii, & idem tenet ipsemet *Riccus in coll. 1526.* sed non sic est è contrario si sit suspectus Scriba, non efficitur suspectus Actorum Magister, *Thor. in supplemento dec. ver. suspitio fol. 623.* Et suspecto Archiepiscopo, redditur suspectum totum Concilium Provinciale, *Marcell. de Vulpe d. cap. 25. post nu. 10.* & semper quando caput Concilii est suspectum, totum Concilium erit suspectum, *Bal. in l. 1. C. si Rector Provinciæ, & Paris. de Puteo de sindicatu ver. suspitio cap. 1. nu. 10.*

174 Et scias, quòd Prorex cum causa potest allegari suspectus in aliqua causa, *Mastrill. dec. 151. num 77. & seq. Reg. Rovit. d. prag. 1. nu. 8. de susp. offic. Riccius* d.

d.coll.1612.& Thor.in supplem. decis. verf. suspectus, fol.621. & recusato suspecto Prorege hujus Regni, efficiuntur suspecta omnia Tribunalia hujus Regni, *D.Regens Sanfelic. dec.84.*

175 Sic etiam Doctores de Collegio possunt allegari suspecti à Scolaribus doctorandis cum causa, *Rovit.rub.de scholar.doct.nu.12.& in d.prag.1.nu.71. de suspit.off.*

176 Sic etiam Judex delegatus potest uti suspectus recusari, ut est *tex.* de jure Regni in *d. ritu 265. & in d.c.Regni prolixitatem*, & docent *Anna sing.15. & Diaz in de pugna DD.tom.2.tit. de officio delegati, cap.2.nu 3.* Et idem est in Judice ordinario, ut dixi suprà *nu.165.& seq.*

177 Sic etiam Extimatores possunt recusari uti suspecti, *Mastrill. dec 91.* sed merus exequutor non potest uti suspectus recusari, nisi cognoscere habeat de causa exequutiva, *Abb.in cap.si quis contrà nu.11.de foro compet.& Graff. de except.24.nu.15.*& quòd merus exequutor nō possit recusari, uti suspectus, sed mixtus exequutor possit recusari, est *tex. in cap.novit. ubi glos. de appellat.* & docet *Lanfranc. in cap.quoniam contrà de probat.cap.3.n.2.*ubi dicit, quòd arbitrator non potest tanquam suspectus recusari, sed arbiter potest uti suspectus recusari.

178 Sic etiam Advocatus Fiscalis cum causa potest recusari uti suspectus, *d.prag.15 §.6.& prag.5. ubi Reg.Rovit.nu.2. de susp.off.* ubi ipse *Reg. Rovit. nu.4.*dicit, secùs esse in Procuratore Fiscali, qui non potest allegari suspectus, etiam ex capite inimicitiæ, & ita decisum testatur *Mastrill. decis.151. post nu.57.& in decis.214.*ubi *nu.12.*dicit ipse *Mastril.*quòd Advocatus Fiscalis potest cum causa recusari, & idem tenet *Petrus Franc. de Tondutis in tract.de de præventione cap.26.nu.39.cum duob.seqq.*

179 Sed Advocatus Fiscalis non removetur uti suspectus, si fuit per prius Advocatus partis, cui adhesit Fiscus, secus si fuit Advocatus partis contra Fiscum, quia tunc non potest intervenire, *Reg. Rovit.in prag 11.n.5.& seq.de susp. offic. & Novar. coll.218.n.6.*

180 Sic etiam Locumtenens, & Fisci patronus Regiæ Cameræ Summariæ non possunt recusari, uti suspecti in causis ratiociniorum, *prag.12.& 14.de susp. offic.*

181 Et advertas, quòd Judex potest allegari suspectus in uno tantùm articulo, & non in tota causa, *Reg.Rovit.d.prag.1.n.65.de susp.offic.*ubi *n.seq.* dicit, quòd Iudex suspectus in causa possessorii, potest esse Index in causa petitorii ejusdem rei.

182 Advertas etiam, quòd si Judex noluit audire Advocatos partium, & eorum allegationes videre, non per hoc removetur uti suspectus, quia præsumitur sapiens, *Reg.Rovitus d. prag. 1. n.3.de susp.offic.*licèt contrarium teneant *Marant.d. act.2. n.72.& Guazzin.d. def.1. d.cap.21.n.49.*

183 Et neque Iudex removetur uti suspectus in causa sui confessoris, ut ità decisum refert *Novarius d.coll.218.n.4.& de Angelis ad Gizzarel. dec.66.n. 7. in fin.*

184 Sic etiam si aliquis officialis sit de aliquo sedili, & interveniat in conclusione facta per dictum sedilem, & postea contingat appellari per aliquem interessatum, & appellatio fiat ad tribunal, in quo sedet dictus officialis, in hoc casu in dicta causa appellationis ipse officialis potest intervenire, *l. 1.5.solent in fine, ff. quando appellandum sit*, quod intellige, si in prima conclusione ipse officialis interfuit simpliciter, secus si votum suum dederit, *Reg.Rovit.d.prag.1.n.36.de suspit. offic.*

185 Et scias, quòd si sunt duo, quibus competat aliqua actio, & per unum tantùm intentetur, & non per alium, per quem poterat Judex recusari, in hoc casu ipse litigans potest Iudicem recusare, *Reg.Rovit.d.prag.1.n.76. de suspen.offic.*

186 Et à fortiori, si actor habeat justam causam recusandi Judicem, si illum non recuset, potest reus illum recusare, *Reg.Rovit.d.prag.1.n.76.in fine,* & licèt nonnulli teneant contrarium, prout sunt *Novarius coll.214.n.12.Giurba dec.99.n.13. Cancer.variar.resol.lib.1.cap.21.n.56.& Ricciut coll.1526.in fine*, tamen prima opinio est vera, nam suspitio in personam Judicis potest ab utraque parte proponi, ut servetur equalitas, *Mastril. dec.151.n.42.*

187 Undè si una pars recusat Judicem suspectum, non potest deindè eum approbare, ut Judicet, & procedat in eadem causa, altera parte dissentiente, *d.pragm.15.§.quando un Giudece,de suspit. offic.* ubi habetur, quòd secus est in alia causa.

188 Et scias, quòd Judex etiam si non sit recusatus uti suspectus à partibus, potest se abstinere in procedendo in aliqua causa, si hoc conscientia sua sibi suadeat, *Reg.Rovit.d.prag.1.n.78.& Cancerius d.lib.1.d.cap.21.n.38.*sed hodiè per *pragm.15. §.12.de suspit.offic.* Judex non potest se ipsum recusare, sed causam recusationis debet in banca proponere cum collegis, & causa suspitionis debet discuti in banca, undè opinio *Reg.Roviti ubi suprà*, hodiè in Regno non est tuta, & in Regno Siciliæ Judex neq; potest se ipsum recusare, nisi in quibusdam casibus. *Mastril. dec.151.n.1.*

189 Et scias, quod Monasterium potest Judicem suspectum recusare ex persona monachi, ex cujus persona agit, vel excipit, ut ita decisum, testatur, *Reg.Rovit.d.prag.1.n.73.& seq.de susp.offic.& Novarius in coll.ad rub.de susp.offic.n.4.* sequitur *Thorus in supplem.decis. verb. Monasterium,fol.408.*

190 Scias etiam, quòd contumax, etiam refectis expensis, & purgata contumacia, non potest Judicem suspectum recusare, ut dixi supra hoc eodem *tract. cap.8.n.77.*

191 Scias etiam, quòd si Judex sit recusatus uti suspectus per unam partem, potest altera pars defendere suspitiones allegatas per partem adversam, & dicere, eas non militare, intellige de jure, & non per testes, *d.prag.15.§.20. de suspit. offic.* & docet *Reg. Rovit. d. prag. 1. n. 82. cum plurib. seq. de susp.offic.*

192 Et non est prætermittendum scire, quòd in delictis notoriis non admittitur recusatio Judicis, *cap.propofuit,de appellat.*& docet *Reg.Rovit.d.prag. 1.n.4.* nisi ex ipso delicto veniat imponenda pœna arbitraria, quia tunc Judex arbitrando possit modum excedere, & pœnam alterare, & ideò meritò in hoc casu admittitur Judicis recusatio ex causa suspitionis, *Marcel. de Vulpe in praxi Judic. fori Ecclesiast.d.cap.25.n.31.de Nigris in d.cap.Regni prolixitatem*, post *n.64.& Guazzin.d.def.1.d.cap.19. n.84.&seq.*ubi dicit, hoc etiam procedere in notorio facti permanentis, & non facti transeuntis, nam

K 2 in

in delicto notorio facti transeuntis, etiam si ex delicto veniret impunendo certa pœna à jure statuta, Iudex potest uti suspectus recusari, ut dicit ibi ipse *Guazzinus*.

193 Et advertas, quòd si litigantes opponant exceptionem incompetentiæ Iudicis, per talem exceptionem non videtur renunciata exceptio recusationis Iudicis, ut dixi supra *cap.8.n.63.in fine*, ubi etiam dixi quòd utraque exceptio, scilicet incompetentiæ, & recusationis Iudicis potest insimul proponi.

194 Et per literam missam Iudici à litigantibus non dicitur sublata recusatio ipsius Iudicis *D.Reg.Hector Capyc.Latro dec.85*.

195 Et scias, quòd exceptio recusationis Iudicis, suspecti non potest per statutum tolli, *Rovit.d.prag.1.n.42.de suspit. offic. Graffius d. except.24.n.10.Novarius in prax.elect.fori tom.1.sect.1.quæst.2.*

196 *n.33.* Et neque valet pactum inter partes, ne Iudex valeat juxta de causa suspectus allegari, *Novar.in prax.electionis fori tom.1.sect.1.quæst.2.n.30. Riccius dec.232.n.2. par. 2.* nam periculosum est coram Iudice suspecto litigare, *c.ip. cum inter, de except. d.l.apertissimi, ubi glos verb.libello,C.de Iudiciis c.ip.qui suspect. 3 9 5.* & docet *Riccius dec.233. part.2.& Nigr. in d.coll. 214. in principio*.

197 Et à fortiori exceptio recusationis Iudicis non dicitur sublata per statutum reiicientem omnes exceptiones, *glos.in cap.quoniam contra ver. exceptiones,de probat.ubi communiter DD.Graffius d.except.24.n 1. cum pluribus seq.* quam Iudicis recusatio dicitur defensio *prag.8.de susp.offic. cap. cum inter, de except.* & est defensio proveniens a jure naturali, ut *in cap.quod suspecti in fine 3.quæst 5 Graffius d.excep 24 n.3.& 11.* ubi dicit, quòd hæc exceptio recusationis Iudicis non potest tolli per Principem tàm in causis criminalibus, quàm in causis civilibus, sed nonnulli tenent, quòd Papa possit committere aliquam causam Iudici susp ... & suspicionem tollere, ità *glos in l fin C de fent & in l.apertissimi ver.recusare,C.de judiciis,& Gabriel com.concl.lib 2. tit.de judiciis conclus.5. n.5.* undè alii dicunt,quod Iudex delegatus cum clausula, recusatione remota, non potest suspectus allegari, ita *Fondo Arnono in dialogo 64*, sed ego non recedo à prima opinione.

198 Sed quæritur quid si quis aliquem Iudicem suspectum accusavit,& jam probavit causam, an in alia causa penitus diversam possit etiam eundem Iudicem suspectum reddere ex eadem prima causa,& dices, quòd sic,*cap.ad hæc 6. & cap.proposuit, extra de appellat.*quòd contrarium nonnulli tenent procedere di jure civili per *tex.in l. unica, ff. apud eum a quo appell.*sed *tex.in d.l.unica*,loquitur quando simpliciter in causa fuit appellatum,in quo casu hoc non sufficit ad reddendum eundem Iudicem suspectum in alia causa, *Rovit d.prag. 1, n. 81. de suspit.offic.*sed *text.in d.cap.ad hæc* loquitur, quando fuit appellatum à sententia suspitionis Iudicis, & jam fuit probata causa suspitionis, prout est quæstio nostra, in quo casu redditur suspectus Iudex, & in alia causa, ut advertit *Jo:Andreas in d. cap. ad hæc*,quem sequitur *Bart.in d.l.unica,ff.apud eum à quo appellat.* & ratio est, nam quando ab aliqua sententia appellatur,si appellans in libello factum moderate narrat, Iudici à quo nullam infert injuriam, *l.& in majoribus, C. de appellat.* sed quando Iudex allegatur suspectus, ipse afficitur injuria *l. litigatores in principio,ff.de recept.arbit.*& docet *Reg. Rovit.d.prag 1.n.40.de suspit.offic.*licèt contrarium teneat *de Nigr.in cap.Reg prolixitatem.post n.64*.

199 Sed advertas,quòd *tex.in d.l.unica*,loquitur,quando,quis appellavit à sententia Iudicis & *tex.*ille dicit,quòd ille qui appellavit non potest dictū Iudicem propter hoc recusare in aliis sui causis,quia si in aliis causis gravatur, potest etiam appellare, & hoc est de jure civili,sed de jure canonico ille,qui appellavit ab aliqua sententia Iudicis,potest eundē Iudicē,à quo appellavit,recusare in aliis suis causis, prout loquitur *tex.in d cap.ad hæc,& in d.cap.proposuit*, & hanc differentiam esse inter jus canonicum, & civile,dicit *Rovit.d.prag.1.n.81. de suspit.offic.& Reg Sansfelic.dec.86.* & vide *Capyc.dec.147.& Graffium d.except.24 n.65.& seq.* undè inquantum *Marant. d.act.2. n.61.* dicit, quòd si sit appellatum à sententia Iudicis qui partem gravavit,appellatione pendente,redditur suspectus ipse Iudex illi,qui appellavit tàm in illa causa, quàm in aliis causis, si ipse Iudex recusetur uti suspectus per ipsum appellantem tamen opinio *Marantæ* procedit de jure canonico, sed Iudex qui absque legitima causa, sed tantum ob inconsiderantiam ... remotus in aliqua causa,ex hoc solo,uti suspectus recusari potest in alia causa ab eodem, ut decisum refert *D Reg. Sansfelic. dec. 79.* & quòd ob gravamen scienter illatum in una causa possit idem Iudex recusari ab eadem parte in alia causa,dicit decisum idem *Reg. Sansfelic. dec. 86.*

200 Quæritur etiam, an ipsemet Iudex allegatus suspectus de hac suspitione cogn. scere possit, & dicas, quòd non, *cap. legitima, de appellat. in 6.* & docent *glos.in l.2.ff.si quis in jus vocatus de Nigris d.cap.Regni Prolixitatem post n 38.Capyc. decis. 38. n.5* & est *tex.de jure Regni in prag.1. de susp. offic. & in prag.4 § 3.d. offic. Sacri Regii Consil.*& docent *pract. Papienst tit. de forma sententiæ interlocutoriæ super incompetentia Judicis n.5.& Museat. in praxi S.R. C. part.2.glos competentes n.57.*

201 Immò ipse Iudex allegatus suspectus non potest intervenire cum aliis collegis in cognitione suspicionis propositæ contrà ipsum,ut in *cap.Reg. 231.* Quòd si Iudex allegatus suspectus nollet discedere, quando cognoscitur de causa suspitionis, potest de facto expelli à collegis, quò i si permittitur, ut officialis ipse allegatus suspectus assistat, licet ipse officialis recusatus suspectus nullum verbum proferat, tamen acta sunt nulla *d. cap. Reg. 231 .in fine,* & docet *Rovitus in d.prag.40. § 4.n.7. de off. Sacri Regii Consil.*

202 Et in Magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Consilio (excepto Iudice allegato suspecto) alii Iudices cognoscunt de dicta suspitione,*d.prag. 1.de susp.off.& d. prag.40. § 4. de offic. Sacri Regii Consil.*& probatur in *d.cap. Reg.231* & docent *Musceatel.in praxi S.R.C. part.2. glos.competentes n.58. & de Leonard.pract.officialium cap.14. n.19.* ubi dicit idem esse in Regiis Audientiis Provincialibus, & sufficiunt tres Iudices ad cognoscendum de ipsa suspitione in causis unius Rotæ, & quinquè in causis duarum Rotarum, & non possunt admitti

alii

alii adjuncti, *prag.13.§.2. de suspit. offic.*

203 Quòd si fit statuta dies ad decidendam causam suspitionis, & unus ex dictis Judicibus fit absens, vel infirmus, & non sint alii Judices numero supradicto, & tunc infirmus, vel absens, si fuit præsens usquè ad relationem causæ, potest transmittere suum votum in scriptis sigillatum, *prag.8.§.2.de suspitione officialium.*

204 Sed Judex recusatus suspectus potest cognoscere de suspitione alterius conjudicis simul recusati in eadem causa, ut ita decisum testatur *Sese decis. 200.* sequitur *Novar. d.coll.214. num.2.& Riccius coll.1526 in fine.*

205 Et quando proponuntur suspitiones contrà Regentes Regiam Cancellariam, Præsidentem Sacri Regii Consilii, & Locumtenentem Regiæ Cameræ Summariæ, capita suspitionum traduntur Proregi, vel Secretario hujus Regni clausa, & sigillata, & quando contrà alios officiales, & tunc dantur officiali antiquiori Tribunalis, *d.prag.15.§.11.de suspit. offic.*

206 Et quando allegantur suspecti Præses Sacri Regii Consilii, Regentes Regiam Cancellariam, & Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ, causa suspitionis cognoscitur per eorum superiores, & non in eorum Tribunalibus, secundùm *Caravitam in ritu 265.nu.27.*

207 Et quando allegatur suspectus causa Commissarius, vel alius Judex Regiorum Tribunalium, causa suspitionis committitur collegæ qui potest procedere tàm in causa suspitionis, quàm in causa principali usquè ad sententiam exclusivè, durante dicta causa suspitionis, quòd si deindè fit dictum suspitiones militare, acta facta per dictum Commissarium in causa principali valent, *prag.10. §2. de suspit.offic.* & docet *D Reg.Sanfelic.dec.303.* & postea ipse Judex recusatus suspectus, non potest intervenire in ipsa causa nedum tempore, quo proferuntur vota, sed neque tempore, quo fit relatio illius causæ, *prag.40 de offic Sacr.Reg.Cons.* & docet *Reg.Rovit.in prag.1.nu 47 de suspit.offi.* sed si fit dictum, suspitiones non militare, & tunc Judex, qui fuit suspectus allegatus procedit in causa, *d prag. 40.& in ritu 265.*

208 Et quando officialis Baronalis allegatur suspectus de hac suspitione cognoscit Baro, & non est necesse adire Regios superiores, *Rovit.prag.3 nu 2. cum seq.de suspit.offic. Muscatell.in pract.Sacri Consilii part.2 glosa competentes nu.59 & Riccius coll.1612. circa finem* Et ipse Baro solet delegare causam suspitionis alicui, qui cognoscat si suspitiones allegatæ in personam sui officialis militent si, vel non, quod si militant, & tunc ipse Baro causam principalem alteri delegat, & in hoc casu ipse Baro potest d.dam causam principalem delegare alicui etiam extrà districtum, dunmodo sit intrà Provinciam, *Caravit. ritu 265.nu.34.& 35.in fine; Rovit. prag.2.nu.9.ubi de delicta,& Novar. coll.223.nu.2.*

209 Sed Judex secundarum causarum non potest de per se cognoscere de causis suspitionum allegatis in personam Judicis primæ instantiæ, *Capibl. prag.8.par.1.nu.184.*

210 Et litigantes in Curiis Baronalibus, si habeant officiales suspectos non possunt adire Judicem Excellentissimum, sed Regios superiores adire debeat, *prag.2.& 3.de suspit.offic.* quòd secus erat olim per *dictum ritum 265.* per quem disponebatur, quòd litigantes ipsi poterant adire Judicem Ecclesiasticum, & coram eo proponere causas suspitionum in personam Officialis Baronalis, sed hodiè per supradictas *prag.*de suspitione in personam officialis Baronalis cognoscunt Regii superiores, sed per supradictas *prag.2.& 3. de susp.off.* non est sublata potestas Baronibus cognoscendi de suspitione in personam sui officialis, ut advertit *Rovit.in d.prag.2.& 3.nu.2.& 3. & Muscatel.d. glos competens nu.59.* & docet *Novar. de gravaminibus vassallorum tom.3.gravam.3 1.* licèt contrarium tentaut, *Caravit.ritu 265.nu.2.& Jo:Franc. de Leonard. in practica officialium cap.14.nu.19. & novissimè, Marcell.de Vulpgin prax. Judic. fori Eccl. d.cap. 25.nu 25.* tamen opinio *Roviti*, & aliorum observatur, & sic ut tàm Regii superiores, quam Barones possint cognoscere de suspitione allegata in personam officialis Baronalis, & ille præfertur, coràm quo, causa suspitionis in personam officialis Baronalis prius proposita fit. Immò Baro potest cognoscere de causa suspitionis sui officialis, & eum removere dito, quòd ipse Baro non habeat secundas causas, *Freccia de subf.lib.2.tit.de differentiis, feudorum quaternatorum, cum his, quæ plane, & de tabulis nuncupantur nu.36.* & suspitiones officialium Baronalium possunt cognosci ab officialibus ipsorum Baronum, *Novar.in coll.ad prag.1.nu.3.de suspit. offic. & Thor. in supplem.dec. ver. suspitiones, fol.625.*

211 Et quando causa suspitionis in personam officialis Baronalis cognoscitur per Regios superiores, si dicta causa suspitionis militat, & tunc causa remittitur ad Baronem, & mandatur ipsi Baroni, ut causam alteri deleget, ità docet *Caravit.d.ritu 265.nu.34. & seq.*

212 Quòd si assessor fit allegatus suspectus, & tunc causæ suspitionum coram ipso assessore proponi debent, sed deindè probari debent coram Judice, & per ipsum Judicem decidi, *cap.super quæstionum, §.quem verò,& ibi Abb. & alii de officio deleg. Jacob.Cancer.variarum resolutionum lib.1. cap.21. post nu.34.*

213 Sed syndicatores electi ad syndicandum officialem non possunt allegari susp.cti, nisi in Regiis Tribunalibus, & ipsa Regia Tribunalia cognoscùt de dicta causa suspitionis in personam ipsorum syndicatorum, ut in *d.prag.2. de suspit.offic.*& docent *Caravit.d.ritu 265.nu.2.& Carrab.de syndic. part.1.nu.53.& de Leonardis pract.officialium cap.15. nu.16.in fine.*

214 Sed quando Episcopus ex aliqua causa allegatur suspectus, & tunc causæ suspitionis proponi debent coràm eodem Episcopo recusato, & unus arbiter eligitur ab ipso Episcopo recusato, & alter arbiter eligitur ab ipso recusatore, & deindè ipsi arbitri cognoscunt, an causæ suspitionis militant, si vel nè, *cap.cum speciali, ubi DD.de appellat.* Quòd si deindè ipsi arbitri fiant inter eos discordes debet tertius adhiberi infra terminum præfigendum ab ipso Episcopo recusato, *cap.legitima de appellat.in 6.* quæ causæ suspitionum si non probentur, vel sint rejectæ, uti illegitimæ, & tunc causa principalis, vel ad Episcopum remittitur, aut Episcopus dictam

ctam causam principalem alteri committit cum consensu tamen recusatoris, *d. cap. cum speciali in fine, ubi glos. ver. de recusatoris*, si verò per arbitros sit pronunciatum, causas suspitionum militare, & tunc causa principalis ac superiores devolvitur ità *Marcel. de Vulpe in prax. Judiciali fori Ecclesiastici d. cap. 25 nu. 13.* ubi *nu. 14.* dicit, quòd recusans potest eligere arbitrum alibi, quàm in loco Judicis recusati, dummodò non eligat arbitrum degentem in loco valdè remoto, & sic ultrà dietam à loco Iudicis recusati, citat *Abb. in cap. secundo requiris, nu. 7. de appellat.* Quòd si causa suspitionis non sit proposita coràm Judice recusato, non potest posteà proponi coram arbitris, *Specul. in tit. de recusat. in 1 parte, § effectus ver. item quid sit*, nàm causa suspitionis debet proponi coràm Judice recusato, & deindè debent probari coram arbitris, *Marcell. de Vulpe d. cap. 25. nu. 20.* & causa suspitionis admissa, ad sedem Apostolicam spectat decernere, cui causa sit committenda, *cap. super quæstionum in fine, de off. deleg. Jo: Franch. in Thesauro fori Eccl. par. 2. c. 2. n. 69.*

215 Et quando allegatur suspectus Episcopus, si ipse Episcopus noluit eligere arbitros, in hoc casu Metropolitanus potest mandare ipsi Episcopo, ut eligat arbitros, qui valeant cognoscere de suspitione in personam ipsius Episcopi, ità *Riccius decis. 265. & 323. part. 3.* nam de jure Canonico Iudices recusari uti suspecti possunt cogi ad eligendos arbitros, qui de causa suspicionis cognoscere valeant, *d. cap. legitima, de appell. in 6. cap. suspit. de off. delegati.*

216 Sed in Curia Romana non eliguntur arbitri, sed suspitio Iudicis ordinarii, sivè delegati proponitur coràm Summo Pontifice in signatura justitiæ, quæ providet de alio Iudice, vel dat adjunctum ipsi Iudici recusato, & extrà urbem in statu Ecclesiastico suspictio allegatur coràm Præsidibus Provinciarum, si adsunt, aliàs coràm Sacra consulta, *Scaccia de Judiciis cap. 101. nu. 28. & Marcel. de Vulpe d. cap. 25. nu. 21.*

217 Sed de suspitione Vicarii, seù alterius officialis Episcopi cognoscit ipsemet Episcopus, & non alius superior, *cap. si contra, de off. deleg. in 6.* nàm in recusatione Vicarii Generalis non eliguntur arbitri ad cognoscendum causas suspitionis, sed causæ debent proponi coram Episcopo, ut in *d. cap. si contra Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 21. nu. 34. ver. hinc consului, Marcell. de Vulpe d. cap. 25. nu. 18.* Quod intellige si Episcopus sit in Diœcesi, secus si sit absens, & in remotis, quia tunc eliguntur arbitri ad cognoscendum causas suspitionis in personam Vicarii, *Marcel. de Vulpe d. cap. 25. num. 18. & Merolla in theol. moral. lib 3. disp. 7. cap. 4. n. 158. & cap. 6. n. 438.*

218 Quòd si Vicarius Capitularis sit allegatus suspectus, & tunc recurrendum est ad capitulum, quod potest eligere arbitros ab cognoscendum causas suspitionis, *Riccius coll. 1602. in fine*, quòd si causa suspitionis militat, & tunc capitulum potest causam principalem auferre à manu Vicarii capitularis, & alteri committere, *Quarant. in summa bullarum, ver. capitulum sede vacante, num. 5. Marcel. de Vulpe d. cap. 25. nu. 39. & cap. 44. nu. 29. & Merolla in Theolog. morali tom. 3. disp. 7. cap. 7. nu. 321.*

219 Sed Iudex recusatus potest tempus præfigere arbitris electis ad videndum causas suspitionis intra quòd tēpus debeant ipsi arbitri causas suspitionis terminare, quòd si non terminaverint infrà dictū tempus, & ipse Iudex potest in causa principali procedere, non obstante recusatione prædicta opposita, *d. cap. legitima, de appellat. in 6.* & in *cap. suspitionis, de off. delegati, pract. Papiens. in tit. de declinatione Jurisdictionis, ver. Judicem suspectum, de Nigris d. cap. Reg. prolixitatem, num. 58. & Jo: Franc. Leonius in Thesauro fori Eccl. part. 2. cap. 1. nu. 65.*

220 Et licet Iudex recusatus suspectus non possit cognoscere de ipsa causa suspitionis tamen quando causa suspitionis est notoriè injusta, & frivola. Iudex recusatus potest causam ipsam suspitionis reicere, & ad ulteriora procedere, *cap. cum olim. de causa possess. & possess. & propriet. de Nigris cap. Reg. prolixitatem, num. 58 & circà finem illius cap. Grassus d. excep. 24. nu. 9. Marcel. de Vulpe d. cap. 25. num. 28. Jacob. Cancer. variarum resolut. lib. 3. cap. 10. nu. 76. Guazzin d. def. 1. cap. 19.* post *num. 84 & cap. 21. nu. 65. & Jo: Franc. Leonius in Thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 1.* post *n. 66. & Jo: de Arnono sing. 76.*

221 Et quando causa est delegata pluribus cum clausula, ut si aliquis, vel aliqui interesse non possint, reliqui procedant, si unus ipsorum allegetur suspectus, reliqui non recusati, possunt cognoscere de causa suspitionis proposita in personam alterius Iudicis, *cap. si contrà unum, de off. deleg. in 6. & Merolla in Theolog. morali lib. 3. disp. 7. cap. 4. nu. 136.* & quando Episcopus est in remotis, si habeat plures Vicarios constitutos insolidùm, unus Vicarius cognoscit de recusatione alterius ità *Sborz. de Vicario Epis. lib. 3. q. 16. n. 5. & Merolla d. disp. 7. cap. 6.* post *n. 438.*

SUMMARIUM.

1 *Procedi ex officio in quibus delictis possit? usquè ad nu. 50. & in quibus non à num. 51. usquè ad nu. 56.*

16 *Accusare qui possint de crimine adulterii? & num. 17. & 18. & quid in aliis, à nu. 57. usquè ad n. 61.*

62 *Puniri an quis possit absque accusatore?*

63 *Accusatio, & inquisitio an possint simul cumulari?*

64 *Fiscus in omnibus debet audiri, fallit quando adest accusator, ibid.*

65 *Fiscus inherere appellationi factæ per condemnatum, fallit quando adest accusator, ibid.*

66 *Accusator potest in præjudicium Fisci renunciare appellationi per eum factæ.*

67 *Denunciator non admittitur ad faciendum partem in judicio.*

68 *Pœna ordinaria an sit puniendus ille, contrà quem proceditur ex officio?*

69 *Exceptio, quod nō possit procedi ex officio in qua parte judicii opponi possit? et opposita debet interloqui, n. 70.*

71 *Procedi nō potest ex officio, nisi præcedat infamia, et fama*

De foro incompetenti, ex quo Iudex non potest procedere ex officio, dum non adest accusator.

CAP. X.

ALiqoando Iudex est competens in aliqua causa sed sit incompetens, ex quo non potest procedere ex officio, dùm non adest accusator. Et Iudex tunc potest agere ex officio, quando ex delicto

ćto venit imponenda pœna mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilaonis, ut io *ritu Magnæ Curiæ 311.cap. Reg. ut delatas cum duobus cap.seq.* ubi etiam habetur, quòd Iudex procedeus ex officio in casibus non permissis, processus est nullus, & officialis tenetur in syndicatu, *Carraba de syndicatu par. 2 n.49.*

2 Hinc est, quòd dum faciens famosum libellum puniatur pęna mortis, ut dixi in *praxi for.c.3.num. 517.* Quòd si libellus sit laceratus, vel combustus sufficit probare delictum in genere per testes deponentes vidisse famosum libellum, & deponentes de tenore libelli, *Muscatell.in pract.crim.rub.de Injuriis & famosis libellis nu.* 10. & desumitur ex *d l. 1.C.de famosis libellis*, & dicitur famosus libellus, si in carta sit depinta figura ad injuriam alterins, *Jul.Clar.pract.crim § fin.quæst.66.ver.libelli famosi, Muscatel.d.rub.de injuriis, & famosis libellis num.* 11.ubi *nu.18.*dicit, quòd tale crimen est difficilis probationis, & ideò non requiruntur tot sollemnitates ad illud probaodum. Et ideò dum contrà facientes famosos libellos est imposita pœna mortis, ut supra diximus, contrà istos Iudex est competeus in procedendo ex officio absque accusatore, vel denunciatore, *Muscatellus d.rubrica de injuriis, & famosis libellis nu 21. Novarius de gravam.v ßillorum tom.1 gravam.318. nu.25.*

3 Hinc etiam est, quòd dum contrà blasphemantes Deum, vel ejus sanctos est imposita pœna triremium per quatriennium per *prag. Et perche molti ribaldi, de blasphem.* Iudex contrà tales blasphematores est competens in procedendo ex officio absque denuncia, & querela, *Bart. in l. lex corneliæ § si quis libellum, ff.de injuriis, Bal. in d.l.1. §.huius studii, nu.6 ff.de justit.& jure Maraut. in suo speculo part. 6.rub. & perveniuur aliquando per viam Inquisitionis, nu.144.Novar. d. gravam.318. num.27.*

4 Hinc etiam est, quòd iu erimine sacrilegii Iudex est competens in procedendo ex officio, *l. si quis in hoc genus C.de Episc.& Cler.c.in primis, §.si quis in hoc 2.quæst.1.Muscatel.pract. crim. rub.de sacrilegio nu.12.Maranta ubi supra, num.195. & Novar.d gravam.318.nu.19.*

Sic etiam contrà delinquentes in Ecclesia Iudex potest procedere ex officio, *Grassus de effect. cler. eff.1.num.630.* nam delictum commissum in Ecclesia dicitur grave ratione loci delicti, *l.aut facta, §. locus ff.de relig. & sumpt.funerum.*

5 Hinc etiam est, quòd in crimine læsæ Majestatis humanæ Iudex potest ex officio procedere absque denuncia, & quærela, ut in *extravaganti ad reprimendum*, & est Const.Reg. *Hi qui ubi Affl.num. 1. Marant.ubi supra nu.275. & Foller.pract.crim.rub Item quod commisit crimen læsæ Majestatis nu. 79.*

6 Immo Iudex tenetur procedere in hoc crimine ex officio, alias si non procedat, punitur sicut sciens, & non revelans, *l.quisquis, §.pen.C.ad legem Iuliam majest.Muscatel.d.pract.crim.rub.de crimine læsæ Majestatis humanæ n.18.Novar.d.grav.18.n.3.*

7 Hinc etiam est, quòd Iudex io crimine falsæ monetæ potest ex officio procedere, *l.1.C.de falsa moneta, Marant.ubi supra nu.185.& Novar. d.gravam.318.num 4.*

8 Hinc etiam est, quòd Iudex potest ex officio procedere in crimine hæresis, Const.Regni, *Incon. sutilem, Marant.ubi supra num.187.& Novar.dict. gravam.318.nu.2.*

9 Sic etiam Iudex in crimine assassinii potest procedere ex officio absque quærela, & denuncia, *Cupyc.dec.155.Muscatell.d.pract.crim. rub. de homicidio mediante assassinio num.72. Novar dict.gravam. 318.num.24.& Catalanus de Indulto cap.32.nu.31.*

10 Sic etiam Iudex potest ex officio procedere contrà disturbatores publicarum viarum & contrà homicidas, *cap. Regni Did jam, quod est in num. 234.*& docet *Catal.in.de indulto cap.35.nu.95.*

11 Sic etiam Iudex procedit ex officio contrà famosos latrones, *Maraut.ubi supra num.176.& Catalanus d.cap.35.nu.95.*

12 Sic etiam Iudex potest ex officio procedere in furto excedente augustalem, nam pro ipso furto imponitur pęna ultra relegationem, *cap. Regni ad hoc*, & ideo potest ex officio procedi, ità decisum testatur *Regens Rovit.in dec.68. & Novar. d. gravam.318 post nu.5.Marant.par 6.rub. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, nu.169.& Campeg. in cap.Reg. ad hoc nu.338.* & in furto non excedente augustalem Iudex potest procedere ex officio, quando dictum furtum est manifestum, *Marant.& Campag.ubi supra.*

13 Sic etiam Judex potest ex officio procedere contra usurarios, *cap.tuas de usuris*, quod procedit tam contra usurarios manifestos, quam non manifestos, ut io *ritu 196. Const.Regni usurariorum*, quod correctum fuit per *cap.Reg. Item quod prædicti officiales nullatenus, & per ritum in num 237.* per quæ jura disponitur, ut officialis non possit ex officio procedere in crimine usurarum contrà usurarios, sed tantùm via ordinaria, sed postremò in Regno est statutum, ut contrà usurarios manifestos possit procedi ex officio, & non contrà usurarios non manifestos, *prag.4.de usuris, Campag. cap.Reg.noviter nu.32. Marant. disput.5. & Reg. Sanfelic.dec.347. part.3.* Et an in crimine usurariæ pravitatis possit procedi ex officio de jure communi, vide *Pegueram dec.35.*

14 Sic etiam in crimine extractionis rerum prohibitarum potest Iudex ex officio procedere absquè denuncia, & quærela, ut notantur in *l.1.& 2. C.quæ res asport.possunt Muscatell.d. practica criminali rub. de extractionibus nu.87. & Novar.d.gravam.318.nu.22.*

15 Sic etiam, quando adulterium est notorium Iudex potest ex officio procedere, *Affl decis.176. nu.2.Grammat.dec.31.de Franch. decis.240. num.4. Maranta ubi supra nu.170.Sempron.Aficia determinat.71. & 118.* secus si adulterium non sit notorium, quia tunc Iudex non potest ex officio procedere, sed ad quærelam partis. Doctores ubi supra, & *Guid.Papa dec 446.Carrab.in tract. syndicatus p. 2.nu.49.Cabal.resol.crim., casu 214. Farinac. pract. crim.tit.de delictis carnis, quæst.141.nu.44. & Reg. Sanfel.dec.351.par.3.* Quòd si pars quærelat, & deindè desistat, parte desistente, Iudex prosequitur causam ex officio. *Grammat.d dec.31 Affl.dec.176. Pascal.de virib. patriæ potest.part.1. cap.5. num.45. & de Franch.d.decis.240.nu.4.Novar.d.pragm.318. nu.21.& Farinac.d.quæst.141. nu.44.*

16 Et de jure digestorum unusquisque de populo

ad-

admittebatur ad accusandum adulterum,& adulteram,*l.cum marito,ff.ad legem Jul.de aduteriis*, sed de jure Codicis hæc accusatio competit tantùm marito,patri,fratribus, & avunculo ipsius mulieris,*l.quamvis, la.2.C.de adulteriis* sic etiam fratri mariti competit accusatio de adulterio facto ab uxore fratris sui, ità decisum testatur *de Franch. dec.94.& 240.nu.1.& Cabal. d.casu 114.nu.1.* sic etiam actio accusandi de adulterio competit ipsimet mulieri si per vim sit cognita per adulterum, *D.Reg.Merlin.controver.forens.cap.58.*ubi *nu.9.*dicit, quòd uxor per vim cognita non amittit dotem.

17 Quòd si sit commissum stuprum cum aliqua, si deindè se nubat cum Sejo, ipsi Sejo non competit accusatio de adulterio,*l.propter violatam, C.ad legem Iuliam,de adulteriis*, & an competat accusatio adulterii sponso de futuro vide *Farinac. pract. crim.tit.de delictis carnis qu.141.nu.50. cum tribus seq.*

18 Sic etiam si matrimonium sit nullum, marito putativo non competit accusatio de adulterio, *l. si ejus, C.ad legem Jul.de adulterii.*

19 Sed quæritur, an Judex possit procedere ex officio in crimine incestus, & *Sempronius Ascia d. determ.111.in principio* dicit, quòd in adulterio, stupro, & incestu non potest procedi ex officio, *Et Petra ad Grammat. d.decis.31.nu.1.* dicit quod quando cum adulterio occulto concurrit incestus neque potest procedi ex officio, sed ego sum in contraria opinione, nam crimen incestus est gravius adulterio,*l si adulterium cum incestu,§.stuprum, ff.ad legem Jul de adult.c.adulterii,32.q.7.& Farinac.de delictis carnis quæst.149.num.1.&* 2.nam licèt quis habeat actionem accusandi de adulterio per quinquennium,cum eo elapso,sit præscripta actio accusandi de adulterio, & ampliùs dicta actio proponi non potest, elapso dicto quinquennio,*l.adulter. C.ad legem Juliam de adult. l.mariti, §.hoc quinquennium,ff.ad legem Juliam de adult.*tamen hoc procedit in adulterio simplici,secus in adulterio cum incestu, nam illud non præscribitur minori spatio viginti annorum *Jul.Clarus,§. adulterium,verb.unum tamen,Foll.pract.rub.forjudicentur num.19.& Guazzin.ad defens.Reorum def.2. cap.2.nu.17.*prout præscribuntur cætera crimina, *l.querela,ff.ad legem Cornel.de falsis.Thes.decis.76.n. 3.& dec.208.Iul.Clarus.§.fin.quæst.51.circa principium,*latè *Guazzinus tract.ad defensam Reorum def. 2.cap.2.* & licèt accusatio adulterii sit quinquennalis, tamen potestas excipiendi est perpetua,*de Angel.ad Foller. rub.forjudicentur nu.26.* ubi dicit, quod maritus etiam elapso quinquennio potest petere separationem Thori propter adulterium commissum ab ejus uxore, ergo si crimen incestus sit gravius adulterio, in ipso incestu, licèt occulto potest procedi ex officio.nam ipse *Petra,& Sempron Ascia*, loquuntur absq;auctoritate, & ideò contrà eos teneo in odium hujus criminis,& maximè quando incestus est commissus inter ascendentes,& descendentes,quia tunc absque difficultate potest procedi ex officio.nam talis incestus est species criminis sodomiæ, ut dicit *Catalan.de indulto cap.33.nu.3.& 4.& Foller.in pragm.1.nu. 13.de sodomia.*in quo crimine sodomiæ potest absquè difficultate procedi ex officio, ut in *d.prag.1. de sodomia*,ergò,&c.& ideò die 10. Januarii 1640. uti Gubernator in Terra Pistici in causa incestus commissi per Marinum malitiam in personam Pernæ lo Rubio ejus soceræ determinavi rectè procedi per ipsam Curiam ex officio, & proindè esse ad ulteriora procedendum, dicta exceptione opposita non obstante,sed potissima ratio,quæ me movit ad sic decidendum, fuit quia dicta Pernæ erat effecta prægnans, & erat vidua.

20 Et in quantùm DD.dicunt,quod in stupro non potest procedi ex officio,ex eo,quòd adulterium, & stuprum æquiparantur,ut in *rub.C.ad legem Iul. de adult. & stupro*, sed in adulterio non potest procedi ex officio, ut diximus, ergo ita, & in stupro,ut tenent *Sempron.Ascia,& Petra ubi supra*, tamen hoc potest procedere in stupro facto cum muliere,quæ non est effecta prægnans propter copulam,secus si sit effecta prægnans,quia tunc propter prægnantiam stuprum dicitur notorium, imò notorium facti permanentis, & ideò sicut in adulterio publico potest ex officio procedi, ut dixi,ità & in stupro.

21 Sic etiam Judex potest ex officio procedere absquè quærela,& denuncia contrà receptatores malefactorum,ut in *c.Reg.148.ver.& propter eam & in cap.Reg.229.*

22 Sic etiam contra perjurum potest Iudex ex officio procedere*cap.Reg.207.in fine ubi Campag. q. 11.*contrà *Caravit.in ritu 270.nu.2.& seq.* & tunc Judex potest ex officio procedere contrà perjurum, quando ipse Iudex invenit delictum perjurii coràm se factum,aliàs secus, *Rovit.prag.8.nu.39. de ordine judiciorum,& Novar.d.gravam.318.n.28.*

23 Sic etiam contrà agressorem cum armis Iudex potest procedere ex officio absq;quærela, & denuncia, *Caravit.in ritu 68.n.12.*nam egredieus aliquè cũ armis punitur pœna legis juliæ de vi publica, quæ est deportationis, *§. Item lex Iulia, de vi. Inst.de publicis judiciis*, verum hodiè dicta pœna est sublata, *Guid.Pap.dec.422.423.& 437.* sed imponitur pœna arbitraria, *Caravit. ritu 68. n.6.* & in Regno insultus, factus cum armis, non punitur pœna corporali, nisi sequuta sit percussio, *Rovit. prag.11. n.14.de abolit.*

24 Sic etiam contrà raptores,& deosculatores mulierum Iudex potest ex officio procedere, *cap. Regni, ut fiat mortalis peccati,ver. volumus.*

25 Sic etiam si percussus non possit suam injuriam prosequi, nec possit adesse in judicio, Iudex potest ex officio procedere contrà delinquentem, *cap. Regni, contingit, quod est in nu. 227.*

26 Sic etiam licèt Iudex non possit procedere ex officio de percussione illata cum aliquo instrumento nocivo,ut *in d. ritu 68.* tamen hoc intelligitur, si instrumentum illud non sit ferreum,secus si sit ferreum, quia tunc potest procedere ex officio, *Caravit.d.ritu 68.n.1.* nam ex percussione, facta cum baculo ferreo,venit imponenda pœna manus per *cap.Reg.qui cum Ronca*,in quo casu potest procedi ex officio *cap. Regni, ut delatas,& in d. ritu 311.*

27 Sic etiam si percussio sit facta cum baculo, Iudex potest procedere ex officio, *d. ritu 68.ubi Caravit.n.2.*contrà *Campag.in cap.Reg.ab illo inchoandum*

dum n. 18. qui dicit, quòd pro percussione facta cum lapide, vel baculo non potest procedi ex officio, tamen prima opinio est vera, & a fortiori Iudex potest ex officio procedere, quando agitur de effusione sanguinis, etiam si fit facta cum baculo, vel lapide, ut in Ritu Magnæ Curiæ. *Item servat ipsa curia*, & docet *Novar. d. gravam.* 318. *n.* 12.

28 Sic etiam quando Reus est confessus, Iudex potest procedere ex officio dato, quòd non adsit accusator, & dato, quòd sumus in delictis, in quibus non potest procedi, nisi adsit accusator, *Affl. dec.* 176 *Grammat. dec.* 31. *Foller. in pract. crim. in tertia parte rub. & si confitebuntur, n* 81. *& de Franch. dec.* 240. *n.* 3. *& seq.* & est ratio, nam quandò quis fatetur delictum, illud efficitur notorium, *l. si confessus, ff. de custod. Reor.* & docet *Foll. in pract. crim. in tertia parte principali ver. & si confitebuntur n.* 70. *&* 75. *& in secunda parte tertia partis d. ver. & si confitebuntur n.* 33. sed in delictis notoriis potest ex officio procedi, ut dicam infra *n. seq.* ergò, &c.

29 Sic etiam Iudex potest procedere ex officio in criminibus notoriis, *Lex quidem, C. de accusat. Marant. ubi suprà num.* 134. *& num.* 162. *Campag. cap. Reg. ad hoc n.* 138. intellige in notoriis facti permanentis, secùs in notoriis facti transeuntis, *Campag. d. c. Reg. ut delatas post n.* 20.

30 Sic etiam Iudex potest ex officio procedere, quando Reus reperitur delinquere in flagranti, *Marant. ubi suprà n.* 171. *Novar. d. gravam.* 318. *n.* 9.

31 Sic etiam de injuriis, & offensis factis Religiosis, Clericis, & Ecclesiasticis personis Iudex potest ex officio procedere absque denuncia, & querela, *cap. Reg. de injuriis, quod est in nu.* 14. *& est aliud cap. Reg. quod incipit. Pridem in n.* 218. *& aliud, quod incipit. Si temporum, quod est in n.* 237. *& est aliud cap. Reg. quod inc. ne tuorum*, & est ritus 65. & docet *Vivius dec.* 27. quòd intellige si injuria sit gravis, & atrox, secus si injuria sit levis, quia tunc Iudex ex officio procedere non potest, *Bald. in l. si quis in hoc genus in fine, C. de Episcopis, & Clericis, Campag. d. cap. Reg. de injuriis n.* 12. sed contrarium, & sic quòd Iudex potest procedere ex officio de offensa, & injuria facta Ecclesiasticis personis, licèt injuria sit levis, tenet *Caravit. d. ritu* 311. *n* 9. sed primam opinionem tenent *Arnon. Soliloquio* 63. *Marsil sing.* 284. *Novar. d. gravam.* 318. *post n.* 7. & *Sanf. dec.* 63. *n.* 22. *& seq.* ubi dicit, quòd neque potest procedi ex officio pro injuria verbali facta Cletico.

32 Sic etiam de offensa facta pupillis, viduis, & aliis personis miserabilibus, Iudex potest ex officio procedere, *d. cap Reg. pridem, & d. cap. Regni, ut delatas cum duob. cap. seq.* & in omni causa miserabilis personæ proceditur ex officio, *Novar. d. gravam.* 318. *ver. decimonono*, & de injuria facta vassallo per Dominum, & de injuria facta viduis, pupillis, miserabilibus personis, & personis Ecclesiasticis potest procedi ex officio dato, quòd injuria sit levis, *Caravit. d. ritu* 311. *n.* 8. *& seq.* Immò de injuria facta viduæ, quæ ingressa fuit religionem, adhuc proceditur ex officio, *Jo: de Arnono soliloquio* 33. & quòd magis est, de injuria facta mulieri habenti maritum inutilem, adhuc Iudex potest ex officio procedere, nàm ipsa æquiparatur viduæ *Jo: de Arnono Soliloq.* 72. sed tunc de injuria facta pupillis, & viduis, Iudex procedit ex officio, quando pupilli, & viduæ sunt pauperes, & non aliter, *Jo. de Arnono in Epit.* 6

33 Sic etiam Iudex Ecclesiasticus potest ex officio procedere ad censuras Ecclesiasticas contrà publicos concubinarios, & meretrices, *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 8. *de reform. matrimonii.*

34 Sic etiam Iudex potest ex officio cognoscere de suspecto tutore, nullo existente accusatore, & potest Iudex ex officio ipsum tutorem suspectum removere, si suspectum invenerit, *l.* 3. *§. præterea, ubi Bar. ff. de suspect. tutorib. Marant. ubi suprà n.* 147. *Novarius d. gravam.* 318. *verb. decimo tertio.*

35 Sic etiam Iudex potest ex officio procedere contrà producentem scripturam falsam in judicio, *Bald. & Salic. in l. Iubemus, C. de probat. Novar. d. gravam.* 318. *n.* 10. *Maranta ubi suprà n.* 148. *ubi n.* 150. dicit, quòd etiam Iudex potest procedere ex officio contrà testes deponentes falsum in Iudicio, *cæt. text. in l. nullum, C. de test. bus*, & idem tenet *Novar. d. gravam.* 318. *n.* 12. *in fine.*

36 Sic etiam Iudex potest procedere ex officio contrà filium, qui impias manus contrà patrem, vel matrem injecit, *l.* 1. *§. si filius ff. de obedientia à liber. parentibus præstanda, Marant. ubi suprà n.* 165.

37 Sic etiam de crimine lenocinii, Iudex potest procedere ex officio, *l.* 2. *§. si publico, ff. ad legem Jul. de adult. Marant. ubi sup. n.* 168. *Novar. d. gravam* 318. *ver. vigesimo octavo, & probatur in prag.* 1. *de lenonibus* & docet *Fariu. pract. crim. tit. de delictis carnis, quæst.* 144. *n* 27.

38 Sic etiam Iudex est competens in procedendo ex officio contrà inhobedientes, & turbantes suam jurisdictionem, *Maranta ubi suprà n.* 177. *& Novarius d. gravam.* 318. *ver. vigesimonono.*

39 Sic etiam contrà officialem sindicandum potest procedi ex officio de commissis, & omissis in officio, & contrà Officialem sindicandum potest procedi per viam inquisitionis, *pragm.* 1. *de sindic. offic. prag.* 1. *§.* 6. *de offic. Iudicis, prag.* 3. *de offic. Iustitiarii, de Leonardis in pract. officialium cap* 15. *n.* 16. Immò si Iudex sit sindicatus, & obtinuit literas liberatoriales, adhuc de malè gestis, & non cognitis in sindicatu, potest ex officio inquiri, *pragm.* 6. *de sindic. offic.* Quòd si sindicatores procedant per viam generalis inquisitionis, & Officialis sit liberatus, in hoc casu non potest amplius inquiri, *de Ponte dec.* 26. *& Rovit. d. prag.* 1. *n.* 25. *de sindicatu offic.* sed extrà materiam sindicatus Officialium generales inquisitiones sunt prohibitæ in Regno, *cap. Regni* 279.

40 Sic etiam Iudex est competens in compellendo aliquos ex officio ad præstandum inter se cautionem de non offendendo, *Mustatel. pract. fidejussoria part.* 1. *modo* 15. *n* 2. *Reg. Sanfel. dec.* 142. *n.* 4 *Riccer.* 129. *n.* 1. *par.* 1. *& de Franch. dec.* 359. Quòd intellige quando negotium est deductu in judicio, aliàs solus Princeps potest cogere partes ad pacem, *Capibl. de Baronib. prag.* 6. *n.* 44 *cum duobus seq. & Guazzin. ad defensam reorum def.* 34. *cap.* 1. *post n.* 3. *ver. Immò solus*, undè Iudex non debet invigilare, ut cives concordes reddat, quando facta est rixa inter eos, sed debet eos punire, nisi adsit timor, ne ex rixa perturbatio Reipublicæ sequatur, *Bossus pract. crim. tit. de pace, n.* 30. & quando multitudo hominum deliquit, licèt de rigore om-

 nes

nes puniri possint, tamen de equitate,ut pax non turbetur principales, & authores rixæ puniri solent, parcendo multitudini, *cap fin.ubi DD de transact Reg.de Ponte de potest.Prorega t 1.in princ.n.9.* ubi *n.5.* dicit,quòd Prorex potest cogere subditos ad pacem faciendam pro quiete Reip. citat *Bald. in l.1.§ juracarnis ff de offic. præfect. urbis,* ubi ipse *de Ponte d tit.1. num.8.* dicit, quòd superior potest compellere aliquem adcautionem præstandam de non offendendo ad instantiam partis.

41 Sic etiam Iudex potest ex officio jubere, declarari libellum, vel exceptionem generalem, quæ non concludit in qualibet specie, ità *Valasquez dec. Lusitana 97.*

42 Sic etiam Iudex potest pronunciare, appellationem esse desertam ex officio, parte non opponente, ità *Maranta d. act.2. n.409.*

43 Sic etiam Iudex ex officio potest punire executores, qui in officio delinquunt, *l.2. C de sportulis & l.divus,ff.de custodia reorum, Mufcatel.in practica appellationis, p.r t.3.glos.servatau 70.*

44 Sic etiam contrà vagabundos potest ex officio procedi, *prag.1. de vagabundis, Novar.d.gravam. 318 n.8.*

45 Sic etiam Iudex potest ex officio procedere contrà ludentes ad ludos prohibitos, *Const Regni Hi qui,ubi Affl.*& docet *Novar.d.gravam. 318. n.26.*

46 Et scias, quòd exceptione excommunicationis opposita contrà accusatorem in causa Criminali, Iudex potest ex officio causam prosequi,*cap.Regni Pro bono in princ.* Idem est si accusator, pendente accusatione decedat, tàm Judex ex officio potest causam prosequi,*Marant d.act.a.n.180.& Iul.Clar. §.fin.quæst 51.ver.pariter etiam.*

47 Scias etiam, quòd si quis accusat, & deindè desistat, Iudex potest causam ex officio finire, *l. pen.in princip.ff de publicis judiciis,cap.Reg.pridem, quod est in n.218.& est aliud cap.Reg.ad consultationem in n 220.Caravit.ritu 21.n.1.& 9. Ricciuscoll. 1813 Boss. pr.il.crim.tit.de accusatione n.14.* Quòd intellige, si Iudex à principio poterat procedere ex officio,non existente accusatore,aliàs secùs.*Caravit.in ritu 233.n.14.Campag.cap.Reg.pridem n.11. Mastril.dec.207.& dec.213.Tartag.pract.crim.cap. 1.n.12.& Jul. Clar. pract.crim. § fin.quæst.5 t.ver. sed quid.*

48 Hoc est, quòd in crimine injuriarum, parte remittente, Iudex non potest causam prosequi ex officio,*Foller.in suis fragmentis,tit.de injuriis,n.140,* licet contrarium teneat *Paris.*quem sequitur *Mufcatel.in d.pract.crim.rub.de iniuriis,& famosis libellis n.31. cum sequentibus, & Amend, ad Præs de Franch.decis.100.in fine,* qui dicit,decisum fuisse, quòd possit procedi in crimine injuriarum instituta querela,quamvis remissa,sequitur *Thor.comp. decis.tom.1. ver. procedi fol.424.* tamen prima opinio est vera. & secunda opinio potest procedere, quando sumus in crimine injuriarum atroci, pro quo possit à principio procedi ex officio,ut advertit *Reg.Sa fel.decis.63.n.26.& seq.*ubi *n.28.& seq.* dicit,quòd quando pars remittit post litem contestatam,Curia procedit ex officio dato, quòd iojuria non sit atrox, secùs si ante litem contestatam remittat.

49 Hic etiam est, quòd dum contrà usurarios manifestos possit procedi ex officio, ut suprà diximus *n.13* in ipso crimine usurarum, accusatore desistente ab accusatione, Iudex potest procedere ex officio contrà ipsum usurarium, *Campag.cap.Reg. ad consult ationem n.19 Borrel.summa decis. titulo de usuris n. 55. & cons. 12. in fine, Minad. dec. 39. de Franch.decis.552. Caravit.ritu 21.post n. 2. & Riccius coll.1813.*

50 Et circà hoc scias, quòd si usura sit commissa contrà Universitatem, unusquisquè de populo, & de ipsa Universitate potest accusare usurarium, *Caravita ritu 191. n.16.*

51 Sed Judex non potest procedere ex officio in actione injuriarum verbalium, imò nequèpotest procedere ad denunciationem partis, nisi porrecto libello,*d.rit.311. ver.statuentes,* undè Actuarii crimmales non possunt recipere quærelas injuriarum verbalium ad simplicem denunciationem partis,*prag.36 § 43.de offic.magist.just.* sed tantùm porrecto libello, servata forma *dicti ritus 311.* ut docet *Rovit.d.prag.36 quæ secundùm cum est 38.n.7. de officio Magistri Justitiarii,*quòd procedit in toto Regno,*Carrab.de judicat. part.2.n.149.* sed *Reg. Sanfel. dec. 258.* dicit decisum, Magnam Curiam posse procedere absquè querela pro injuria verbali, nam Magnæ Curiæ ex præeminentia ex permissum, in omnibus procedere ex officio absquè accusatore. *Paris.de Puteo de syndicat.ver.inquisitio, cap.2.n.2. & idem D.Reg.Sanfel. dec.63 n.25.*

52 Sic etiam Iudex non potest procedere ex officio contrà Universitatem, ex quo non renovavit apprætium, *cap.Reg.275.ubi Campag. nu.2.* nam Universitas quolibet anno tenetur facere nouum apprætium, *prag.unica de appretio.*

53 Et scias, quòd in delictis, in quibus potest procedi ex officio, proceditur non obstante, quòd Universi as habeat triduum in privilegium *pragm.1.de privil.universit.concess.*intellige si veniat imponenda pœna relegationis, vel ultrà, secùs si infrà, quia tunc non potest procedi vigore privilegii, si accusator infrà triduum remittat, servata forma privilegii, *prag.36 §.item se si fà querela, de off.magistri Iustitiarii.* ita decisum, testatur *Rovit, in d.pragm.1.nu.1.de privileg.univer.concess.*& elapso triduo concessa per privilegium ad remittendum, si sit conjuncta persona, quæ quærelavit, adhuc admittitur pœnitentia,*Inde Arnono sing.17.*

54 Et Baro habens civilem jurisdictionem, non potest procedere ex officio in causis, *cap. Reg.89.* & est ratio, quia ipse Baro, qui habet civilem jurisdictionem, non potest cognoscere de delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilationis,ut dicam *inf à cap.50.num. 10.* sed Iudex non potest procedere ex officio, nisi pro delicto veniat imponenda pœna mortis naturalis,vel civilis,vel membri mutilationis, ut suprà dixi, ergò.

55 Sic etiam, si statutum præfigat terminum ad accusandum in causis criminalibus, elapso dicto termino, Iudex non potest ex officio procedere contra reum, dato, quòd ipse reus sit confessus post dictum terminum, ità *Cabal. resol.crim.casu 5.*

56 Et terminus præfixus per statutum ad accusandum currit tàm in delictis manifestis, quàm occultis à die commissi criminis, & non à die scientiæ,

sed

sed dies commissi delicti non computatur in dicto termino, ità *Cabal. casu 6.* obi *casu 7.* dicit, quòd quando sumus in delictis reiteratis; puta in adulterio, & tunc tempus currit non à die primi delicti, sed currit à die ultimi delicti.

57 Scias etiam, quòd de jure communi unusquisque de populo in publicis judiciis potest accusare, vel denunciare, *l. quamvis la 2. C. de adulteriis*. excipiuntur tamen fœminæ quæ non possunt accusare, *l. 1. & l. qui accusare, ff. de accusat. l. mulier, ff. de popularibus act.* sed tantum mulier potest accusare, si suam, vel suorum injuriam prosequitur, *l. hi tamen, ff. de accusat. l. de criminc, C. de iis, qui accusare non possunt*.

58 Hinc est, quòd mater potest accusare tutorem filii sui suspectum, *l. pietatis, C. de suspect. tutoribus, §. consequens, Inst. de suspet. tutorib.*

59 Sed hodie in Regno tàm masculi, quàm fœminæ non admittuntur ad accusandum, nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur, *ut in ritu 191.*

60 192., & 195. Et appellatione suorum intelligitur usque ad sextum gradum, *Caravit. d. ritu 191. nu. 2. Maranta ubi supra nu. 62.* & commater potest in subsidium accusare de morte compatris, *Farinac. pract. crim. tit. de accusatione quæst. 13. n. 18. & Carav. d. ritu 191. n. 3.* ubi *n. 7.* dicit, quòd quis debet probare se esse talem qualem.

61 Imò in Regno neque Clericus admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur, ut in *ritu 194.* & Clericus regulariter non potest accusare laicum de delicto, de quo venit imponenda pœna sanguinis, *cap. nullus Clericus 11. quæst. 1.* nisi protestetur citrà pœnam sanguinis, *cap. Prælatis de homicid. in 6. Farinac. tit. de accusatione quæst. 12. n. 12.* ondè Clericus potest agere contrà interfectorem fratris sui cum tali protestatione, *Riccius dec. 134 part. 2.* sed in *dec. 243. par. 3.* dicit ipse *Riccius*, quòd Clericus potest agere cum tali protestatione, quando prosequitur suam injuriam, secus si suorum injuriam.

Sed excommunicatus non potest prosequi suam, vel suorum injuriam, *Jo: de Arnono opit. 42. & Farinac. d. quæst. 12. n. 26. cum plurib. seq.* & neque potest accusare tanquàm unus de populo, *Jo: de Arnono in comment. 48.* & idem est in muliere, & pupillò, *Jo: de Arnono comment. 156. & Farinac. d. quæst. 12. n. 15. & seq.*

62 Scias etiam, quòd licèt regulariter nemo puniatur sine accusatore, *l. rescripta, § si quis, ff. de muneribus & honoribus*, quòd etiam est de jure divino, *Jo: cap. 8. ibi, mulier, ubi sunt, qui te accusant, Campag. cap. Reg. item, quòd prædicti justitiarii, n. 1.* tamen in omnibus criminibus, vel agitur ex officio in casibus permissis, vel ad instantiam partis, *Jul. Clar. §. fin. q. 3. n. 1.*

63 & licèt de jure accusatio, & inquisitio non possint simul cumulari, ut de communi testatur, *Romanus in l. edita, post n. 138. C. de edendo*, nam accusatio facit cessare inquisitionem, tamen de consuetudine possunt simul cumulari, & accusatio non facit cessare inquisitionem, *Jul. Clar. d. q. 3. n. 5. & 6.* & ibi *Bajard. in add.*

64 Sed licèt in omnibus causis criminalibus Fiscus debeat audiri, aliàs processus est nullus, quòd procedit etiam in coriæ coadjutore, qui si non fuit auditus in causis criminalibus, acta sunt nulla, *Capibl. in add. ad prag. 8 par. 1 in add. ad n. 234.* citat *Mastril. de indulto q. 36. nu. 16. Avend. de exequendis mandatis Principis, fol. 81.* tamen quando in causa criminali adest accusator, Fiscus non debet audiri, nam quando adest accusator, qui facit partem in judicio, partes Regii Fisci conquiescunt, ex regula *tex. in l. 2. § si publico, ubi DD. ff. ad legem Jul. de*

65 *adulter.* ità *Rovit. prag. 44. n. 9. de offic. Sacri Regii Conf.* & ideò licèt per *prag 8. quæ hodie est 7. de appellat.* disponatur, quòd quando condemnatus pro causa criminali appellat, Fiscus inheret appellationi, tamen secus est quando adest accusator, quia tunc Fiscus non inheret, *de Franch. dec. 467. in fine*, & docet *Rovit. d. prag. 8. n. 1. de appell. & in d. prag. 44. n. 10. de offic. Sacri Regii Conf.* quòd si ipse accu-

66 sator appellat, & in hoc casu accusator potest huic appellationi renunciare in præjudicium Fisci, *de Franch. dec. 658.*

67 Scias etiam, quòd denunciator non admittitur ad faciendum partem in judicio, sed tantùm potest assistere, & Fisco adherere, *Ricc. dec. 226. part. 2.* & an, & quando accusator, seù denunciator possit desistere ab accusatione, vide *cap. Reg. 207. et ibi Campagnam.*

68 Et advertas, quòd quando quis est condemnandus per inquisitionem, non est puniendus pœna ordinaria inducta à lege pro illo crimine, sed quia agitur ex officio, sed mitiori pœna debet puniri, *c. inquisitionis, de accusat.* & docent *Maranta part. 4. distin. 10. Novar. de grau amin. vassal. tom. 2. gravam. 113. Tiraquellus de pœnis temperandis causa 53.* sed hoc in practica non servari, testatur *Jul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 60. v. r. potest etiam allegari*, vel dicas, primam opinionem procedere de jure Canonico, secus de jure civili, quo jure, etiam si per viam inquisitionis procedatur, imponitur pœna ordinaria, *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 30. n. 5. Menoch. de arbitr. jud. casu 594 & Farinac. pract. crim. tit. de reo confesso, quæst. 81. n. 2. in fine.*

69 Advertas etiam, quòd ista exceptio, ut Judex non possit procedere ex officio, potest opponi etiam post litem contestatam, *Jo: de Arnono comment. 155. Guazzinus tract. ad defensam reorum defen. 1. cap. 19. n. 98.* sed quòd talis exceptio sit dilatoria, & debeat opponi antè litem contestatam, & antequam nomen Rei sit receptum inter reos, tenet *Foller. in pract. crim. ver. detur copia capitulorum inquisit. n. 9.* qui citat *text. in l. si maritus, §. præscriptiones, ff. ad legem Juliam de adulteriis.*

70 Et quando opponitur, quòd non possit procedi ex officio in aliqua causa, Judex debet super hoc interloqui, *Angel. Aret. de malefic. vers. hæc est quædam inquisitio col. 3. in fine, & Foll. pract. crim. rub. detur copia capitulorum inquisitionis n. 6.* ubi *n. 8.* dicit, quòd si Judex procedat ad ulteriora, non obstante tali exceptione opposita, potest ab hoc appellari.

71 Et scias, quòd in casibus, in quibus Judex potest ex officio procedere, ut procedere possit, est necesse, ut contrà inquirendum præcesserit infamia, aliàs non potest formari inquisitio, *cap. qualiter, & quando lo 2. de accusat.* & docet *Jo: de Arnono soliloq. 65.* & debet præcedere fama, *idem Jo: de Arnono sing. 58.*

SUMMARIUM.

1 *Compromittere causam nemo compelli potest de jure communi. Sed in pluribus casibus compelli potest num. 2. 3. & 4.*
5 *Arbitri, qui eliguntur vigore pragmaticæ, dicuntur arbitri juris.*
6 *Compromissum, quod fit vigore pragm. dicitur necessarium, etiam respectu illius, qui petit, causam compromitti.*
7 *Judex non potest ex officio compellere consanguineos litigantes coram eo ad compromittendum.*
8 *Pars, quæ noluit eligere arbitros in casibus, in quibus fieri debet compromissum compellitur per Judicem.*
9 *Arbitri electi per partes an possint compelli ad exercendum officium arbitratoris. & n. 10.*
11 *Arbitri si sint discordes, datur tertius, & per quem dari possit? ibid.*
12 *Compromissum simpliciter factum in duos, valet. Sed si sit factum cum facultate adjungendi tertium incertum in casu discordiæ, non valet, secus si sit factum cum facultate adjungendi tertium certum num. 13. quòd si deindè antè discordiam illi duo arbitri eligant tertium, & cum eo proferant laudum, illud est nullum, num. 14.*
15 *Compromissum de jure Canonico debet fieri in unum, vel tres arbitros.*
16 *Compromissum debet peti ante litem contestatam, aliàs si post, & tunc fieri non debet, limita, ut ibid.*
17 *Compromissum factum in secunda instantia impedit fatalia.*
18 *Compromissum qua ratione fuit introductum?*
19 *Consanguinei, & affines usquè ad quartum gradum inclusive de jure civili computandum in Regno tenentur compromittere causas inter eos vertentes, & supra num. 4. amplia à num. 20. usque ad num. 32. limita à num. 33. usquè ad num. 58.*
59 *Judicandum an sit in dubio, causam esse compromittendam?*
60 *Venditor non potest laudari in auctorem coram arbitris, & cap. 15. num. 12.*
61 *Emptor, si succumbat per sententiam arbitrorum, an agat de evictione contra venditorem, & cap. 15. num. 13.*
62 *Reconventio an fieri possit coram arbitris?*
63 *Sententia arbitrorum esequi debet per ordinarium loci, & non per ipsos arbitros.*
64 *Appellatur à sententia arbitrorum ad ordinarium loci compromissi.*
65 *Instantia in compromisso quantùm duret? & num. 67. & à quo tempore currat? num. 66.*
68 *Laudum est nullum, si proferatur post instantiam compromissi.*
69 *Compromissum, si sit expiratum, an aliàs possit comprobari?*
70 *Juramentum non dicitur prorogatum, prorogato compromisso.*
71 *Compromissum ex quibus causis expiret? usquè ad num. 77.*
78 *Compromisso expirato, causa revertitur ad Judicem ordinarium.*
79 *Probata coram arbitris an possint produci coram Judice ordinario, expirato compromisso?*
80 *Compromittentes, pendente compromisso voluntario, possunt redire ad Judicem ordinarium, sed debent solvere pœnam.*
81 *Arbitri in quo loco causam agitare possint?*
82 *Compromissum potest fieri generaliter de omnibus controversiis, sed intelligitur de controversiis præsentibus, & non futuris, nisi aliter compromissum sit, & potest etiam fieri super uno articulo tantùm num. 83.*
84 *Præscriptio interrumpitur per litis contestationem factam coram arbitris.*
85 *Confessio facta coram arbitris dicitur judicialis.*
86 *Testes committentes falsum coram arbitris, an ab ipsis puniri possint? & n. seq.*
88 *Testes citari debent ab ordinario Judice, & ab eo puniuntur, si sint renitentes, & non ab arbitris.*
89 *Arbiter potest suam sententiam interloquutoriam mutare, sed non diffinitivam.*
90 *Arbiter an possit verba dubia laudi interpetrare?*
91 *Judex delegatus non potest suam sententiam dubiam interpetrare.*
92 *Arbiter non potest cognoscere de pœna adjecta in compromisso, & nequè potest cognoscere ultrà illud, quòd non est compromissum, num. 93. & 94.*
95 *Arbitri an possint arbitrium delegare? & possint examen committere? nu. 99.*
96 *Arbitri an cognoscant de causa restitutionis in integrum? & possint statuere diem solutionis? num. 97. & cognoscant de pœna contumacis? num. 98.*
100 *Arbitri possunt citare partes per Nuncium, & possunt uti Nunciis superiorum, & possunt Nuncios creare, & cum causa eos removere.*
101 *Arbiter potest deferre juramentum necessarium.*
102 *Cautionem de stando juri, & judicatum solvendo præstans coram Judice ordinario, potest petere compromissum, et per hanc cautionem sibi nō præjudicat.*
103 *Arbiter an possit pronunciare, si sua sit jurisdictio?*
104 *Delegatus an possit pronunciare, si sua sit jurisdictio?*
105 *Quæstio, si causa sit compromittenda si, vel ne, est compromittenda.*
106 *Appellari potest à decreto, per quod pronunciatur, ut causa compromittatur, vel non compromittatur.*
107 *Arbitri quam jurisdictionem habeant?*
108 *Arbiter sequi debet jus commune.*
109 *Jurisdictio arbitrorum an possit prorogari per alios, qui non compromiserunt?*
110 *Doctores, qui tractant de compromisso, & arbitris, citantur.*

De foro compromissi.

CAP. XI.

ALiquando causæ agitantur coram Judice ordinario competenti, sed ut plurimum opponitur, fieri compromissum in arbitros, undè ad sciendum quando tale compromissum debeat fieri in arbitros, & ipsi arbitri fiut competentes in procedendo in causa, advertas, quòd de jure communi nemo compellitur ad compromittendum, *l. si dictum, §. si compromissero, ff. de evict. Jo: de Arnono comment. 164.* sed ambæ partes litigantes debent compromittere, & de pari consensu fit compromissum in arbitros, aliàs non potest fieri, & in hoc casu compromissum dicitur simplex, & voluntarium, *Marant. part. 4. dist. 4. n. 2.* sed tamen multi sunt casus de jure communi, in quibus litigantes compelluntur compromittere, etiam si non

sint

sint consanguinei, de quibus per *Affl. dec. 149. n. 6. & per Grammat. dec. 9. n. 1. & de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. in prin. n. 10.*

3 Et licet regula sit, quòd Judex non possit compellere partes ad compromittendum, *glos. & Bar. in l. furti, §. qui jussu, ff. de his, qui notar. infam. Affl. d. dec. 149 n. 6.* ubi hoc limitat, nisi fortè esset lis inter magnates, & esset timor ne venirent ad scandalum, quia tunc Iudex compellit partes ad compromissum, ut docent *Affl. ibi, Bald. in l. aequissimum, ff. de usufructu, & Reg. de Ponte d. tit. 1. in principio n. 10.* Idem est si lis diù durasset, & non sit determinata, & probationes sint ambiguæ, & intricatæ, quia tunc Judex potest partes compellere ad compromissum. *cap. placuit, 90. dist. Affl. d. dec. 149 n. 7. Grammat. d. dec. 9 n. 1. & Reg. de Ponte d. n. 10. in fine,* sic etiam Papa, vel Rex potest partes compellere ad compromittendum, *Affl. d. n. 7.* ubi dicit, quòd Sacrum Regium Consilium hoc etiam facere potest, & hoc facit Sacrum Consilium, quando causa est multùm dubia, ut dicit *Affl. d. n. 7. in fine, & Gram. d. dec. 9 n. 1.* & Judex potest compellere partes ad concordandum, *Thes. dec. 89. n. 3.* sed contrarium tenet *Garavit. in ritu 10. n. 11.* ubi dicit, quòd Iudex tenetur ipsis litigatoribus concordiam persuadere, licet ad eam cogere ipsos non possit, citat *Bald. in l si usufructus, § aequissimum ff de usufructu.*

4 Sed in Regno Neapolitano cõsanguinei, & affines usquè ad quartum gradum inclusivè de jure civili computandum, litigantes tenentur causas compromittere in duos arbitros consanguineos, vel amicos, & ipsi arbitri sunt competentes in causis supradictorum consanguineorum, & affinium,

5 *prag. 1. de arbitris,* & docet *Jo: de Arnono different. 98.* & in hoc casu isti, qui eliguntur in arbitros, dicuntur arbitri juris nam vigore *d. pragm. 1.* eli-

6 guntur, *Marant. d. dist. 14. n. 3.* & compromissum in hoc casu dicitur necessarium etiam respectu illius, qui petit causam compromitti vigore *d. pragm. 1.* nam dicitur compromittere ex necessitate, & non ex voluntate, licèt ipse petat compromissum, *Minad. dec. 25. & Rovit. d. prag. 1. n. 19. de arbitris.*

7 Sed Iudex non potest ex officio compellere partes consanguineos litigantes coram eo ad cõpromittendum, ut in *d. prag. 1. ibi (ad petitionem cujuslibet) M arant. part. 6. act. 2. n. 13. Magon. dec. Luc. 73. n. 11. & Rovit. d. prag. 1 n. 18.* sed requiritur, ut unus tantùm ex litigantibus petat, fieri compromissum, quòd est etiam de jure communi, ut di-

8 cunt *Blanc. de compromiss. quaest. 5. n. 1. & Muscatel. in prax. S. R. C. part. 2. glos. gradum n. 17. & seq.* & in hoc casu si altera pars noluit eligere suum arbitrum, potest per Iudicem compelli ad eligendum, *Rovit. d. prag 1. post n. 33.* & in omnibus casibus in quibus debet fieri compromissum, pars, quæ erit renuens, potest compelli per Judicem ad compromittendum, *Rovit. d. prag 1. n. 46.* Quòd si partes sint discordes in eligendos arbitros, & tunc solus Judex eligit arbitros, *l. fin §. electionem, C. de judiciis Marut. d. act. 2. n. 12. & Jo: de Arnono commentario 162.*

9 Quòd si illi, qui fuerunt electi arbitri, nolunt acceptare officium arbitratoris, possunt per Judicem compelli; intellige in compromisso necessario, secus in voluntario, in quo arbitri electi non possunt compelli ad acceptandum officium, *l. 3. §. 1. & l. litigatores § arbitrum, & l. arbiter. 53 ff. de recept. arbitris,* & docet *Rovit. d. prag. 1. n. 29.* nisi ipsi arbitri electi sint conjunctæ personæ utrique litiganti, quia tunc compelluntur acceptare officium, *Jo: de Arnono epit. 27.*

10 Sed tertius arbiter, qui additur, quando arbitri sunt discordes, potest compelli ad acceptandum per Judicem tàm in compromisso necessario,

11 quàm voluntario, *Rovit. d. prag. 1. n. 54.* nam si causa sit compromissa in duos arbitros, & ipsi duo arbitri sint discordes in prolatione laudi, in hoc casu ipsi arbitri (si partes nolunt eligere tertium arbitrum) sunt competentes in adjungendo ter-

12 tium arbitrum, *d. prag. 1. de arbitris,* & de jure communi si in duos compromittitur simpliciter, valet compromissum, quòd si dissentiant, coguntur eligere tertium, cujus auctoritate parebitur, *l. item si unus, §. principaliter, ubi glos. & Bart. ff. de recept. arbitris.*

13 Et de jure communi si in duo fit compromissum cum facultate adjungendi tertium incertum in casu discordiæ, tale compromissum non valet, *cap. innotuit, extra de arbitris,* secus si sit data facultas, tertium certum adjungendi, puta Sempronium quia tunc valet compromissum, *d. l. item si unus, §. si in duos, ff de receptis arbitris.*

14 Sed si illi duo arbitri per prius electi ante discordiam, & non post, tertium adjungant, & cum interventu illius proferant laudum, in hoc casu laudum est nullum *Anna sing. 38. Rovit. d. prag. 1. n. 53.*

15 *& seq. de arbitris,* sed de jure Canonico debet causa compromitti in unum, vel tres arbitros, *cap. 1 extra de arbitris,*

16 Et advertas, quòd compromissum, quod fit vigore *d. prag. 1.* debet peti per consanguineos litigantes antè litem contestatam, ut in *d. pragm. 1. &* docet *D. Reg. Sanfelic. in prax. judicialis sect. 4. nu. 3.* aliàs post litem contestatam causa non debet compromitti, ut ità decisum testatur *Affl decis. 185.* sed post terminum datum ad probandum in continenti, non præsentatis articulis, & non expedita citatione ad testes, potest peti compromissum, *Capyc. decis 48 Io: Aloys. Catalan. de indulto cap. 10. nu. 33. & seq. Muscatell. in praxi S. R. C. par. 2. glos. gradum, nu. 12 & seq. & D Reg. Sanfel d. sect. 41. nu. 4.* sed licèt exceptio compromissi in Regno debeat opponi antè dationem termini, tamen de jure communi usquè ad publicationem exclusivè potest opponi, *Io: de Arnono commentario 2.* sed ex consensu partium compromissum potest fieri post sententiam, si sententiæ renuncietur, & tale compromissum tenet, *l. & post rem judicatam, ff. de re judicata.* & docet *Io: de Arnono in comment. 89.* & laudo non sequuto, reviviscit sententia; *Bald. in l. si diversa pars, & in l. super possessione, C. de transactionib. Anna sing. 113.* Hinc dicam infrà *num. 43.* quòd compromissum voluntarium potest fieri in

17 secunda instantia, & sic in causa appellationis, & compromissum factum in secunda instantia, impedit cursum fatalium, *clem. quamdiu, de appellat* sed antè acceptationem non impedit currere, sed post acceptationem non currunt, sed in conventione de faciendo compromissum etiam currunt fatalia, *Anna sing. 117.*

28 Et

18 Et ut consanguinei compellantur causas compromittere fuit introductum ad evitandum odia, quę oriuntur ex litibus inter ipsos consanguineos, ut dicit *d.pragm.1.* & de jure communi compromissum fuit introductum ad tollendas lites, *l.1.& l.quamvis ff.de recept.arbitris*, nam lites, ut plurimum solent esse criminum occasiones, *l.properandum, C.de Iudiciis § si verò aliquis, Auth.de trienta, & semisse, Carav.it.ritu* 10.*nu.*4. ubi ponit multa incommoda, quæ oriuntur proptee lites, alia in-
19 commoda ponit ipse *Carav.in rit.*288.*n.*30.& ideò meritò *d.prag.*1. mandat causas compromitti inter consanguineos, & affines usque ad quartum gradum inclusivè de jure civili computandum, Quod amplia, &

20 Primò inter maritum, & uxorem, qui licèt non sint affines, tamen sunt causa affinitatis, *Bal.in l. affinitatis, C.commun.de success.* & ideò causæ vertentes inter conjuges ipsos debent compromitti in duos arbitros, qui sunt competentes in procedendo in causis vertententibus inter ipsos conjuges, *Marant.in suo speculo par.*6.*act.*2.*nu.*2.*Borrel.de compromis.§.*1.*glos.*3.*nu.*7.*cum plurib.seq. & Rovit.d.prag* 1.*nu.*24. immò hoc procedit inter sponsam, & sponsum, *Jas.in l.quod servius ff.de condit.ob causam, Marant.d.act.*2.*nu.*3, sed contrarium tenet *Borrel. de comprom.§.*1.*glos.*3.*nu.*196.*cum plurib. seq.* sed contrariatur in eadem, *glos.*3.*nu.*134.

21 Secundò amplia, nam licèt in Regno sit dispositum, ut filiusfamilias non possit se obligare absquè consensu patris, *pragm.*1.*ad Senat. Consul Maced.* tamen statuto hoc non obstante, si filius familias litigat cum suo consanguineo, potest causam compromittere absquè consensu partis. *Bald.in l.si, §.necessitatem vers.sed pone duo sunt statuta, C.de bonis, quæ liberis Alex.consil.*29.*col.*1.*in fine, vers.& expressius, vol.*1. *Borrellus d.glos.*3.*num.*145.*cum plurib.seq.& Marant.d.act.*2.*nu.*10. ubi *nu.seq.* infert ex hoc, quòd licèt mulier vivens jure Longobardo non possit contrahere sine consensu mundualdi, tamen si ipsa muliee habeat litem cum conjuncto, potest causam compromittere absquè Mundualdo, sed contrarium affirmant, *Castrens. consil.*465.*lib.*1.*Foller.in add.ad Marant. d.act.*2. *nu.*11.*& Borrel.de compromis.§.*1, *glos.*3.*nu.*15.*cum pluriq.seq.* ubi *nu.*20.*cum plurib seq.* dicit, quòd si mulier compromittat cum juramento sinè mundualdo, compromissum valet, & quo ad filiumfamilias vide *Blancum de compromisso, quæst.*3. *nu.*43.

22 Tertiò amplia, nam petito compromisso per unum ex litigantibus consanguineis, Judex, coram quo per prius lis intentata erat, non potest ad ulteriora causæ procedere, etiam ante electionem arbitrorum, *Rovit.d.prag.*1.*nu.*46. nisi in casu decisionis *Affl.* 170. ubi dicit ipse *Affl.* quòd si consanguineus debitor uti suspectus, & fugitivus sit captus & opponat quòd de jure non fuit legitimè captus, dum non concurrunt requisita, quæ de jure requiruntur, de quibus per *Gramat.consil.civili* 17.& ipse debitor hunc articulum decidendum petat compromitti in hoc casu pendente articulo prædicto decidendo, ipse debitor debet præstare cautionem de stando juri super dicto articulo, an Iudicium debeat assecurari, quòd si deindè per arbitros deciditur, quòd judicium debeat assecurari, & tunc renovatur idonea cautio de stando juri super negotio principali, & de judicatum solvendo, aliàs non excarceratur, prout hæc omnia dicit ipse *Affl.d.dec.*170.

23 Quartò amplia, nam si spurii cum consanguineis ex parte matris inter eos litigant, tenentur facere compromissum, sed non cum consanguineis ex parte patris, *Marant.d.act.*2.*nu.*5.*&* 20.*& Borrel.de compromisso.§.*1.*glos.*3.*num.*163.*cum plurib. seq.& nu.*172.& ratio differentiæ est, nam mater est certa *l.quia semper.ff.de in jus vocando*, pater verò incertus, *l.vulgo ff.de statu hominum*, sed fratres naturales tantùm litigantes inter eos non compelli ad compromittendum causam, tenet *Rovit.d prag.*1.*n.*14 *de arbitris*, sed *Marant.d.act.*2. *nu.*21.tenet, quòd si duo spurii nati ex eadem matre, vel ex duabus sororibus imò nati ex eodem patre, si inter eos litigant, tenentur compromittere, sed primam opinionem tenet *Novar. in prax. elect.fori to.*1 *sect.*5. *quæst.*9. *nu.*32. *& in dec* 174. asserens ipse *Novar.* quòd in causis naturalium non possint partes compelli ad compromittendum.

24 Quintò amplia, nam cessionarius tenetur compromittere causam, quam habet cum debitore consanguineo cedentis, licèt cessionarius sit persona extranea cum ipso debitore, *Marsil sing.*335. *& Amen.ad Pres.de Praneb.dec.*75.*nu.*6.*& Rovit. d.prag.*1.*num.*22. ubi ipse *Rovit.* in postrema æditione dixit contrarium tenere *Marant. d.act.*2.*nu.*24.*& Affl.dec.*74.*nu.*3. & secundùm opinionem *Marant.& Affl.* tenent *Borrel.de compromisso.§.*1. *glos.*3.*nu.*302. *cum plurib.seq Novar.in prax elect. fori tom.*1 *sect.*3. *quæst.*14 *nu.*10. *& Blanchus de comprom isso quæst.*3.*num.*50.*& seq.* ubi dicit ipse *Blanc.* quòd si cessionarius sit conjunctus cum debitore, licèt cedens sit persona extranea, tamen cessionarius potest petere compromissum.

25 Sextò amplia, nam attenta *d.prag.*1 minores, & pupilli, & eorum tutores, & curatores compelluntur compromittere causam, quam habent cum consanguineis ipsorum minorum, & pupillorum, *Anna singul.*115 *& ibi filius in add. & Ioi de Arnono comment.*125.& non requiritur decretum Iudicis. *Alex.in l.si plures, ff.de pactis, Marant. d.par.* 4.*dist.*14.*nu.*4.*& in d. act.*2. *nu.*8. *Rovit.d.prag.*1. *nu.*10. *& Bcuintend. dec.*21. *nu.*11. quod secus est in compromisso voluntario, in quo minores, & pupilli, & eorum tutores, & curatores non possunt compromittere causam, quam habent cum aliis non consanguineis super rem immobilem de voluntate partium absquè decreto Judicis, *Bald.& alii in l.si Preses, C.de transact. Affl.dec.*285.*n.*15. nisi compromissum fieret super rem, quæ posset alienari absque decretò Judicis, quia tunc etiam in compromisso voluntario non requiritur decretum Judicis, *Rovit.d.prag.*1.*nu.*10.*& seq.* sed *tex.in l.si pupillus, ff.de recept.arbitris* dicit, quòd si pupillus absquè auctoritate tutoris compromittat, compromissum non valet, nisi fidejussor intercesserit, & vide *Borrell.de comprom.§.*1.*glos.*3.*à nu.*45.*usquè ad nu.*59.

26 Sic etiam procurator absquè speciali mandato potest causam principalis consanguinei litigantis

ris cum alio consanguineo compromittere, quod intellige, si sumus in compromisso necessario, quod fit ex dispositione *dictæ pragm.1.* secus si sumus in compromisso voluntario, quod fit voluntate ambarum partium, nam tunc procurator non potest causam compromittere, nisi habet speciale mandatum, *Marant.d.par.4. dist.14.num 4 & d. act.2.nu.8.& Benintend.dec.21.*

27 Quòd si sumus in compromisso voluntario, & procurator non habens speciale mandatum causam compromittat, si pœna sit promissa, ipse procurator tenetur ad pœnam, aliàs si pœna non sic promissa, & tunc ipse procurator tenetur ad interesse, si principalis ratum non habeat compromissum, quòd si principalis ratum habeat compromissum, & tunc statur compromisso, *cap. per tuas, extra de arbitris.*

28 Et ideò procurator, qui non habet speciale mandatum, si sumus in compromisso voluntario, & causam compromittat, & pœnam promittat, non tenetur præstare cautionem de ratum habendo a principali, nam si deinde principalis ratum non habeat, tenetur ipse procurator ad pœnam promissam *l. non distinguemus §. quæsitum ver. an & satisdare ff. de receptis arbitris*, & compromissum necessarium potest peti per Procuratorem non habentem speciale mandatum, sed prolato decreto causam esse compromittendam, non potest fieri stipulatio cum pœna adjecta per procuratorem absque speciali mandato, *Muscatel.d.glos gradum nu.19.& seq.*

29 Septimò amplia, nam si quis vendat aliquam rem alicui, & consanguineus venditoris sit vicinus, & conjunctus in dicta re, & petat rem jure congrui vigore *Const.Regni sancimus*, in hoc casu ipse conjunctus vicinus, qui intentavit litem contrà emptorem jure congrui, potest per venditorem compelli ad compromittendum, *Benedel.in tract.de jure protomiseos in principio nu.176. Facchin.lib.2 controv.iuris cap.40.* sed de hac ampliatione dubitat, *Rovit.d.prag.1 nu.21 de arbitris.*

30 Octavò amplia, nam exteri hujus Regni litigantes in Regno, si sint conjuncti, adhuc compelluntur compromittere, etiam si non habitent in Regno, dummodò reperiantur in Regno, *Rovit. d.prag.1 nu 35.*

31 Nonò amplia, nam si bannitus sit conventus ab aliquo suo consanguineo, potest ipse bannitus cogere dictum suum consanguineum ad compromittendum vigore *dictæ prag.1.de arbitris*, & ità decisum testatur *Benintend.decis.21.à nu.21. usque ad finem*, sed quòd bannitus non possit compromittere, tenet *Borrellus de compromis.§.1.glos.3.nu. 69.* & dixi in *praxi forjudicat.cap.15.nu.42.*

32 Et quæ personæ comprehendantur appellatione propinquorum, quæ tenentur vigore *d.prag.1.* compromittere, late explicat *Blanc.de compromisso quæst.3.per totam*, ubi *nu.48.* dicit, quòd statutum loquens de consanguineis, & affinibus non comprehendit amicos, ut vigore talis statuti teneantur compromittere.

33 Sed dispositio *d. prag 1*, in pluribus limitatur, & primò in causis instrumentariis, rei judicatæ, & obligationis pœnes acta stipulatæ in quibus consanguinei non tenentur compromittere, ut in *d. prag.1.in fine*, & idem esse de jure communi, dicit *Corneus cons.290.lib.1.Socin.junior.cons.40.nu.9.lib. 1, Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt. 38. num.19. Freccia de præsent. Inst. part.7. in principio nu 6.Rovit.d.prag.1.nu.39.de arbitris,& Muscatel. d.glos. gradum nu.45.*

34 Quod amplia etiam si Notarius, & testes, qui intervenerunt in instrumento, essent mortui, dummodò instrumentum esset reassumptum ab alio Notario habente potestatem, nam adhuc consanguinei non compelluntur compromittere, *Minad. dec.11.& Rovit.d.prag.1.nu.39.*

35 Sed si is, pro quo facit instrumentum, petat compromissum, in hoc casu compromissum est faciendum, & altera pars hoc opponere non potest, nam ut in causis instrumentariis non possit fieri compromissum, fuit introductum in favorem creditoris, sed quilibet favori suo renunciare potest, *l.pen.C.de pactis* ergò, &c. ità *Rovit. d.prag.1. nu.40.* citat *Alex.in cons.fin. nu.15. lib.6. & Ludovicum dec.26.nu.2.*& novissimè doctissimus, & peritissimus *Danza*, qui ad præsens cum magna integritate exercet officium Advocati pauperum M.C.V. *in tract.de pugna DD. tom.3. tit. de arbitris cap.1.ver.limita verò.*

36 Et tunc in causis instrumentariis non fit compromissum, quando instrumentum est liquidum, secus si ab eo non resultaret clara juris decisio, & esset dandus terminus, quia tunc potest peti compromissum, & pars contradicens compellitur compromittere, *Rovit.d.prag.1.nu.41. Marc.Antonius Blancus de compromisso quæst.4. nu.5. & Ioseph.Lud.decis. Lucens.26. & Dominus meus Elisæus Danza omni laude dignus in suo tract.de pugna DD. tom.3.tit.de arbitris cap.1. ver.ergò verò cum plurib. ver.seq.* & idem est si opponatur aliqua exceptio contrà instrumentum, quæ opponi possit, nam adhuc debet fieri compromissum, *Io.de Arnono comment.128.& Dom.Danza d.cap.1.ver.quod intellige.* Idem est si opponatur, instrumentum esse simulatum, nam adhuc causa est compromittenda, *Io.de Arnono cautela 17.& Dominus Danza d.cap.1.ver. & quando opponitur*, ubi *cap.5.* dicit, quòd tunc compromissum non habet locum in sententia, quando ipsa fecit transitum in rem judicatam.

37 Secundò limita, nam prolegato consanguinei non possunt compelli ad compromittendum, *Capyc.dec.48.* sed contrarium tenent *Simon de Petris cons.33.cent.3.& Rovit.d.prag.1.nu.44.* sed prima opinio procedit quando pro legato non adest cōtroversia, nam causa executionis legati non debet compromitti *Blanc.de comprom.quæst.4.nu.12.* secus si adsit controversia, quia tunc puto procedere secundam opinionem.

38 Tertiò limita si frater, & soror litigant super paragium debitum ipsi sorori super bonis parentum per ipsum fratrem, vigore *Const. Regni in aliquibus*, nam in hoc casu ipsi non compelluntur compromittere, *Anna cons.75.& Rovitus d.prag. 1 nu 38. de arbitris.*

39 Quartò limita, nam consanguinei litigantes super rebus alienari prohibitis, non possunt compelli ad compromittendum vigore *dictæ prag.1. Rovit.ibi nu.36.* sed contrarium tenet *Blanc. de compromiss. quæst.4.nu.28.* ubi dicit, quòd prima opi-

opinio potest procedere in compromisso voluntario, & sic ut non possit fieri compromissum de rebus alienari prohibitis de voluntate ambarum partium, secus si sumus in compromisso, quod fit de necessitate vigore statuti, quia tunc de ipsis rebus alienari prohibitis partes compelluntur compromittere, ita decisum testatur *Benintendis decis. 21. d nu 9. usque ad nu. 21.* hinc infert *Blanc. ibi nu. 3 1.* quod si de re subiecta fideicommisso sit quæstio inter consanguineos, ipsi consanguinei possunt de ipsa re compromittere vigore statuti dicantis, compromissum debere fieri inter coniunctos.

40 Quinto limita, nam si consanguineus sit persona privilegiata, & eligat in suum forum Regia Tribunalia vigore *l. unicæ C. quando Imperat.* in hoc casu alter consanguineus non potest petere causam compromitti, *Capibl. de autor Baron. tom. 1. super prag. 8. par. 1. num. 322.* sed contrarium tenet *Novar. in prax. elect. fori tom. 1. sect. 4. qu. 32.* ubi *in fine* dicit, quòd causa debet compromitti in illa Civitate, ubi Tribunal electum permanet, prævio tamen iuramento perhorrescentiæ præstando per personas privilegiatas, quòd in partibus non possunt habere iustitiam ex potentia adversariorum.

41 Sextò limita in causis criminalibus, in quibus consanguinei non compelluntur compromittere, nam *d. prag. 1.* loquitur in causis civilibus vel mixtis, ut ibi (*in causis civilibus, vel mixtis*) ergo secus in criminalibus, nam in his consanguinei non compelluntur compromittere, *l. non distinguemus, §. Julianus. ff. de recept. arbitris, cap causa in fine de iuit. restit. Marant. d. act. 2. nu. 14.* Immò consanguinei in causis mixti Imperii non compelluntur compromittere, *DD. in d. § Iulianus, Marant. d. act. 2. nu. 32 & Blanc. d. qu 4 nu. 10.*

42 Hinc est, quod si consanguineus agat de spolio contrà consanguineum interdicto unde vi, non compellitur causam cõptomittere vigore *d. prag. 1.* ut ità decisum tenetur *Affl. decis. 84.* & docet *Rovit. d. prag. 1. nu. 43.*

43 Septimò limita, nam si per consanguineos litigantes compromissum non sit præstitum in prima instantia, non potest peti in secunda, & sic in causa appellationis *Paul. de Castr. in conf. 320. in principio vol. 1. Marant. d. act. 2. nu. 31. Hyppol. de Marsil. in pract. crim. § sequens quæstio num. 51. Blanc. de compromisso quæst. 5. n. 6.* quod videtur contrarium determinare *tex. in auth. si tamen in medio, C. de tempor. & reperat. appellat.* sed dicas, quòd dicta *Auth.* loquitur de compromisso voluntario, secus si sumus in compromisso necessario, quod fit vigore *d. prag 1.* nam tunc procedit prima opinio.

44 Octavò limita, nam consanguinei litigantes super alimentis non compelluntur compromittere, ità decisum testatur *Novar. d. prag. 1. nu. 4. de arbitris* de quo vide *Surdum de alimentis tit. 8. privil. 56. nu. 13. & seq.* sed quòd super alimentis debeat fieri compromissum, tennet *Blanc. d. quæst. 4 nu. 18. ver. alimentorum, & Magon. dec. Luc. 75.* quod intellige quando pro alimentis adest quæstio facti, secus si iuris tantùm, quia tunc causa alimentorum non compromittitur, *Minad. dec. 3.*

45 Nonò limita, nam si Reus conventus super rem emptam laudat in authorẽ eum, qui est cognunctus actori, author laudatus non potest petere compromissum, *Arnon sing. 70. Bald. in l. venditor, nu. 1. ff de iudiciis, & in l. 1. nu. 1. C. ubi in rem act. Rovit. d. prag. 1. n 7.* sed contrarium tenet *Marant. d. act. 2. nu. 7. de Bottis in addit. ad Bart. in qu. 2. Novar. d. prag. 1. nu. 6 & 8. Ursill. dec. 15. & Bar. in d. l. 1. n. 2. & ibi Paul. de Castr. nu. 4. C. ubi in rem actio,* & dicam infra *cap 15. nu. 11.*

46 Decimò limita, nam soluto matrimonio, si uxor agat pro recuperatione dotis contra hæredes mariti mortui, hæredes ipsi non possunt compellere uxorem ad compromittendum, ex quo sunt affines ipsi uxori, *Bart. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de pactis, Marant. d. act. 2. n. 15. Borrel. de compromiss. §. 1. glos. 4. n. 25. & Grassus de except. except. 24. n. 41.* quòd procedit, etiam durante viduitate ipsius uxoris, nam adhuc hæredes mariti non possunt compellere uxorem ipsam ad compromittendum, *Rovit. d. prag. 1. n. 27.*

47 Sic etiam si privignus, & noverca litigant inter eos, mortuo patre, vel marito uxoris, ipsi non compelluntur compromittere. *Marant. d. act. 2. n. 16. Borrel. d. glos. 4. n 25. & Vivius com. opin. 31 1.* ubi *opin. 310.* dicit, quòd si sit lis inter socerum, & generum, mortua uxore ipsius generi, causa non est compromittenda.

48 Undecimò limita, si consanguinei litigant super rebus feudalibus, nam tunc non tenentur cõpromittere de necessitate, ut in *d. pra. 1. in fine,* quòd etiam est de iure communi, ut docet *Rovit. d. prag. 1. n. 36.* quòd procedit etiam si ipsi consanguinei litigant de vita, & militia, quæ debetur secundogenito per primogeniũ de rebus feudalibus iuxtà *Const. Reg. comitib.* nam adhuc consanguinei non tenentur compromittere, *Affl. dec. 53. Marant. d. act. 2. n. 23. & Rovit. d. prag. 1. n. 36.* & sicut non valet compromissum de re feudali absque assensu regio, ut in *Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ,* & docet *Jo: de Arnono comment. 67.* ita, & neque de ista vita, & militia, *Affl. dec. 138.* intellige si agatur, an debeatur vita, & militia si vel né, secus si agatur quanta sit ista vita, & militia, quia tunc hoc non procedit, ità *Affl. d. decis. 43. & 138. & Minad. dec. 3. num. 1.* & compromissum non potest fieri de rebus feudalibus, etiam si fiat in personam Officialium Sacri Consilii, Regiæ Cameræ, vel Magnæ Curiæ, *prag. 7. §. de offic. iudic.*

49 Sic etiam, si consanguinei litigant pro rebus emphyteuticariis, neque compelluntur compromittere, ut docet *Rovit. d. prag. 1. n. 36. de arbitris.*

Sed contrarium tenet *Blanc. d. quæst. 4. n. 29.* ubi dicit, quòd res emphyteutica non potest compromitti voluntate partium absque consensu domini directi, secus si compromissum debeat fieri vigore statuti, ut est in Regno per *d. prag. 1.* quia tunc potest fieri compromissum de re emphyteutica absque consensu directi domini, ut dicit ibi ipse *Blanc.*

50 Duodecimò limita, nam si consanguinei litigant pro contractu iurato, non compelluntur compromittere, *Alex. cons. 37. vol. 2. Ias. in l. fratris, C. de transact. Castrens. cons. 14. vol. 2. Marant. d. act. 2. num. 19. Blanc. d. quæst. 4. num. 6. & Thom. Ferrarius cautela 55. num. 8.*

51 Decimotertiò limita, nam si Clericus consangui-

guineus litigat cum consanguineo, non compellitur compromittere, *Io de Arnono dialog. 26. & sing. 38.* sed ipse Clericus potest consanguineum laicum compellere ad compromittendum, nam Clericus gaudet statutis laicorum pro se, & non contra se, & ideò nō compellitur ad cōpromittendum, sed potest ipse Clericus alios compellere ad compromittendum, *Novar.d.prag.1.n.9. Graffus de eff.1.n 414. Borrel.de comprom.§.1.gl.3.à n.213.usq; ad n.264. Diana p.3.tit.de immun.Eccl.res.43. Marant. d.act.2.n.26.& seq.& Squill.tit.de priv. Cler.cap.7. n.95.* sed *Capyc.dec.66.* dicit fuisse decisum, quòd Clericus litigans in curia seculari cum laico consanguineo compellitur compromittere causam, *Capycium* sequuntur *Rovit.d.prag.1. num.5. Riccius coll.171.& Thor. comp.dec.tom.1. ver. Clericus,* & antè eos docuit, *Blanc.de compromisso quæst.3. nu. 32. cum plurib.seq.* sed si omnes litigantes sint Clerici, & tunc nemo compellitur compromittere, *Marant.d.act.2. n.28.*

52 Decimoquartò limita, nam in causa matrimoniali non potest fieri compromissum, *cap.causa restitutionis in fine de in int.rest.* & dicam infrà *cap.43. num. 23.*

53 Decimoquintò limita in articulo juris certo, in quo consanguinei non compelluntur compromittere, *Minad dec.3.* secus in articulo juris, qui est dubius, quia tunc compelluntur compromittere, *Marant.d.act.2.n.29. Blanc.de compromisso quæst. 4. n 1.& 2. ubi n.3.* dicit, quòd causa, clara ncque est compromittenda, & idò tenet *Must.d.glos.gradù nu. 45. cum duob.seq.* & est ratio, nam quando causa est clara, vel est articulus juris clarus, venit certa sententia ferenda, sed si fit compromissum, ut arbiter certam sententiam dicat, non valet compromissum, ut in *l.qualem, ff. de recept. arbitris,* ergò, &c. quòd secus est in judiciis, in quibus si partes cōcordane, qualiter sententia feratur, Judex debet sequi eorum voluntatem, *l.si convenerit, ff de re jud.*

54 Decimosextò limita in Judicio nullitatis, in quo consanguinei non compelluntur compromittere, *Puteus dec.28.part.2. & Novar. d.prag.1. n.16.de arbitris.*

55 Decimoseptimò limita in dando tutorem pupillo, nam in hoc casu, causa prædicta non potest compromitti, *Bart.& Bald.in l.prætor.ff. de Tutoribus.& Curatoribus datis ab his, Marant. d.act.2.nu. 30.& Blanchus d. quæst.4. num.11.*

Immò causa tutelæ inter conjunctos compromitti non potest in Regno nostro Neapolitano, etiam vigore *prag.1.de arbitris, ità Joannes de Arnono in commentario 123.*

56 Decimo octavò limita, nam si quis habeat litem cum Universitate, dato quòd sit consanguineus cum illis de Regimine Universitatis prædictæ, tamen nō compellitur compromittere dictam causam, *Borrellus de compromisso §.1 glos.3.n.299.* ubi *n.282.* dicit, quod Universitas non potest facere cōp om ssum, ubi *n.289 & seq.* hoc limitat, si omnes de Universitate consentiant, sic etiam si Universitas comprom.ctar causam, præcedente colloquio, valet compromissum, *Borrel.ubi supra n.288.* ubi *n.292.& 295.* dicit, quòd sindicus non potest compromittere causam Universitatis, etiam si compromittat in arbitratorem, sed Syndicus potest causam dubiam Universitatis compromittere, *Borrel. ubi supra n.297.*

57 Ultimò, aliis omissis, limita in causa status, quæ compromitti non potest, ut in *cap. causa restitutionis in fine extrà de in integ.restit.& in l.non distinguemus §. Julianus ver.de liberali ff.de recept. arbitris, & Jo de Arnono commentar.123.*

58 Et quando causa Principalis non est compromittenda, neque debet compromitti incidens in ipsa causa principali, *Blanc.d. quæst.4.n.22.*

59 Et in dubio judicandum est, compromissum non esse faciendum, *Bald.in l. 1. C. qui accusat. non poss int,& Aana sing.621.* sed contrarium tenent *Joseph Ludovic. dec. Lucens.26.n.17. & dec. Perus. 2.n.10.par.1.& Anna filius in add.ad ejus genitorem d.sing. 621.*

60 Et scias, quòd si sit mota lis inter emptorem, & ejus consanguineum super rem venditam per extraneum, & sit factum compromissum inter eos, in hoc casu venditor non potest laudari in authorem coram arbitris, nam ipsi arbitri sunt incompetentes in cognoscendo contra authorem laudatum, *Foller.ad Marant. part.4. dist.6. n.21.& in part.6.act.4.n.2* & dicam infra *cap. 15. n.12.*

61 Sed si emptor succumbat per sententiam arbitri juris, potest agere de evictione contra venditorem coràm Judice competenti, *Bart. in l. si dictum,§ si compromisero, ff. de evictionibus,* quòd secus si emptor succumbat per sententiam arbitri voluntarii, quia tunc non agit de evictione, ut in *d. §. si compromisero, ubi Bart. & Bal.* & si emptor succumbat per sententiam arbitri juris, potest agere de evictione, *Jo de Arnono comment. 137.* quia compromittendo quis ex necessitate statuti non est in culpa, & hoc etiam si fit factum compromissum absque compulsione Judicis, & absq; sententia de compromittendo, *Blanc. de compromisso, quæst.9. rub. de effectu sententiæ n. 4.* ubi *n.5.* dicit hoc esse verum, si vendit or citetur in electione arbitrorum, citat *Bald. in d. §.si compromisero.*

62 Scias etiam, quòd coràm arbitris non potest fieri reconventio, *cap.cum dilectus extra de arbitris, Foller.d.act.5.n.3. Caravit. ritu 67. n.11.& Ansaldus de jurisd.part.3.tit.unico,cap.9.à n.146.usq; ad finem,* intellige quando causa est compromissa voluntate partiū, quia tūc corā arbitris nō potest fieri reconventio, *Marant.d.dist.6. n.20 & Graff.de eff. Cl.eff.1.n.779.& seq.* secus si causa sit cōpromissa ex dispositione juris, pro ut est in Regno per *d.prag. 1.* quia tunc potest opponi reconventio coram arbitris, ut docent *Maranta d.dist.6.n.20. Graffus d.eff. 1.n.780. Anna sing.429. Blanc.de compromisso d.quæst. 4.n.23. Amend.ad Præsid.de Franch. dec.193.n.12. Georgius Obrechti de jurisdictione lib.3.cap.16.n.22.* & novissimè *Paulus Squillant. de privilegiis Clericorum cap.7. dubitatione tertia n.68. Ansald. ubi supra, & Muscatel.in Praxi Sacri Consilii par. 3. glos. actorem n. 5.* sed alii tenent, quòd etiam arbitri juris non possint cognoscere de causa reconventionis, ità *Jo: de Arnono in problemà 25.& sing.95.* sed vide *Caucer.var.resol.lib.2.cap.13.n.46.*

63 Scias etiam, quòd sententia arbitrorum non mandatur executioni per ipsos arbitros, sed mandatur executioni per ordinarios locorum, *l.à Divo Pio, ff. de re judicata,* quòd procedit etiam in arbitro

M tro

tro juris, *Marant. p. 6. act. 3 rub. & post omnia advertatur circa executionem n. 5.* & ità dinfra *cap. 72. n. 13.*

64 Et à sententia arbitrorum appellatur ad Judices ordinarios loci compromissi, ut dicam infra *cap. 69 n. 63.* sed si compromissum sit factum in Sac. Cons. ab ejus laudo reclamatur ad idem Sac. Reg. Cons. & causa reductionis committitur alteri ex Regiis Consiliariis ejusdem Aulæ, prout observatur in omnibus decretis latis per ipsum Sacrum Regium Consilium in causa reclamationis, ut ità decisum testatur *Rovit. d. prag. 1. num. 31. de arbitris.*

65 Et advertas, quòd instantia in causa compromissi durat tantùm per duos menses, *d. prag. 1. de arbitris*, ubi expressè *Rovit. nu. 48.* quòd si arbitri non expediant causam intrà istud tempus, tenentur partibus ad interesse, *Anna sing. 37. & Rovit. d. prag. 1. num. 51.*

66 Et istud tempus duorum mensium currit à die acceptati compromissi, *Bal. in l. si cum dies, ff. de recept. arbitris, de Franch. dec. 354 n. 2. & Marant. part. 4. dist. 14. n. 7.* nisi in compromisso sit actum, ut dictum tempus currat ab hodie, quia tunc currit à die facti compromissi, *de Franch. decis. 626. Rovit.*

67 *d. prag. 1. n. 52. & Capibl. prag. 5. n. 21. & seq.* & de jure communi infra quantùm tempus finiatur instantia compromissi? vide *Blancum de compromisso quæst. 7. rub. ex quib. finiatur compromissum n. 1. cum pluribus seq.* ubi dicit, quò durat triennio, & ibi ipse *Marcus Antonius Blanc. n. 2.* dicit, quòd tempus litis agitatæ coram Judice ordinario computatur in instantia compromissi, & *n. 3.* dicit ipse *Blanc.* ibi, quòd si extranei compromittant, instantia durat juxtà formam statuti loci facti compromissi, & non juxtà formam juris communis, si compromissum sit factum simplicitèr, undè dum in Regno instantia durat per duos menses in compromisso facto inter conjunctos, ut diximus, si non conjuncti simplicitèr compromittant, non adjecto tempore, intrà quod compromissum determinetur, in hoc casu adhuc instantia durat per duos menses, constat ex dictis per *Blancum d. num. 3.*

68 Quòd si proferatur laudum per arbitros per diem, vel horam post terminum compromissi, laudum est nullum, *l. 1. C. de recept. arbitris, Afflict. decis. 73. n. 8. & Rovit. d. prag. 1. n. 34.* ubi dicit ipse *Rovit.* quòd si una pars præbeat impedimentum, ne infra terminum proferatur laudum, terminus compromissi nô expirat, idem tenet *Marant. d. act. 2. n. 6.*

69 Sed si compromissum semel expirat, potest aliàs comprobari, & nô plus, ità decisum testatur *Afflict. dec. 46* sic aliàs decisum, testantur *Anna sing. 109. Jo: de Arnono sing. 54. & Grammat. in add. ad d. dec. Affl. 46.* & docet *Rovit. in d. prag. 1. n. 9. & Marant. d. act. 2. n. 3.* licèt *Blanc. de compromisso quæst. 7. rub. ex quib. finitur compromissum n. 6. & Jo: de Arnono cautela 57.* dicant, quòd compromissum toties est faciendum, quousque causa finiatur, ubi *n. 7.* dicit ipse *Blanc.* quòd si compromissum voluntarium semel expirat, non possunt partes compelli ad iterum compromittendum, *Muscatel. in prax. civili Sacri Regii Consilii part. 2. glos. gradum n. 34. Anna d. sing. 109* & idem tenet *D. Reg. Sanfel. in praxi judiciali sect. 41. n. 17.* sed tempus compromissi non potest prorogari in majus tempus, quàm fuerit primum tempus in compromisso appositum, *Hypp. de Mars. sing. 52. & Jo: de Arnono in problema 67.*

70 Sed compromisso prorogato, non videtur prorogatum juramentum partium, *Boer. dec. 284. & Anna sing. 116.* & dicam infra *c. 12. post n. 128.*

71 Scias etiam, quòd per publicationem omnium bonorum sequutam post factum compromissum, extinguitur compromissum, *Rovit. d. prag. 1. n. 62. & Blanc. de compromisso quæst. 7. nu. 6.* sic etiam si unus arbiter decedat, expirat compromissum, ut dicam infra post *n. 77.* sic etiam expirat compromissum si arbiter efficiatur Clericus, *l. non distinguemus § Sacerdotio ff de recept. arbitris*, sic etiam si unus ex compromittentibus efficiatur monachus, adhuc espirat compromissum, *arg. l. Deo nobis, C. de Epis. & Cl. & auth. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccl. Battista de S. Blasio de arbitris q. 53. et Blanc. d. q. 7. n. 7.* sic etiam si sint plures pro una parte, qui compromiserunt, & unus ex illis moriatur, adhuc expirat compromissum, intellige, si sit compromissum de re individua, secus si dividua, & quilibet litigat pro parte sua, quia tunc non expirat compromissum quoad alios viventes, *Angel. cons. 223.* intellige quando compromissum est factum simpliciter, secus si in côpromisso sit dictum ut arbitri debeant judicare simul de tota causa, quia tunc nô obstâte, quòd causa sit dividua, tameñ per mortē unius ex pluribus compromittentibus ex una parte expirat compromissum *gl. Bar. & Bal. in l. diem proferre § 1. ff. de recept. arbitris, & Blanc. d. q. 7. n. 8.* sic etiam expirat compromissum per mortem unius ex compromittentibus, *cap. ex parte, & cap. fin. de arbitris*, sed si in compromisso sit facta mentio de hæredibus, ambarum partium compromittentium, & tunc per mortem non expirat compromissum, *l. diem §. si hæredis, & l. non distinguemus. §. quæsitum ver. sed si ff de recept. arbit.* sed si in compromisso sit facta mentio de hærede unius partis litigantis tantùm, & non de hærede alterius partis, & in hoc casu etiam compromissum solvitur morte cujuslibet ex litigantibus, *l. sed & interpellatur, §. fin. ff. de recept. arbitris*, sed in judiciis ordinariis instantia cępta cum defuncto continuatur in hærede, *l. mortuo, & l. proponebatur, ff. de judiciis, & l. penul. C. de pedan. judic.* sed in judiciis ordinariis judicium cęptum cum defuncto nô dicitur statim translatum in ejus hæredem, *l. Paulus la 2. ff. quæ sent. sine appell. rescind. & in l. in summa, §. fin. ff. de re judicata*, sed est necesse, ut instantia transferatur in hæredes, ut docent *Alex. & Paul. de Castr. in d. §. fin.* & facit *tex. in l. edictum, ff. de judiciis*, & docet *Carav. in ritu, 234. in fine*, & in praxi servatur, quòd quando decedit unus ex litigantibus, fit instantia, ut transferatur instantia cępta cum defuncto ad hæredes, & interponitur decretum, ut instantia cępta cum defuncto continuetur cum ejus hærede, & judicium cum eo finiatur.

72 Sed si lato laudo, moriatur unus ex compromittentibus, & tunc ejus hæres tenetur stare dicto laudo, aliàs contraveniendo tenetur ad pœnam in compromisso adjectam per defunctum, licèt in compromisso de hæredibus non sit facta mentio, *l. diem, §. si hæredis, & l. quamvis arbiter 42. ubi glos. & Bart. ff. de recept. arbitris*, & hoc etiam si hæres ignorabat compromissum, nam adhuc si hęres contravenit laudo dato contra testatorem, incidit in pœnam adjectam in compromisso, *glos. in d.*

l. quam-

l. quamvis arbiter, & arg. tex. in l. qui in alterius, ff. de reg. juris.

73 Sed si per capitulum, vel Universitatem sit factum compromissum, & aliqui de capitulo, vel Universitatæ deficiant, & alii subrogantur, non expirat compromissum, *l. proponebatur, ubi Bal. Paul. de Castr. & alii, ff. de judiciis.* Quod intellige, quando compromissum est factum pro utilitate Ecclesiæ, vel Universitatis, secus si pro utilitate alicujus ex Universitate, vel Canonicorum Ecclesiæ, quia tunc per mortem illius, ad quem spectat, expirat compromissum, ità *Bal. & Paul. de Castr. in l. si gregge, ff. de legat. 1. Blanc. d. quæst. 7. num. 5. & Borrell. de compromisso §. 1. glos. 3. nu. 306.*

74 Sic etiam expirat compromissum per cessionem bonorum factam per unum ex compromittentibus, *l. item si unus ff. de recept. arbitris, Blanc. d. quæst. 7. nu. 15.* ubi nu. *seq.* dicit, quòd si unus ex compromittentibus efficiatur furiosus, extinguitur compromissum, *l. si compromissum ita, ff. de receptis arbitris, quem tex.* citat *Blanc. ibi.*

75 Sic etiam longa absentia arbitri facit cessare compromissum, *l. licèt ff. de recept. arbitris*, & propter longam absentiam arbitri possunt partes adire Iudicem ordinarium absque metu pœnæ, *Blanc. d. quæst. 7. rub. ex persona Iudicis seù arbitri.*

76 Sic etiam si pereat res, de qua est factum compromissum, extinguitur compromissum, *d. l. non distinguemus, § ceterum, ff. de recep. arbitris.*

77 Sic etiam amicitia intrinseca superveniens inter unum ex compromittentibus, & arbitrum facit cessare compromissum, ut dixi suprà *cap. 9. nu. 55.* sic etiam si unus ex compromittentibus efficiatur bannitus, extinguitur compromissum, *de Benintendis dec. 21. nu. 21.* sic etiam spirat compromissum morte unius ex arbitris *c. uno delegatorum de offic. deleg. l. item si unus, §. si plures ff. de arbitris, Ioseph Ludovic. dec. Lucen. 37. nu. 1. & 2. & Rovit. d. prag. 1. nu. 60.*

78 Et expirato compromisso, arbitri non possunt procedere in causa ipsis compromissa, sed causa ipsa revertitur ad Judicem ordinarium, *d. l. non distinguemus, §. summa ff. de receptis arbitris.*

79 Et advertas, quòd omnia gesta, & probata coram arbitris, si expiravit compromissum, possunt produci coram Judice ordinario inter eosdem litigantes, *d. l. pen. §. fin. ubi glos. C. de recept. arbitris, l. jubemus. C. de liberali causa*, intellige, si testes producti coram arbitris sint mortui; aliàs si vivunt, & tunc est in electione alterius partis, si velit testes iterum produci, *l. fin. C. de testib. glos. in d. l. pen. § fin. C. de recept. arbitris, Capyc. dec. 47. nu. 3. & seq.* sed si sumus inter alias personas, quàm litigantes, & tunc non possunt produci, *l. 2. C. de edendo, l. gesta, C. de re judicata, glos. in d. §. fin. & est tit. C. res inter alios acta*, & licèt quando testes recepti corà arbitris vivant, sit in voluntate, & electione illius, contrà quem sunt examinati, si velit illos de novo repeti, vel non repeti coram Judice ordinario, tamen si in compromisso sit dictum, ut fieret dicto testium in quacunque causa, & coram quocunque Judice, tunc non fit nova examinatio coram Judice ordinario, *Lanfranc. in c. p. quoniam contra de probationibus cap. 8. nu. 35. & Iacob. Cancer. variarum resol. lib. 1. cap. 20. nu. 49.*

80 Advertas etiam, quòd si una pars, pendente compromisso, velit redire ad Judicem ordinariù, ipsi non obstabit exceptio compromissi facti, si tamen velit solvere pœnam in compromisso adjectam, aliàs secus, *glos. in clem. 4. ver. compromissum in fine de appell. &* est *tex. in l si quis rem, ff. de recept. arbitris*, intellige in compromisso voluntario, secus in necessario, nam quando sumus in compromisso necessario, una pars non potest redire ad Judicem ordinarium, pendente termino compromissi, *Rovit. d. prag. 1 post num. 68. & Blanc. de compromisso quæst. 6. de effectibus compromissi num. 1. & qu. 7 nu. 10.*

81 Et scias, quòd in quo loco factum est compromissum, ibi arbitri debent causam agitare, & non alibi, nisi aliàs actum sit tempore compromissi, & impunè arbitris non parebitur per litigantes, si alio loco adesse jusserint, *l. si cum dies, §. si arbiter. ff. de recept. arbitris.*

82 Scias etiam, quòd compromissum potest fieri generaliter de omnibus controversiis, quæ sunt inter aliquos, *l. si cum dies, §. planum, & l. de rebus, ff. de recept. arbitris*, in quo casu arbiter est competens in judicando de controversiis, quæ erant tempore facti compromissi, & non de iis controversiis, quæ ortæ fuerunt post factum compromissum, nam in his arbiter est incompetens, *l. de his rebus 51 ff. de recept. arbitris*, sed compromissum potest fieri de omnibus litibus tàm præsentibus, quàm futuris, *Alber. in d. l. de his rebus, ff. de recept. arbir. & Auza sing. 112.*

83 Sic etiam compromissum potest fieri super uno articulo tantùm, *Blanc. de comprom. qu. 4. nu. 21. ver. emergens, & Affl. dec. 170.*

84 Scias etiam, quòd per litem contestatam coram arbitris interrumpitur præscriptio, sicut interrumpitur, quando lis est contestata coram Judice ordinario, *l. pen. § plenius autem, C. de receptis arbitris.*

85 Scias etiam, quòd confessio facta coram arbitris dicitur judicialis, *Reg. Rovit. in d. prag. 1. n. 64. de arbitris*, sed ipsi arbitri non possunt præcipere debitori confitenti debitum, ut solvat *Io: de Arnono in dialogo 10.*

86 Sed quæritur, & primò, an arbitri sint competentes in puniendo testes, qui commiserunt falsum coram ipsis? & videtur dicendum, quòd sic, per *l. nullum, C. de testib.* sed veritas est in contrarium, & sic ut arbitri non possint punire testes committentes falsum coram ipsis, ità *Hypp. de Marsil. in l. 1. §. præterea nu. 35. in fine, ff. Ad legem Cornel. de Sicariis, Rovit. d. prag. 1. nu. 6. de arbitris, Camp. cap. Reg. Illustri nu. 19.* intellige, si sint arbitri voluntarii, secùs si necessarii, & sic si sint arbitri juris, quia isti sunt competentes in puniendo testes committentes falsum coràm ipsis, *Caravit. ritu 295. nu. 27. & Bajard. ad Clarum, § fin. quæst. 38. nu. 32.* nam arbitri juris habent jurisdictionem, *Blanc. de compromis. quæst. 6. in principio*, & ideò possunt punire testes committentes falsum coràm ipsis, *Blanc. d. qu. 6. nu. 3. & qu. 8. nu. 13.* ubi dicit, quòd licèt hoc sit de jure, tamen in practica non servatur, sed arbitri, qui eliguntur voluntate partium, non habeut jurisdictionem, *l. prætor, ff. de re judic. glos. in d. c. cum dilectus extrà de arbitris*, & quòd arbitri, si

M 2 vè

vè sint voluntarii,sivè necessarii,non possint punire testes coram eis falsum deponentes, dicit *Io.de Arnono dialogo 37.*

87 Sed si compromissum sit factum in Judicem ordinarium ex voluntate partium, & testis coràm eo deponat falsum,in hoc casu ipse Iudex ordinarius electus arbiter potest punire testes ipsos uti Iudex,& non uti arbiter, *Blanc.d.quæst.8.nu.14.& Bijard.d.qu 38.n 32.*

88 Secundò quæritur , an arbitri sint competentes , & possint citare testes de per se absquè brachio Iudicis ordinarii , & ipsis non parentes mulctare ? & dicas,quòd sic intellige , si sint arbitri necessarii , & sic arbitri juris, secus si voluntarii, *Caravit.in d.ritu 295.nu.26.*sed veritas est , quòd arbitri,sivè sint voluntarii , sivè necessarii , nunquàm possunt de per se citare testes , & contrà inobedientes testes mulctam exigere,undè citatio ad testes non subscribitur per ipsos arbitros, sed per Iudicem ordinarium , & si testes sint retinentes,non ab arbitris, sed à Iudice ordinario compelluntur,ut deponant coràm arbitris,*l.habeo, §.1. ff de arbitris,* & ità observari,testantur *Rovit. in d.prag.1.nu.67.& seq.de arbitris, Blanc.d.qu.8.nu. 13.& Farinac.pract. crim.tit. de oppositione contrà examen testium qu.78 c.1.nu.51.*

89 Tertiò quæritur , an sicut Iudex potest suam sententiam interloquutoriam mutare, *l.quod jussit,ubi Bar.& Alex.& alii, ff.de re judicata,cap.cum cessante de app llat.*ita , & arbiter possit suam sententiam interloquutoriam mutare?& dicas, quòd sic,*l.dicere ff.de recept.arbitris,*sed arbiter non potest suam sententiam diffinitivam mutare,*d.l.dicere cum l.seq ff.de recept.arbitris,*pro ut neque Iudex potest suam sententiam diffinitivam mutare,*l.Iudex , & l.alt ff de re iud.l.1.C. sententiam rescindi non posse,*& est *tex.de iure Regni in prag.13.§.6.de offic.Sacr.Reg.Cons.*

90 Quartò quæritur , an sicut Iudex ordinarius, prolata per ipsum diffinitiva sententia , potest verba dubia in ipsa sententia contenta interpretare & explicare,*l.actorū verba ff.de re iud.Carrab. de sindicatu part 2 nu.22.Guazzin. ad defens reorum defens.35.cap.18 post nu.1.ubi nu.5.* dicit , quòd semel tamen potest declarare , & v.g.dicit hoc posse facere,durante officio, & nō eo finito,an ità possit arbiter?& dicas quòd nō,nam ipse arbiter post laudum latum non potest verba dubia laudi declarare *Abb.in c.cum olim de arbitris,* & hoc etiā si in laudo reservaverit in se facultatem declarandi, nisi hoc ipsi sit concessum in compromisso,*Fulgos. 91 cons.141.& Thes.dec.253.in principio ,* pro ut nequè Iudex delegatus potest suam sententiā dubiā interpretare,*Bart.in l ab executione , ff.de appellat. Marant.part.4.dist.5.nu.64.*& est ratio , quia prolata sententia per Iudicem delegatum , functus est officio suo,*cap.in literis de offic.delegati .*

92 Quintò quæritur , an arbiter sit competens in pronunciando super pœnam in compromisso adiectam?& dicas, quòd non,nam de ipsa pœna non est compromissum,*l.quid tamen 25.§.item si arbiter & l.arbiter 47 ff.de recept.arbitris,* nam arbi-93 ter nihil potest cognoscere ultrà illud , quod est in compromisso sibi concessum,*l.non distinguemus, §.de offi.io ,ff.de recept.arbitris ,* sed arbiter potest

94 cognoscere de adhærentibus,connexis, & dependentibus à compromisso, & in his est competens , *gl. in d.§. de offic.gl.& Abb.in c. cum dilectus de arbitris,& Blanc.de compromis.q.6 nu.15.* undè arbiter est competens in pronunciando de fructibus, expensis & interesse,*glos.in d §.de officio, & Io:de Arnono in epitoma 35.*quod intellige de fructibus & expensis provenientibus,lite pendente , & in quibus officium Iudicis potest operari , *l.2. C.deposit,*de aliis autem accessoriis, quæ iure actionis debentur,arbiter non potest pronunciare , nisi sit actum in compromisso, ita *Blanc.de compromisso q. 9.nu.80.*& licèt arbiter non possit condemnare, & judicare ultrà compromissa , *Bald. in l fin.§. sed si quis C.comm de legatis,* tamen si arbiter potest judicare de aliqua re,potest etiam judicare de testituenda extimatione ipsius rei, *Dec.in l.vinum num. 18.ff si cert petat.& Anna sing. 36.*

95 Sextò quæritur , an arbiter sit competens in delegando arbitrium? & dicas,quòd non,*l.in compromissis & l.non distinguemus § quæsitum ff.de recept.arbitris,glos. in d.cap. cum dilectus in fine, extrà de arbitris,*sed si sit factum compromissum in Iudicem ordinarium cum pacto, quòd stetur dicto ipsius Judicis ordinarii , vel dicto alterius eligendi per ipsum,& tunc Judex ordinarius potest alteri committere arbitrum. *cap cum à nobis extrà de arbitris,* sic etiam si sit data potestas a partibus in compromisso ipsis arbitris eligendi alios arbitros in hoc casu arbitri possunt alios substituere , *Petrus Garzia à Toleto in dicto 314.*

96 Septimò quæritur,an arbiter sit competens in cognoscendo de causa restitutionis in integrum, quæ incidit in negotio,de quo compromissum est? & dicas , quòd sic,*cap.causa restitutionis extrà de in int.restit.glos.in d.c.cum dilectus,Blanc.de compromisso quæst.4.nu.15.& nu.18.* ubi nu.14.dicit,quòd causa restitutionis in integrum principaliter non potest compromitti , & sic arbiter potest cognoscere de causa restitutionis in integrum incidentèr, & non principalitèr,ut in *d.cap.causa restitutionis, & in l.fin.C.ubi,& apud quem,ubi glos.ver. compromissarios* dicit,quòd potest compromitti, si sit dubium an causa sit restituenda in integrum , & de hoc facto compromisso, arbiter potest pronunciare , quod est contra *Blancum,*sed opinio *Blanci* est vera,ut dicam infra *cap.71.nu.8.*& docet *Abb.in d. cap. causa restitutionis nu.4. & post nu.7. de in int. restit.*

97 Octavò quæritur,an arbiter possit statuere diem solutionis faciendæ?& dicas,quòd sic,*l.si cum dies, §.fin.& l.quid tamen,§.solutioni,& l.celsus , ff.de receptis arbitris ,* & docet *glos.in d.cap.cum dilectus, extrà de arbitris.*

98 Nonò quæritur,an arbiter sit competens in cognoscendo de pœna contumaciæ?& dicas,quòd nò *l.quid tamen.§.fin ff.de recept.arbitris ,* nisi in compromisso hoc actum sit , ut arbiter possit cognoscere de pœna contumaciæ , quia tunc potest cognoscere,*l.2.§ fin.ff.de iudiciis , & l.non est omnibus, ff de recept.arbitris, glos.in d.c. cum dilectus extrà de arbitris,Marsil.de bannitis,ver. contumacia nu.69.* sed arbitri juris possunt partem mulctare, & ob contumaciam audientiam denegare,*Alex.in add.ad Bart, in d.l.non ex omnibus ,* & docet *Blancus de compromisso*

misso quæst. 6. num. 2. *& quæst. 9. num.*82.

Decimò quæritur, an arbiter possit committere examinationem testium extrà locum compromissi,& mandare Judici loci,ubi sunt testes,ut testes examinet,& examen ad ipsum transmittat? & dicas,quod non, intellige in arbitro voluntario, secus in arbitro juris, quia ipse hoc facere potest, *Angel.in § & quoniam,auth de testim.*sequitur *Blanc. de compromisso quæst.*8.*principali nu.*13.*ver.sed quæro nunquid arbiter.*

100 Undecimò quæritur, an arbitri possint eitsre partes per nuncium, vel debeant ipsas citare de per se? & dicas, quòd possunt partes citare per nuncium,*l.sed interpellatur,* §.1.*ff de recept.arbitris*; undè isti arbitri possunt sibi eligere nuncium,*Bald. in l.cessante , ver.nota quod quilibet C.quomodò , & quando Judex,Blanc. de compromisso quæstione principali* 8.*nu.*4.ubi etiam dicit , quod arbitri possunt nuncium electum cum causa removere, ubi etiam dicit ipse *Blanc.* quòd ipsi arbitri possunt uti nunciis superiorum.

101 Duodecimò quæritur, an arbiter sit competens in deferendo juramentum necessarium , quando semiplenè est probatum?& dicas, quòd sic, & hoc tàm si sit arbiter juris,quàm voluntarius, *Blanc.d. principali quæst* 8.*nu.*18.

102 Decimotertiò quæritur, quid si consanguinei litigant coràm Judice ordinario,& per eos sit præstita cautio de stando juri, & judicatum solvendo, an posteà vigore *d prag.*1.*de arbitris.* possit per eos peti compromissum?& dicas ,quod sic , *Aret.cons.* 87.*& Blanc.de comprom.quæst.*3.*nu.*57.prout etiam quis præstando talem cautionem non excluditur in opponendo declinatoriam fori , ut dixi supra *cap.*8.*nu.*63.

103 Decimoquartò quæritur,an arbitri sint competentes in pronunciando an eorum sit jurisdictio? & dicas , quòd simplex arbiter non est competens in hoc pronunciando , secùs si sit arbiter juris necessarius,quia tunc est competens in pronunciando an sua sit jurisdictio, *Blanc.de compromisso qu.* 2.*nu.*66.quòd si arbiter pronunciat,se non esse arbitrum,in hoc casu expirat compromissum,*l.dicere ff de receptis arbitris*,ubi *Bart.*dicit, quòd deindè arbiter hanc interlocutoriam revocare non potest, *Blanc. de compromisso qu.*7.*rub. ex persona Judicis , seu arbitri nu.* 19.

Sed licèt arbiter possit cognoscere an sua sit jurisdictio,ut diximus , tamen ipse arbiter non potest cognoscere,si opponatur,quòd non potest esse arbiter,puta quia est fœmina,furiosus,minor,vel similis,nam ipse arbiter de hoc cognoscere non potest,*Blanc.de comprom sso quæst.*2.*nu* 67.

104 Sic etiam delegatus est competens in cognoscendo,an sua sit jurisdictio, *c.significantibus de officio Judicis deleg.& cap.super literis,ubi Abb.& Felin.& alii de rescriptis*,& docent *D Reg.Merlin.controvers forensi.tom.*2.*c.*64 *n.*25 *& Thor.in suppl.dec. ver.Judex delegatus,fol.*315 quòd si ipse Judex delegatus pronunciat,se non esse Judicem competentem,tale decretum revocare nō potest,*d cap.significantibus,ubi Abb.de officio delegati,Maranta p.*4.*dist.* 5.*n.*53.quòd secùs est in Judice ordinario,ut dicit *Maranta d.n.*53.*& Merolla in Theolog morali lib.*3. *disp.*7.*c.*3.*n.*34. & nos diximus supra cap.8.n.129.

105 Decimoquintò quæritur , quid si sit quæstio, an causa sit compromittenda, si vel ne, & super hoc petatur fieri compromissum , an in hoc casu super isto incidenti debeat fieri compromissum? & dicas,quòd sic,& in hoc sunt eligendi arbitri,*D.R. Sanfel.in praxi judic.sect.*41.*n.*6.*Jo: de Arnono cautela* 6.*Paul.de Cast.Alex Aret.Decius,Jas.& alii in l.pen. C.de pactis.Cepolla consilio* 10.*n.*11. *& Blanc.*

106 *de comprom. quæst.*5. *n.*7. ubi *n.seq.* dicit quòd à sententia, ut compromittatur , vel non compromittatur potest appellari .

107 Decimosextò quæritur , quam jurisdictionem habeant arbitri juris ? & *Blanc.de compromiss.qu.est* 6.*n.*4. tres refert opiniones,& sic prima est, quòd arbitri juris habeant jurisdictionem ordinariam , secunda,quòd habeant jurisdictionem delegatam, & tertia,quòd nec ordinariam,nec delegatam habeant, sed quòd habeant tertiam speciem jurisdictionis , sed ipse *Blanc.*ibi tenet, quòd arbitri habent ordinariam jurisdictionem , sed quòd arbitri juris habeant delegatam jurisdictionem, tenet contrà,*Blancum,Vivius commun.opin.opin.*27.*par.*2.

108 Decimoseptimò quæritur , an arbiter juris teneatur sequi jus commune, vel municipale ? & dicas , quòd teneatur sequi jus cōmune , ità *Cepolla cautel.* 99.

109 Decimonoctavò quæritur,an jurisdictio arbitrorum possit prorogari per alios , qui non compromiserunt? vide quòd dicam infra *cap.*12.*n.*128.sed

110 quia *Blanc. & Borrellus* faciunt tractatum de compromisso , & *Lanfrancus, & Battista de Sancto Blasio* faciunt tractatum de arbitris, ideò hic in hac materia amplius non insisto,sed si tibi occurrat ultrà dicta per me, recurre ad eos .

SUMMARIUM.

1 *Judex incompetens fit competens partium prorogatione .*

2 *Sententia lata à Judice incompetenti est nulla , nisi partes consentiant, vel sit juste lata n.*3.

4 *Prorogari potest per partes jurisdictio alterius Judicis, ampliatur pluribus modis usque ad n.* 56. *limita à n.*67.*usquè ad n.* 130.

57 *Jurisdictio prorogata est ejusdem naturæ, quæ est jurisdictio præexistens, & prorogata, & ex hoc plura inferuntur usq; ad n.* 66.

131 *Appellatur à sententia Judicis prorogati ad superiorem ipsius Judicis prorogati,& non ad superiores prorogantium, si sint diversi fori .*

De foro Prorogato.

CAP. XII.

1 HOc capitulum expediam per ampliationes, & limitationes , & ideò pono regulam generale, & sic, quòd licèt quis sit alterius fori, tamen potest jurisdictionem alterius Judicis prorogare, & sic Judex incompetens fit competens partium prorogatione, *l.*1.*C.de jurisd.omn. jud. l.*1.*& 2 ff.de iudiciis , & Georgius Obrechti de iurisdictione lib.*4.*c.*15.*n.*3.

2 Et ideò licèt sententia lata à Judice incompetenti sit nulla, *l.*2.*& fin.C.si à non compet. iudic.iudicat.*

ext. esse dicatur, esp. at si Clericus de iudiciis, & de Nigris cap. R. g. Illustri n. 50. tamen si partes consentiant in Judicem incompetentem, sententia ab eo lata est valida, Georgius Obrechti d. lib. 4 cap. 9. n. 21. & Vivius decis. 128.

3 Sic etiam si sententia lata à Judice incompetenti sit iuste lata, non est curandum de nullitate ex defectu iurisdictionis, Vivius dec. 331. & Borrellus in summa dec. tit. 41. nu. 89 & seq. Vant. de nullitate rub. qualiter, & quibus modis, & cap. n. 132. ubi n. 7. & 25. dicit, quod Princeps potest ratificare sententiam nulliter latam ex defectu iurisdictionis, sequitur Guazzin. ad defens. reorum defens. 13. cap. 11. num 4. in fine.

Quam regulam supra positam, & sic iurisdictionem alterius Judicis posse per partes prorogari, amplia pluribus modis, &

4 Primò, ut ad prorogandam jurisdictionem alterius Judicis sufficiat tantùm, litigantium cõsensus, & non requiritur cõsensus Judicis, prorogati, d. l. 2. §. conventire ff. de judiciis, ubi comm. DD. & docent Marian. Socin. in cap significasti n. 43. de foro compet. Georg. Obrechti de jurisdictione d. lib. 4. cap. 11. n 34. cum duobus seq. ubi n. 37. dicit, quòd non requiritur expressus consensus Judicis, sed tantùm requiritur tacitus consensus Judicis prorogati, patiendo litigari coràm ipso, aliàs si ipse Judex dissentiat, non valet prorogatio, quia Judex invitus cogi non potest, ut ejus jurisdictio prorogetur, ità Georgius Obrech. 1. d. num. 37

5 Secundò amplia, ut prorogatio jurisdictionis possit fieri de tempore ad tempus, puta si quis fit delegatus, ut infrà certum tempus determinet causam, nam dicto tempore elapso, expirat jurisdictio, & tamen partes infrà illud tempus de communi consensu possunt prorogare dictum tempus, cap. de causis de officio, & potest. Judicis delegati, & dixi suprà cap 7. n. 121, sed in hoc non solùm partes tenentur consentire, sed etiam Judex, d. l. 2. §. si & Judex ubi communiter DD. ff. de judiciis, gl. in cap. P. & G. de offic. & potest Judic. deleg. immò jurisdictio consuetudine, vel praescriptione quaesita ad certum tempus potest prorogari de tempore ad tempus Marian. Socin. in cap. cum contingat n. 28. & seq. de foro compet. sed jurisdictio Judicis ordinarii non potest prorogari de tempore ad tempus, puta si ipse officialis ordinarius sit ad certum tempus, nam finito tempore, non potest prorogari ejus iurisdictio in damnum successoris, Marian. Socin. in cap. significasti n. 31. de foro compet. & intantum iurisdictio Judicis delegati ad certum tempus potest prorogari de tempore ad tempus, inquantum tempus sit appositum in favorem partium, aliàs secus, ità Petrus Garzia à Toleto in dicto 128.

6 Tertiò amplia, ut iurisdictio possit prorogari de re ad rem, puta si Judex datus sit super unam rem tantùm, nam potest eius iurisdictio prorogari super aliam rem, si partes, & Judex consentiant, l. de quare. § 1 ff de iudiciis, c. cum olim, 10 1. de off. & potest. Jud. deleg. gl. in d. c. P. & G. & in l. 1. C. si à non comp. iudic.

7 Quartò amplia, ut prorogatio possit fieri de persona ad personam, cap. 1. de alienat. iudic mutan. causa fact., & in hoc casu prorogatur iurisdictio, altera parte invita, secundùm glos. in d. cap. P. & G.

8 Quintò amplia, ut non solùm prorogatio iurisdictionis a lege possit fieri expressè ex expresso consensu partium, sed etiam, & tacitè, puta si quis scientèr litigat coràm non suo Judice, non opposita declinatoria fori, nam in hoc casu litigantes videntur prorogare jurisdictionem Judicis alieni, coram quo litigant, l. sed & si susceperit in principio, ff de iudiciis, Marianus Socin. in d. cap. significasti n. 37. de foro compet. Georgius Obrechti d. lib. 4. cap. 11. n. 32. & Maranta in suo speculo part. 4 dist. 12. n. 11. nam ad prorogandam iurisdictionem alterius Judicis sufficit tacitus consensus, Alex. in l. fin. n. 6. in fine ff de iurisd omn. ind. Paris. de Puteo de sindic. ver. incrementum cap. 1. n. 1. & Merolla in theolog. moral. lib 3. disp. 7. c. 1 p. 1. dub. 14 n. 299. & seq. nam taciti, & expressi in iure idem iudicium est, l. cum quid, ff. si certum petatur.

9 Et per lit s contestationem dicitur facta prorogatio, Marian. Socin. d. cap. significasti n. 47. de foro compet. nam si quis patiatur fieri contestationem lit s, post litem contestatam non potest declinare forum, & petere se remitti ad suum Iudicem competentem l. nemo post litem. C. de iurisd. omn. ind. l. pen. ff. eod tit. de iurisd omn. ind. l. fin. C. de excep. & dixi suprà cap. 5. num. 64.

10 Sed magna est controversia, si quis proponat exceptiones dilatorias coràm aliquo Iudice non suo ante litis contestationem, omisso exceptione declinatoria fori, an per hoc dicatur tacitè prorogata iurisdictio alieni Iudicis, coram quo opposuit dictas exceptiones dilatorias, & Carleval. de iudiciis tom. 1. disput. 2. quaest. 8. sect. 2. a n 991. cum plurib. seq. negativam, & affirmativam refert opinionem, tandem ipse concludit cum opinione affirmativa, & sic ut dicatur tacitè prorogata iurisdictio Judicis alieni per exceptiones dilatorias oppositas coram ipso, quod etiam anteà tenuit Pract. Papiensis tit. de declinatione jurisdiction. ver. nec fuisse in principio & Marant d. dist. 12. n. 11. quòd si non sint oppositae exceptiones dilatoriae, & tunc requiritur contestatio litis, ut videatur facta prorogatio iurisdictionis, & ità procedit opinio à nobis sup à tradita n. praeced. ut dicunt Marant. d. dist. 12. d. n. 11. & Merolla d. dubit. 14. n. 299. & seq.

11 Sed si propositis exceptionibus dilatoriis, litigans sit protestatus, se non consentire in Judicem, & tunc non dicitur tacitè facta prorogatio per exceptiones dilatorias propositas, Decius in c. 1 in 1. lectura n. 187. de judic., & Carlev. d. sect. 2. nu. 995.

12 Sic etiam limita, nam si formata inquisitione, reus sit examinatus sinè aliqua contradictione, & sit confessus, in hoc casu non dicitur prorogata jurisdictio, unde reus potest petere se remitti ad Iudicem suum competentem, Boss. tit. de foro compet. post n. 178. Socin. cons. 108 n. 20. vol. 4 Marant. d. dist. 12. n. 13. licèt contrarium teneat Angel. in l. 1. n. 3 ff. de cõfessis, & Ang. Aret. in tract. de maleficiis ver. cõparuerunt dicti inquisiti, & confitetur n. 4. & 5. tamẽ prima opinio est vera, ut docent Cepolla cons. crim. 58. in fine, Guazzin. ad defensam reorum def. 1. cap. 7. n. 3. & 17. Carleval. d. sect. 2. post n. 997. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione quaest. 7. post. n. 4. ver. sublimitando primò, nam reus post examen potest opponere exceptiones dilatorias, Io: de Arnono comment. 168.

13 Limita etiam, nam per petitionem copiae libel li, &

li,& per alios actus, quos posui supra *cap. 8. n. 63.* non dicitur tacitè facta prorogatio, *Pract. Papiens. d. tit. de declinatione jurisdictionis ver. nec fuisse in principio, & Guazzinus d. cap. 7. n. 15.*

14 Limita etiam, nam licèt quis litigando coram Judice non suo videatur prorogare ejus jurisdictionem, tamen si judicium esset nullum, vel periret instantia, & de novo incoharetur judicium, in hoc casu in isto novo judicio reus potest petere se remitti ad suum Judicem competentem, *Bal. in l. si convenerit in 1. lectura n. 4. ubi alii DD. ff. de jurisd. omn. jud. Carleval. d. sect. 2. n. 999. Socinus d. l. si convenerit n. 31. ff. de jurisd. omn. jud.* licet contrarium teneat *Alex. in d. l. si convenerit in fine*, de quo vide *Marian. Socin. in d. cap. significasti post num. 56. ver. duodecimo quero de foro compet.* & faciunt dicta per nos suprà *cap. 7 n. 113. & seq.*

15 Et ex hac quinta ampliatione infertur, quòd per reconventionem factam per reum conventum videtur facta prorogatio jurisdictionis Iudicis incompetentis, coram quo reus ipse fuit conventus, ut ita decisum testatur *Afst. dec. 27.* & docet *Merolla ubi supra n. 301.*

16 Sextò amplia conclusionem principalem, ut ad validitatem prorogationis factæ per aliquem in non suum Iudicem non requiratur consensus sui superioris, *glos. in cap. inbolita ver. Pontifice 11. quæst. 1. Bart. in l. t. §. & post operis n. 8. & ibi Bal. n. 2. Paul. de Cast. n. 6. & alii DD. ff. novi operis nunciat. Capyc. dec. 9. n. 1. Marant. d. dist. 12. n. 25. Marian. Socin. in cap. significasti n. 44. & ibi Butrius n. 8. & alii Doctores communiter extrà de foro competenti.*

17 Sed hanc sextam ampliationem limita & primò in Clerico, qui non potest iurisdictionem alterius Iudicis Ecclesiastici non sui prorogare absque consensu sui Episcopi, *c. 1. & cap. significasti de foro compet. cap. non licet 3. qu. est. 3 Grassus de eff. cl. Clericatus effect. 1. n. 53.* ubi *num. seq.* dicit ipse *Grassus*, quòd consuetudo in contrarium non valet, & *num. 55.* dicit ipse *Grassus* ibi quòd neque Clericus cum juramento potest se submittere jurisdictioni alterius Iudicis Ecclesiastici absque consensu sui Episcopi, & *n. 57.* dicit ipse *Grassus*, quòd Clericus neque potest prorogare iurisdictionem in Curiam Metropolitanã absque consensu sui Episcopi, *Abb. in cap. significasti n. 12. de foro compet. Bald dec. 91. & Rirrius coll. 989.* & est *tex. in cap. 1. de foro compet. in 6. & n. 58.* dicit ipse *Grassus* ibi, quod Clericus, neque cum consensu officialis sui Episcopi potest prorogare iurisdictionem alterius Iudicis Ecclesiastici, sed requiritur consensus sui Episcopi, idem tenent *Butrius in d. cap. significasti nu. 12. de foro compet. & Merolla, ubi supra n. 326.* sed sufficit tacitus consensus sui Episcopi, ut clericus possit prorogare iurisdictionem alterius Iudicis Ecclesiastici, *glos. Abb. & Felin. nu. 5. in d. cap. significasti de foro compet. & Grassus d. eff. 1. nu. 72.* & etiam sufficit, si consensus sui Episcopi interveniat ex post facto, licèt ab initio non intervenerit, ut ex *Barbosa* animadvertit *Carleval. d. sect. 2. post n. 1076.* sed reperio aliquos Doctores, qui dicunt, quòd sententia lata à Iudice, cujus iurisdictio non potest prorogari sine licentia Superioris, non potest ratificari per ipsum Superiorem, ità *Bart. in l. liceat ff. de judiciis, Marian. Socin. d. cap. significasti n. 55. & ibi Ancharan. nu. 12. & Butrius nu. 15. de foro compet. idem Anchar. in cap. 1. n. 6. de foro compet.*

18 Sed Clericus potest tacitè prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici nõ sui absque consensu sui Episcopi, & est quando contraxit, vel deliquit in aliena diœcesi, quia tunc ibi convenitur, licet non interveniat consensus sui Episcopi, *cap. dilecti, ubi DD. & cap fin. de foro compet. cap. Romana, § contrahentes de foro compet. in 6. cap. 1. de privileg. in 6. Butrius in cap. significasti n. 11. de foro compet. Marcel. de Vulpe in praxi iudiciali fori Ecclesiastici cap. 41. n. 3. Merolla, ubi supra d. n. 326. Grassus de effect. Cler. eff. 1. n. 66. cum pluribus numeris seq.* ubi connumerat alios casus, in quibus valet prorogatio facta per Clericum ad alium Episcopum absque consensu sui Episcopi, *Marant. d. dist. 12. n. 24. Covar. pract. quæst. cap. 10. n. 5. & Carleval. d. sect. 2 n. 1083.* ubi *nu. seq.* dicit idem esse ratione destinatæ solutionis, nam si Clericus promittat facere solutionem in aliena diœcesi, ibi convenitur etiam si non intervenerit consensus sui Episcopi, & idem tenet *D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect. 11. n. 9.*

19 Et à fortiori Clericus potest expressè renunciare suum forum, & se submittere foro alterius Judicis Ecclesiastici in loco celebrati contractus, vel destinatæ solutionis absque consensu sui Episcopi, ità *Capibl. de Baronibus prag. 8. par. 2. n. 153.*

20 Secundò sextam ampliationem limita in Parroco, Episcopo, & Archiepiscopo, qui non possunt prorogare jurisdictionem alterius Iudicis Ecclesiastici absque consensu eorum Superiorum, *Marian. Socin. d. cap. significasti n. 15. de foro compet.*

21 Tertiò limita, nam in spiritualibus non potest fieri prorogatio per laicos, nisi cum consensu proprii Iudicis Ecclesiastici, *cap. omnis de pœnit. & remissione cap. nullus de Paroch. & cap fin. de tempor. ordin. lib. 6.* de quo vide *Marian. Socin. in d. cap. significasti n. 30. de foro compet. & ibi Butrius n. 10.* idem tenet *Barbosa de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 122. nu. 6. & seq.*

22 Quartò limita dictam sextam ampliationem in exempto à Principe cum reservatione recognoscendi per ipsum, & quòd nullus aliùs possit se intromittere, nam talis exemptus non potest prorogare alterius jurisdictionem absque Principis licentia, *Abb. & Felin. in d. cap. significasti de foro compet. Capibl. d. prag 8. part. 1. n. 107.* immò neque talis exemptus potest compromittere absque consensu illius, cui subest, *cap. cum tempore de arbitris.*

23 Sic etiam personæ Ecclesiasticæ exemptæ non possunt prorogare jurisdictionem alterius Iudicis etiam proprii Episcopi absque consensu sui Iudicis, cui immediatè subduntur, *Gaillus pract. obser. obser. 40. n. 2. cum tribus seq. lib. 1. & ex Capibl. d. nu 107.* docet *Carleval. d. disp. 2. quæst. 8. sect. 3. n. 1111 cum duob. seq.* & docet *Marian. Socin. d. cap significasti nu. 42. ver. ex quibus infertur de foro compet.*

24 Et talis exemptus non potest renunciare privilegio exemptionis, ut dicam infrà *c. 16. de foro pupillorum n. 97.* sic etiam religiosi regulares non possunt renunciare eorum forum, & prorogare iurisdictionem alterius Iudicis, ut dicam infrà *cap. 40. num. 16.*

25 Septimò regulam principalem supra positam amplia, ut etiam Principes non recognoscentes superiores

periores possint se submittere, & prorogare jurisdictionē Judicis equalis, vel inferioris, *l. est receptum, ubi DD. & præcipuè Jas. ff. de jurisd. omn. jud.* intellige in jurisdictione contentiosa, secus in voluntaria, ut diximus supra in *cap. 9. num. 21.*

26 Unde Papa potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis, *cap. nos si incompetenter 2. quæst. 7. & cap. in indaßis 2. q. 5.* in quibus juribus habetur, quòd Papa potest prorogare jurisdictionem etiam Judicis laici, & docet *glos. in d. cap. nos si incompetenter*, sed licet hoc fit de jure, quòd Papa possit jurisdictionem Judicis laici prorogare, tamen opinio contraria est magis æqua, ità *Marian. Socin. in d. cap. significasti nu. 10. de foro compet.* & dicam infra *cap. 34. num. 5.*

27 Pro ut etiam officiales perpetui, qui non possunt cognosci per Proregem, ut in *pragm. 11. de off. judicum*, ipsi officiales non possunt prorogare jurisdictionem judicum inferiorum, imò neque possunt prorogare jurisdictionem Proregis, ut dicam infra, *c. 33. nu. 114.*

28 Octavò amplia, nam omnes laici possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, & ipsi se submittere in causis civilibus, *l. si qui ex consensu, ubi glos. & DD. & l. Episcopale iudicium, C. de Episcop. audientia, Graf. de eff. Cl. eff. 1. n. 75. Genuens. prac. Arch. Neap. cap. 13. n. 2. Vivius dec. 125. n. 2. Merolla in Theolog. Moral. lib. 3. disp. 7. cap. 5. n 90. & Borrel. summ. 1 dec. tit. 41. n. 140. ubi n. 190.* dicit ipse *Borrel.* hoc procedere sivè expressè, sivè tacitè laici prorogarent iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, & laici prorogantes iurisdictionem Ecclesiasticam, & coram Iudice Ecclesiastico litigando, acta valent, *d. l. Episcopale, Guid. Pap. dec. 77. & Capibl. de Baronibus prag. 8. p. 3. n. 12.* & laici possunt prorogare iurisdictionem Judicis Ecclesiastici absque licentia Iudicis laici, *Bart. in l. 1. §. & post operis. ff. de novi operis nunciatione, Franc. Marcb. dec. 82. & Genuens. d. cap. 13. n. 2.* sed potest Iudex laicus prohibere subditis suis, nè litigent coràm Iudice Ecclesiastico, quando ipsi prorogaverunt iurisdictionem Ecclesiasticam, *Rovit. dec. 58. n. 11.* secundùm unam opinionem, nam *Franc. March. dec. 1085. n. 3. part. 1.* tenet contrarium, & sic, quòd Iudex laicus non possit inhibere laico, ut non respondeat coràm Iudice Ecclesiastico.

29 Sed postquàm est lata sententia per Iudicem Ecclesiasticum prorogatum per laicos, sententia ipsa non mandatur exequutioni per Judicem Ecclesiasticum contrà laicos prorogantes iurisdictionem Ecclesiasticam, sed mandatur exequutioni per Iudicem laicum, & ab ipsa sententia non appellatur, *d. l. Episcopale iudicium, ubi Bald. & Paul. de Castro, C. de Episcop. audient.* sed hodie à sententia Iudicis Ecclesiastici prorogati, per laicos potest semèl appellari, nisi sententia ipsa fit revocata per Iudicem ad quem, quia tunc potest iterum appellari, *auth. si quis, C. de Episcop. audientia.*

30 Sed si in aliquo loco adsit statutum, ut laici non se submittant, & neque prorogent iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici in causis profanis, & tunc non habet locum dispositio, *d. l. si qui ex consensu*, ut docet ibi *Jo: Faber. n. 6.* prout tale statutum viget in Regno Castellæ per *l. 10. & 11. tit. 1.* idem statutum est in Regno Portugalliæ, & in Regno Navarræ, & in Regno Franciæ, testatur *Carleval. d. quæst. 8. sect. 3. n. 1121.* & talia statuta valere dixit *Jacob. Cancer. variarum resolut. lib. 3. cap. 11. nu. 190.*

31 Nonò amplia, ut qui sunt unius Regni, possint prorogare iurisdictionem Iudicis alterius Regni, *Alex. in l. 1. §. & post operis n. 20. ff. de novi operis nunti. Jo: Faber in l. si qui ex consensu n. 6. C. de Episcop. aud. ent. Capyc. dec. 9. n. 3.* licèt contrarium teneant *Egidius Bellamera cons. 11. n. 3. & cons. 33. n. 43. & Paul. de Cast. in d. l. 1. §. & post operis n. 6. ff. de novi operis nunciat.* qui moventur ex *cap. per venerabilem, §. videbatur autem, ver. insuper, qui filii sint legitimi*, tamen prima opinio est vera, ut testatur *D. Consil. Carleval. d. quæst. 8. sect. 3. n. 1122. cum plurib. seq.* ubi *n. 1124.* respondet ad *text. in d. ver. insuper*, & dicit procedere in reservatis Principi, in quibus non potest fieri prorogatio ad alium Iudicem, ut dicit idem *Carleval. d. quæst. 8. sect. 5. n. 1228. cum plurib. seq.* & docet *Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 104. & seq.* nam spuriorum legitimatio (de qua in d. ver. agitur) est de reservatis Principi, *§. finali coll. 7. auth. quibus modis naturales efficiantur sui* & ideò non est mirum, quòd in casu illius ver. non fiat prorogatio.

32 Decimò amplia, nam submittens se jurisdictioni alterius Iudicis, videtur expressè prorogare jurisdictionem ipsius Iudicis, *Guid. Papa dec. 370. in principio, & Borrel. summa dec. tit. 41. nu. 215.*

33 Undecimò amplia, ut partes possint prorogare jurisdictionem Regiæ Cameræ Summariæ, & ibi litigare, pro causis non spectantibus ad ipsam Regiam Cameram Summariæ, ut est text. expressus in *l. 1. C. de iurisd. omnium iudicium*, & docet *Georgius Obrechti de iurisdictione lib. 4. cap. 9. n. 5. cum plurib. seq.* quòd secus est in Regno nostro, in quo Regia Camera Summariæ non potest cognoscere de causis ad ipsam non spectantibus, etiam ex consensu partium, & etiam si adesset Regia delegatio, *prag. 37. de offic. Sacri Regii Consil.* & docet *Rovit. in prag. 63. num. 4. de off. Procurat. Cæsar.*

34 Et è contrario quis pro causis spectantibus ad Regiam Cameram non potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis, *Novar. in prax. elect. fori tom. 1. sect. 4. qu. 45. post nu. 4.* immò si partes litigant in Sacro Regio Consilio de causis spectantibus ad Regiam Cameram Summariæ, licèt partes, & Fiscus non opponant exceptionem declinatoriam fori, semper Sacrum Regium Consilium remittit dictas causas ad Regiam Cameram Summariæ, ot ità decisum testatur *Præses de Franch. dec. 132.*

35 Duodecimò amplia, nam si debitor suum forum renunciet cum potestate conveniendi ubiquè locorum, ob moram solutionis, potest conveniri in Regiis Tribunalibus, & remissio in hoc casu denegatur ad Curiam Rei, *Capiblan. de Baronibus to. 2. cap. 55. nu. 14. cum seq.* & vide *Chartarium dec. 6.*

36 Decimotertiò amplia, nam per *prag. 1. de censibus*, conventus pro censu via executiva nullā potest opponere exceptionē, & licèt possit opponere exceptionē incompetentiæ Iudicis, *Borr. summa dec. tit. 43. nu. 165.* nam exceptio incompetentiæ Judicis non censetur sublata per statutum tollente omnes exceptiones, *glos. fin. in clem. 1. de sequest. possess. & fructuum, Bal. in l. exceptionem num. 27. C. de probat. Marant. in suo speculo par. 4. dist. 16. nu. 7. Caravit. ri-*

tu

rlta 166.nu.74.& Grassus de except.except.18.nu.1. ubi post *nu.2.* dicit hoc procedere, si Judex esset omninò incompetens, & licèt exceptio incompetentiæ impediat exequutionem instrumenti, & carcerationem, ut docet *Carrocius de except. except.22. qu.1 nu.2.* tamen si partes renunciant, & se submittant cuicunquè foro, curiæ, & loco, in hoc casu exceptio declinatoria fori opponi non potest, *Milanens decis.5.nu.24. & 31.lib.2. & Borrel.d.tit.43. nu.167.*

37 Decimoquartò amplia, ut jurisdictio putativa, de qua in *l. Barbatus, ff. de officio prætoris*, possit prorogari, ità *Specul.in lib.2. tit.de compet.judic. addition.§.1.nu.9. Castrens.conf.203.n.1.vol.1.& Marian.Socin.d.cap.significasti post nu.53. extra de foro compet.*

38 Decimoquintò amplia, ut jurisdictio alterius Judicis possit prorogari, sivè ipse Judex habeat merum imperium, sivè mixtum, & simplicem jurisdictionem *glos.& Paul.de Cast.nu.18. & seq.in l.1. ff.de judiciis, & Carleval.d.qu.8 sect.4. in principio.*

39 Decimosextò amplia, nam licèt jurisdictio Judicis delegati ad certam causam, & inter certas personas non possit prorogari per alias personas, ut dicemus infra in limitationibus *nu 84.* tamen jurisdictio Judicis delegati ad Universitatem causarum potest prorogari, quoad omne genus prorogationu *gl in d.l.1.ver qui tribunali ff.de judic.* quā sequitur *Felin.in cap.P.& G. nu.6. de offic. & potest. Judicis deleg ti,* & licèt contrarium teneant *Abb. in d.cap.P.& G & Paul.Castr.in l.1.n.6.C.de jurisd. omnium Judicum*, tamen prima opinio est vera, *D. Merlin.controv forens.to.2.cap.71.nu.21.* & ratio est, quia Judex delegatus ad Universitatem causarum equiparatur Judici ordinario, *Alex.cons 12.nu.5. lib.6.* quam ampliationem intelligit procedere *Calval.d.quæst.8.sect.4.nu.1165.* quando delegatio est facta ad Universitatem causarum, & personarum, vel ad Universitatem personarum, etiam si sit limitata ad unum genus causarum, & ità dicit procedere primam opinionem, secus esset, si jurisdictio sit concessa, quoad certas personas ad eorum causas, quia tunc talis iurisdictio non potest prorogari per alias personas, & ità dicit ipse *Carleval.* procedere secundam opinionem.

40 Hinc est, quòd licèt sindicatores dicantur delegati ad Universitatem causarum, *Bart.in l.1.in fine.C.ubi.& apud quem, Paris de sindicatu rub.de offic.sindicat.ver.Judices, Aloys.de Leo in l.unica n.12. C.ut omnes Judices, & Iacob.Cancer.variarum resol. lib.3.cap.12. nu.2.* tamen quia dicuntur delegati ad Universitatem causarum, quoad certas personas, & causas sindicatus, eorum iurisdictio non potest prorogari ad alias causas non pertinentes ad sindicatum, ut infra in limitationibus dicam *nu.127.*

41 Decimoseptimò amplia, nam si iurisdictio sit concessa alicui ad certam speciem causarum, talis iurisdictio potest prorogari in aliis causis diversę qualitatis, *Paul. Castrens.in l.testamenta omnia nu.5.* ubi *Jason nu 1.C.de testamentis*, & hoc ratione comprobatur, nam licèt Procurator Fisci habeat iurisdictionem limitatam cognoscendi de causis inter Fiscum, & privatos, ut in *l.1.& 2 C si adversus Fiscum, l.1.& 2.& l.ad Fiscum, C.ubi causæ fiscales,* tamen eius iurisdictio potest prorogari per pri atos etiam de causis non spectantibus ad ipsum procuratorem fiscalem, *l.1. C. de iurisd.omn.jud. & Surd.consl.28 ..an.17.vol.2.* ergò iurisdictio concessa ad certam speciem causarum potest prorogari in aliis causis diversæ qualitatis, sed alii contrarium tenent, & ponunt exemplum, si sit concessa iurisdictio cognoscendi de causis mercaturæ, aut mercatorum, ut in hoc casu talis iurisdictio non possit prorogari in causis, quę non sint mercaturæ, aut mercatorum, ità *Cinus in d.l.1.nu.2.in fine, C.de iurisd.omn Jud. Bald.in d.l.testamenta omnia num.4. Alex.ibi nu.2.& Ias.nu.1.C. de testamentis, Abb.in d.cap.significasti post nu.16.de foro comp et.de Leonardis pract.officialium cap.11. post nu.21. Gama decis. 219. Capyc.decis 9 nu.16. & Marant. in suo speculo part.4 dist.6.nu.28.cum plurib.seq.* sed *Georgius Obrecht de iurisdict:one lib.4 cap.14.nu.17.cum plurib. seq.* conciliat has opiniones, & dicit primam procedere, quando prorogantes sunt subiecti Iudici, qui potest cognoscere de certa specie causarum, quam tunc ipsi subiecti possunt prorogare iurisdictionem dict. Judicis in aliis causis diversæ qualitatis, secunda verò opinio procedit, quando prorogantes non sunt subiecti ipsi Judici, qui potest cognoscere de certa specie causarum, quia tunc non possunt prorogare iurisdictionem dicti Judicis in causis diversæ qualitatis, sed tu vide *Carlev. d.qu.8.sect.4.nu.1168 cum plurib. seq.* ubi *nu.1181. cum duob.seq.* dicit, quòd iurisdictio limitata quo ad genus personarum, & non quoad genus causarum potest prorogari per personas diversæ qualitatis, & tacit *dec.Afft.27.*

42 Hoc tamen limita, si iurisdictio limitata sit concessa cum clausula abdicativa, & decreti irritantis, puta si dicatur; talis Judex cognoscat inter tale genus personarū, & inter alios non se intromittat, & quidquid secus factū fuerit, sit nullum irritum, & inane, quia tunc talis jurisdictio non potest prorogari per alias personas, ità *Carleval.ubi supra n. 1186.* secùs si non adsit clausula abdicativa, & decreti irritantis, quia tunc potest prorogari, etiam si adsit clausula privativa tantùm, ità *Carleval.ubi suprà n.1197.cum plurib.seq.* & vide *Marianum Socin. d.cap.significasti n.30. ver.3. quæritur de foro compet.*

43 Decimooctavò amplia, nam si quis habeat jurisdictionem ad cognoscendum de certa quantitate, talis jurisdictio potest ex consensu partium prorogari ad majorem quantitatem, *l.inter convenientes ff.ad municipalē l.de qua re §.Iudex.ff.de iudiciis, l.fin.§.fin.C.de appell.* & docet *gl.in l.1.C.si à non compet.judic.Vivius dec.126.n.4.Guid.Pap.dec.285 nu.1.& Marant. d.part.4. dist.6. nu.33.*

44 Et è contrario si quis habeat jurisdictionem cognoscendi ultrà certam summam, & non de minori, in hoc casu ejus jurisdictio potest prorogari ex consensu partium de minori summa, *Bald. in l.si qui ex consensu nu.8. C.de Episc.audient. Marian. Socin.d.cap.significasti nu.29. de foro compet.* sed contrarium, & sic jurisdictionem concessam ad certam quantitatem non posse prorogari ad majorem quantitatem ex consensu partium, tenent *Bald.in l. certa ratione n.4.C.quando provocare nō est necesse, & Roman.consl.132.nu.2.* sed non est recedendum à prima opinione, quæ est vera, ut testatur *Dom. Consilia-*

liarius Carleval. d.qu.8.sect.4. nu.1171. cum tribus seq.

45 Et circà hoc scias, quòd si Judex, qui habet facultatem cognoscendi usque ad certam summam, si cognovit de ipsa summa, & lite pendente, sit augmentata dicta summa, itaut excedat summam, de qua cognoscere possit ipse Iudex, in hoc casu etiam causa spectat ad ipsum Iudicem, & ipse est competens, ut dixi supra *cap.7.nu 110.*ubi *nu.seq.* etiam dixi, quòd si quis debeat consequi ultrà summam, de qua Iudex non potest cognoscere, in hoc casu actor potest petere minorem, de qua Iudex cognoscere potest, coram ipsomet Iudice.

46 Et Iudex cognoscens ultrà summam, de qua potest cognoscere, sententia est in totum nulla, *gl. in l.fin ff de iurisd.omn.Iud. & D.Reg. Hector Capyc. L tr.dec.83.nu.18.* intellige quando sententia continet unum capitulum, secus si plura essent capitula sententiæ, & excessus esset in uno capitulo, quia tunc non vitiatur aliud capitulum sententiæ, ità *Socin.in d.l fin.n.16.ff.de iurisd.omn.iudic.& ibi Bart. Alex.& alii*, sed *Decius ibi nu.20.* tenet indistinctè, valere sententiam quod ad quantitatem, de qua Iudex cognoscere poterat, citat *glosam in l.2.ff. de re iudicata.* & dixi supra *cap.7.nu.112.*

47 Scias etiam, quòd si quis contra aliquem pluribus actionibus agat, & quantitas singularum actionum non excedat summam de qua Iudex cognoscere potest, licèt quantitas omnium actionum excedat summam, de qua Iudex non potest cognoscere, in hoc casu ipse Judex est competens, *l.si idem cum eodem ff.de iur.sd.omn.iudicum, & Georgius Obrecht de iurisdictione lib.3.cap.22.nu.33.* nam plures actiones possunt cumulari in eodem libello contrà eundem, *Riccius coll.*2101 immò plures possunt conveniri unico libello, licèt conveniri possint separatim, & non conjunctim, & non requirunt ut plures libelli, ità decisum testatur *Mastrill. decis. 133.*

Quod intellige, si conveniantur pro unico negotio, alias quis non potest convenire plures in eodem libello pro diversis causis, *Socin. in d.l.si idem cum eodem nu.3.& sequenti, ff.de iurisd.omn.iudicum.*

48 Sic etiam si quis agat coràm Iudice de summa, de qua ipse Iudex cognoscere potest, reus in hoc casu potest reconvenire actorem in majori summa coram eodem Iudice, licèt ipse Iudex non possit cognoscere de dicta majori summa, *d.l.si idem cum eodem,§ quod si mutuæ, ff de iurisd.omn.ind. ubi communitèr DD.* & docet *Georgius Obrecht d. cap 22. nu.39.& seq.*

49 Sic etiam si Iudex possit cognoscere de aliqua summa, puta centum, & tres sint cohæredes in hæreditate, quæ valet tercentum, in hoc casu ipse Iudex potest cognoscere, nam unusquisque de parte sua litigat, *d.l si idem cum eodem,§ si una actio, ff.de iurisd.omn ind, Georg.Obrecht d cap.22. nu.43.*

50 Decimonono regulam principalem amplia, ut etiam in causis criminalibus habeat locum prorogatio, *Paul.de Castr.in d.l.1.nu.20.& Cagnol.ibi nu. 46 ff de iudiciis, Marian.Socin.d.cap.significasti, n.29. ver.& ex prædictis, & nu.36.de foro compet.Guazzin. ad defensam reorum defens.1. cap.7. nu.4. & Capibl.de Baronibus prag.8. par.1. nu.105.* qui reiicit opinionem *Marantæ in d.dist.12.nu.14. & Hipp.de Mars in l.fin, nu.201.& seq ff.de iurisd. omn.ind.* contrarium tenentium. Immò in criminalibus potest expressè & tacitè fieri prorogatio alterius jurisdictionis, quod intellige quoad præjudicium partium prorogantium, quæ consentiunt ipsi prorogationi, non autem in præjudicium Iudicum ad quos spectat perpetrati criminis cognitio, ità *Jul. Clar.pract.crim.§ fin.qu.42 nu.1.Marant.d.dist.12.n. 14.Guazzin.d.cap.7 nu.5.& Carleval.d.quæst.8.sect. 5 nu.1223.* nam Iudex, ad quem spectat punitio criminis, potest comparere. & petere causæ remissionem, & dicta causa debet ipsi remitti, non obstante prorogatione facta per partes, ut infra dicam *nu.124* intellige etiam, ut possit in criminalibus fieri prorogatio ad Iudicem criminalem, & non civilem, nam in criminalibus non potest prorogari jurisdictio Iudicis civilis, & è contra, ità *Abb.in cap.si diligenti nu 14.de foro competenti Jul. Clar.d.§ fin quæst 42. ver.est etiam, Marant.d.dist.12. nu.18.Carleval.d qu.8.sect.4. nu.1170 & sect.5.nu. 1218. & Merolla in Theolog. Morali lib.3.disput.7. cap.1.dubio 14.nu.304* & dicam infrà *cap.50.* de foro causarum civilium, & criminalium *nu.2.*

51 Intellige etiam, ut in criminalibus habeat locum prorogatio, quando proceditur contrà reum per viam accusationis, secùs si per viam inquisitionis, quia tunc non habet locum prorogatio alienæ jurisdictionis in criminalibus, *Marant.d.dist. 12.num. 14.in fine, Bald.in l.1.nu,10.C. ubi de criminibus agi oportet, idem Bald. in l.1.num 2. C. ad legem Cornel. de Sicariis, Marian Socin. in d.cap significasti nu.54. de foro compet Capibl.d.prag.8.part.1.nu.116.Carleval.d.qu.8.sect.5.nu.1220.& Jul.Clar. d.qu 42.ver. scias autem, ubi in fine* dicit ipse *Jul.Clar.* quod hodiè, dum Iudex inquirens sit ut accusator, si reus consentiret in ipsum vix posset evadere ne censeatur facta prorogatio in præjudicium ipsius Rei, non autem in præjudicium Iudicis competentis, vel alterius accusare volentis, & quòd in causa criminali mota per viam inquisitionis habeat locum prorogatio, tenet *Merolla in Theol.Morali d. dubio 14.nu.312.* sed si detur bannum in contumaciam contrà aliquem per non suum Iudicem non prorogatur jurisdictio, *Bossius pract.crimin.tit. de foro competenti nu.182.*

52 Vigelimò amplia, nam licèt Judex militaris non possit cognoscere de causis non militum, aliàs acta sunt nulla, ut in *l.2.C.si à non compet.iudic.* tamen jurisdictio Judicis militaris potest prorogari per non milites, *l.in sacris la 2.ubi Bart.C.de proxim. sacr.scrin.lib.12.Capibl.d.prag.8.part.1.num.109.& Georgius Obrecht de jurisdictione lib.4. cap.14.nu.6.*

53 Vigesimoprimò amplia, ut prorogatio possit fieri de loco ad locum, nam licèt Judex non possit jus dicere extrà territorium suæ jurisdictionis, *l. fin.ff.de jurisd omn.jud.* & dixi suprà *cap.2 nu.61.cum plurib.seq.* tamen ipse Judex potest exercere jurisdictionem extrà suum territorium ex consensu partium, *cap.statutum,§.in nullo de rescriptis in 6.* facit *tex.in l.quæro ff de solut.* & docent *Alex.in d.l. fin.nu.3.Decius ibi nu 9. ff.de jurisd.omn.jud. & Marant.d.par.4 d.dist.12.nu.3.* & in hoc casu sufficit tacitus consensus partium. *Alex.in d.l.fin.Squillant.de privil. Cler.cap.2.n.61.& Merolla lib.3.disp.7.cap.2. nu.9.* sed veritas, est quòd requiritur expressus consen-

sensus partium. *Capibl.tom.2 c.19. nu.4.* & probatur in *d.c.statutum,§.in nullo,* qui tex.licèt loquatur in Judice delegato,tamen procedit etiam in Judice ordinario,*Decius d. l. fin. nu.9. Marant. d.dist.12, num.15.& Carleval. d. quæst. 8. sect.1. num. 977. & sect.2. num 981. cum duob. seq,* immò in ista prorogatione de loco ad locum requiritur expressus consensus Judicis illius territorii, in quo exercetur jurisdictio per Iudicem prorogatum,*Capibl.de Baronibus prag.3.n.236.& d.cap.19 nu.3.& Decius in d.l. fin.nu.9.* aliàs si non adest consensus Iudicis illius territorii , Iudex alterius territorii non potest jus dicere inter litigantes, etiam si ipsi litigantes consentiant, *Georgius Obrechti de iurisdictione lib.3.cap.22.nu.52.54.& seq.& Freccia de subf.lib.2.authoritate 30.nu.4.& nu.5.* & dicam infrà *nu.65.* & quomodò debeat esse ille consensus Iudicis , dixi *d.cap.2.nu.79.* quòd si aliquis Iudex exerceat jurisdictionem inter suos subditos in alieno territorio absque licentia Iudicis dicti territorii,processus non valet,*Marant.part.6.membro 1.nu. 41.*quod intellige in Iudice ordinario, secus in Iudice delegato , qui potest causam sibi delegatam expedire extra jurisdictionem delegantis absque consensu Iudicis illius loci, dummodò tamen partes tantum consentiant,*cap.statutū,§.in nullo de rescript.in 6* & docet *Marant.par.6.rub.& demum fer tur sententia nu.75.cum duobus seq.* & Iudex procedendo ex consensu partium extra territorium suæ jurisdictionis tenetur servare statuta sui territorii, & non territorii, ubi jus dicit , *glos.in clem.1.verf. omnimodam de foro compet.& Socin.in d.l.fin.nu.13.ff. de iurisd.omn.Judicum.*

54

55 Vigesimosecundò amplia,ut iurisdictio alterius Iudicis non solùm possit prorogari purè,sed etiam sub conditione, ut in *d.cap.significasti, ubi Marianus Socin.nu.4.& post nu 8.& ibi alii DD de foro comp.*

56 Vigesimotertiò amplia , ut iurisdictio competens iure speciali,consuetudine,privilegio,vel præscriptione,possit prorogari per non subditos, *Marian. Socin. d. cap. significasti nu.23. de foro compet.*

57 Ultimò amplia , nam iurisdictio prorogata est eiusdem naturæ, & qualitatis, quæ est iurisdictio præxistens & prorogata *glos in cap.ibi qui ver. specialiter de præben.& dignit.in 6.Marant. d.dist 12 nu. 18.Guazzinus ad defensam reorum def.1.cap.7.nu.8. & Georg Obrechti d.lib.4. cap.15 nu.4.*

58 Hinc est, quòd coràm Iudice prorogato potest quis reconveniri,*Bald.decis.115.Borrel summa decis. tit.41.nu.261. Marian.Socin.d.cap.significasti nu.53. de foro compet.Guazzinus ad defensam reorum def. 1.cap.7.post nu.23.Capibl.de Baronib.prag.8. par.1. nu.104.glos.& Bart.in l.est receptum,ff.de iurisd.omn. Iudic.*quod intellige,si sumus in prorogatione,quæ fit per submissionem unius ex litigantibus, ut quādo maior , vel æqualis spontè se submisit iurisdictioni alicuius Iudicis conveniendo adversarium suum coràm eo,secus si sumus in prorogatione,quę fit de communi consensu partium , quia tunc non potest fieri reconventio coràm Iudice prorogato, secundùm *Marantam d.par.4.dist.6.nu.33. Graff.de eff.cl.cler.eff.1.nu.760. & Merollam in theol. morali lib.3.disp.7.cap.1.dub.o 14.nu.327. & seq.*

59 Hinc etiam est, quòd facta prorogatione in Iudicem incompetentem per ambas partes , potest successor in officio sui prædecessoris prorogati uti eadem jurisdictione prorogata, *Paul.de Castro in l.1. nu.3.& ibi Cagnol nu.11 ff. de iudiciis,Foller.ad Marant.d.dist.12.nu.9.Guazz.ind def.1.d.cap 7.nu.12.& seq.& Franc.Marcb.decis.73.nu.10. part.1.* & est ratio,nam ex parte Iudicis ad prorogationem faciēdam est necessaria jurisdictio, ut in *l.privatorum C.de iurisd. omn. iud.* & infra dicam *nu.83.* & ideò semper prorogatio videtur facta potius contemplatione jurisdictionis,quam personæ officialis, & ideò transit in successorem , arg.*cap.quoniam Abbas de officio , & potest Judicis deleg* secus si prorogatio esset facta contemplatione personæ officialis,puta quia ipse officialis erat doctissimus,quia tunc prorogatio non transit ad ejus successorem, arg.*d.cap.quoniam Abbas*,& docent *Cagnol. d.l.1.n. 12 ff.de iudiciis, Specul.lib 2.tit.de comp. iudic. adition.§ 1.nu 8.& Foller.ad Marant.d. dist.12 d.nu.9.* sed quòd etiam in hoc casu prorogatio transeat ad successorem.tenet *Marian.Socin. in d.cap.significasti nu.59.de foro competenti*, sed primam opinionem sequitur *Merolla in theolog.morali lib.3. disp.7. cap.1.dub.14.nu 321.cum plurib.seq.*

60 Undè si fuit facta prorogatio ad Iudicem, qui non habet successorem , finita jurisdictione Iudicis prorogati,expirat prorogatio,*Speculator d.§.1 nu. 9.Alex.d.l.1.nu.10 ff.de iudiciis, & Marianus Socin. d cap.significasti,nu.59. ver. secundo casu de foro competenti.*

61 Hinc etiam est, quòd Iudex prorogatus , si ejus iurisdictio inter suos subditos sit talis naturæ , ut suam sententiam possit mandare exequutioni , potest etiam mandare exequutioni suam sententiam, quam tulit vigore prorogationis , ità *Speculator in d.lib.2.tit.de compet.iudic.adition.§.1.num.13. Guid. Pap.dec.77.nu.4.Capibl.d.prag.8. par.1.nu.104.& Carleval.d.qu.3.sect.6.nu.1238.cum seq.*intellige, si condemnatus habeat bona in territorio Iudicis prorogati , aliàs ipse Iudex prorogatus rescribit Iudici ordinario,ubi adsunt bona condemnati, ut exequatur sententiam.*Marian.Socin. d.cap.significasti nu 52.de foro compet.Add. ad Guid. Papam decis. 77.& Carav. ritu 262. nu.13.* & ità potest procedere opinio *Marant.d.dist.12.nu.19.*asserentis indistinctè Iudicem prorogatum non posse exequi suā sententiam , sed exequutionem sententiæ Iudicis prorogati spectare ad Iudicem ordinarium.

62 Hinc etiam est,quòd sicut Iudex potest compelli proferre diffinitivam sententiam inter suos subditos,quādo nō est prorogatus,*l.de quare in principio ff.de iudiciis,l.prætor, §.si post causam ff. de vacat. & excusat.munerum*, ità & Iudex prorogatus per non suos subditos,si semel prorogationi tacitè, vel expressè consentiit , tenetur causam per diffinitivam sententiam determinare,*l.sancimus, C.de advocat.divers.iudic.l.munerum,§.iudicandi, ff.de muneribus,& honoribus, ità Specul.d.§.1.nu.13. & 22.*& maximè facta litis contestatione,ità *Marian.Socin. d.cap significasti,nu.51. & Guazzin.d. def.1.d.cap.7. nu.11.*

63 Hinc etiam est,quòd sicut Iudex ordinarius potest causas suæ iurisdictionis alteri delegare, ut in *l.à Iudice,C.de iudiciis*, ità & Iudex prorogatus potest causam, in qua fuit prorogatus delegare *Specul.d.§.1.nu.12.in fine* , & licèt ipse *Speculat.* dicat

hoc procedere post litem contestatam, tamen veritas est, quòd Iudex prorogatus potest causam alteri delegare antè, vel post litem contestatam, ità *Marian.Socin d.cap.significasti nu.50.de foro compet.Gratiae decis. 222.nu.12.& Carleval.d.qu.8.sect.6. nu 1241.* sed Delegatus non potest alteri causam delegare, etiam partium consensu, *Marant.d.part. 4.dist.5.nu.25.in fine.*

64 Hinc etiam est, quòd sicut Iudex ordinarius potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, ita & Iudex prorogatus potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, ut dicam infra *cap.70 nu.16.*

65 Hinc etiam est, quòd sicut Iudex ordinarius non potest exercere iurisdictionem inter suos subditos extrà eius territorium, ut *in l.fin. ff.de iurisd.omn. iud.* ità, & neque Iudex prorogatus potest exercere iurisdictionem inter partes, qui prorogaverunt eius iurisdictionem extrà eius territorium, *Georg. Obrecbti de iurisdictione lib.4.cap.12. n.24.* immò Iudex non potest exercere suam iurisdictionem extra suum territorium per intermediam personam, puta delegando iurisdictionem suam alteri existenti extrà suam iurisdictionem, *Georgius Obrecbti de jurisdictione lib.4.cap 4. num.13.* sed *Marant. in suo speculo par.6.ver. & demum fertur sententia nu.75.* dicit, quòd Delegatus ad unam causam potest procedere in loco extrà iurisdictionem delegantis, si tamen in hoc partes consentiant, licèt Dominus illius territorii non consentiat, *cirat c.statutum. §. in nullo de rescrip..in 6.* quod secus est in ordinario, qui non potest procedere extrà suũ territorium, nisi consentiant partes & Dominus illius loci, ut supra diximus *nu 53.* & docent *Bald. in l.si qui ex consensu, C.de Episcop. Audient. Bart & alii in l quæro ff. de solut. & Marant. d. ver. & demum fertur sententia n.77.* ubi reddit rationem, quia jurisdictio Delegati non cohæret, nec terminatur territorio, sicut iurisdictio ordinarii, sed quando partes non consentiunt, & tunc Iudex delegatus non potest procedere extrà territoriũ delegantis, nam si non potest procedere delegans extra suum territorium, ergò neque eius Delegatus, arg. *l nemo plus iuris, ff.de regulis iuris.*

66 Undè si causa delegata alicui officiali per alium Officialem, si aliquid delegans ex sua iurisdictione facere non potest, nec etiam delegatus poterit, licèt, si ipse Delegatus sua uteretur iurisdictione, id posset, quia non suam, sed delegantis iurisdictionem exercere debet, *Georgins Obrecbti de iurisdictione lib.4. cap.4. num.22.*

Sed regulã supra positam, & sic iurisdictionem alieni Iudicis posse prorogari, limita pluribus modis, &

67 Primò, nam licèt partes conveniant inter se, ut alius Iudex, quàm Iudex paciscentiũ cognoscat de aliqua causa, tamen antequam adeatur ipse Iudex, partes possunt mutare voluntatem, & adire Iudicem competentem, ut in *l.si convenerit, ff.de iurisd. omn.ind.* ubi *Alber. antè n. 4.* & *Decius n. 1.* dicunt, hoc procedere, si ambæ partes dissentiant, secus si una tantùm dissentiat, altera parte reluctante, quia tunc non habet locum pœnitentia, nam quæ duorum gesta sunt consensu, eorum dissensu retractari debent, *§.hoc amplius inst.quibus modis obl.toll. & l.1.C. quando liceat ab empt.discedere,* nam posteriora derogant priora, *l.pacta novissima, C.de pactis,* si tamen interveniat consensus ambarum partiũ contrahentiũ, *l.1.& l.ab emptione* ubi *DD ff de pactis,* secus quãdo sit aditus Iudex, quia tunc cum sit quæsitum jus Judici per aditum partium coram eo, partes nõ possunt se penitere, *d.l si convenerit à contrario sensu,* nam in hoc procedit regula quòd ubi cœptum est judicium, ibi finiri debet, *l.ubi cæptum, ff.de iudiciis,* alii verò dicunt, quòd dissensu unius tantùm irritatur conventio facta, ut adeatur Iudex competens, dummodò dissensus unius partis interveniat antequàm Judex electus adeatur, ità *Cinus in l. si qui ex consensu n 9. C.de Episc. audient. Bart. Bald. Angelus, Paul.de Cast. Socin. Alex. & Jas in d.l si convenerit, Guid. Pap. dec.77. nu. 1.* hanc esse communem opinionem, testatur *Carleval. d. quæst. 8. sect.2. nu.1006.*

68 Et dispositio *d.l.si convenerit* procedit, tàm si per pactum nudum, quam si per stipulationem sit prorogata jurisdictio alterius Iudicis, nam adhuc, mutata voluntate, antequàm Iudex sit aditus, partes dissentire possunt, *Dom. Cons. Carleval.d.sect.2. n.1009.*

69 Et *d.lex si convenerit* procedit, quando persona privata prorogavit jurisdictionem alterius Iudicis, nam antequam Iudex prorogatus adeatur, potest dissentire, sed quando quis pactus sit non uti privilegio fori, quòd habet ex sua persona, & pactus sit conveniri posse coram Iudice ordinario competenti, in hoc casu paciscens non potest contravenire, & ità procedit *tex. in l.pen. secundùm Bart, ibi C. de pactis,* & docet *Georgius Obrecbti de iurisdictione lib.4.cap.11.n.24.cum plurib. seq.*

70 Sed dispositio *d.l.si convenerit* limitatur, si partes cum juramento se submiserint jurisdictioni Iudicis non sui, nam in hoc casu prorogans jurisdictionem non potest se penitere, & Iudicem competentem adire, & hoc etiam antequàm Iudex prorogatus adeatur, *Guid.Pap.d.dec 67.n.2 Scrafin.de privilegiis iuramenti privil.74. nu.165.cum plurib. seq. Covar.in cap.quamvis pactum, part.1. § 4.nu 12. cum seq.de pactis in 6. idem Covar. pract. quæst. cap. 10.n.6. DD.omnes in d.l.si convenerit,* & docet *Georgius Obrecbti d.cap.11.n.39.* & novissimè *Cons. Carleval.d.sect.2.à nu.1032.usq; ad nu.1036. & Riccius coll. 1900.* & est ratio, quia juramentum obligat, quem præcisè ad factum, & ab observantiam promissionis, *glos.in l.si pecuniam in principio, ver. necesse, ff de condit.causa data.*

71 Limitatur etiam dispositio *d. l. si convenerit,* quando quis in instrumento guarentigiato prorogavit jurisdictionem alterius Iudicis, nam in hoc casu tenetur stare conventioni, & non potest mutare voluntatem, etiam si non sit aditus Iudex prorogatus, *Decius in cap.1.in 1.lectura n.129.& 158. de iudiciis, Socin.d.l si convenerit n.12.& Consil Carleval.d.sect.2. n.1036.*

72 Limita etiam dispositionem *d. l. si convenerit,* quando quis contrahit in aliquo loco, vel si ibi promittat facere solutionem, & renunciet suo foro, & se submittat iurisdictioni Iudicis loci contractus, vel destinatæ solutionis, quia in hoc casu non potest se penitere, & petere se remitti ad suum Iudicem competentem antequàm Iudex contractus, vel destinatæ solutionis sit aditus, ità *Decius*

in d.

in d.l.si convenerit n.22.& ibi Socin.n.16.

72 Limita etiam dispositionem *d. l. si convenerit*, quando quis promisit litigare coram Iudice non suo, eo Iudice presente, & acceptante, quia tunc non habet locum pœnitentia, *Socin. d. l. si convenerit n.17 & ibi Decius n.13.& seq.* qui dicunt, secus esse si Iudex non acceptavit, quia tunc habet locum dispositio *d.l.si convenerit*.

74 Limitatur etiam dispositio *d. l. si convenerit* in procuratore, nam licèt principalis possit mutare voluntatem antequàm Iudex prorogatus sit aditus, tamen hoc facere non potest ejus procurator, *Decius in d.l.si convenerit n.19.ff. de iurisd. omn. iud.*

75 Et licèt qui convenerunt inter se de adeundo alium Iudicem, quàm Iudicem proprium possit se penitere, & proprium Iudicem adire per *d. l. si convenerit*, tamen hoc faciendo tenentur ad interesse promissum, ut docent omnes *DD. in l si convenerit*, quòd interesse potest peti coràm Iudice, corà quo fuit promissum respondere, *Marianus Socinus in d.c.significasti nu.46.ver. sed circa prædicta de foro compet.* & docet *Socinus in d.l.si convenerit n.20.*

76 Sed quæritur quando dicatur Iudex aditus, ut partes non possit mutare voluntatem? & dicas, quòd per quemlibet actum in iudicio factum etiã antè item con estatam dicitur aditus Iudex, itã ut amplius litigatores voluntatem mutare non possint, & adire eorum Iudicem competentem, itã *Georgius Obrechti d.c.p.11. n.42.cum pluirb.seq.* sed quòd partes antè litem contestatam possint recedere à Judice prorogato, tenet *Guazzinus d.def. 1.d.cap 7.nu.9.*

77 Quæritur etiam an dispositio *d. l si convenerit* possit renunciari, & sic, ut non sit locus pœnitentiæ antequàm Iudex adeatur? & quòd possit renunciari, tenet *Alber in d.l.si convenerit n.5.& seq. & ibi Decius nu.15. in fine*, sed contrarium tenent *Bal.in c.P & G.nu.16. de officio.& potest.Iudi. is deleg. Decius sibi contrarius in l.si quis in conscribendo n. 19.cum seq.C.de pactis, & Iasin d l si convenerit n. 25.* sed tu inter has *DD.* controversias, vide *Carleval.d.sect.2.d n.1037. cum plurib.seq.*

78 Secundò principalem regulam limita, nam si quis per errorem adeat Iudicem incompetentem, credens suum Iudicem competentem esse, in hoc casu non dicitur prorogata eius iurisdictio, sed potest petere se remitti ad Iudicem suum competentem, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iu l. l.2. in principio ff de iudiciis, Georgius Obrechti de iurisdict. lib.4.c.16.n.5 & seq.* quòd proceditsive erret utraque pars sive una tã u m,& sive error cõtingat antè sive post item contestatam, & sive sit error iuris, sive facti, *glin d l.si per errorem ver. qui errant. ubi Socin n. 3.& seq.* licet contrarium sei tant *Affl.dec.44. & Isernia (de errore iuris) in Const. Statuimus de officio.Magistri Iustit.* tamen prima opinio est vera, ut testantur *Marian.Socin.d.cap significasti n 38. de foro compet. Georgius Obrechti d.cap.16. n 9 & Carleval.d.sect. 2. post n.1013.* ubi dicit, quòd error, & ignorantia in dubio præsumitur, si quis in Iudicem non suum consensit, citat *Giurbam cons.77.n.25.* & idem tenet *Georgius Obrechti d. lib.4 d. cap.16.n.7. & seq.*

79 Sed tunc hæc limitatio procedit, quando quis per errorem adit Iudicem penitus incompetentem de iure communi, secus si erat competens de iure communi, & tamen poterat aliquo privilegio declinari, quia tunc si fuit prorogatus per errorem, valet prorogatio, *Socin.d.l.si per errorem n.7. & Decius ibi n.7.Marian.Socin.d.cap.significasti n.38. Maranta in suo speculo par.4. dist.1.2. n.21.& Merolla in theol.morali lib.3.disp.7.cap.1.dub.14.n.306.*

80 Tertiò principalem regulam limita, nam si quis per vim,& metum compellatur Iudicem incompetentem adire, in hoc casu non dicitur prorogata iurisdictio, *d.l.2.ver.ac si cum restitisset, ff.de iudiciis*, quæ licèt loquatur quando quis per vim, & metum Iudicis incompetentis consentiat in eo, tamen procedit etiam si per vim, & metum privatæ personæ consentiat in Iudicem incompetentem, nam adhuc non dicitur prorogata iurisdictio ipsius Iudicis incompetentis, *l. si qui ex consensu, ubi gl. fin. C. de Episcop. audientia*, & prorogatio facta per vim,& metum est ipso iure nulla, *Marian. Socin.d.cap.significasti nu.59. de foro compet.* ubi dicit, quòd dum omne, quod fit coram Tiranno præsumatur factum per metum, propter hoc non videtur facta prorogatio coràm dicto Tiranno, idẽ tenet *Guazzinus tract. ad defensam reorum defensione t.cap.7.n.19.* sed tunc non dicitur facta prorogatio, si per vim, & metum quis compellatur Judicem incompetentem adire, quando metus est gravis & cadens in constantem virum, secus si sie levis, itã *Merolla in theol g.morali lib.3.disput.7.cap. 1.dub.14.post n.308.*

81 Quartò limita, nam Clerici non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis laici, & in eo consentire, & ipsi se submittere, *cap.significasti, & cap. si diligenti de foro compet.* licèt secus sit de iure civili, ut docet *Georgius Obrechti de iurisdictione lib. 4.cap.14.n.7.* tamen ius canonicum attenditur, & sic, ut Clerici non possint prorogare iurisdictionem Iudicis laici, & in eum consentire, ut dicam infra *cap.36.num.50.* & hoc etiam si adsit consensus eorum Episcopi, nam adhùc non possunt Clerici consentire in Iudicem laicum, ut dicam infra *d.c.36.n.53.*& docet *Marian.Socin.d.c.significasti, nu. 42. ver. item dubitatum de foro compet.* & Clericus prorogans iurisdictionem Iudicis laici punitur,ut dicam infrà *d cap 36.n.54.*

82 Quintò limita, uam iurisdictio concessa à Deo non potest prorogari, pro ut est excommunicare, vel absolvere, quia talis iurisdictio prorogari non potest, *Maranta in suo Speculo part.4.d.dist.1.2. num. 23.& Merolla ubi supra n.310.*

83 Sextò limita, nam partes litigantes non possunt se submictere, & litigare coràm persona privata, quæ non habet iurisdictionem, nam ut quis possit se submictere in aliquem, requiritur, ut ille, cui submittitur, habeat iurisdictionem in alios *l. 1. ib (& cum procurator iudicandi potestatem inter certas habeat personas, C.de iurisd.omn.iud.& in l.1.ibi (qui Tribunali præest, vel aliam iurisdictionem habeat) ff.de iudiciis*, ergò secus si quis non habeat iurisdictionem, nam tunc partes in eum consentire non possunt, *l privatorum, C.de jurisd.omn. iud. Constit. Reg. cum nova*, ubi hoc notat *Affl. n.2.* ubi etiam habetur, quòd non per hoc tollitur facultas compromittendi in arbitratores, & est ratio huius limitationis, nam quando quis non habet iurisdictionem,

nem, ea extendi non potest, nam quod non est, non extenditur, & neque prorogatur, *l. sed si manente, ff. de precario*, ità *Marian. Sociu. d. cap. significasti num. 21. de foro competenti*, & *Georgius Obrecht de iurisdictione lib. 4. cap. 9. n. 11. & 17. & cap. 12. n. 1. cum plurib. seq.*

84 Septimò limita, nam jurisdictio Iudicis delegati in certam causam, & inter certas personas non potest ab aliis personis non nominatis in rescripto prorogari, & sic iurisdictio dicti Iudicis delegati non potest prorogari de persona ad personam, *c. P. & G. quod est in n. 40. de off. & potest. Jud. deleg.* & docent *D. Reg. Merlin. controver. forens. tom. 2. cap. 71. nu. 20. & Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. c. 1. dubio 14. n. 313. cum plurib. seq.*

85 Sed hæc septima limitatio sublimitatur respectu personarum expressarum in rescripto, quæ possunt prorogare jurisdictionem ipsius, Iudicis delegati de tempore ad tempus, ut dixi supra *nu. 5.* & docet *Trivisanus dec. 49. lib. 1. nu. 4. et n. 6.*

86 Sublimita etiam, ut jurisdictio Judicis delegati possit prorogari inter easdem personas in rescripto contentas de re ad rem, nam licèt delegatus non possit cognoscere de re non expressa in rescripto, aliàs acta sunt nulla, *l. 1. C. si à non compet. Judice, l. certa ratione, C. quando provoc. non est necesse*, tamen ejus jurisdictio potest prorogari per partes de re ad rem non expressam in rescripto, *l. de qua re §. 1. ff. de judiciis, gl. in d. l. 1. ver. nihil agit, C. si à non compet. judic. Trivisanus d. dec. 49. n. 3. & 6.*

87 Sic etiam jurisdictio dicti Judicis delegati potest prorogari per personas contentas in rescripto de quantitate ad quantitatem non expressam in rescripto, *l. fin. §. fin. C. de appell. gl. in d. l. 1. C. si à non compet. judic.*

88 Sic etiam ipse Judex delegatus est capax aliarum prorogationum inter personas contentas in rescripto, *cap. cum olim §. 1. de offic. & potest. Judicis delegati, cap. statutum, §. in nullo de rescript. in 6. Carleval. d. quæst. 8. sect. 4. nu. 1162.*

89 Sic etiam ipse Judex delegatus potest cognoscere de aumento, quòd super venit in re contenta in rescripto post litem contestatam, & in hoc ipse Judex delegatus est competens, etiam si ipsi non sit facta prorogatio per partes, *l. ædiles la 1. §. item sciendu, ff. de edilitio edicto, gl. in d. l. 1. C. si à non comp.*

90 Sic etiam ipse Judex delegatus potest cognoscere, & est Judex competens de alio facto incidenter evento in causa principali ipsi delegata, etiam non facta prorogatione per partes, *l. 1. C. de ordin. iudic. l. fin. C. ubi, & apud quem glos. in d. l. 1. C. si à non compet. Judice.*

91 Sic etiam ipse Judex delegatus est competens in cognoscendo de expensis, & fructibus perceptis à re contenta in rescripto, licèt de ipsis nulla facta sit mentio in rescripto, *l. Paulus, C. de re ind. glos. in d. l. 1. C. si à non compet.*

92 Sic etiam reus potest reconvenire actorem coràm ipso Judice delegato de alia re non expressa in rescripto, *glos. in d. l. 1. C. si à non compet. iudic. Marunta in suo speculo par. 4. dist. 6. nu. 13. & 29. Caravit. ritu 67. n. 5.* & dicam infra *cap. 13. de foro causæ reconventionis n. 5.*

93 Sic etiam si lis sit mota super rem venditam, & causa ipsa sit delegata alicui, in hoc casu venditor potest in authorem laudari coràm ipso Judice delegato, etiam si in rescripto de eo non sit facta mentio, ut ità decisum, testatur *Affl. dec. 227.* & docet *Alfons. Guzman de evictionibus quæst. 6. nu. 53.* nam delegata causa principali, censetur delegata causa accessoria, *Marant. d. dist. 6. num. 31.*

94 Sed scias, quòd delegatus ad causam proprietatis, non est competens ad cognoscendum de causa possessoria, super quam non fuit delegatus, *l. si de proprietate, ubi Bald. & Paul. de Castr. C. si à non competenti Judice*, sed delegata causa possessorii simpliciter, & in genere non solùm possessorium, sed etiam petitorium intelligitur delegatum, ità *Bald. in l. si de proprietate n. 4. C. si à non compet. iudic.* sed si causa possessorii nuncupatim, & in specie sit delegata, tunc de proprietate Judex delegatus non cognoscit nisi incidentèr, & per viam reconventionis, ità *Gallupus in praxi Sacri Consil. part. 1. cap. 2. n. 47. & seq.* & causa commissa simpliciter super tali re, vel super molestationibus talis rei, censetur commissa tàm super petitorio, quàm super possessorio, *Rota dec. 39. in novis*, & *Petrus Garzia à Toleto in dicto 191.*

95 Sed si quis sit delegatus in causa unius delinquentis, si pro eodem delicto adsint alii inquisiti ejusdem criminis socii, & in rescripto delegationis non sint nominati, in hoc casu ipse delegatus non potest procedere contra non nominatos, ut ità decisum testatur *Novar. quæst. forens. 47. tom. 2. & Thor. in suplem. dec. ver. Magna Curia, fol. 391.* ubi dicit, quòd quoties M. C. V. procedit uti delegata contrà aliquem ex causa unius delicti contrà eundem pro aliis delictis cum tali delegatione procedere non potest, sed debet procedere ordinariè.

96 Sed tu scis, quòd per mortem delegantis exspirat jurisdictio delegati, re integra, & sic si delegans moriatur antequàm delegatus moriatur incepit cognoscere in causa, *cap. relatum de offic. Judicis delegati, l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. glos. in l. venditor, §. Judices, ff. de iudiciis*, secus, si re non integra, puta si delegans moriatur postquàm delegatus incepit cognoscere in causa, quia tunc per mortem delegantis non expirat jurisdictio delegati, *d. §. Judices*, & docent *Guazzin. ad defens. reorum def. 13. c. 9. n. 1. & nu. 5. & Georgius Obrecht de iurisdictione lib. 4. cap. 8. nu. 5. & 6.* quòd procedit etiam in delegato Principis, *Maran. in suo speculo part. 4. dist. 5. n. 61.* undè dispensationes matrimoniales commissæ Vicario Episcopi per Papam, mortuo Papa, non possunt per ipsum Vicarium expediri, si res sit integra, *Ricc. dec. 205. p. 2. & dec. 92. par. 4. & Squillant. de privileg. Cler. cap. 2. nu. 168. & 173.* idem est in subdelegato, nam subdelegatus à delegato habente potestatem subdelegandi ob absentiam delegantis, mortuo delegante, re tamen non integra, habet potestatem procedendi, & ejus subdelegatio durat, secus, re integra, quia tunc expirat subdelegatio per mortem delegantis, *cap. si delegatus de offic. delegati in 6. de Franch. decis. 255. n. 1. & seq. & Squillant de privileg. Cler. cap. 2. n. 128. & seq.* ubi n. 130. dicit, quòd si Judex ordinarius delegat causam cum potestate subdelegandi, & delegatus subdelegat, & facta subdelegatione, moriatur delegatus, re integra, vivo primo delegante, in hoc casu non expirat subdelegatio, sic

sic etiam commissio facta Nuncio expirat, finito officio committentis, *Bald. in l. 1. C. de postulando, Anna sing. 119.* sic etiam si delegans sit excommunicatus post delegationem, re integra, suspenditur jurisdictio delegati, secùs re non integra, ut dicam infrà *cap. 33. nu. 220.* & res dicitur integra, quando non dum delegatus incepit cognoscere, & non dum per eum sit facta citatio, *Bart. & alii in d. l. & quia, Marant. d. dist. 5. nu. 61. Georgius Obrechti d. cap. 8. nu. 7.* & res non integra dicitur non solùm quando est facta litis contestatio, sed etiam si sit processum ad actum citationis per ipsum delegatum, *Merolla in Theolog. Morali lib. 3. disput. 7. cap. 4. n. 327. cum plurib. seq. Georgius Obrechti d. cap. 8. nu. 10. & 12. & Squillant. de privil. cler. cap. 2. nu 94. cum trib. num. seq.* ubi *num. 99.* dicit, quòd sufficit, ut citatio sit expedita, licèt non intimata. adhuc, ut res dicatur non integra, idem tenet *Guazzin, ad defensam reorum def. 13. cap. 9. num. 6. ver. res autem,* sed quòd requiratur, ut notificata sit, tenet *Merolla d. cap. 4. n. 336. cum plurib. seq. et nu. 101.* dicit ipse *Squillant.* ibi, quòd ex nulla citatione res dicitur integra, ubi *n. 104.* dicit ipse *Squillant.* ibi, quòd per solam præsentationem rescripti factam Judici, res non desinit esse integra, nam adhuc dicitur integra, & idem tenet *Merolla d. cap. 4. n. 347. cum plurib. seq.* sed hoc limitat ipse *Squillant. ibi nu. 106.* in rescriptis gratiæ, prout est in commissionibus, dispensandi, nam in his per solam præsentationem rescripti, & per decretationem factam per delegatum, ut capiatur informatio de expositis in rescripto, res dicitur non integra. Et si delegatus subdelegat, per subdelegationem res adhuc dicitur integra, *cap. pen. de offic. deleg. in 6 & Merolla d. cap. 4. nu 342. cum plurib seq.* ubi *nu. 346.* hoc limitat, quando subdelegatio est facta partibus præsentibus. Quòd si sint plures causæ delegatæ, ut res non dicatur integra quo ad omnes, sufficit, ut una causa sit cæpta coràm delegato ad finem, ut duret ejus jurisdictio in omnibus causis delegatis, etiam mortuo delegante, *Bart. in d. l. & quia,* sed *Georgius Obrechti d. cap. 8. n. 16. cum seq.* tenet contra *Bart.* & sic, quòd duret tantum jurisdictio in causa cæpta, & non in aliis non cæptis. sed *Bartolum* sequitur *Marant. d. dist. 5. n. 61.* sed tu vide *Squillant. d. cap. 2. n. 107. cum plurib. seq.* qui plures distinguit casus. & plures alios casus distinguit *Merolla d. cap. 4. à nu. 350 usq. ad nu. 373.*

97 His præmissis quæritur, quid si sit expirata jurisdictio Judicis delegati per mortem delegantis, re integra, an is, qui fuit delegatus possit in dicta causa procedere ex consensu partium, non obstante, quòd ejus jurisdictio sit expirata per mortem delegantis, re integra? & dicas, quòd non potest procedere, ità *gloss. in cap. cum venisset ver. egerit de testi. Marant. d. dist. 5. n. 61.* prout etiam videmus, nam si causa sit delegata ad certum tempus, elapso dicto tempore, expirat jurisdictio delegati, *l. 2 § sed, & Judex ff de judiciis, cap. de causis de officio Judicis delegati, Georgius Obrechti d. cap. 8. n. 28. & seq.* & tamen elapso dicto tempore, delegatus non potest procedere, etiam ex consensu partium, nam licèt jurisdictio delegati possit per partes prorogari de tempore ad tempus, ut diximus supra *n. 5.* & *85.* tamen prorogatio debet fieri infra tempus, in quo Judex delegatus poterat procedere, ut docet *Georgius Obrechti d. lib. 4. cap. 14. n. 33. & seq.* ergò secus, elapso dicto tempore, nisi Judex delegans etiam in hoc consentiat, quia tunc elapso tempore, Judex delegatus potest procedere ex consensu partium, nam si delegans, qui ad certum tempus delegavit, sciat delegatum post elapsum tempus jurisdictionem exercere, & id patiatur, non dum dicitur finita jurisdictio delegati, nam prorogata videtur, *gloss in cap. cum olim de officio Judicis delegati, Georgius Obrechti d. cap. 8. n. 30.* sic etiam si delegatus per errorem pronunciat, se in ea causa jurisdictionem non habere, eo ipso mandatam jurisdictionem in causa illa amittit, *cap. significantibus de officio Judicis deleg.* & quamuis postea litigantes in eum consentiant, non tamen potest amplius, in causa ipsa procedere, *d. cap. significantibus,* & docet *Georgius Obrechti d. cap. 8. n. 31. & seq.* idem est, nam si delegans, vel alius Judex superior, re integra, vetat, ne delegatus procedat in causa, jurisdictio delegata expirat, *l. judicium solvitur ff. de judiciis, Georgius Obrechti d. cap. 8. n. 2.* & tamen post dictã inhibitionem factam ipse delegatus non potest procedere, etiam partibus consentientibus, nam postquàm jurisdictio Judicis delegati est expirata, ipse delegatus remanet uti privatus, sed in privatam personam partes non possunt cõsentire, & se submittere, ut diximus suprà *nu. 83.* ergò in omnibus suprà enumeratis casibus, quando jurisdictio delegati est expirata, delegatus ipse non potest procedere in causa, in qua fuit delegatus, etiam partibus consentientibus, ut diximus.

98 Scias etiam, quòd si causa sit delegata pluribus personis, in hoc casu omnes debent intervenire in prolatione sententiæ, aliàs sententia est nulla, *l. cum magistratus, C. quando provocare non est necesse, l. sicuti 21 ff. de receptis arbitris, Guazzinus tract. ad defensam reorum def. 13. cap. 3. nu. 1. & Merolla in Theolog. Morali lib. 3. disput. 7. cap. 4. n. 124.* ubi hoc ampliat, dato, quod ipse Judex delegatus, qui est absens, consentiat, ut cæteri Judices delegati judicent, quòd secùs est in Judicibus ordinariis, nam uno ipsorum absente, potest ab aliis proferri sententia, *l. 1 ff. de offic. consulis. l. pomponius,* aliàs incipit *si uni ex pluribus. quæest in nu. 36 ff. de re judicata, Marant. d. par. 4. dist. 5. nu. 31. & Merol. d. disp. 7. cap. 3. nu. 33.* & est *tex.* de jure Regni in *ritu 53. & 63.* ubi habetur, quòd Justitiarius potest causas expedire, uno Judice præsente, licèt alii sint absentes; nam quando sunt plures Judices ordinarii, administratio justitiæ cuilibet competit in solidum, *d. l. 1. ff de officio consulis, Cartocius de remediis contrà prejud. sent. except. 22. quæst. 28. n. 1.* ubi *nu. 11.* dicit, quod si sint plures Judices ordinarii, omnes intervenire debent in pronunciando se incompetentes, citat *Abb. & Felin. in cap. prudentiam de officio deleg.*

99 Et partes litigantes coram uno ex pluribus delegatis, si non adest clausula insolidum, faciunt acta nulla, *Borrel summa decis. tit. 41. nu. 254.* & est *tex. in l. duo ex tribus, ff. de re judicata.*

100 Immò unus ex pluribus delegatis non potest proferre sententiam, licèt interloquutoriam, *Abb. in cap. causam lo 1. in 3. not. de offic. & potest. Judicis delegati, Bart. in d. l. Pomponius 36. ff. de re indicata,*

Ma-

Muranta in suo speculo d.par.4. d.dist.5.nu.31.in fine D Danza de pugna DD.tom.2.tit.de officio delegati cap. 1 Thor in comp.decis.ver. nullitas fol.385.& Merol. in theolog. morali lib.3.disp.7.cap.4 nu.128.& seq.& num.277.

101 Undè apparet, non esse tutam opinionem *Novarii in quæstione forensi 52.tom.2.* asserentis, quòd si delegatio causæ sit facta Regiæ Audientiæ, singuli Auditores non omnes actus firmare reneantur, sed tantùm sententias diffinitivas,& interloquutorias habentes vim diffinitivæ, nam ut ipse *Novar.* ibi in fine dicit, quòd turius est, si omnes actus firmentur per omnes Auditores.

102 Sed si in delegatione adsit clausula (si unus interesse nequibit, alter expediat) tunc debent prius requiri collegæ, aliàs sine requisitione, & declaratione, quòd non possunt intervenire, non possunt alii soli intervenire, & procedere, *cap. prudentiam ubi Abb.& Felin.de offic.deleg. Merolla d.cap.4.num. 131.& 278.Marant.d.dist.5.nu.31.& ibi Foller.in add.& Carrocius d.quæst.28.nu.45.* ubi *nu.50.* dicit, hoc procedere etiam partibus consentientibus, & vide *Guazzin.d.cap.3.nu.4.*

103 Sed delegati ad Universitatem causarum possunt procedere, uno ex dictis absente, *Bart. in d.l. Pomponius, ubi glos.& Alex.ff.de re indicata,* & licèt *Abb.* teneat contrarium in *d.cap.causam lo 1.de offic.deleg.* tamen opinio *Bart. & Alex.* est vera, *Marant.in dicta distinctione quinta nu.31.in fine, & Merolla d cap.4.nu.280.*

104 Sic etiam si proferatur laudum, uno ex arbitris absente, adhuc laudum non valet, *l si in tres,& l. item si unus,§.1.ff.de receptis arbitris Marant. d.dist. 5.nu.32.Rovit.in prag.1.nu.56.de arbitris,& Merolla d.cap.4.nu.280.* nisi in compromisso sit dictum, ut quilibet ex arbitris possit in solidum procedere, quia tunc est secus, *glos. in d.l.si in tres* Et ideò si moriatur unus ex arbitris expirat compromissum, ut dixi suprà *cap.11.post nu.77.*

105 Sic etiam mortuo uno ex pluribus delegatis, expirat jurisdictio, etiam respectu viventium, undè ipsi non possunt ampliùs cognoscere ex ipsa delegatione, *cap.pen.de offic.deleg. Maraut.d.dist.5.nu.35. & Merolla in theolog.morali lib.3.disp.7.cap.3.n.12. & cap.4.nu.124.*& statim, mortuo Episcopo, expirat jurisdictio Vicarii Generalis, *Marant.in suo speculo part.4 dist.5.nu.62. Covar.pract. quæst. cap.4. nu.4. & Merolla in theolog. morali tom.3. disp 7.cap. 6.nu.469.cum plurib.seq.*ubi *nu.474. cum plurib.seq.* dicit, quòd excommunicato Episcopo, dicitur statim suspensa jurisdictio Vicarii etiam quoad causas ceptas.

106 Quòd si compromissum sit factum inter plures, & respectu unius laudum sit nullum, erit etiam nullum quo ad omnes, *Paul.Castr.cons.182.vol.2.* sed *Rovit.in prag.2.in fine de arbitris,* dicit, quòd in hoc obstat *tex. in c.cum tempore extrà de arbitris.*

107 Sed si sint electi duo arbitri, quorum unus non potest esse arbiter, puta si fit servus, in hoc casu compromissum non valet, quòd si proferatur laudum ab eo, qui potest esse arbiter, laudum est nullum, *l.Pedium 7.§.in servum, ff.de receptis arbitris,* nisi in compromisso sit dictum, ut quilibet ipsorum possit insolidum procedere, quia tunc si proferatur laudum ab eo, qui potest esse arbiter, laudum valet, *l.sed si ita 8 ff.de receptis arbitris.*

108 Sed de iure canonico, si simpliciter sint electi tres arbitri, si unus noluit intervenire, alii duo possunt proced re, requisito tertio, & nolente venire. *cap.2.de arbitris in 6.* & dispositio iuris Canonici procedit in terris Summi Pontificis, in terris verò Judicum secularium procedit dispositio iuris civilis *Vivius decis 380.& Novar.in coll. super dictam prag.1.nu.42.de arbitris.*

109 Sic etiam, quòd delegatus nullam habet iurisdictionem antè præsentationem suæ commissionis, *Innoc.in cap.cum in iure peritus de offic.& potest. Judicis deleg.Danza de pugna DD.to.2.tit.de offic.delegati cap.2.nu.21.Guazz def.13.cap.2. nu.12.Anna alleg 24.nu.2.& Guid.Pap. decis.286.nu.1.* & Judex delegatus debet citare citandum cum inserta forma rescripti, *Guid.Pap.dec.286.in fine, Riccius coll. 2103.Danz d.tit.de offic.delegati cap.2.nu.1, & Marant.par.6. membro 1.nu.75.* immò non sufficit, ut Judex delegatus citet aliquem cum inserta forma rescripti, nam non per hoc probatur eius commissio arg. *Auth.si quis in aliquo, C.de edendo,* nam debet originale exhiberi *l.Sancimus, C.de diversis rescript.Graffus.dec.effect.Clericatus, effect. 1. num.41.& Guazzin.ad defens.reorum def.13. cap.6. post nu.2.* & non creditur copiæ, si non reperiatur originale, *Thor.in supplem. decis. ver.originale fol.456.* quòd si in processu non sit præsentatum originale rescriptum, & proferatur sententia, ipsa sententia est nulla. *gl.in l.2.C.de iure Fisci lib.10.Cinus,& Bart.in l.1.C.qui pro sua iurisdictione, & Merolla in theolog. morali lib 3.disp.7 cap 4. nu. 260.* & hoc licèt post quàm dicatur de nullitate, præsentetur originale rescriptum, tamen adhuc sententia non reconvalidatur, ut ità decisum, testatur *Anna alleg.24 Danza d. cap 2. num.23. & seq. & Guid.Pap.d.decis.286. post nu.2.*

110 Sed scias, quòd licè Judex delegatus teneatur citare cum inserta forma rescripti, aliàs ipsi non creditur, & citatus non tenetur comparere, *Guazzinus ad defensam reorum def.1.cap.1.num.18. & def. 13.cap.2.nu.16.& Jo:Franc.Leonius in Thesauro fori Ecclesiastici par.2.cap.2.nu.55.* tamen si doceat de commissione, & copiam faciat, ipsi creditur, & citati tenentur comparere, *cap.cum in iure, ubi Abb. & Felin.de offic.& potest.Judicis deleg.Bart. in l.2.ff. si quis in ius vocat.non ierit,& Maranta d.dist.5. nu. 59.* sed hoc procedit, quando agitur de modico præjudicio, quia tunc sufficit, si delegatus asserat tantùm, se esse delegatum, & non est necesse citare cum inserta forma rescripti, secùs si agatur de gravi præjudicio, nam tunc est necesse, ut delegatus citet cum inserta forma rescripti, & non sufficit citanti asserere se delegatum, quando agitur de gravi præjudicio, aliàs citatus non tenetur coràm eo respondere, quòd si agatur de gravissimo præjudicio, & tunc neque parendum asserenti, se esse delegatum, nisi priùs constet plenè de delegatione, aliàs citatus non tenetur comparere coràm citante, nisi priùs fiat plena fides de delegatione, & non sufficit simplex copia, ità *Foller.ad Marantam d.dist.5.nu.60.*& hæc procedunt, etiam si delegatus esset in aliqua dignitate, nam adhuc ipsi non creditur, si asserat, se esse delegatum, & non ostendat rescriptum, quando agitur de gravi præjudicio

ter-

tertii, secùs si agatur de levi præjudicio tertii, quia tunc ipsi creditur, dato, quòd non ostendat rescriptum, ità Merolla d.cap.4.nu.261.

111 Sed quando delegans est præsens, & ab eo facilè veritas haberi potest, & tunc assertioni delegati creditur, *Guazzinus d.def.1 cap.1.nu.11.& d.def.13. cap.6.nu.4. Dunzi de pugna DD.tom.2.tit.de offic.delegati cap.2. num.2. Petrus Cabal.resol.crim. casu 26.& Merolla d.cap 4 post nu.261.*

112 Et delegatus, si procedat antè præsentationem suæ commissionis, processus ab eo factus est nullus, & ipsi potest impunè resisti, *Guazzin. d.def.13.cap. 2.nu.12.* ubi *nu.15.* dicit, quòd exceptio opponi debet contrà processum fabricatum per Commissarium antè literas præsentatas, aliàs processus est validus, citat *Guid.Papam decis.386.*

113 Sed quando est notorium, talem asserentem habere commissionem procedendi à Principe, tunc non oportet literas delegationis exhibere, *Guazzinus d.def.13.d.cap 6.nu 5.* ubi vers. tertiò limita, dicit, quòd tunc delegatus tenetur citare cum inserta forma delegationis, quando citat citandum in longinquis partibus, secùs si citandus sit in eadem Provincia, quia tunc non requiritur insertio delegationis in citatione, *Farinac. in frag.lit. D. num.93.*

114 Et asserenti se venire cum mandatis secretis Principis non est credendum, nisi rescriptum Principis manu subscriptum producat, *l.1.C.de mandatis Principum*, & docet *Catalanus de indulto c.36.n. 197.*

115 Scias etiam, quòd delegatio non potest probari per testes, sed debet probari per literas, ità *Graffius de effectibus Clericatus, eff.1.nu.40.* sed si mandatum delegationis semel sit exhibitum, & parte citata registratum, si pullea sit deperditum, potest probari per testes deponentes super tenorem illius, & ejus amissionem, *glos.in cap. cum olim de privileg. Vantius de nullit. tit de nullitate ex defectu jurisdictionis nu.28.& Merolla d.c.4.nu.262.*

116 Scias etiam, quòd delegatio superveniens non retrotrahitur, ut confirmet processum illius, qui processit, ut Judex delegatus, *Guid.Papa dec.286.n. 2.* sequitur *Ricc.dec.343.nu.6. part 4. & Graffius d. tract.de effect.Cler. eff.15.post nu.16.* ut è contra, si delegans non haberet potestatem delegandi, & delegat, si postea superveniat potestas delegandi, gesta per delegatum antè potestatem prædictam non convalidantur, *Merolla d.cap.4 nu.263.* citat *glos.in l.unica, C.qui pro sua jurisdict.*

117 Scias etiam, quòd nulla declarata sententia Judicis delegati, expirat ejus jurisdictio, undè aliàs debet prorogari, ut possit de novo agere, *l.si ut proponis l. 1.C.quomodo,& quando Judex*, quod secùs est in sententia Judicis ordinarii, nam nulla declarata sententia Judicis ordinarii, ipsemet Judex ordinarius potest de novo cognoscere, & procedere in eadem causa *l.4.C.de accusationibus, l.1.in fine, C.de sent.& interlo.omn.Jud.l.si præses, C.quomodo,& quando Judex, Riccius coll.2118.Marant.d. dist.5.nu.51 glos.& DD. in d.l si ut proponis l. 1. C. quomodo,& quando Judex.*

118 Scias etiam, quòd Judices Magnæ Curiæ Vicariæ, Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ, & Auditores Provinciales dicuntur officiales ordinarii, *Caravit.ritu 265.nu.28.& seq. Rovitus prag.1.num. 2.de officio Magistr Justit. & in prag.1.nu.3 de causis decidendis, & de Franch.decis.143.in fine*, qui loquitur de judicibus Magnæ Curiæ tantum, sed Regii Consiliarii Sacri Regii Consilii dicuntur officiales delegati *Caravit d.nu.28. & seq.Rovit.d.prag.1.nu. 3.de causis decidendis,& in dec.52.nu.5.* nonnulli verò distinguunt, & dicunt, quòd Consiliarii Sacri Regii Consilii singuli, ut singuli dicuntur delegati, sed omnes conjunctè sunt ordinarii, ità *D Reg Sanfelic. in praxi jud.civ. sect.3.n.9.* sed quòd Consiliarii Sacri Regii Consilii dicantur officiales ordinarii, & non delegati, etiam si sint singuli, ut singuli, tenet idem *Rovit.in rub.de officio Sacri Reg. Cons.nu.6. & novissimè D.Carleval.de judiciis tom.1. dispnt.2. qu. 8.sect.4.nu.1152. cum pluribus seq.* ubi ipse *Carleval.* propter hoc videtur inclinare, quod possit per partes prorogari jurisdictio ipsorum Consiliariorum, & licèt supradictis officialibus committantur causæ, tamen non per hoc dicuntur delegati, nam hoc fuit introductum ad evitandas confusiones, & potiùs dicitur distributio, quàm delegatio, *de Franch. dec.143.in fin.& Rovit.d.rub.de offic.Sacr. Reg.Cons. nu.5.& 6.* & Consiliarii adjuncti dati ad supplendum numerum, quando requiruntur ad decisionem alicujus articuli, congregati habentur uti ordinarii & finè causa non possunt removeri, dati verò ad dirimendam paritatem dicuntur delegati, *D.R.Sanfelic. in cremento ad praxim judicialem in fine dictæ praxis fol 261. nu.1. & 2.* & Auditor Cameræ est Iudex ordinarius, & non delegatus, *Riccius dec.271. nu.5 par.4.* sic etiam Episcopus dicitur Judex ordinarius, & non delegatus, *cap.Episcopus de offic. ordin. in 6.cap.conquerente, & cap.cum dilectus extra eod. tit. Merolla in theolog. morali tom.3. disput.7. cap.6. nu.114.* ubi *à nu.108.usquè ad nu.127.* substinet, Vicarium Generalem Episcopi dici ordinarium, & non delegatum, & *nu.119.* dicit idem esse in Vicario capitulì sede vacante, & in Vicario Generali Prælatorum habentium jurisdictionem Episcopalem, nam isti quoque dicuntur ordinarii, & idem tenet ipse *Merolla in d.disp.7.cap.7.n.286. cum plurib.seq.*

119 Et adverte, quòd quando jurisdictio Judicis delegati est prorogata in casu permisso, illa jurisdictio prorogata finitur, quando finitur jurisdictio delegata, undè si per delegantem Judex delegatus revocetur, etiam jurisdictio prorogata eo ipso censetur revocata, & sicut deindè delegans de causa delegata cognoscit, *l.judicium solvitur, ff de judiciis*, ità quoque de ipsa causa prorogata cognoscit, ita *Georgius Obrechti. de iurisdictione lib.4. cap.15. nu.8.*

120 Octavò principalem regulam limita, nam minor non potest prorogare jurisdictionem Judicis non sui sine auctoritate sui Curatoris, nam ipse non habet legitimam personam standi in judicio, *l.1. & 2.C.qui legit.personam, & c.l.clarum, C.de authorit.præst.Speeul in lib.1.tit.de actore, §.1.nu.9.& Angel.in l.1.nu.5.ff.si quis in jus vocat.nō ierit*, ubi quoque ampliat hanc limitationem, etiam si minor cum juramento prorogasset jurisdictionem Iudicis non sui, nam adhuc prorogatio non valet, si non sit facta cum authoritate sui Curatoris, nam dispositio, *Auth.Sacramenta puberum, C.si adversus vendit.* non habet locum in judiciis, *Carleval.d. disput.2.qu 8.sect.3.nu.1130* & antè eum *Marian. Socin.d.cap.significasti nu.19.de foro compet.* contrà *Jacob.*

cob.Cancerium variar.resolut.lib 2.cap.2.nu.214. sed tunc minor non potest prorogare jurisdictionem Iudicis non sui, si ejus conditio fiat deterior, secùs si fiat melior, quia tunc minor potest prorogare iurisdictionem Iudicis non sui, de quo vide *Georgium Obrechti de iurisdictione lib.4 cap.1 t.nu.15.*

121 Nonò limita, nam miserabiles personæ non possunt prorogare iurisdictionem alterius Iudicis, *Bald.in cap.de causis nu 49. de offic.& potest Iudic. deleg.& Carrocius de excep.except.12. qu 6.nu 8.*

122 Decimò limita, nam prorogatio non potest fieri à procuratore, nisi ipse procurator habeat speciale mandatum, vel cum libera ad prorogandam iurisdictionem alterius Iudicis, *Guid.Pap.dec.285. nu.2.Angel in l.2.in principio, ff.de iudiciis, Borrel. summ. decis.tit.41. nu.102. Gizzinus d.d f.1.cap. 7.nu.14.& Briard.ad Clarum § fin.qu 42.nu 5.*sed in prorogatione de tempore ad tempus sufficit generale mandatum cum libera. *Innoc.in cap.de causis nu 1.in fine de offi.& potest Judicis deleg Carleval. d.quæst.8 sect 3 nu.1143.Marin. Socin.d.cap.significasti nu.20.de foro compet.*ubi dicit, quòd si procurator non habens speciale mandatum, patiente domino, prorogat, valet prorogatio, & quòd procurator non habens speciale mandatum, non possit prorogare iurisdictionem Iudicis incompetentis est *tex.in l.procurator cui generaliter, ff.de procurat. Cancer.variarum resol l b.2.cap.11.nu 47. in fine.*

123 Undecimò limita, nam in causa appellationis non potest fieri prorogatio per litigantes in non suum Iudicem, *Franc.Marcb dec.f.639 nu.1.vol.2. Marolla in theolog.morali lib.3.disp 7 cap 1. dubio 14 nu 309. Marant.in suo speculo p.r.4.dist.12. nu 22. Borrell.d. tit.41.num.120.la è Carleval. d.quæst.8 sect.5. num. 1224.cum pluribus seq Jacob.Cancer. variarum resol. lib.2.cap.2.nu.211.& seq & Gratian.decis 78.num. 31.& seq.*ubi nu 147.dicit, quòd ex actu nullo prorogatio iurisdictionis non inducitur. Sed prorogatio potest fieri in causa appellationis, ad Iudicem superiorem, licèt ad ipsum tanquam mediatum non esset appellandum. *Marianus Socinus in d.cap. significasti nu.3.de foro compet.*

124 Duodecimò limita, nam licèt quando partes prorogaverunt iurisdictionem alterius Iudicis, & consenserunt in ipsum, non possint declinare ipsius forum, & petere se remitti ad eorum forum competentem, *Jul.Clar §.fin.quæst.42. Jacob. Cancer.d.lib.2.cap.2.nu 214 & Carleval.d. quæst.8.sect. 2.nu.2059.*tamen Baro prorogantium iurisdictionem alterius Iudicis potest comparere pro suo interesse, & petere causæ remissionem ad suam curiam, *Caracciolus de fori privileg.remis. quæst.22.nu. 5.& seq.& Muscatell. par.2.glos. competentes nu.46.* nam eius vassalli non possunt inferre præiudicium ipsi Baroni, ut dixi supra *cap.8.nu.82.*unde si Actuarius Curiæ Magni Admirati prorogat iurisdictionem S R.Cons.instante Curia Magni Admirati causa debet remitti ad ipsam Curiam Magni Admirati. *Thor.comp.dec tom.1.ver.magister actuarius,& Galluppus pract.S.R. Cons par.2.c.6. nu.84.in fine.*

125 Et ideò est licitum Baronibus facere pœnalia banna, nè vassalli litigent in aliena iurisdictione pro tuitione suæ iurisdictionis, *Rovit.rub.de iurisd. ad invicem non turbandis nu.1. Freccia de subfeudis lib 2. auctoritate 10. Riccius collect.2963. Thorus in supplem.decis.ver.Baro fol.59.& Foller.in pract.crim. rub.audiuntur excusatores nu.162.*ubi dicit, quòd hodiè Barones debent cavere dicere, ut vassalli non ad ant Regia Tribunalia, & quòd Barones possint facere talia banna pœnalia, ut vassalli non litigent coram Iudice incompetenti, tenent *Bærius decis.124. Novarius in coll.super prag.1.nu.5.de iurisd.ad invicem non turbandis Vulsius ad Afflict.decis.155.n.4.& decis.265.nu 39 de Leonardis pract. officialium cap.4. nu.18 Marian. Socin. in cap.ex tenore nu.2. & in cap. significasti post nu 45.de foro compet.Bursius d.cap.ex tenore nu.2 Jacobus Cancerius variar.resol. lib.2.cap. 2.n.103.& lib.3.cap.10 nu.30.*sed vide *Capibl. prag. 8.par.1.nu.119.cum plur.b.seq* qui refert contrariam opinionem, & eam conciliat cum prima opinione pluribus modis, ubi *nu.124* dicit ipse *Capibl.* quod, data opinione pro vera, quòd vassalli Baronis habentis feudum cum clausula abdicativa, & decreti irritantis non possint prorogare iurisdictionem alterius Iudicis, tamen si prorogant eius vassalli iurisdictionem alterius Iudicis, ipse Iudex prorogatus rectè procedit quousque non sit præventum tale privilegium, nam cum privilegium illud sit quid facti, Iudex procedens antè eius præventionem rectè agit, cum habeat ius commune pro se, quod vult, ut possit fieri prorogatio in alienum Iudicem, prout etiam, nam licèt Baro fecisset bannum pœnale, ut eius vassalli non prorogent alterius iurisdictionem, si vassalli prorogant alterius iurisdictionem, tamen prorogatio est valida, *Jacob. Cancer d. lib.3 cap.10.nu.31.*sed quòd Baro possit prohibere vassallos, ne ipsi adeant Regia Tribunalia in præiudicium suæ iurisdictionis docent *Afflict.sing.62. & Capibl.to.2.cap.15.* ubi nu 8. dicit, quòd hoc facere potest, præcedente licentia Proregis, sed si tactus fieret casus controversionis, adeundo vassallus Regiam Curiam, in hoc casu ipse vassallus non tenetur ad pœnam banni, *de Leonardis d.cap.4 nu.18.citat Tartaglium pract. cav. lit c. 2.in principio,& Merolla in theol.moral.lib.3 disp.c. 7.cap.2 num.97* sed quòd pœna contenta in banno promulgato à Barone contra eius vassallos ne adeant aliorum Tribunalia, possit exigi contra transgressores dicit decisum *Riccius coll 2963. sequitur Thor.in supplem.dec ver.pœna fol 472.* & Barones habentes merum, & mixtum imperium cum clausula abdicativa possunt facere pœnalia banna, ne subditi adeant Regia Tribunalia in præiudicium eorum iurisdictionis, *Giurba cons.69.nu.24.& Caracciol.de fori privil.g.remis.qu 45.nu.32.*

126 Decimotertiò limita, nam si Commissarius Nuntii se obliget cum pacto, ut possit conveniri in quocunque loco, Curia, & foro, si deindè ipse Commissarius conveniatur in alia Curia, quàm in Curia dicti Nuntii, in hoc casu potest petere remissionem causæ ad Curiam dicti Nuntii, non obstante tali renunciatione, *Riccius dec.38.par.3.*

127 Decimoquartò limita, nam officiales sindicandus non potest prorogare jurisdictionem sindicatorum pro causis per eum agitatis extrà officium, *Carrab.in suo tract.sindicatus par.1.nu 104.& seq.*

128 Decimoquintò limita, nam si causa sit compromissa per aliquos in arbitrem, alii qui non compromiserunt non possunt prorogare jurisdictionem arbitrorum, *Marian.Socin.in cap.significasti nu.26.de foro compet.* & hoc etiam si arbitri sint electi vigore statuti, sed alii possunt compromittere in ipsos arbi-

arbitros, & dicitur novum compromissum, *Bart. in l. qui vias, ff. de furtis, Blanc. de comprom. sso quæst. 7. rub. de prorogatione nu. 3.* sed ipsi, qui compromiserunt in arbitros, possunt prorogare jurisdictionem, arbitrorum de re ad rem, vel de causa ad causam *Blanc. ubi supra nu. 4.* ubi *nu. 5.* dicit hoc procedere quando fit prorogatio de re, vel causa, quæ fit compromittibilis alias secùs, ubi *nu. 6* dicit ipse *Blanc.* quòd promittentes possunt prorogare jurisdictionem arbitrorum de tempore ad tempus, citat *Bald. in l. si cum dies §. si arbiter, ff. de recept. arbitris*, quod intellige, ut dicta prorogatio de tempore ad tempus coram arbitris possit fieri pro eodem tempore, pro quo factum est primum compromissum, nam si primum compromissum sit factum ad mensem, secundum non potest fieri nisi ad mensem, & non plus, *Hipp. de Marf. sing. 52. Blanc. ubi suprà nu. 8.* & 11. sic etiam prorogatio in arbitros fit de loco ad locum, *Bald. in l. cum dies, §. si arbiter. ff. de recept. arbitris, Blanc. ubi supra nu. 9.* & prorogatio compromissi debet fieri infra terminum primi compromissi, aliàs si post, non dicitur prorogatio, sed novum compromissum, *Felin. in cap. P. & G. col. fin. de offic. delegat.* per tex. in *l. sed & si manente ff. de precario, Blanc. ubi suprà nu. 13* ubi *nu. 15.* dicit quòd si sit factum compromissum, & juratum de non contraveniendo, & infrà primum terminum compromissi fit facta prorogatio cum eisdem qualitatibus, ut in primo, sed non fuit juratum, in ista prorogatione non intelligitur facta repetitio juramenti, nisi partes in primo compromisso convenerunt de prorogando, quia tunc intelligitur facta repetitio juramenti, *Blanc. ubi suprà nu. 16.* ubi *nu. 17.* dicit, quòd, si in primo compromisso fit datus fidejussor de solvendo judicatum, & sic facta prorogatio temporis compromissi, sine interventu fidejussoris, in hoc casu fidejussor non dicitur obligatus in prorogatione, citat *Decium cons. 93.* & hoc etiam si in primo compromisso fuisset dictum, & conventum de prorogando, nam adhuc fidejussor datus in primo compromisso liberatur per prorogationem, si non ea non intervenit, *Paul. de Castr. in l. dies cautioni in principio ff. de damno infecto, Blanc. d. nu. 17. in fin.*

129 Decimosextò limita, nam tunc prorogatio valet quando est facta ad Judicem, qui habet aliquam jurisdictionem, licèt eidibilem contrà prorogantes secùs si esset penitus incompetens, puta si non sit Judex ratione originis, domicilii, habitationis, causæ, personæ vel aliquo iure fundamentum iurisdictionis non haberet in partes prorogantes, quia tunc prorogatio non valet, *Capibl. d. prag. 8. par. 1. nu. 131. & Musfatell. in praxi Sacri Reg. Conf. pa. 2. glos. competentes nu. 41. & seq.* quæ opinio mihi non videtur esse, nam nos videmus, quod illi, qui non vivunt de arte maris, possunt prorogare jurisdictionem Magni Admirat. ut constat ex *Aff. dec. 27.* & tamen ipse Magnus Admiratus habet tantùm jurisdictionem contrà illos qui vivunt de arte maris, & non contra alios, ut dicam infrà *cap. 22.* ergò opinio *Capibl. & Musfatel.* non est tuta.

130 Decimoseptimò limita in causa feudali, in qua non fit prorogatio de Judice feudali ad alium Judicem, sed partes tenentur litigare coram Judice competenti causæ feudalis, *cap. ex transmissa*, ubi *Marian. Socin. nu. 3. & seq. de foro compet.*

131 Et scias, quòd prolata sententia à Judice prorogato ab ejus sententia appellatur ad Judicem appellationis ipsius Iudicis prorogati, & non ad Judicè appellationis prorogantium, si sint diversi fori, ità *Specul. in lib. 2. tit. de cō. et. jud. adit § 1. n. 12. Marian Socin. in d. cap signif. casti nu 58. de foro compet.* undè si prorogatio fit facta in Judicem, à quo non potest appellari, non appellatur à sententia lata ab eodem Judice per prorogantes, *l. Episcopale, C. de Episcop. audient.* ubi *Bart. & Bald.* & docet *Castrens. in l. 1. nu. 4. ff. de judiciis, ubi Cagnolus num. 6. Georgius Obrecht de jurisd. lib. 4. cap. 16. nu. 6.* & ex nostris docet *Grammaticus decis. 9. nu. 4. & seq.* & è contrà si prorogantes non possent appellare à sententia Judicis proprii, si prorogant jurisdictionem Judicis, à quo potest appellari, in hoc casu potest appellari, ità *Alber. in d. l. 1. nu. 1. ff. de judiciis, Gama decis. 222 nu 10. & seq. & Guazzinus d. def. 1 cap 7. nu. 8.* & novissimè *D. Carleval. d. quæst. 8. sect. 6. nu. 1237.*

SUMMARIUM.

1 *Reconveniri potest actor per reum conventum coram eodem Judice coram quo ipse Reus conventus fuit, licèt actor ipse sit alterius fori. Amplia usque ad nu. 14. limita à nu. 22. usquè ad nu. 31.*

14 *Accusatus, an pendente sua inquisitione, possit accusantem reaccusare? usq; ad nu. 20.*

21 *Reconventio in dubio permittitur.*

32 *Spoliatus antè omnia debet restitui & latè de spolio ibidem.*

33 *Actor reconventus an teneatur cavere de stando juri, & judicatum solvendo.*

34 *Causa reconventionis regulatur secundum causam conventionis.*

De foro causæ reconventionis.

CAP. XIII.

1 Si actor sit alteriùs fori, & ipse conveniat reum in foro ipsius Rei, & Reus reconveniat actorem in eodem foro, actor non potest petere, se remitti ad Judicem suum competentem pro ipsa causa reconventionis, sed tenetur stare juri in eodem foro, licèt ipse actor sit alteriùs fori, *l. cū Papinianus, & auth & consequentèr, C. de sentent. & interloquut. omn. Iud. & est totus tit. de jure Canonico, ut extra de mutuis petitionibus*, & docet *Caracciolus de fori privileg. remiss quæst. 16. nu. 1.* & est ratio, quæ assignatur per *d. l. cum Papinianus in fine*, nam ipse actor, qui impetravit Judicem pro se, non debet dedignari habere eundem Judicem contrà se.

2 Quàm regulam sic positam amplia, & primò, nam si Clericus conveniat laicum coram Iudice laico, ipse Clericus potest reconveniri coram ipsomet Iudice laico, & Clericus ipse non potest petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, ut dicam infrà *cap. 36. nu. 122.* & sic è contrario si Clericus sit conventus coram Judice Ecclesiastico, à laico, potest ipse laicus reconveniri coram ipso Iudice Ecclesiastico, *cap. cum in agendo 3. quæst. 8. Graffiis de effect. Cleric. effect. 1. nu. 796.*

3 Secundò amplia, ut reconventio possit fieri in quacunque parte judicii, *cap. dispendia, §. Reus de* re-

referit, in 6. dumodò fiat antè conclusionem in causa, glos. in cap. 1. ver. respondere de mutuis petionibus, Caravit. ritu 67. n. 6. Specul. in tit de reconventione, §. sequitur & Ansaldus de iurisdictione part. 3 tit. unico, cap 9. n. 80. immò reconventio potest fieri in quacunque parte judicii, dummodò fiat ante sententiam, Grassus de effect. Cler. eff. 1 n. 792. n. 784. Ansald. d. cap. 9. n. 114. & de Franch. dec. 376. n. 1. & hoc etiam quoad effectum jurisdictionis, nam si Clericus, qui convenit laicum coram Judice laico, sit reconventus coràm eodem Judice laico, facta publicatione in causa conventionis, ipse Clericus non potest petere, se remitti ad Judicem Ecclesiasticum pro causa reconventionis, ut ità decisum, testatur de Franch. dec. 367. licèt contrarium teneant Squillant. de privil. Cler. cap. 7. dubitatione 3. n. 63. & seq. & Ambros. de immunit. Eccles. cap. 20. n. 38. & seq. tamen prima opinio est verior, Caracc. d. quæst 16. n. 12. & seq. Ansald. d. cap. 9 n. 113. D. Reg. Merlin. controver. forens. tom. 2. cap. 23. & Muscatel. in prax. Sacri Reg. Cons. part. 3 glos. actorem, n. 10. cum duob. seq. & ibi ipse add. lit. C. sed differt in modo procedendi, nam quando reconventio fit antè litem contestatam, & tunc proceditur pari passu in causa conventionis, & reconventionis, & fit simultaneus processus glos. in clem sæpè §. verum ver. exordio de verb. signif. & Ansald. d. cap 9. n. 8. & seq. sed quando reconventio fit post litem contestatam ex intervallo, & tunc non proceditur pari passu, Marant. in suo speculo part. 4 dist. 6. n. 5. cum plurib. seq. ibi Foller. in add. Grassus d. eff. 1. n. 762. & 795 de Franch. d. dec. 376. n. 1. & Muscatel. in praxi Sacri Reg. Cons. part 3. glos. actorem n. 8. cum duob. seq. sed Vivius dec. 128. n. 2. dicit de jure civili reconventionem posse fieri antè litem contestatam, de jure verò Canonico posse fieri usquè ad sententiam, sed prima opinio tàm in foro Ecclesiastico, quàm laicali in practica servatur. Immò Thorus comp. dec. tom 3 sect. 3. ver. reconventio fol. 34. dicit, quòd si sit opposita reconventio in exequutione sententiæ Sacri Consilii, ipsa sententia debet exequi, & procedi in causa reconventionis, & ità decisum, refert ipse Thor. ibi, & in eadem sect. 3. ver. remissio, fol. 113. nam per reconventionem non impeditur exequutio sententiæ Sacri Regii Consilii, la Rath. cons. 21. & Reg. Sanfel. e. dec. 184. in fine, sed veritas est quòd reconventio non potest fieri post sententiam latam in causa conventionis, pendente ejus exequutione, Marian. Sociu. in c. 1. nu. 60. de mutuis petit. Ansald. d. cap. 9. num. 114 & 139. & D. Reg. Merlin. d. cap. 23. nu. 25 & cap. 24. nu. 10. & 11.

4 Tertiò amplia, ut reconventio possit fieri non solùm pro causa annexa, & connexa cum causa conventionis, puta si Reus sit conventus pro pecunia in suo foro, & reconveniat actorem in eodem foro pro pignore dato pro ipsa pecunia, nam in hoc casu, dato quòd ipse actor sit alterius fori, tamen potest condemnari pro pignore ab eodem Iudice, immò si hoc non sit petitum, Iudex ex officio hoc facere potest, ità decisum, testatur Affl. dec. 32. sed etiam reconventio potest fieri pro causa pœnitus diversa à causa conventionis, Vivius decis. 49. n. 5. & dec. 128. n. 1. Grassus d. eff. 1. n. 750. & Ansald. d. cap 9. n. 76. & seq.

5 Quartò amplia, nam si causa sit delegata ad instantiam actoris, Reus potest actorem reconvenire coram eodem Iudice delegato, cap. 1. ubi Abb. de mutuis petitionibus, Specul. d. tit. de reconventione, §. 1. nu. 1. glos. in l. 1. C. si a non compet. Judice, & Ansaldus de iurisdict. part. 3 tit. unico cap. 9. n. 61. secus si ipse Iudex sit delegatus ex consensu Actoris, & Rei, quia tunc ipse Reus non potest reconvenire actorem coram ipso Judice delegato, ità Ansald. d. cap. 9. num. 66. & seq Jacob. Cancer. variarum resolutionum lib. 2. cap. 13. num 48 & seq. Caravit d. ritu 67. num. 5. Maranta d. dist. 6. num. 13. & num. 29. cum duobus seq. & ipse Maranta d. num. 13 in fine dicit, quòd reconventio non potest fieri coràm Iudice delegato, quando ipse Judex delegatus fuit electus motu proprio Principis, hæc omnia etiam docent Grassus d. eff. 1. num. 751. cum plurib. seq. Ambrosinus de immunitate Ecclesiasticæ cap. 20. num. 42. & Ansald. d. c. 9 n. 70. sed tunc coram Iudice delegato ad certam causam tantùm potest fieri reconventio, quando causa reconventionis non est separata à causa reconventionis sed est connexa, secus si sit separata, quia tunc non potest fieri reconventio coràm ipso Judice delegato, etiam cōsensu partium, Georgius Obrechti de jurisdictione lib. 3. cap. 16. n. 15. cum tribus seq. sed coràm Judice delegato ad omnes causas potest fieri reconventio à Reo contrà Actorem, etiam de causa separata à causa conventionis, Georgius Obrechti d. cap. 16. nu. 19. & seq. ubi dicit, hoc etiam procedere, si ipse Judex delegatus sit impetratus ex consensu Actoris, & Rei, nam adhuc coràm dicto Judice delegato actor potest reconveniri à Reo convento, & ipse Georgius Obrechti impugnat Marantam ubi supra contrarium tenentem, citat Zas. cons. 22. n. 14.

6 Quintò amplia, ut reconventio possit fieri coràm arbitris, intellige coràm arbitris juris, qui ex dispositione statuti eliguntur ad totam causam, secus in arbitris voluntariis, qui eliguntur ex consensu partium, nam coràm ipsis arbitris voluntariis non potest fieri reconventio, ut dixi supra cap. 11. de foro compromissi, n. 62.

7 Sextò amplia, nam si quis conveniat aliquem coràm aliquo Judice, qui non potest cognoscere ultra summam, de qua Reus est conventus, ipse Reus potest reconvenire actorem coràm eodem Judice, etiam de summa majori, de qua Iudex ipse cognoscere non potest. l. si idem cum eodem, §. quod si mutua, ff. de iurisd. omn. iudicum.

8 Septimò amplia, ut reconventio possit fieri coràm Iudice prorogato, ut diximus supra cap. 12. de foro prorogato nu. 58.

9 Octavò amplia, ut reconventio possit fieri coràm Iudice particulari ad certa negotia, vel personas deputato, pro ut est coram Iudice artis lanæ, serici, & coràm Iudice meretricum, & in Curia Magni Admirati, nam si coram istis quis sit conventus, potest Actorem coram eisdem reconvenire, licet actor sit alterius fori, Abb. in cap. 1. circa finem de mutuis petitionibus, licet ibi Ant. de Butrio, & alii relati per nos infra cap. 23. num. 19. teneant contrarium, tamen opinio Abb. est vera, Marant. d. dist. 6. n. 28. & Foller. ad Marant. d. dist. 6. nu. 28. & Foll. ad Marant. d. par. 4 dist. 9 n. 114.

10 Hinc est, quòd si sit mota quæstio feudi coràm Iudice, qui cognoscit de feudo, in hoc casu coram

co-

eodem Iudice potest fieri reconventio de re non feudali, *Marian.Socin.in cap. ex tr insmissa nu.24. de foro compet.*citat *glos.& Bal.in cap.1.de prohib feudi alien per Federic.* sed contrarium tenet *Graffus de effect.cler.§.1.n.767.* sed prima opinio est vera, ut dicam infra *cap 48.n.29.*& docet *Jacob. Cancer. variarum resol.lib.2.cap.13.n.64.cum plurib seq.*ubi *num.68 & seq.*dicit, quòd coram sindicatoribus ad sindicandum Officialem non potest fieri reconventio, & idem tenet ipsemet *Jacob. Cancer. lib.3.c.12.n.12.*

11 Nonò amplia, nam si actor persona privilegiata eligat in forum suum Regia Tribunalia, ipse actor potest reconveniri in ipsis Regiis Tribunalibus per reum conventum, & non potest petere,se remitti pro causa reconventionis ad Iudicem suum competentem, ut est *tex.* de jure Regni *in ritu 67.* & docent *Novarius in sua praxi electionis,& viriis fori tom.1.sect 4 quest.48. & Marcel. Calà de modo articulandi, & probandi,glos 1.§ 1.n. 48.* quod secus puto, si persona privilegiata sit reus, & conveniatur per actorem coràm Iudice ordinario competenti ipsius Rei, &.ipse reus persona privilegiata eligat Regia Tribunalia,nam in hoc puto, quòd ipse reus non possit reconvenire actorem in ipsis Regiis Tribunalibus, nam in hoc cessat ratio *d. l. cum Papianus*, dum reus, & non actor eligit Reg.Tribunalia,arg.eorũ quæ traduntur per *Marant.d.dist 6.n.28.ver.quo vero* sed cogita.

12 Decimò amplia, ut in causis summariis habeat locum reconventio, *l sed hæ §.non solum ff. de procurat.*& quando causa conventionis, & reconventionis est summaria, & tunc habet locum reconventio tàm quoad jurisdictionem, quàm quoad hoc, ut pari passu procedatur, si sit facta antè litem contestatam, sed quando causa conventionis est summaria, & causa reconventionis est plenaria, & tunc reconventio potest fieri quoad jurisdictionem,& sic,ut procedatur coram eodem Iudice tàm in causa conventionis, quàm reconventionis, sed non quoad modum procedendi, nam non proceditur pari passu, nisi parte volente, *Marant. d. dist. 6. num. 38.* nam ut causa conventionis, & reconventionis eadem sententia termineturr, est necesse, ut utraquè causa sit liquida, & quòd reconventio sit facta antè litem contestatam,*Amend.ad Pref. de Franch. decis.193.nn.4. Aufald d.cap.9.nu 94.cum duob. seq. & Thor.in supplem. decis.ver.reconventio, fol. 519.* sed quia in Regno omnes causæ sunt summariæ,ut in *cap Reg.detestantes, & in ritu 288. & in prag. 1. de ordin.iudic.* ideò in Regno indistinctè in omnibus causis habet locum reconventio,*Caravit.d.ritu 67.n 7.*loquitur *Graffus d.eff.§.1.n.777.*

13 Undecimò amplia, nam procurator actoris debet cavare de recipienda reconventione,*l.1.ubi gl. & Bart.C de Satisd.l.servum,§.ait pretor, ff. de procurat.& Anna sing 410.*

14 Ultimo, aliis omissis, amplia, ut reconventio locum habeat etiam in causis criminalibus, nam si quis sit accusatus ab aliquo de aliquo crimine, potest accusatorem reaccusare de alio crimine,*gl. in d.auth.& consequenter, & Caravit.d.ritu 67 n.13.*

15 Hinc est, quòd si maritus accusat suam uxorem de adulterio ad finem, ut ipsa uxor amittat dotem, in hoc casu ipsa uxor potest reaccusare suum maritum de alio adulterio, vel de lenocinio, & non amittit dotem, nam paria delicta,mutata cõpensatione tolluntur,*DD.in l.consensu C.de repudiis.*

16 Et quòd accusatus possit accusatorem reaccusare, vel maiori crimine,est *tex.in l.Præses ff ad legem Flaviam de plagiariis,in l.quoniam. ff. ad legem Juliam de adult.in l.1.& in l.neganda, C. qui accusare non possunt,* quòd procedit quando ista reconventio in criminalibus fit coràm Judice competenti ipsius reconventi, aliàs si esset Judex incompetens respectu reconventi, tunc non habet locum reconventio in criminalibus, *l.2. § sed si agat, ff.de judiciis Marant.d.dist.6.num.60.& ità* intellige dicta per *Annam sing. 431.*

17 Sed in Regno accusatus, pendente sua accusatione, non potest accusatorem, vel ejus familiam reaccusare de aliquo delicto ad finem procedendi, sed tantùm ad finem præstandi cautionem de stando juri, si ita prima accusatione, si delictum sit commissum ante primam accusationem, aliàs si post,& tunc primus accusatus potest reaccusare accusatorem, etiam ad finem procedendi,*cap.Reg. 258.* ubi *Campag.n.29. prag. 1.de accusat. & ritu 193. & 197.* idem est si accusatio,& reaccusatio sit facta eodem diem est si accusatio, & reaccusatio sit facta eodem die, nam ratione incertitudinis proceditur in utraquè causa, & sic accusationis,& reaccusationis,ut in *d.ritu 193.* secus si constat de anterioritate primæ accusationis, quia tunc supersedetur in reaccusatione docet *Caravit. d.ritu 193.* sic etiam si accusatio, & reaccusatio dependeat ex eodem delicto, proceditur in utraq; causa, & sic tàm in causa accusationis quàm reaccusationis, ut ità decisum, testatur *Grammat. dec. 53.*& docet *Petrus Franc. de Tondutis in tract. de prævent.cap.16.n.2.*ubi *n.4.* dicit, quòd accusatus, pendente sua inquisitione, post accusatorem, & testes accusare de falsitate commissa in prima sua inquisitione, intellige coràm eodem Judice, coràm quo pendet sua inquisitio, & non coràm alio Judice, ità *Farinac.pract.crim.tit.de variis,ac diversis criminibus,quæst.100.num 69 & seq.*

18 Et tunc accusatus post suam accusationem potest reaccusare, quando est liberatus,secus si condemnatus, quia tunc non potest reaccusare, nisi propter condemnationem non amittat libertatem, & neque Civitatem, *l.is qui reus ff. de publicis judic. Marant. d. distinct. 6. num.62.cum plurib. seq.*

19 Sic etiam si quis sit accusatus, accusatione pendente,non potest contra accusatorem actionem civilem intentare, ut desumitur ex *l.fin.C.de ordine iudic.Jul.Clar.pract.crim § fin.quæst.2.num 5.& Maranta d dist.6.num 66.*ubi dicit, quòd secus est è contra, nam conventus civiliter potest actorem accusare criminaliter, & proceditur in utraquè causa, & ita servari in Regno, testatur ipse *Marant.ibi d.num.66.*ubi *num.67.* dicit,hoc procedere quando talis reconventio fit competenti ipsius reconventi, aliàs secus si esset Judex incompetens, quia tunc non potest fieri accusatio coram dicto Judice.

20 Et conventus de crimine civilitèr potest reconvenire actorem de alio crimine civiliter, intellige

ge coram Iudice competenti reconventi, alias secus, *Marant.d.dist.6.nu.68.*

21 Et advertas, quod semper in dubio reconventio permittitur, ut docet doctissimus *Vinc. de Anna in singul iri 610.*

22 Sed regulam supra ampliatam limita, & primò in reo convento excommunicato, qui non potest actorem reconvenire, *Caravit.d.ritu 67.nu.16.* qui citat *tex.in c.cum inter, de except.* & docent *Squillant.de privil. Cler. cap.7.nu.72.* & *Georgius Obrechti de jurisdictione lib.3. cap.16.nu.3.* & 4. ubi dicit idem esse in bannito.

23 Secundò limita, ut reconventio non possit fieri coràm Iudice ad quem, & sic in causa appellationis *l.1.* & 2. *ff.quis,* & *quo,Mastril.dec.136 Anna sing.430.Caravita d. ritu 67.nu.10. Marant.d. dist 6. nu.14.* & *seq. Amendola ad Praes. de Franch. d.decis. 376.nu.3.Grassus de eff.Cler.eff.1.nu.778. Squillant. de privileg.Clericorum cap.7. dubitatione 3.num.67. Carleval.de judiciis tom.2.tit.2.disput.7. nu 8. Ambros.de immunit.Ecclesiastica cap.20.nu.40. Caracciolus d.quaest.16.nu.15.* & *Ansald.d.cap.9 nu.142.cum trib.seq.*intellige, quando est appellatum à diffinitiva sententia, secus si ab aliquo incidenti antè litem contestatam,& Iudex ad quem retinuit causam propter gravamina, quia tunc reconventio potest fieri coràm ipso Iudice ad quem,*Jo:Andr.* & *Abb in cap 1. de mutuis petitionibus,Marant.d. dist. 6.nu.26. Amend.ad Praes.de Franch d.decis.376.nu. 4.Iacob.Cancerius variarum resol.lib.2.cap.13.n.61. cum duobus numeris seq. Georgius Obrechti de iurisdictione lib 3.d.cap. 16.num.13.* & *seq.Ambros.d. cap.20.num.41.* & *Ansaldus d.num.142.* & *seq.* sed in causa principali appellationis potest opponi compensatio,*Grassus d.eff.1. nu.778. Amend. ad Praes.de Franch.d.decis.376.nu.3 Guid.Papa dec.436. nu.192.* & *Jacob.Cancerius d.cap.13.nu.34.*

24 Tertiò limita, nam si quis sit accusatus coràm Iudice criminali non potest coram eodem Iudice reconvenire accusatorem pro causa civili, & è contrà, si quis conveniat aliquem pro causa civili coràm Iudice civili non potest reconveniri pro causa criminali coram eodem Iudice, ità *Maranta d.dist.6.nu.32.* & *seq.*

25 Quartò limita in causis exequutivis, in quibus non habet locum reconventio, *Bald.in d.auth.* & *consequenter nu.14.Specul.d.tit.de reconventione,* §. *nunc dicamus, ver sed quid si agebam, Socinus in suis fallentiis regula 33.in ultima fallentia, Grassus de effect.Cler eff.1.nu.771.Caracciol.d.quaest 16. nu.16.* & *Ansald.d.c.9.nu.137.cum quatuor seq.*& ideò qui confitetur debitū, non potest actorē reconvenire, *Bald.in l.3.in 1.not. C.qui ad libertatem proclam.non licet,Marant.dist.6. nu.39.* sed in causa exequutiva quis potest reconveniri pro alia causa exequutiva, *Grassus d.eff.1.nu.772.D Consil. Carleval. de judiciis to.2.tit.2.disput.7.nu.10.* & *Caracciolus de fori privileg remis.quaest.19.nu.15.* & *seq.Ansald.d.cap.9.nu. 131.*undè si quis sit citatus, super tenorem instrumenti,si in ultimo peremptorio compareat cum alio instrumento, in quo appareat creditur, in hoc casu sit cōpensatio,& evitabit carceres, *Galtier.in pract.liquid.inst.rub.ant facta liquidatione num.9.* & 10.sic etiam in causa exequutiva potest fieri reconventio de re non exequutiva, non quoad effectum procedendi pari passu, sed quoad effectum,ut actor teneatur stare juri in causa reconventionis coram eodem Iudice,coràm quo reus fuit conventus pro causa exequutiva, nam hunc finem potest fieri reconventio, *Jacobus Cancerius d.lib.2. d.cap. 13.nu 43.* & ità decisum in materia liquidationis instrumenti, testatur *Thorus compen. decis.to.3.sect. 3.vers.reconventio, fol.31.* sed contrà opinionem *Thori* decisum referunt *D.Reg.Sanfelic. dec.184* & *D.Reg.Merlin.controver.forens.tom.2.cap 24.*& aliàs decisum secundum opinionem *D.Reg. Sanfelic.* & *Dom.Merlini*, testatur idem *Thor.in supplem.decis. ver.remissio fol.541.*ubi tamen ipse *Thor.*tenet cum ejus prima opinione, prout etiam tenent *Consil Carleval.de iudiciis to.2.tit 2. dispu.7.nu.11.* & *seq.* & *Muscatel.in praxi S.R.C.par.3.glos. ictorem nu.14.*

26 Quintò limita quando quis agit ex causa depositi,nam tunc reus non potest actorem reconvenire pro alia causa, *cap.bona fides extra depositi, Caravit.d.ritu 67.nu.15,Specul.d.tit.de reconventione,* §. *nunc dicamus ver.sed quid si agebam Squillant. de privileg.Cler.cap 7.dubitatione 3.nu.71, Grassus de effect. Cler.eff.1.nu 770.* & *Bart.in d.auth* & *consequenter,* nam causa depositi ex exequutiva, *l si quis, C.depositi,* prout etiam in causa depositi non admittitur compensatio, *d.l.si quis,* & *cap fin.extrà deposit.* immò unum depositum non compensatur cum alio deposito, sed qui primò deposuit, primò recipit, *l fin.Cod.de compensat.glos.in d.c fin. extra de deposito,* sed *Bald.in d.l si quis C.depositi* dicit, quòd conventus pro causa depositi potest actorem reconvenire, sed *Marant.d.dist.6.post nu.39.*conciliat has opiniones,& dicit,primam procedere,ut non possit causa conventionis, & reconventionis in causa depositi procedere pari passu, nam non supersedit liquidum propter illiquidum,sed tamen potest fieri reconventio in causa depositi quoad effectum, ut actor teneatur stare juri in causa reconventionis coram eodem Iudice coram quo reus fuit conventus pro causa depositi, & ità dicit ipse *Maranta* procedere opinionem *Baldi*, & sic secundam opinionem *Marantam* sequitur *Jacob.Cancer.d.cap. 13. nu.33.*

27 Sextò limita,nam si tutor conveniat debitorem sui pupilli,tutorio nomine,ipse debitor non potest reconvenire ipsum tutorem pro debito, quòd consequi debet ab ipso tutore nomine proprio, sed eum tenetur convenire coram Judice competenti ipsius tutoris *Jacob.Cancer.d.cap.13. num.22.cum pluribus seq.* & *Grassus d.eff 1.nu.768.*

28 Septimò limita, nam si emptor alicujus rei sit conventus ab aliquo, & emptor laudat venditorem in Authorem,& ipse venditor Author laudatus in se suscipiat judicium, in hoc casu ipse Author laudatus non potest actorem reconvenire pro alia causa,sed si quid praetendit, tenetur convenire ipsum Actorem in foro suo,*Canter.d.cap.13.nu.72.* & *seq.*

29 Octavò limita,nam reconventio non habet locum,ubi non est propriè judicium, *Cinus in l.fin.C. qui admitti.* & ideò in materia capitulorum Regni non habet locum reconventio, *Vinc.de Anna sing. 432.*

30 Nonò limita,nam reconventio non habet locum ubi non est judium, sed quaedam sollemnitas faciendi inventarium, *Jo: Baptista Hodiernus ad Surdum,dec.26.nu.26.* & *Thor.in supplem, decis.ver.reconventio fol.520.*

31 De-

31 Decimò limita, nam si quis agat de spolio contrà spoliantem, ipse spoliatus non potest reconveniri à spoliante, nisi prius restituta re spoliata, *l. si quis ad te funnum, C. ad leg. Jul. de vi cap. super spoliatione de ordin. cognit. cap. in literis de restit. spoliat.* sed ipse spoliatus potest reconveniri à spoliante, de alia spoliatione *c. ex conquest. de restit. spoliat. C. r. v. d. ritu 67. nu. 17. Marant. d. dist. 6. n. 41. cum plurib. seq. Squillant. d. cap. 7. nu. 73. & Ansald. cap. 9. nu. 97. cum seq.* sed si alius tertius possideat rem spoliatam & tunc si conveniatur à spoliato, potest spoliatum reconvenire de alia re, *Marant d. dist. 6. num. 44. cum plurib. seq.* & spoliatus antè omnia est restituendus, & antea non tenetur adversario suo respondere, *c. frequens de rest. spoliat. in 6. cap. cum dilectus, & cap. super spoliatione, & ibi Abb. de ordin. cognit.* & non solùm debet spoliatus restitui ad rem spoliatam, ut teneatur adversario suo respondere, sed etiam debet antea restitui ad fructus, & expensas litis, antequàm teneatur adversario respondere, *Abb. in d. cap. super spoliatione in 3. not. & Marant. d. dist. 6. nu. 43.* & spolians non solùm tenetur ad fructus, quos percepit, sed etiam ad fructus, qui percipi poterant, & tenetur ad omnia damna, expensas & interesse, *c. ip gravis de rest. spoliat. cap. redintegranda. 3. quæst. 1. Const. Reg. violentias, & cap. Reg. subditorum* & spolians tenetur de casu fortuito ad instar morosus, *l. pen. ff. de vi, & vi armata,* & spolians coventus de spolio non auditur in petitorio, nisi restituta possessione, *cap. 1. & cap. conquestione de restit. spol. de Francb. decis. 90. & Affl. decis. 155.* nisi partibus volentibus, vel nisi spoliatus hoc non opponat antè litem contestatam, & pariatur fieri conclusionem, quia tunc Judex judicat etiam de proprietate, *Affl. dec. 193.* & prius debet cognosci de possessorio, & deinde de proprietate *l. si de vi, ff. de judiciis l. ordinarii, C. de rei vindicat.* Immò Princeps neque potest dispensare, ut prius cognoscatur de proprietate, *Thes. decis. 15.* immò spoliatus auctoritate Iudicis juris ordine non servato, etiam antè omnia est restituendus, *cap. conquerente de restit. spoliat.* quod intellige contrà Judicem, & contrà partem obtinentem sententiam nullam, sed contrà tertium est opus novo processu, & judicio coram Judice competenti, *Anna alleg. 7.* & reconventio an fieri possit quando agitur remedio, quis sit manutenendus in possessione, lite pendente? vide *Vingeninum de Anna sing. 433.*

33 Et scias, quòd quando actor est alterius fori, quam fori, ubi convenit reum, si ipse actor reconvenitur in eodem foro per reum, ipse actor reconventus tenetur cavere de standojuri, & solvendo quidquid fuerit judicatum in causa reconventionis, si in foro ubi litigatur, ipse actor stabilia non possideat, *l. 1. C. de satisdat. §. pen. Inst. de satisdationibus,* nisi reconventio opponatur in fraudem, quod omne in arbitrium Iudicis remittitur, si debeat præstari talis cautio per Actorem reconventum si vel ne *Pres. de Francb. dec. 311. nu. 4.*

34 Scias etiam, quod causa reconventionis regulatur secundùm causam conventionis, unde si causa conventionis sit inappellabilis erit etiam inappellabilis ipsa causa reconventionis *Giurba decis. 3.* sequitur *Barbatus de assistentia glos. 9. n. 15.*

SUMMARIUM.

1 *Moratoria non conceditur, nisi ex causa vegentissima, & conceditur à Principe nu. 2. à Prorege nu. 3. ab Archiepiscopo, & Episcopo, nu. 4.*
5 *Consiliarii status possunt concedere modicam dilationem.*
6 *Magna Curia, & Regiæ Audientiæ, an possint concedere dilationem ad solvendum carceratis debitoribus?*
7 *Debitori fatenti debitum, & petenti dilationem ad solvendum datur modica dilatio, nisi sit debitor ex causa depositi.*
8 *Judices inferiores cognoscunt de dilatione, quæ conceditur debitori à creditoribus propter eorum concursum*
9 *Clericus non potest declinare forum Judicis laici, si coram eo concurrat cum aliis creditoribus in dando dilationem eorum debitori.*
10 *Persona privilegiata non habet electionem fori, si concurrat in dando dilationem suo debitori.*
11 *Remissio causæ non datur ad instantiam creditoris in causa quinquennalis dilationis, vel cessionis bonorum.*
12 *Salvaguardiæ concedi non possunt per Judicem debitori, pendente judicio quinquennalis dilationis concedendæ per concursum creditorum.*
13 *Magna Curia, & Regia Audientia, & non alii Judices inferiores cognoscunt de beneficio cessionis bonorum.*
14 *Laicus debitor Clerici coràm quo Judice debeat petere cessionem bonorum?*
15 *Clericus potest intentare beneficium* cap. Odoardus de solut. *coram Episcopo, vel ejus Vicario.*

De foro quinquennalis dilationis, ac beneficii cessionis bonorum.

CAP. XIV.

1 Dilatio quinquennalis, quæ conceditur ex gratia absquè concursu creditorum, quæ moratoria soler appellari, non conceditur nisi ex causa urgentissima, quæ debet probari, *Thes. dec. 186. nu. 6. & Caravit. ritu 287. nu. 10.*

2 Et ad concedendum dictam dilationem quinquennalem solus Princeps est Judex competens & alii Iudices inferiores sunt omninò incompetentes, *l. universa, ubi Aloys. de Leo nu. 15. & l. quoties. C. de precib. Imper. offeren.* & est tex. *de jure Regni in d. ritu 287. ubi Caravita nu. 1. Thes. d. decis. 186. in fine Capibl. de Baronib prag. 8. par. 1. nu. 274. cum seq. & Novarius de gravaminibus vassallorum tom. 1. gravam. 381.*

3 Sed Prorex hujus Regni, qui dicitur Princeps, potest hanc dilationem quinquennalem concedere, *Ant. Faber decis. 3. tit. de precibus Imperatori offerendis, & Riccius dec. 97. circa finem par. 1.*

4 Sic etiam Archiepiscopus Neapolitanus, & quilibet Episcopus potest hanc dilationem quinquennalem Clericis eorum Diœcesis concedere, quando ipsi Clerici sunt debitores, ut ità decisum, testatur *Riccius d. dec. 97.*

5 Sic

5 Sic etiam Consiliarius status potest concedere modicam dilationem, medio juramento debitoris, quòd non habet, unde solvat *Th.f.d. decis.186.n 6.* quòd hodiè in Regno practicatur in Regentibus Regiam Cancellariã, qui possunt concedere dictã dilationem per aliquos menses, ut in dies practicatur.

6 Sic etiam Magna Curia, & Regiæ Audientiæ possunt concedere dilationem carceratis debitoribus, qui debent summam minus quinquaginta ducatorum, ut illam summam solvant mensatim per annum, *Capibl.de Baronibus tom.2.cap.42.num. 13.ubi nu.15.* dicit ipse *Capibl.* quòd hæc ustatio, quæ solet concedi per Magnam Curiam, & per Regias Audientias, denegatur in mercede salarii, vel si creditor esset pauper, vel si debitum esset pium, vel si esset debitũ ex causa depositi, vel si esset debitũ pro pretio rerum commestib. prout idem tenet *Novar.dec.31.* sed quando debitores nõ sunt carcerati, & tũc Auditores fidẽ publicã ipsis debitorib. non possunt cõcedere. & ità intelligo apostillã ad *prag.a.de guidatic.iu impressione factã de anno 1633.*

7 Sic etiam quando debitor fatetur debitum, & petit dilationem ad solvendum, ipsi datur modica dilatio, si dicat non habere pecuniam præmanibus, *l.si debitori ff.de judiciis, l.debitoribus ff.de re judicata,* & ad concedendum istam modicam dilationem quæ erit dierum octo, sunt competentes etiam officiales Baronales, prout in omnibus Curiis Baronalibus ità semper practicatur, verùm si quis sit debitor ex causa depositi, ista modica dilatio ipsi debitori non conceditur, *l.si quis C.depositi.*

8 Sic etiam omnes Iudices inferiores sunt competentes in cognoscendo de dilatione, quæ conceditur debitori à creditoribus propter eorum concursum, *Caravit.d.ritu 287.nu.3. Capibl.d.cap.42.n. 16.* & licèt *Aloys.de Leòn d.l.universam n.16.C.de precibus Imp.offer.* dicat, quòd Iudices, seù potestates terrarum non possint concedere istam dilationem quinquennalem, quæ fit propter concursum creditorum, tamen ejus opinio non est vera, nam ipse *Aloys.de Leo* citat *Paul.de Castr.in l.1.nu.9 ff. quod quisque juris,* qui *Paul.de Castr.* loquitur in dilatione, quæ conceditur ex gratia absque concursu creditorum.

9 Sed circa hoc quæritur, quid si Clericus sit citatus cum aliis creditoribus in dando dilationem eorum debitori coràm Iudice laico, an ipse Clericus possit declinare forum laicalem, & petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & dicas, quòd non, *M.astrill.dec.79.nu.5. Ursillus ad Affl.decis.380. nu.7. Novar.in prax.elect.fori tom.1.sect.4. quæst.24. nu.4. & Mansonius de causis exequutivis limitatione 6.num.8.* licèt contrarium teneant *Diana in suis moralibus resolutionibus lib.1. tit.de immunitate Ecclesiastica resolut.23. & de Marinis quotid.resol.cap. 52.* tamen prima opinio est vera, ut testantur *Alfonsus Guzmanus de evictionibus qu.7.nu.47. cum plurib.seq. Griffus de effect.Cler.eff.1.n.475. Reg.Sanfelic. dec. 305. Caracciolus de fori privileg.remis. qu. 24.nu.1 & 2. & Muscatell. in praxi S.R.C. par.2. glos.competentes nu.100.in fine.*

10 Quæritur etiam quid si persona privilegiata sit creditrix, & concurrat in concedendo dilationem quinquennalem suo debitori, an ipsa persona privilegiata possit adire, & eligere Regia Tribunalia, via electionis fori? & dicas, quòd non, *Vivius decis.38. & Novar.in coll.ad prag.2. nu.24. ubi de delicto & in praxi elect.fori tom.1. sect.4.qu.24.*

11 Sic etiam si judicium quinquennalis dilationis sit intentatum in aliquo foro, & creditor, qui est alterius fori, compareat pro suo interesse, & petat causam remitti ad suum forum, causa prædicta non est remittenda, sed ipse creditor tenetur litigare in foro, ubi lis incepta fuit, *Apicell. de tutamine pauperum tit.1.de quinquennali dilatione nu.104. & Thor.compen.decis.ver.remissio tom.2. fol.554.* nam tertius comparens in aliqua causa pro suo interesse non potest forum declinare, *Caucerius variar. resol.par.2 cap.16.nu 40 & Thor. in supplem. decis. ver.tertius fol. 632.* & quòd non sit locus remissioni in causa vertente super ista quinquennali dilatione, seù concurrentia creditorum, tenent *Tartaglia in pract.civili cap.2.nu.26. & Marcell. Calà de modo articulandi & probandi glos.1.§.1.nu.97.* ubi *nu.94.* dicit, remissioni non esse locũ, quando causa agitatur super cessionem bonorum, & idem tenet *Tartaglia d.nu.25.*

12 Et advertas, quòd pendente judicio quinquennalis dilationis concedendæ debitori per concursum creditorum, non possunt per Iudicem concedi salvaguargiæ ipsi debitori, & hoc etiam in causa appellationis interpositæ à decreto, per quòd fuit cõcessa ista dilatio quinquennalis per cõcursum majoris partis creditorum, & pendente dicto judicio, creditores possunt obligationes pœnes acta accusare, & instrumenta præsentare, contrà suos debitores, & exigere eorum credita, *prag.2.de instrum.liquid.*

13 Sed scias, quòd cognitio beneficii cessionis bonorum non spectat ad curias Baronales, vel demaniales, sed tantùm ad Regias Audientias, & ad alias curias superiores, *l.fin.ibi (à nostra majestate petitur) C. qui bonis cedere possint,* & docent *Capibl. d. cap.42. nu.17. & Novarius de gravam. vassallorum tom.1 gravam.386.* immò per *prag.2.de cessione bonorum* quis non potest admitti ad beneficium cessionis bonorom, nisi præcedat rescriptum Proregis, ut ibi (*decretatione nessuna de memoriali fatta da noi*) sed hoc non observatur, nam semper Regiæ Audientiæ, & Magna Curia admittunt carceratos debitores in casibus, permissis ad beneficium cessionis bonorum absque rescripto Proregis, nam dicta *prag.2.de cessione bonorum* non dicit, quòd de necessitate requiritur, ut præcedat rescriptum Proregis, ad finem, ut Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Audientiæ possint cognoscere de cessione bonorum, & neque obstat *tex in d.l.fin. C.qui bonis cedere possunt,* in quantùm videtur determinare, ut cognitio beneficii cessionis bonorum spectet tantùm ad Principem, ut in *text.* ibi (*cum solito more à nostra majestate petitur, ut ad miserabile cessionis bonorum homines veniant auxilium*) nam *glos.* ibi in *ver.majestate,* dicit, *vel ab aliquo Iudice;* & ideò Regia Audientia est competens in admittendo aliquem ab beneficium cessionis bonorum, ut desumitur *ex prag.10. §.7.de officio judic.*

14 Et advertas, quòd si debitor laicus petat se admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum non potest trahere Clericum creditorem ad forum

rum secularem, sed debet adire Judicem Ecclesiasticum, nisi debitor ipse detineatur in carceribus Judicis laici ad instantiam Clerici creditoris, quia tunc per viam reconventionis potest petere, contrà Clericum se admitti ad beneficium cessionis bonorum coràm Judice laico, & Clericus in hoc casu non potest petere, se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *Marta de jurisdictione par. 4 centuria 2. casu 23. n. 9. & seq. Duardus in bulla cœnæ Domini lib. 2. can. 15. quæst. 11. n. 53. & Diana d. resol. 23. in fine.*

15 Sed tu scis, quòd quando Clericus est pauper, & non habet undè solvere possit suis creditoribus, admittitur ad beneficium, *cap. Odoardus de solut.* quæritur an Clericus possit intentare dictum beneficium coràm suo Episcopo, vel teneatur adire Curiam Romanam? & dicas, quòd potest intentare dictum beneficium coràm Episcopo, vel ejus Vicario, ut desumitur ex *d. cap. Odoardus*, ibi (*coram Officiali*) ergo Episcopus est competens in concedendo dictum beneficium, quòd corroboratur ex *decis. Ricii 97. part. 1.* ubi habetur, quòd Episcopus potest concedere quinquennalem dilationem Clericis debitoribus, ergo si Episcopus est competens in concedendo dictam dilationem quinquennalem, à fortiori est competens in concedendo dictum beneficium, *d. cap. Odoardus*, nam ad concedendum dictam dilationem quinquennalem hoc tantùm Proregi spectat, ut diximus supra *nu. 2.* sed ad concedendum beneficium cessionis bonorum hoc spectat ad Regias Audientias, & ad alias curias superiores, ut supra *n. 13.* ergo si Episcopus potest concedere dilationem quinquennalem, à fortiori potest cognoscere de beneficio dicti *cap. Odoardus*, prout videmus, Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam in pluribus casibus cognovisse de beneficio *d. cap. Odoardus*, ut patet ex *Ricio decis. 81. part. 1. & dec. 20. & 181. part. 2. & dec. 20. part. 3. & dec. 173. part. 4.*

SUMMARIUM.

1 *Auctor laudatus non potest petere, se remitti ad Judicem suum competentem, sed tenetur defendere emptorem in foro ipsius emptoris, limita, ut nu. 3. & potest opponere declinatoriam fori competentem ipsi emptori, num. 2.*
4 *Auctor laudatus, si sit persona privilegiata, non habet electionem fori.*
5 *Fiscus Auctor laudatus, an remitti debeat ad suum forum, & quid si non habeat interesse formatum n. 6.*
7 *Neapolitanus Auctor laudatus potest petere, se remitti ad Tribunalia Neapolitana.*
8 *Clericus Auctor laudatus per emptorem coràm Judice laico remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, & num. 9.*
10 *Laicus Auctor laudatus per emptorem Clericum coràm Judice Ecclesiastico non potest petere, se remitti ad Judicem laicum.*
11 *Compromissum an faciendum sit, si Auctor laudatus, & ipse, qui convenit emptorem super rem emptam, sint conjuncti?*
12 *Venditor non potest laudari in Auctorem coràm arbitris, & quid coràm Judice delegato? nu. 14.*
13 *Emptor si succumbat per sententiam arbitrorum, an agat de evictione contrà venditorem?*
15 *Auctor laudatus non potest reconvenire auctorem, qui convenit emptorem pro re empta.*
16 *Indubanatus Regiæ Dohanæ menepecudum Apuleæ, si sit laudatus in Auctorem per emptorem coràm Judice ipsius emptoris, tàm ipse indubanatus, quàm emptor remittuntur ad Tribunal dictæ Regiæ Dohanæ.*

De foro Auctoris laudati.

CAP. XV.

1 Auctor laudatus, licèt sit alterius fori, tamen tenetur defendere emptorem in judicio, ubi est conventus ipse emptor pro re empta, & ipse auctor laudatus non potest petere, se remitti ad Judicem competentem ipsius auctoris laudati, *l. venditor, ff. de judiciis, l. 1. C. ubi in rem actio*, latè *Alfonsus Guzmanus de evictionibus quæst. 6. per totum, & Mastrillus in praxi S. R. C. part. 3. glos nominet n. 4.* quòd confirmatur in Regno nostro per *prag. 2. de dilationibus*, ubi disponitur, quòd sententia lata contrà emptorem defensum ab auctore laudato mandatur executioni contrà ipsum Auctorem laudatum absque novo processu. Et Judex, qui cognoscit de causa principali mota contrà emptorem, cui venditor assistit, si sit lata sententia contra emptorem, potest emptor convenire venditorem coràm eodem Judice super evictione, *l. minor, ubi Bald. in 2. lectura ff. de evict. Alfonsus Guzmanus de evictionib. d. quæst. 6. nu 44.*

2 Sed advertas, quòd licèt auctor laudatus teneatur defendere emptorem in judicio, ubi ipse emptor fuit conventus pro re empta, & non possit petere, se remitti ad suum forum, tamen ipse auctor laudatus potest opponere exceptionem declinatoriam fori, quam potest opponere ipse emptor conventus, etiam ipso emptore invito, quòd intellige, si lis perstatur in terminis, in quibus ipse emptor posset opponere dictam exceptionem declinatoriam fori, aliàs venditor eam opponere non potest, *Alfons. Guzman. d. quæst. 6. à num. 28. usque ad num. 36.*

3 Advertas etiam, quòd tunc auctor laudatus non potest petere remissionem causæ ad Judicem suum competentem, quando est laudatus in auctorem antè litem contestatam, secus si post litem contestatam, quia tunc potest petere remissionem causæ ad suum Judicem competentem, & non tenetur defendere emptorem in judicio, ubi fuit conventus ipse emptor pro re empta, ità *Tartaglia in pract. civili cap. 3. n. 25.* quem sequitur *Marcel. Calà de modo articulandi, & probandi glosa prima, §. 1. n. 53.* & à fortiori si emptor conventus non laudat venditorem in auctorem, si finito judicio contrà ipsum emptorem, emptor ipse velit agere de evictione contrà venditorem, tenetur emptor agere contrà venditorem de evictione coram Judice competenti ipsius venditoris, & non in foro, ubi lis fuit finita contrà ipsum emptorem, ità *Petrus Franc. de Tonduttis in tract. de præventione cap. 20. nu. 22.* & nominatio auctoris debet fieri antè litem contestatam, *Maranta in suo speculo part. 6. membro 6. n. 1. & Joseph Ludovicus decis. Lucens. 34. n. 6. cum plurib.*

plurib. seq. intellige quando fit ad finem declinandi judicium, *Follër.in d.l.ad Marant. ubi supra n.2.* aliàs quis potest laudari in auctorem in quacunq; parte judicii, usquè ad conclusionem, *Jo:de Arnono epitom.15.* immò potest quis laudari in auctorem in causa appellationis, si non fuit laudatus in auctorem in prima instantiam, idem *Jo: de Arnono in problem.155.*

4 Sed quæritur, & primò, quid si auctor laudatus sit persona privilegiata, an possit eligere Regia Tribunalia? & dicas, quòd non, sed tenetur defendere emptorem in judicio, in quo fuit conventus ipse emptor pro re empta ab ipso auctore laudato, *d.l. venditor. ff. de judiciis, d.l.1.C. ubi in rem actio, Alfons. Guzman.d.quæst.6. per totum, Riccius coll.38.Capyc.dec.197.n.4. Novar. in praxi electionis, & variationis fori tom.1.sect.4.quæst.31. & Muscatel.d.glos.nominet n.5.*

5 Secundò quæritur, quid si Fiscus sit laudatus in auctorem ab emptore, an teneatur defendere ipsum emptorem in judicio, in quo fuit conventus ipse emptor, vel possit petere, se remitti ad forum ipsius Fisci, qui forus Fisci hodiè in Regno est Regia Camera Summariæ, ut dicam infra *cap. 24. de foro Fisci*, & prima est opinio, quòd Fiscus teneatur defendere emptorem in judicio, in quo fuit conventus ipse emptor, ut tenent *Barbosa in d. l. venditor, nu.151. & seq. Scaccia de appellationibus quæst.7. n.123. Jacobus Cancer. variar. resolut. lib.2. cap.16.n.42.& seq.* ita decisum testatur *Thes.in dec. 213. Barbatus de assistentia glos.9 n.8. & Capyc.d.dec. 197. Novissime D.Carleval.de judiciis tom.1.disput. 2.q.6.sect.8. n.670. & seq.* sed contrarium, & sic, quòd Fiscus Auctor laudatus debeat remitti ad Judicem ipsius Fisci, & non teneatur defendere emptorem in judicio, ubi fuit conventus ipse emptor pro re empta ab ipso Fisco, tenet *Alfonsus Guzman. d.tract. de evictionib. quæst.8. in principio, Muscatel.d.glos. nominet nu.10. & Petrus Franc. de Tondutis in tract.de præventione cap.20.n.21.* & hodiè in Regno hæc ultima opinio practicatur, nam causa Fisci auctoris laudati remittitur ad Regiam Cameram Summariæ, *pragm.12.§ 2. & prag.61.§. 7.de offic.procurat.Cesaris, Carleval.d.disput.2. quæst. 6 sect.9.n.703. Dom.Reg.Capyc.Latro consult 65. & Thor.in supplem.decis.ver.remissio fol.549.* quòd amplia dato, quòd causa esset delegata à Prorege, non facta mentione de Fisco, nàm adhuc, si Fiscus sit auctor laudatus coram ipso Judice delegato, causa Fisci auctoris laudati debet remitti ad Regiam Cameram, *d.prag.12.§.2. de offic. procurat. Cesaris*, quòd intellige, quando Fiscus de vera tenetur de evictione. secus si non constat in promptu de interesse Fisci propter evictionem, quia tunc Regia Camera non est competens, ità decisum refert *Rovit.d.prag.12.quæ secundùm eum est 13.§.2.n.2.* & expressè desumitur ex *prag.13.* quæ incipit, *Et quia, §.1.ver & che ancora de off.proc.Cesar.*

6 Et ubi Fiscus non habet interesse formatum, sed dubitatur, an ex lite inter partes privatas possit oriri aliquòd interesse Regio Fisco, in hoc casu causa non spectat ad Regiam Cameram, sed tantùm datur facultas assistendi Regio Fisco Regii patrimonii in foro, ubi lis agitatur, *de Franch.dec. 117.post n.2.Rovit.prag.63.n.5.de offic.procurat. Cesaris*, & probatur in *d.prag.61.§.13.de off.procurat. Cesaris*, sed per *prag 62.§.3. de off. procurat. Cesaris*, est statutum, quòd causæ inter privatos, ubi Fiscus non est actor, neque reus, nec auctor laudatus, spectant ad Sacrum Regium Consilium, nisi in ipsis causis, adesset aliquòd præcisum, & apparens interesse Fisci, & de magna consideratione, quia tunc reservatur Proregi facultas declarandi, si causa debeat fieri in Regia Camera, vel in Sacro Regio Consilio.

7 Tertiò quæritur, quid si Neapolitanus sit laudatus in auctorem in aliis Tribunalibus non Neapolitanis, ubi emptor fuit conventus pro re empta, an ipse Neapolitanus auctor laudatus teneatur defendere emptorem, ubi ipse emptor fuit cōventus? & dicas, quòd non, sed potest petere, se remitti ad Tribunalia Neapolitana, ità *Anna sing.45. Riccius coll.38. Capibl.de Baronib.tom.2.cap.53.n.25. Petra ad Capicium dec.59.in fine, D.Danza de pugna Doctorum tom.2.tit.de immunitate Neapolitanorum cap.2. n.14. Carleval de iudiciis tom.1.disp.2. quæst.6.sect. 8.n.662.cum plurib. seq. & Marcellus Cala de modo articulandi glos.1.§.1. n.51.*

8 Quartò quæritur, an Clericus auctor laudatus coràm Judice laico, coràm quo laicus emptor fuit conventus, possit petere, se remitti ad Judicem Ecclesiasticum? & dicas, quòd prima opinio est, Clericum auctorem laudatum debere defendere emptorem laicum coràm Judice laico, ubi ipse emptor laicus fuit conventus, ita *Vivius decis.49.n.8. Grassus de eff. Cler. eff. 1. n 261.& seq. Covar.pract. quæst.c.8.n.3. Ursil.ad Afflict decis 380. Boerius decis. 69.n.27 Mising.pract.obser.centuria 1.obser.22. n.5. Ambros.de immunit. Ecclesiastica cap.20. à n.22. usq; ad n.35. & Caracciolos de fori privileg. remis. quæst. 16.n.18.& quæst.19. Ansald.de iurisdictio part.3.tit. unic.cap.11. Petrus Franc.de Tondutis de præventione cap.20.n.18. cum duob seq. Alfonsus Guzman.d. tract.de evictionib. quæst.7. in principio, Carleval.d. sect.8. n.664. cum seq.* sed veritas est, quòd Clericus in auctorem laudatus coràm Judice laico, debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, ità *Mangilius de evict.quæst.6 Muscatel. ubi supra n.6. Capyc. dec.197.n.7. Anna d.sing.45. Diana in suis moralibus res.par.4 tract.1.resol.25. Thor.comp.decis.tom.2.ver. remissio fol.577. Marcellus Calà d.glos.1.d.§.1. n.50. Capibl.tom.1.super prag.8. part.1. n.325. & par.3. n.100. Squillant.de privil.Cler.cap.7.n.78.cum duob. seq. Barbat.d.glos.9. n.9. & Jo: de Arnono comment. 127.sing.69.& cautela 21.* sed Clericus auctor laudatus remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, & contrà emptorē laicum proceditur in causa principali coram Judice laico, coràm quo ipse emptor fuit conventus, ut ità servari in Sacro Regio Consilio, testatur *Capyc.d.dec.197.d.n.7. Grammat.decis. 21. Marcellus de Vulpe in praxi fori Ecclesiastici cap. 43.n.12.cum plurib. seq. Boer.dec.69. & Ursillus ad Affl.dec.380. n.8. & 9.* Et hoc procedit, etiam si Clericus sit nominatus in dominum à laico possessore convento coram Judice laico, nam adhuc Clericus remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, *Vivius dec.49.post n.8. Grassus d.eff.1.n.266 Squillant.d.cap.7.n.79. Ambros.d.cap.20. n.27. & seq. & Caracciolus d.quæst.19.n.7.cum plurib.seq.* & contrà laicum proceditur coràm Judice laico, ubi fuit con-

conventus ipse laicus, *Marcel. de Vulpe d.cap 43.n. 15.& seq. Alfonsus Guzman.d. tract.de evictionibus d.quaest.7.n.19.& Thorus d.ver. remissio fol.577.*

9 Et Judex laicus, coram quo fuit judicium agitatum contra laicum emptorem, non potest esse Judex super interesse praetenso per ipsum emptorem contrà Clericum venditorem occasione evictionis, *Cagnolus d.l.venditor,n.23. Alfons. Guzman. d.quaest. 7.n.24. Graff.d.eff.1.n.275*. undè licèt *Ambros.* ubi suprà sustineat, clericum Auctorem laudatum teneri defendere emptorem coràm Judice laico, ubi emptor fuit conventus, tamen ipse *Ambros.* ibi n. 33. dicit, quòd quando Clericus convenitur, ut condemnetur pro evictione, remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, *Muscatel.part.2. glos. intimato, n.36.*

10 Quintò quaeritur quid è contrario, si laicus vendat Clerico, & Clericus sit conventus coram Judice Ecclesiastico, an ipse laicus auctor laudatus teneatur defendere Clericum emptorem coràm Judice Ecclesiastico, & dicas, quòd sic, undè ipse laicus auctor laudatus non potest petere, se remitti ad Judicem laicum, ità *Graffius de effectib. Clericatus eff.1.n.262.& Alfons. Guzman.d.q.7.n.11.*

11 Sextò quaeritur, quid si reus conventus super rem emptam laudat in auctorem eum, qui est conjunctus actori, an ipse auctor laudatus possit petere compromissum vigore *prag.1. de arbitris?* & dicas, quòd non, sed tenetur defendere emptorem coram Judice, coram quo fuit conventus ipse emptor, ità *Bald.in d.l.venditor.n.t ff. de judiciis, & in d.l.1.n.1.C.ubi in rem actio, Arnon. sing.70. Rovit. d.prag.1.num 7.de arbitris*; sed contrarium tenent *Bart.in d.l.1.n.2.& Paul de Cast.ibi n.4.C.ubi in rem actio, idem Bart. in disput.2. & ibi de Bottis in add. Marant.in suo speculo par.6.act.2.n.7. Novar in coll. super d.prag.1.n 6.& 8.de arbitris*, & etiam docent *Caesar Ursillus ad Affl.decis.15.n.5.& Borrel.de compromiss.§.1.glos.3.n.312.* sed secundùm primam opinionem dicit decisum *Muscatel.in praxi S.R.C.part. 3.glos.nominet n.17.cum pluribus seq.* ubi n.24.& seq. dicit, secundam opinionem procedere, quando quis est nominatus dominus, nam si ipse sit consanguineus cum actore, sit compromissum.

12 Septimò quaeritur, quid si sit mota lis inter emptorem, & ejus consanguineum, & sit factum compromissum inter eos vigore *d. prag. 1.* an in hoc casu vẽditor possit laudari in auctorem coram arbitris? & diras, quòd non, nam ipsi arbitri sunt incompetentes in cognoscendo contra auctorem laudatum, *Foller. ad Marant. in speculo parte quarta dist.6.n.21.& part.6.act.5.n.2.* sed *Muscatel.in praxi S.R.C.p art.3.glosa nominet.n.12.& seq.* tenet contrà *Foller.* & dicit, quòd coràm arbitris electis ex voluntate partium non potest venditor laudari in auctorem, secùs coràm arbitris electis ex dispositione juris.

13 Quòd si emptor succumbat per sententiam latam per arbitros juris, potest agere de evictione contrà venditorem coram Judice suo competenti, *Bart.in l.si dictum, §.si compromisero, ff.de evictionibus*, & est ratio, quia compromittendo quis ex necessitate statuti non est in culpa, & hoc etiam si sit factum compromissum absque compulsione Judicis, & sententia de compromittendo, *Blanc.de compromisso quaest.9.rub.de effectu sententiae n. 4.* ubi *n. seq.* dicit, hoc esse verum, si venditor citetur in electione arbitrorũ, aliàs emptor non potest agere de evictione, citat *Bald.in d.§.si compromisero* prout etiam si emptor succumbat per sententiam latam per arbitros, voluntarios, neque agit de evictione contra venditorem, *d.§ si compromisero, ubi Bart. & Bald.*

14 Octavò quaeritur, quid si lis sit mota super rem emptam, & causa ipsa sit delegata alicui, an in hoc casu venditor possit laudari in auctorem coram ipso Iudice delegato? & diras, quòd sic, & hoc etiam si in rescripto de eo non sit facta mentio, ut ità derisum, testatur *Affl.dec.227* & docet *Alfonsus Guzman.de evictionib.d.quaest.6.n.53.* nam delegata causa principali, censetur delegata causa accessoria, *Marauta in suo speculo d.par.4.d.dist.6. num.31.*

15 Nonò quaeritur, an auctor laudatus possit reconvenire actorem, qui convenit emptorem pro re empta? & dicas, quòd non, ut dixi suprà *cap.13.n.28.*

16 Decimò quaeritur, quid si induhanarius Regiae Dohanae menepecudum Apuleae sit laudatus in auctorem in aliqua curia, an ipse teneatur defendere emptorem in foro, ubi ipse emptor fuit conventus, vel debeat remitti ad Tribunal Regiae Dohanae menepecudum Apuleae? & dicas, quòd non solùm ipse induhanatus auctor laudatus remittitur ad dictum Tribunal Dohanae, sed etiam emptor conventus, ut ità decisum testatur *Thor.comp.decis.tom.3.sect.3.vers. remissio, fol.152.*

SUMMARIUM.

1 *Personae miserabiles non possunt conveniri extrà eorum domicilium, sed possunt convenire alios extra eorum domicilium coram Principe.*
2 *Pupillus gaudet beneficio electionis fori, & idem est in minore decem, & otto annis, num. 3.*
4 *Vidua gaudet beneficio electionis fori.*
5 *Virgo gaudet beneficio electionis fori.*
6 *Diuturno morbo fatigati, debiles, leprosi, membris mutilati, mutus, & surdus gaudent fori privilegio.*
7 *Miserabiles personae gaudent fori privilegio, & quae sint personae miserabiles? ibid.*
8 *Pauper fruitur beneficio electionis fori.*
9 *Peregrinus, & advena gaudent electione fori.*
10 *Mercatores gravati in itinere pro gabellis gaudent beneficio electionis fori.*
11 *Agricola gaudet beneficio electionis fori.*
12 *Scolares habent electionem fori.*
13 *Liberti Ecclesiae, & publici penitentes gaudent electione fori.*
14 *Caecus utroque oculo habet electionem fori.*
15 *Fugientes ad Ecclesiam, leprosi, & orfani gaudent electione fori.*
16 *Infans expositus habet electionem fori.*
17 *Hereditas jacens gaudet beneficio electionis fori.*
18 *Rusticus habet electionem fori.*
19 *Nauta an gaudeat beneficio electionis fori?*
20 *Captus ab hostibus habet electionem fori.*
21 *Damnatus ad carceres, & carceratus an habeant electionem fori? & quid in condemnato ad triremes, relegato, & deportato? num. 22.*
23 *Oppressi a demone, & ebriosi gaudent electione fori.*
24 *Decoctus an gaudeat electione fori?*

De foro pupillorum, viduarum, & aliarum, miserabilium personarum.

C A P. XVI.

1 Regula generalis est, quòd personæ miserabiles non possunt conveniri extrà proprium domicilium etiam per rescriptum Principis, sed in proprio domicilio sunt conveniendæ, sed ipsæ personæ miserabiles possunt convenire eorum adversarios extrà eorum domicilium coram Principe, ita est tex. omnibus notus in *l. unica*, *C. quando Imperator*, & est tex de jure Regni in *Const. Reg.* quæ incipit *Statuimus*, & *in cap. Reg. Quia nulla*, *quod est in nu. 205.* & multæ sunt personæ, quæ gaudent hoc beneficio electionis fori: &

2 Primò pupillus, nam ipse gaudet beneficio electionis fori, & potest convenire suum adversarium in Regiis Tribunalibus, & non tenetur eum convenire in foro sui adversarii, *dicta l. unica*, *C. quando Imperator*, & est tex. de jure Regni *d. cap. Reg. 205.* & pupillus gaudet beneficio electionis fori, etiam si duxit uxorem, *Novar in prax. elect. fori, to. 1. sect. 2. qu. 3. nu 6. & in to. 2. sect 2. qu. 1.* sed tunc pupillus gaudet isto beneficio electionis fori, quando non est in potestate patris, aliàs non gaudet be-

beneficio prædicto, *gl. in d. l. unica*, secundùm quam ità fuisse decisum, testatur *de Franch. decis.* 671. Quod intellige in civilibus, & non in criminalibus, in quibus pupillus gaudet beneficio electionis fori, dato, quòd sit in potestate patris. *Capibl. tom. 2. cap.* 44. *nu.* 13. *& seq.* & maximè quando filius pupillus habet patrem negligentem in accusando de injuria atroci facta filio, quia tunc absque difficultate ipse pupillus gaudet beneficio electionis fori in accusando de dicta injuria, ut decisum refert *Reg. Rovitus dec.* 49. sed si pupillus habeat patrem religiosum, gaudet beneficio electionis fori, *Novar. par. elect. fori tom.* 2. *sect.* 2. *quæst.* 2. nam monacus professus habetur pro mortuo, *l. Deo nobis, C. de Sacrosanct. Eccles.* sed si pupillus non sit in potestate patris, sed habeat tutorem, adhuc gaudet beneficio electionis fori, *Georgius Obrechti de jurisdict. ione lib.* 3. *cap.* 18 *nu* 9. ubi *num.* 14. *& seq.* dicit, quòd pupillus gaudet isto beneficio, dato, quòd sit dives, & reicit opinionem *Marantæ par.* 4. *dist.* 9. *num.* 195. contrarium tenentis & idem tenet *Muscatus pract. S. R. C. p. ir.* 2 *glos. competentes, nu.* 73. sed tutor datus ventri agens nomine partus futuri non gaudet beneficio electionis fori, *Barbosa senior in remiss. ad ordinat. Regias Institut. lib.* 3. *tit.* 5 *nu.* 3. ex dictis per *Tiraquel. de retractu lign.* § 1. *glos.* 9. *nu* 78. sed contrarium tenet *Barbos. Junior. in coll. DD. super legem unicam, nu.* 33. *C. quando Imperator*, & has duas opiniones refert *Novarius in d prax. elect. fori tom* 2. *sect.* 2 *qu* 5. sed ipse nihil decidit, sic etiam si pupillus sit ebreus, non gaudet beneficio electionis fori, *Caravit. ritu* 219. *in principio*, *Riccius ad Prax. de Franch. decis.* 671. *Novar. d. to.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 9. *& sect* 4. *q.* 60. sed si pupillus sit christianus, gaudet hoc beneficio, dato, quòd sit spurius, *Novar. prax. elect. fori d. tom.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 3. *nu* 2.

3 Secundò minor decem. & octoannis gaudet isto beneficio electionis fori. *Paschalis de viribus patriæ potestatis par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 92. *Rovit dec.* 27. *Carleval. de Judiciis to* 1 *disp.* 2. *qu.* 6 *sect.* 7. *nu.* 532. licèt contrarium teneat *Novar. in d. praxi elect. fori tom.* 2. *sect.* 2 *quæst.* 4 tamen prima opinio practicatur, & secundùm primam opinionem fuisse decisum, testatur *D. Reg. S. infel. e. dec.* 134 *&* 274. quod amplia si minor egat Tribunal supremum, & pendente lite, efficitur major, nam non per hoc causa debet remitti ad Judicem competentem conventi ab ipso minore facto majore, *Thes. decis.* 177. *nu.* 4. *Paschal. d. cap* 2. *nu.* 101. *Riccius dec.* 174. *nu.* 5. *in fine par.* 3. *& Novar. to.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 3. & minor licèt sit dives, adhuc gaudet isto beneficio electionis fori, *Paschal. d. cap* 2. *nu.* 97.

4 Tertiò vidua gaudet beneficio electionis fori, ut in *d. l. unica & d. cap. Reg.* 205. latè *Covar. pract. qu. cap.* 7. *per totum, de Franch. d. c.* 257. *Novar. d. prax. elect. fori tom.* 1 *sect.* 2. *qu.* 6. quod habet locum, dato quòd sit meretrix, nam, hoc non obstante, gaudet beneficio electionis fori, ita decisum testatur *de Franch. decis* 233. *licèt Campeg. in cap. Reg. de violentiis nu.* 11. *& Marcel. Cala de modo articul. indi glos.* 1. § 1 *nu.* 79. *Feller. pract. crim. rub. audiantur excusatores nu.* 81. *in fine & nu.* 82. *Jul. Clar.* § *stupr. ver. pariter, Covar. d. cap.* 7 *nu.* 1. *& Vivius com. opin. lib.* 1. *cap.* 293. dicant, quod vidua luxuriosè vivens amittat privilegia viduitatis, tamen opinio de Franch. est vera, *Carleval. d. sect.* 7. *nu.* 550. *cum seq.* immò omnes meretrices gaudent isto beneficio electionis fori, *de Franch. d. decis.* 233. *Vivius decis.* 521. *nu.* 5. *Carleval. d. sect.* 7. *nu.* 574. *Novar. d. prax. elect. fori to.* 1. *sect.* 2. *qu.* 6. *nu.* 6. *& qu.* 13. eadem sect 2. nam meretrix dicitur miserabilis persona, *Affl. in Const. Reg. omnes nostri, nu.* 2. sic etiam vidua gaudet isto beneficio electionis fori, dato, quòd sit dives. *Georgius Obrechti de jurisdictione lib.* 3. *cap.* 18. *nu.* 14. *& seq.* sic semper judicari, testantur *de Franc. dec.* 100. *nu.* 19 *& Thes. decis.* 177. *nu.* 3. licèt contrarium teneant *Campeg. d. c. Reg de violentiis nu.* 13. *Scaglionus ritu* 230. *nu.* 2. *& Marant. par.* 4. *dist.* 9. *nu.* 195. tamen prima opinio est vera, *Carleval. d. sect.* 7. *nu* 541. *cum plurib seq. Covar. pract. qu. cap.* 6. *nu.* 2. *Muscatell. par.* 2. *glos. competentes num.* 73. *& Marcellus Cala d. glosa* 1. §. 1. *num.* 85. & omnis persona privilegiata, licèt dives sit, gaudet beneficio electionis fori, *Novar. d. tom.* 1. *sect* 4. *qu.* 30. sic etiam si mulier habeat virum, sed illum habeat inutilem, adhuc gaudet beneficio electionis fori, *Marcel. Calà ubi suprà n.* 110. *de Franch. dec.* 100. *nu.* 18. *Covar. d. cap.* 7. *post nu.* 2. *& Caravit. ritu* 19. *n.* 22. ubi *nu.* 21. *& nu.* 23. dicit idem esse, si habeat maritum, sed cum ipso sit factum divortium, non tamen culpa ipsius mulieris, aliàs esset secus, *Novar. d. pract. tom.* 1. *sect.* 2. *qu.* 7. *num.* 4. *& Foller. ubi suprà nu.* 79. & quòd mulier habens maritum inutilem, gaudeat beneficio electionis fori, tenent *Pasch. d. cap.* 2. *nu* 93 *Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores nu.* 79 *Novar. d. to.* 1 *sect.* 2. *qu.* 7. *nu.* 1. *&* 2. *& Carleval. d. sect.* 7. *nu.* 540. sic etiam mulier gaudet beneficio electionis fori, si habeat maritum condemnatũ ad triremes in perpetuũ, *Capibl. de Baron. prag.* 8. *p.* 1. *n.* 333. *Vivius dec.* 197. *&* 521. sic etiam mulier habens maritum forjudicatum gaudet beneficio electionis fori, nam forjudicatus habetur pro mortuo, Const. Reg. *Pœnam eorum, de Franch. dec.* 102. 213. *&* 689. *nu.* 5. *& seq.* & ideò meritò ejus uxor gaudet beneficio electionis fori, *Carleval. d. sect.* 7. *d. nu.* 540. *Novar. d. sect.* 2. *qu.* 7. *n.* 2. sic etiam mulier habens maritum captum ab hostibus gaudet beneficio electionis fori, nam ipsa dicitur vidua, *l. uxores eorum ff. de divortiis, Novar. d. qu.* 7. *nu.* 2. *Scaglion. in ritu* 230. *nu* 1. ubi dicit, quòd vidua dispousata per verba de futuro interim dicitur vidua, citat *And. de Isern. in Const. Reg. Statuimus, & Sociu. & alios in l. cum quædam puella, ff. de jurisd. omnium Judicum, ita tenentes*, verùm dicit ibi ipse *Scaglion.* quòd contrarium tenent *Angel. in l. si quis postea ff. de iudiciis, Abb. & Ant. de Butrio in cap. proposuisti de foro comp. Oldradus in cons.* 4. *Bar. & alii in l.* 1. *ff. de pœnis*; sic etiam mulier, quæ habet virum absentem longa absentia, gaudet beneficio electionis fori, *Novar. d. qu.* 7. *nu.* 6. *cum duob. seq.* sed vidua si sit Judea, non gaudet beneficio electionis fori, ità *Novarius d. pract. electionis fori to.* 1. *sect.* 2. *qu.* 6. *nu.* 14.

5 Quartò virgo gaudet isto beneficio electionis fori, licèt major sit, *Marcel. Calà de modo articulandi d. glos.* 1 *d. §.* 1. *nu.* 111. *& Covar. d. cap.* 7. *nu.* 2. nam appellatione viduarum veniunt etiam virgines, *l. malum.* § *viduam, ff. de verb. signif. Guid. Pap. dec.* 566. *num.* 2. & successivè virgo gaudet dicto beneficio, ut ita sepius fuisset decisum, testantur *de Franch. decis.*

decis.10 o.in principio, Vivius decis.65.nu.3.Mastrill decis.127.& 302.nu.14.Novar.d.to.1 sect.2.qu.13.& D.Carleval. d.sect.7.nu.533.cum plurib.seq. qui reiicit opinionem contrarium tenentium, immò vidua, vel virgo, si sint in potestate patris, adhuc gaudent beneficio electionis fori, *de Franch.d.decis.100.nu.14.Novarius d.sect.2.quæst.6.post nu.3.& in 2.tom.sect.2.quæst.7.& Regens Rovit.dec.49. num.11.cum duob.seq.* quod intellige in criminalibus, secus in civilibus, in quibus vidua, vel virgo non gaudent beneficio electionis fori, si sint in potestate patris, ità *Capibl.de Baronib.to.2.cap.44.nu.13.& seq.* ubi dicit, *decis.de Franch.100.* procedere in criminalibus, alteram verò *decis.Franch.671.* procedere in civilibus, & vide *Danzam de pugna DD.tom.1.tit.de remissionibus causarum c.6.per totum*, sic etiam sponsa de futuro non dum traducta ad domum viri gaudet beneficio electionis fori, *Affl.d.Const.Reg.Statuimus nu.29. cum plurib.seq.Mastrill decis.127.nu.10. Paschal.d.c.2. nu.94. Novarius d.tom.1.d.sect.2.quæst.13.nu.5 & Carleval.d.sect.7.nu.539.* immò virgo gaudet beneficio electionis fori, etiam si sit major decem, & octo annis, ità *Foller.d.rub.audiantur excusatores,n.83.& Novar.prax.elect.to.2.sect.2.qu.6.* quamvis contrarium teneat *Danza de pugna DD.to.1.tit.de remissionib.causarum cap.6.nu.25.* sic etiam virgo, licèt sit stuprata, tamen adversus stuprantem gaudet beneficio electionis fori, ut ita decisum, testantur *de Franch.decis.599.Riccius coll.t.& 137.Thor.comp.decis.tom.1.ver.virgo, Paschal.d.part.2.d.cap.2.nu.94.Caravit.ritu 19.nu.25 & Novar.d.to.2.d.sect.2.qu.13.nu.2.* quod intellige, si sit stuprata violenter, secus si ipsa consentiente, quia tunc non gaudet electione fori, *Capibl.de Baronib.to.1.super prag.8.par.1.nu.329.& to.2.cap.44. nu.16.* Sed quando stuprum dicatur voluntarium, & qua poena puniatur stuprans, dixi in *pract.forjudicatoris cap.3.nu.106.* sed virgo, si sit dives, non gaudet privilegio eligendi Tribunalia suprema secundùm *Foller. d.rub. audiantur excusatores, nu.84.in fine,* & quando pater, & frater occisi exposuerunt querelam in foro Rei, soror occisi non potest variare causam in Regiis Tribunalibus si sit virgo in capillis, *de Marinis quotid.resol.cap.2.nu.3.sequitur Thor.comp.decis.to.3.sect.3. ver.remissio fol.87.Capibl.de Baronib.to.2.c.44.post nu.15.& Reg.Sanfel.dec.378.* & faciunt dicta per nos infra hoc *c.n.28. circà finem*, & *nu.90.* sed alii dicunt, quòd si soror eligat Regia Tribunalia pro occisione sui fratris, & alter frater exponat querelam in foro sui domicilii, præfertur electio facta à sorore, ità *Campana de forjud.resol.26.*

6 Quintò (redeundo ad materiam nostri capituli) diuturno morbo fatigati, & debiles gaudent beneficio electionis fori, ut probatur in *d.l.unica, C.quando Imper. Affl.dec.257.& Novar.d.pract.elect.fori tom.1.d.sect.2.quæst 8.* ubi *nu.3.* dicit, hoc etiam procedere in leproso, & *nu.5.* dicit hoc procedere in membris mutilato, & in muto, & surdo.

7 Sextò miserabiles personæ gaudent isto beneficio electionis fori, *d.l.unica, & in d.const.Reg.Statuimus, & in d.cap.Reg.205.* & quæ dicantur personæ miserabiles in arbitrium Iudicis remittitur, *Bart.in d.l.unica, Guid.Pap.dec.566. & Ansaldus de jurisdict.part.4.tit.10.cap.t.n.83.* ubi *n.84.* dicit hoc procedere in personis, quæ expressè à jure non sunt declaratæ miserabiles, nam in expressè declaratis miserabilibus à jure arbitrium locum habere non potest, & multas personas miserabiles connumerat *Affl. dec.257.* & aliàs connumerat *Campag.in cap.Reg.de violentiis.post nu.13.* & aliàs connumerant *D Carleval. d.quæst.6.sect.7. nu.560. cum plurib seq.& Capibl.d.prag.8.par.1.nu.309.*

8 Septimò pauper gaudet hoc beneficio electionis fori, *Marcel.Cala de modo articulandi d.glos.1.d.§.1.n.101.Caravit.ritu 233.n.3. Carleval. d.sect.7.n.561.Vivius dec.222.n.3.Novar.d.tom.1.d.sect.2.q.33.& sect.4.quæst.66.& D. Danza de pugna DD.tom.2.tit.de elect.fori cap.7.* immò pauper, licèt sit effectus pauper ex sua culpa, puta ludendo, vel meretricando, adhuc gaudet beneficio electionis fori, *Covar.pract.quæst.cap.6.n.3. Novar.d.sect.2.d.quæst.33.n.3. D.Carleval.d sect.7.n.616.* ubi *nu.seq.* hoc in uno limitat, *Vivius dec.298.n.8.& Bortel.sũma dec.tit.56 n.17.cum plur.seq.& præcipuè n.21.*

9 Octavò peregrinus, & advena gaudent beneficio electionis fori, *Novar. d.tom.1. d.sect.2.quæst.30.& D. Carleval.d.sect.7.num.570.*

10 Nonò mercatores, qui in itinere pro gabellis gravantur, gaudent beneficio electionis fori, *Thesaurus d.dec.177.n.t.Novar.d.sect.2.q.22.Dom.Carleval. d.sect.7.num.571.*

11 Decimò agricola gaudet dicto beneficio electionis fori, *Menoch.de arbitrariis judicum casu 66.num.22.lib.2.& Carleval. d.sect.7. num.572.*

12 Undecimò scolares gaudent isto beneficio electionis fori, *Auth.habita, C.ne filius pro patre, Vivius dec.65.n.5.& Novar.d.sect.2.quæst.15.n.1.* ubi *n.3.* dicit, quòd scholaris gaudet beneficio electionis fori, etiam si maneat in sua patria tempore otii, & sic feriarum, si tamen habeat animum redeundi ad studium, sed studentes, qui student in accademia non approbata, prorogativa generalis studii carente, non gaudent beneficio electionis fori, *l.unica, C.de studiis liber.urbis Romæ lib.11. D. Carleval.d.disput.2.quæst.6.sect.5. n.493.* ubi *n.495.* dicit, quòd, ut studens gaudeat privilegio electionis fori est necesse, ut sit matriculatus, & quòd vacet studiis, idem docet *Novar.in d.pract. tom.1.sect.2. quæst.17. n. 3.* & in Civitate Neapolitana tantùm, & non in aliis partibus Regni Doctores possunt legere lectiones legales, verùm in Civitate Salerni etiam legi potest medicina, *cap. Reg. grande fuit ubi Campag.* & quibus aliis privilegiis gaudeant scholares, vide *cap. Reg. inter virtutum.*

13 Duodecimò liberti Ecclesiæ, & publici penitentes gaudent isto beneficio electionis fori, *Carleval.d.sect.7.n.575.*

14 Decimotertiò cœcus, si utroquè lumine careat, gaudet beneficio electionis fori, secus si careat uno oculo tantùm, *Novar.d.sect.2. quæst.8.n.7.& 8.*

15 Decimoquartò fugientes ad Ecclesiam, gaudent dicto beneficio electionis fori, *Thes.decis.177.n.t.* ubi dicit, quòd leprosi, & orfani etiam gaudent isto beneficio electionis fori, & quoad orfanum, idem tenet *Novar.d.sect.2. quæst.1.* ubi *quæst.2.* docet, quis nam dicatur orfanus.

16 Decimoquintò infans expositus gaudet beneficio electionis fori, *Bart. in l.1.§.fuit quæsitum ff. ad trebel.Dom.Carleval.d.sect.7.n.575.& Novar.d.sect.2.quæst.*

2. *quaest.* 10. ubi post *nu.* 5. dicit, quòd exponens infantem punitur pœna arbitraria, citat *Riccium in praxi resol* 28. *part.* 2.

17 Decimosextò hereditas jacens gaudet beneficio electionis fori, *Novar. d. sect.* 2. *q.* 27. *per totam illam quaestionem*.

18 Decimoseptimò rusticus gaudet isto beneficio electionis fori, *Marianus Socinus in cap. cum sit generale n.* 25. *in fine de foro compet Muscatel. in praxi Sacri Reg. Cons. p.* 2. *glos. competentes nu* 25 *Novar d. sect.* 2. *quaest.* 28. ubi *n.* 3. dicit, hoc procedere in rustico grossulano, secus in rustico sagace, & in dubio rusticus dicitur sagax, *Sforz. Odus in tra. de restit. in integrum p.* 1. *q.* 9. *n.* 65. *& seq. Surdus dec.* 237. *n.* 11. sed quòd rusticus indubio dicatur grossulanus, tenet *Vivius dec.* 79 *n.* 5. sequitur *Novar. d. sect.* 2. *d. q.* 28. *n.* 5. ubi *n.* 6. dicit, quod quando Rusticus dicatur sagax, vel grossulanus, Judicis arbitrio rem tribuitur.

19 Decimooctavò Nauta gaudet beneficio electionis fori, *Butrius in cap. excommunicationi de raptoribus Franc. Marcb. decis.* 893 *n.* 15. *part.* 2. quòd intellige procedere, si Nauta agat pro rebus nauticis, & eo tempore, quo reperitur navigare, aliàs secus, *Novar. d. sect.* 2. *quaest.* 29.

20 Decimonono captus ab hostibus gaudet isto beneficio electionis fori, *Thes. d. dec.* 177. *n.* 1. *& Novar. d. sect.* 2. *q.* 32.

21 Vigesimò damnatus ad carceres gaudet isto beneficio electionis fori, *Novarius d. sect.* 2. *quaest.* 36. ubi *n.* 9. ampliat etiam in condemnato ad domum propriam pro carcere, immò omnis carceratus potest eligere Regia Tribunalia, *Marcel. Calà d. gl.* 1. *d* § 1. *n.* 96. *& Tartaglia in pract. civili cap.* 2. *n.* 25. nam carceratus dicitur miserabilis persona, *Bal. in l. nemo nu.* 2. *C. de Episcop. audient. Hipp. de Marsil. de Bannitis ver. carcerati n.* 13 *& n.* 40. *Marcel. Calà, & Tartagl. ubi supra*, quòd ego intelligo, ut carceratus gaudeat isto privilegio eligendi regia Tribunalia pro causis civilibus & nõ pro criminalibus, & præcipuè pro causa criminali, pro qua reperitur carceratus, nam pro ea puto, quòd non possit eligere Regia Tribunalia, nam si secus esset, nulla causa criminalis esset Baronis, quòd jura Regni non permittunt, *pragm.* 2. *ubi de d. l. do*.

22 Vigesimoprimò. damnatus ad triremes gaudet isto beneficio electionis fori, *Novar. d. sect.* 2. *quaest.* 37. ubi *quaest.* 38 dicit, idem esse in relegato, & deportato in Insulam.

23 Vigesimosecundò oppressi à demone gaudent isto beneficio electionis fori, *Novarius d. sect.* 2. *quaest.* 39. & idem est inebrioso, qui etiam gaudet isto beneficio electionis fori, pro ut ipse etiam gaudet beneficio restitutionis in integrum, *Novar. d. sect.* 2 *quaest.* 41. *per totam illam quaestionem*.

24 Vigesimotertiò decoctus gaudet isto beneficio electionis fori, *Regens Tapp. in Constit. Reg. Statuimus*, quòd intellige, dummodò decoctio non sit affectata, ut docet *Novar. d. sect* 2. *q.* 40. *n.* 4.

25 Vigesimoquartò senex habet fori electionem, *Afflict. decis.* 25 *n.* 1. *Mansonius de causis exequut. limit.* 13. *n.* 10. *& de Franch decis.* 608. ubi dicit, hoc locum non habere in sene sagace, & sapiente, idem tenent *Riccius decis.* 223. *part.* 3 *Paschal. d. part.* 2. *d. cap.* 2. *nu.* 104 *& D. Merl. in controver. forens. tom.* 2. *cap.* 52. sive etiam si senex sit robustus, non gaudet beneficio electionis fori, *Novar. d. sect.* 2. *quaest.* 20. *n.* 7. & senes dicuntur ab anno sexagesimo, *Borrell. summa decis. tit.* 65. *n.* 25. sed vide *Novarium d. sect.* 2. *q.* 21. *& Mauson d. limitat.* 13. *n.* 3 *&* 4. qui dicit, quòd senex dicitur ab anno septuagesimo.

26 Vigesimoquintò Universitas gaudet isto privilegio electionis fori, *Menoch. d. casu* 66. *Marcel. Calà d. gl.* 1. *d.* § 1. *n.* 99. *Ursil. ad Affl. decis.* 257. *n.* 2. *Capibl. anc. d. prag.* 8. *p.* 1. *n.* 308. *Caravit. ritu* 233. *n.* 3. *& Paschal. d. cap.* 2. *num.* 103. licèt contrarium teneat *Pollet. pract. crim rub. audiantur excusatores, n.* 179. tamen prima opinio est vera, *Dom. Carleval. d. sect.* 7. *n.* 586. *Thor in supplem. decis. ver. Universitates fol.* 656. *Muscatel. in pract. Sacri Reg. Cons. part.* 2. *glos. competentes post n.* 70. *Novar. d. sect.* 2. *quaest.* 24. ubi *quaest.* 26. dicit ipse *Novar.* quòd Collegium, seù Sedile gaudet beneficio electionis fori.

27 Vigesimosextò persona non privilegiata gaudet beneficio electionis fori respectu sui mariti privilegiati. *de Franch dec.* 363. *Riccius dec.* 147. *nu.* 5. *part.* 3 *& Novar. in collect. ad prag.* 2. *n.* 10. *ubi de delicto, & in praxi elect. tom.* 1. *sect.* 3. *quaest.* 3. ubi *qu. seq.* dicit, idem esse in sponsa, quod etiam tenet *Riccius coll.* 2140, sed hoc, an sit verum, quòd uxor gaudeat beneficio electionis fori respectu sui viri privilegiati, dicam infra *cap.* 27. *n.* 13 sed maritus non privilegiatus non gaudet beneficio electionis fori respectu suae uxoris privilegiatae, *Novar. d. sect.* 3. *q.* 5.

28 Vigesimoseptimò non privilegiatus gaudet beneficio electionis fori respectu privilegiati litis consortis, si causa sit individua, secus si dividua, *Thes. d. dec.* 177. *n.* 5. *Vivius decis.* 521. *n.* 21. *Riccius decis* 179. *n.* 11. *part.* 3. *Novar. in coll super d. prag.* 2. *n.* 9. *ubi de delicto, & in praxi elect fori tom.* 1. *sect.* 3. *q.* 1. *Capibl. d. prag.* 8 *part.* 1. *n.* 335 *& Muscatel. ubi supra post n.* 95. intellige in civilibus, secus in criminalibus, nam si duo perpetraverunt aliquod delictum, quorum unus est privilegiatus, alter verò non, in hoc casu non privilegiatus non gaudet electione fori respectu correi privilegiati, arg. *l. si quis uxori, ff. de furtis*, ità in specie *Novar. d. sect* 3. *quaest.* 1. *n.* 26. ratio est, nam quando sumus in civilibus, & plures sunt litis consortes, si unus petat remissionem causae, causa ipsa debet remitti ad unum Judicem licèt consortes sint de diversis domiciliis, *l. nulli prorsus, C. de iudiciis l. omnes cum concordantibus ibi allegatis per glosam C. arbitrium tutelae, toto tit. ff. de quibus rebus ad eundem Judicem eatur*, hac de causa major respectu minoris gaudet isto beneficio electionis fori, & hoc, ne continentia causae dividatur, sed in criminalibus cessat haec ratio, nam si plures sint inquisiti de uno delicto, unusquisque est puniendus per Judicem suum competentem, ut ità decisum, testatur *de Franch. dec.* 582. ergò in criminalibus reus non privilegiatus non gaudet electione fori respectu correi privilegiati, quòd intellige quando sumus inter eos, sed si sumus inter actores, seù accusatores, si unus illorum sit persona privilegiata, & eligat Regia Tribunalia, ista electio prodest alijs, quam unicuique competit actio accusandi insolidum, intellige, si non privilegiati inhereant electioni praedictae, secus si per prius elegissent forum ordinarium, quia tunc non habet locum electio fori,

Capibl.

Capibl.tom.2.cap.44. post n.15. & supra idxi in virgine n. 5. sed si privilegiatus nollet uti privilegio electionis fori, & tunc litis consors eo uti non potest, Novarius d.tom.1 sect.3. quest.t.ua.24. & 25. ub. dicit, hoc non procedere, si privileg atus fecit electionem fori, quia tunc d. electioni renunciare non potest in præjudicium litis consortis, prout idem est in beneficio restitutionis inintegrum, de Franch.dec.269. sic etiam frater respectu alterius fratris privilegiati, si stet in communi, & indivisu, gaudet beneficio electionis fori, quo gaudet frater privilegiatus, si ipse frater privilegiatus sentiret damnum ex lite, ità Novar.d. sect 3. q.t1. ubi nu.7.dicit, hoc etiam procedere in sororibus.

29 Vigesimooctavò omnis pia causa habet fori electionem, Novar.d.tom.1. d.sect.2. quæst.50. pro ut est Ecclesia, quæ gaudet beneficio electionis fori, d.cap.Reg.205. Affl.dec.257. Thes. dec.177. Capyc.dec.160. Caravit.ritu 233.n.t. Marcellus Cald d.glos.1.d.§.1 n.109. Carleval.d sect.7 n 585. Covar. pr.ct.quæst.cap.7.n.3.ver. verum de Ecclesia, Borrel. summ. dec.tit 56.n.28. & Novar. d.tom.1. d.sect.2. quæst.49. nam Ecclesia condumeratur inter personas miserabiles, Graffus de effec. Cler.in præludio n.423. idem est in hospitale, quòd gaudet isto beneficio electionis fori, Riccius coll.197. Anna alleg. 146. & Novar. d.sect.2. quæst.54. sic etiam monasteria, confraternitates, & collegia gaudent prædicto beneficio electionis fori, Carleval.d.sect.7.n. 586. & quoad confraternitates, idem affirmat Novar. d.sect.2. quæst.56. sic etiam oratorium publicum, quòd regitur à laicis, gaudet beneficio electionis fori, Novar. ind praxi electionis fori to.2. sect.2.q.21.ubi dicit, secus esse in oratorio privato, & quæst. seq. declarat ipse Novar. quando oratorium dicatur publicum, & quando privatum; sic etiam conservatorium puellarum secularium gaudet beneficio electionis fori, Novarius d. tom.1. d. sect. 2. quæst. 55. sic etiam Mons Misericordiæ, & Pietatis gaudet beneficio electionis fori, Novar. d.sect 2.quæst.57. sic etiam seminarium gaudet isto beneficio electionis fori, Novar. d.sect.2. quæst.59. idem est in collegio puerorum etiam majorum, quòd gaudet beneficio electionis fori, Novarius d. prax.electionis fori tom.2. sect.2 q.16.

30 Vigesimononò personæ Ecclesiasticæ isto beneficio electionis fori gaudent, ut in ritu 67.229. & 233. & in d.cap.Reg.205.& docet Affl.dec.257.nam Clerici, & personæ Ecclesiasticæ condumerantur inter personas miserabiles, cap.quod autem 23.q.7 cap.sacerdos, 1.quæst.2. Graffus de effectib. Cler.d.præludio n. 422. immò etiam Clericus primæ tonsuræ gaudet beneficio electionis fori, & non tenetur probare requisita Concilii Tridentini, Novar. d. tom.1.d.sect.2.q.52.na.3. cum plurib. seq. sic etiam monachus regularis gaudet beneficio electionis fori, Novar.d.tom.1.d. sect.2. quæst. 61. citat Riccium in praxi resol.20. n.5. part.3. ubi dicit, idem esse in moniali, quæ etiam gaudet isto beneficio electionis fori, idem Novar.d.to.1.d.sect.2.q.62. sic etiam Novitius gaudet privilegio electionis fori, Novar.d.tom.1.d.sect.2.quæst.63. sic etiam tertiarii, si habent requisita, gaudent privilegio electionis fori, Novar.d.sect.2.quæst.64. sic etiam oblati gaudent dicto beneficio, Novar.d.sect.2. quæst. 65. sic etiam miles Hyerosolimitanus gaudet beneficio electionis fori Riccius in praxi resol.131.ver.ex his igitur part.3 & Novar.d.sect.2.quæst 69. ubi dicit, idem esse in militibus Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, Sancti Stefani, Sancti Lazari, & Sancti Mauritii; sic etiam servientes Ecclesiarum gaudent isto beneficio electionis fori, Novar.d.tom.1. sect.3.quæst 16. antè eum Thes. dec.177. num.1. sic etiam Clericus græcus gaudet beneficio electionis fori, Novar.d.prax.tom.2.sect.2.quæst.9 & Clericus gaudet beneficio electionis fori, etiam si ipse fit ordinatus ab Episcopo impedito ordines conferre aliquo impedimento, Novar.d.to.2.sect.2.quæst.10. sic etiam licèt Clericus sit suspensus, vel interdictus, adhuc gaudet beneficio electionis fori, Novar. d.tom.2. d.sect.2 .quæst.11. sic etiam Clericus quamvis irregularis sit, tamen adhuc gaudet beneficio electionis fori, Novar.d.tom.2.sect.2. quæst. 12. sic etiam si illegitimus de facto absque dispensatione fuit ordinatus, adhuc gaudet beneficio electionis fori, Novar.d.tom 2.sect.2. quæst.13 sic etiam clericus, licèt sit ordinatus per simoniam, adhuc gaudet privilegio electionis fori, Novar.d. to.2.sect.2.quæst.14 ubi quæst.15 dicit, quòd Clericus ordinatus cum falsis dimissoriis non gaudet beneficio electionis fori, quando est ordinatus ab alieno Episcopo.

31 Et tunc Clerici, & personæ Ecclesiasticæ gaudent beneficio electionis fori, quando agunt pro rebus Ecclesiæ, vel pro injuriis ipsis illatis, ut in d.ritu 229.& docent Affl.dec.257. Muscatel.in praxi Sacri Reg.Conf.part.2.glosa competentes n.74. & ibi ipsemet in add.lit.F. & Reg.Sanfel.dec.358.n. 150. & 73. secus si pro rebus suis, Marcellus de Vulpe in praxi iudiciali fori Ecclesiastici cap.27. in fine, vel pro nece fratrum eorum, quia tunc in utroq; casu non gaudeot beneficio electionis fori, sic decisum, testatur de Franch. decis.234. & dec. 597. & docent Capyc.decis 160. Capibl.d prag.8.part.1.n.306. Rovit.prag.8.n.20.de composit. & Anna alleg.146. sed quòd Clericus gaudet isto beneficio electionis fori, etiam si agat pro nece suorum consanguineorum dicunt Petra ad Grammat.decis.20.n.7. & Novar.quæst. forensi 6. lib.1. & in praxi electionis fori tom.1.sect 3 quæst 52.n 14. prout etiam elect ofori conceditur Clerico litiganti pro ejus bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus, Novar.d.tom.1.sect.2.q.72. & in decis. 87. n. 6. & Riccius in praxi resol 92. part.4.

32 Et tunc personæ Ecclesiasticæ habent electionem fori pro rebus Ecclesiæ, quando adest violentia, rapina, vel fraus, aliàs non gaudent tali privilegio, Campag.d.cap.Reg. quod decretum n.10. Novar.d.tom.1.sect 3.d.quæst 52.n.43 & Marcel. Cald d.glos.1.d.§.1.n.88 prout neque ipsa Ecclesia gaudet illo beneficio, nisi pariatur violentiam, rapinam, vel fraudem, Carleval.d.sect.7 n.585. circà finem Affl.d.dec. 257.n.2. & Marcel.Cala d.§.1.n. 88. sed quod Clericus gaudeat privilegio fori pro rebus Ecclesiæ, etiam non data violentia, vel rapina, tenet Muscatel.in add.d.lit.F. ubi dicit, quòd Clericus gaudet privilegio electionis fori pro rebus patrimonialibus, quando adest violentia, rapina, vel fraus.

33 Sed si Baro habeat privilegium cognoscendi inter

ter personas privilegiatas, personæ Ecclesiasticæ non possunt eligere forum supremum, *Thorns comp. decis. tom.1. ver. Clericus. fol.104. & Capibl. d. prag.8. par.1. n.302. & seq.* sed, quòd si Baro habeat derogatoriam *l. un. ca, C. quando Imper.* personæ Ecclesiasticæ possunt eligere Regia Tribunalia, tenet *Novar. in d. praxi electionis fori tom.2. sect.3. quæst. 26.* ubi dicit, quòd, ut personæ Ecclesiasticæ non habeant fori electionem, est necesse, ut Baro habeat privilegium in specie derogatorium, etiam quoad personas Ecclesiasticas, & in hoc casu nulli dubium est, quòd personæ Ecclesiasticæ non habent fori electionem, *Marcel. Calà d. §.1. n.89. Riccius in praxi resol.147. limitatione 2. tom.2. & Novar. d. tom.1. d. sect.2. quæst.52. n.26.* ubi dicit, quòd licèt Baro habeat privilegium abdicativum quoad personas Ecclesiasticas, tamen tale privilegium non comprehendit Episcopum, quin ipse possit eligere Regia Tribunalia: citat *Annam cons.16.* & ipse *Novar. d. quæst.52. n.41.* dicit, quòd tale privilegium neque comprehendit canonicos, citat *Riccium in praxi resol.349. par.2.*

34 Et advertas, quòd quando personæ Ecclesiasticæ possunt suprema Tribunalia eligere in eorum forum, tenetur jurare perhorrescentiam adversorum, ut est *tex.* de jure Regni *in d. ritu 229.*

35 Trigesimò excæcatus magno amore gaudet beneficio electionis fori, *Novar. in d. prax. electionis fori tom.1 sect.2. qu.35.* nam amor dicitur furor, *cap. cum in iuventute de præsumpt. §. illud Auth. quibus modis naturales offic. fui,* & docet *Boer. dec.23.*

36 Hinc est, quòd osculans mulierem, magno amore excæcatus, non punitur pœna mortis juxta *prag.1. de osculant. mulieres*, sed punitur pœna extraordinaria, *Riccius decis.155. par.3. Novar. d. quæst.35. num.5.* & faciunt dicta per *Clar. pract. crim. §. fin. qu. 60. ver. est & amor, & per Tiraquel. de pœnis temp. caus.4.*

37 Trigesimoprimò prodigus etiam gaudet beneficio electionis fori, *Novar. d. to.1. d. sect.2. qu.16. Riccius ad Præs. de Franch. dec.598.* intellige si sit declaratus prodigus, aliàs antè declarationem non gaudet isto beneficio, *Novar. d. to.1. d. sect.2. qu.16. nu.5. cum plurib. seq.*

38 Trigesimosecundò furiosus, & mentecaptus gaudet beneficio electionis fori, *Innoc. in cap. significantibus de offic. delegati, Marcel. Calà d. §.1. nn.103. Riccius coll.300. Capibl. d. pragm.8. par.1. num.233. & Novar. d. sect.2. qu.42.* ubi *nu.10.* hoc ampliat in frenetico, & *nu.11.* limitat in eo, qui habet dilucida intervalla, nam ipse non gaudet beneficio electionis fori, sic etiam fatuus gaudet isto beneficio electionis fori, *Capibl. d. prag.8. par.1. nn.233. & Novar. d. tom.1. d. sect.2. qu.44.* ubi *nu.6.* dicit, quòd fatuus gaudet primo, & secundo beneficio, citat *Imbrianum in tract. de 1. & 2. beneficio consideratt.3. nn.143.* sic etiam lunarius gaudet isto beneficio electionis fori, *Novar. d. sect.2. qu.46.*

39 Trigesimotertiò conversus ad fidem gaudet beneficio electionis fori, *Innoc. in cap. indei. de indeis, Amat. dec.207. nu.7. & Carleval d. sect.7. nu.575.* quod intellige, ut conversus ad fidem possit uti tali beneficio inf a annum à die, quo redijt ad fidem, *Novar. d. to.1. d. sect.2. qu.48. nu.5.* ubi dicit, quòd licèt hoc sit verum, tamen est arbitrarium Judici concedere tale beneficium etiam post annum, intellige etiam, si tales conversi ad fidem sint pauperes, *Amat. decis.105.* sed contrarium tenet *Novarius d. sect.2. d. qu.48 in fine.* & sic, quòd conversus ad fidem gaudeat tali beneficio etiam si sit dives, & conversus ad fidem potest suum adversarium convenire coram Judice Ecclesiastico, *Petrus Garzia à Toleto in dicto 416.*

40 Trigesimoquartò si persona inferioris conditionis habeat litem cum persona potenti coram Judice ordinario, à quo justitiam consequi impossibile est, in hoc casu potest eligere & adire Regia Tribunalia, *Abb in cap. Nicolao, nu.6. de appellat. Decianus tract. criminum lib.4. cap.6 Jacob. Cancer. variarum resol. lib.2. cap.2. nu.18. Barbosa in coll. DD. super d. l. unicam, nu.22. C. quando Imperator,* sed iste vilis conditionis tenetur jurare perhorrescentiam adversarii, quando vadit ad Regia Tribunalia, *Carleval. d. sect.7. nu.629. & Novar. d. praxi electionis fori to.2. sect.3. qu.1.* ubi *nu.5.* reddit rationem, nam semper, quando actor non potest consequi justitiam in foro Rei, actor non sequitur forum Rei, sed potest adire suprema Tribunalia, *Angel. in auth. ut Clerici apud proprios Episcopos, num.1. Amat. cons.31. nu.12.* & dixi supra *cap.2. de foro domicilii nu.17.*

41 Ultimò, aliis omissis, filii personæ privilegiatæ gaudent beneficio electionis fori, quo gaudent eorum patres, *Aloys. de Leo in l. plures nu.11. C. de Sacrosanct. Eccles. Novar. pract. elect. fori tom.1. sect.3 qu.9. & Reg. Sansel. dec.21.* & filius quando est in potestate patris gaudet eodem foro, quo gaudet ejus pater, *gloss. in l.2. C. de Episc. & Cler. & D. Reg. Sanfelic. in praxi judic. sect.22. nu.1. & 2. & sect.25. nu.28.* sed an filii militum gaudeant foro militari, quo gaudent eorum patres, dicam infra *cap.27. nu.14.* & è contrà pater gaudet beneficio electionis fori, quo gaudet ejus filius privilegiatus, *Novar. d. to.1. d. sect.3. qu.8.* ubi *nu.9.* ampliat in matre, quæ gaudet eodem privilegio electionis fori quo gaudet ejus filius persona privilegiata, quod non habet locum in matre naturali, quæ non gaudet tali beneficio, *Novar. d. quæst.8. nu.15.*

42 Et personæ privilegiatæ habent electionem fori, sivè sint actores, sive Rei, *Riccius dec.270. in fine. par.3. Novarius d. prax. elect. fori tom.2 sect.3. q.16.* nam quando persona privilegiata vult convenire suos debitores post illos convenire in Regiis Tribunalibus, & non in domicilio ipsorum debitorum & quando ipsa persona privilegiata convenitur in suo foro, potest etiam eligere Regia Tripunalia, quòd si conveniatur extra suum forum, potest petere, se remitti ad suum forum, ut dictat *text. in d. l. unica, C. quando Imperator, Carleval. d. sect.7. n.525.*

43 Secundò amplia, ut personæ privilegiatæ habeant electionem fori tàm in civilibus, quàm in criminalibus, ut in *ritu 130. Vivius decis.65. Novar. in coll. ad prag.2. num.14 ubi de delicto, Riccius coll. 1. & coll.2307. Carleval. d. sect.7. nn.592. cum plurib. seq. Borrel. summa decis. tit.56. nu.38. de Franch. dec.507. Capibl. d. prag.8. par.1. nn.305 idem Novar. in praxi electionis fori to.1. sect.4. qu.12.* ubi *nn.20.* dicit, hoc procedere etiam in delictis parvis, licèt contrarium teneat *Ricc. in prax. ref.78. nn.2. par.2.*

44 Tertiò amplia, ut persona privilegiata gaudeat

beneficio electionis fori, tàm si pro delicto agatur ex officio, quàm ad querelam partis *Foller. in Const. Reg. Statuimus nu. 51. & Novar. d tom. 1. d. sect. 4. qu. 12. nu. 21.*

45 Quartò amplia, ut persona privilegiata habeat electionem fori, etiam in causis, in quibus proceditur ad modum belli, *Novar. d. pract. electionis fori tom. 2. sect. 3. qu. 6.*

46 Sed advertas, quod in causis criminalibus persona privilegiata tenetur personaliter comparere coram Judice eligendo, & ejus Tribunal eligere, & non potest comparere per procuratorem, *Caravit. ritu 230. nu. 2. Capibl d. prag. 8. par. 1. nu 337.* nisi ipsa persona privilegiata esset carcerata, quia tunc potest per procuratorem comparere. & eligere Regia Tribunalia, *Novar. d. to. 1. d. sect. 4. d. qu. 12. nu 30. & 31.* ubi dicit, nisi fortè carceratio esset procurata in alio loco ad finem non comparendi quia tunc non potest per procuratorem comparere, *Surdus decis. 262. nu. 16. & Novar. d. quaest. 12. d. nu. 31.*

47 Quintò amplia, nam si persona privilegiata sit citata ad recognoscendum apocam in foro sui domicilii, potest eligere Regia Tribunalia, etiam antè apocam recognitam, ut d xi supra c. 8. nu. 90.

48 Sextò amplia, ut persona privilegiata habeat electionem fori tàm in prima, quàm in secunda instantia, nam licèt in secunda instantia reus non possit extrahi extrà Provinciam *prag. 2 & ibi Novit. nu. 11.* ubi *de delicto*, tamen si sunt personæ privilegiatæ quæ habent electionem fori, etiam in secunda instantia possunt eligere suprema Tribunalia, & extrahere suos debitores extra Provinciam, *Thes. decis. 177. nu 7. Caravit. ritu 19. num. 20. Capibl. sub. d. prag. 8 par. 1. nu. 348. & Novar d. tom. 1. sect. 1. qu. 1. nu. 13. & quaest. 15. nu. 14 & seq.*

Septimò amplia, nam persona miserabilis gaudet beneficio electionis fori etiam adversus personas Civitatis Capuæ *Thor. in supplem. ver. remissio, fol. 544.* citat *Grammat. dec. 20.*

49 Sed in pluribus casibus persona privilegiata non potest uti beneficio electionis fori, & primò nam in tantùm persona Privilegiata utitur hoc privilegio electionis fori, in quantùm litigat cum personis non privilegiatis, aliàs si litigat cum aliis personis eisdem qualitatis, non gaudet beneficio electionis fori, *Georgius Obrechti de jurisdictione lib. 3. cap. 18. n. 19* late *Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores nu. 102. cum plurib. seq. Covar. pract. quaest cap. 7. nu. 4. & Muscatell. in prax. Sacri Reg. Cons. par. 2. glos. competentes nu. 86.* sed in hoc casu attenditur jus commune, & sic, ut actor sequatur forum Rei, nam privilegia privilegiis conquassantur, *DD. in auth. quas actiones, C. de Sacrosanctis Eccles.* sic decisum testatur *de Franch. dec. 188 & 553. nu. 4. tex.* habemus de jure Regni in *ritu 231. & in d. ritu 228.* sed de jure communi, si privilegium unius sit potentius altero, & tunc magis privilegiatus trahit ad forum supremum minus privilegiatum, *Afft. dec. 56.* sed in Regno nostro privilegia conquassantur, sivè unus habeat majus, sivè minus privilegium, & attenditur jus commune, ut actor sequatur forum Rei, & semper cessat beneficium electionis fori, *Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 350. & in to. 2. cap. 3. nu. 9. Caravita d. ritu 228. nu. 3. Novar. in coll. super d. prag. 2. ubi de delict. nu. 23.* latè idem *Novar. d. prax. elect. fori to. 1. sect. 4. qu. 61. & Muscatell. d. glos. competentes nu. 87.* ubi *in add. lit. I.* dicit, hoc etiam procedere, si sint plures actrices personæ privilegiatæ, & unus reus persona privilegiata, nam adhuc privilegia conquassantur, & non obstat decisio, *Reg. Sansel. 358. p. 3.* asserentis decisum fuisse Clericum pro offensione suæ personæ habere electionem fori contra viduam, quæ ostenderat ipsum Clericum, ex quo privilegium electionis fori concessum Clericis sit majoris potentiæ, & efficaciæ illo, quod est concessum viduis, nam in dicta decisione Clericus elexit M. C. V. & vidua elexit Regiam Audientiam, & non suum forum sibi competentem de jure communi, ut advertit ipse *Reg. Sansel. d. decis. 358. nu. 40.* & novissime vidè *Donat. Ant. de Marinis quotid. resol. to. 2. cap. 47.*

50 Hinc est, quòd dum causa salarii sit privilegiata, nam condemnatus ad solvendum salarium famulo non potest appellare ad finem retardandi exequutionem, *Angel. in l. quisquis C. quorum appellat. non recip. Anna sing. 42.* & in causa salarii proceditur summarie, *Maraut. par. 4. dist 9. num. 43 & Mansonius de causis exequutivis ampliat. 31. nu. 10.* & famulus pro salario præfertur creditoribus anterioribus habentibus expressam hypothecam in bonis illius cui inservit, *Thorus comp decis. tom. 2. ver. salarium fol. 620. Carleval. de judiciis tu. 1. tit. 3. disput 29. d nu. 12. usquè ad nu 17. & D. Regens Sanfelic. in decis. 113. nu 4.* ergò si causa salarii sit in jure privilegiata, si persona privilegiata conveniatur pro causa salarii, non habet beneficium electionis fori, ita tenet *Novarius d. tom. 1. sect. 4. q. 38.*

51 Secundò vidua non habet fori electionem quoad dotem exigendam ab heredibus mariti, sed illam exigere tenetur in foro mariti, *l. exigere dotem ff. de judiciis Mol. sef. ad consuetud. Neap. 2. tit. de bonis qu. 12. nu. 18. Novar. d. to. 1. sect. 2. qu. 6. nu. 7.* sed contrarium fuisse decisum, testatur *D. Carleval. d. sect. 7. nu. 556. cum pluribus seq.* qui respondet ad *d. l. exigere dotem*, & dicit loqui de jure communi, & sic quando mulier nolit uti privilegio elecionis fori, nam tunc ipsa mulier pro exactione dotis debet agere in domicilio mariti, & non in loco, ubi fuit contractum matrimonium, secus si vult eligere forum supremum vigore *d. l. unica, C. quando Imp.* quia tunc potest adire suprema Tribunalia domicilii mariti, alias si esset secus, dos esset minus privilegiata, quàm alias res, contra *tex. in l. 1. ff. sol. mat. & Consil. Carleval.* sequitur *Thor. in supplem. dec. ver. remissio, fol. 531.* immò sunt aliqui, qui tenent, quòd vidua utitur suo privilegio in recuperatione dotis etiam contrà pupillum, ità *Reg. Sansel. dec. 358. nu. 54.*

52 Tertiò persona privilegiata non gaudet beneficio electionis fori pro causis fiscalibus, *Scaglion. ritu 230. nu. 3. Menoch. d. casu 66. nu. 44.* sed ipsa persona privilegiata tenetur litigare, sivè sit actrix sivè rea, in Regia Camera Summariæ, *Novar. d. to. 1. sect. 4. qu. 40. & D. Carleval. d. sect. 7. nu. 649.* undè vidua, si conveniatur pro gabellis, non habet electionem fori, *Covar. pract qu. cap. 7. num. 5. ver. sic quintus, & Garzia Gironda de gabellis par. 4. §. 2. nu. 29. & seq.*

53 Quartò persona privilegiata non gaudet benefi-

ficin electionis fori pro rebus feudalibus, *Hiser.& Affl.in d.Const Reg. statuimus*, *& idem Affl.decis. 257.nu 2.& 3 Carleval.d.sect.7 nu.650. Novarius d.tom.1 sect 4.qu.45 & Marcell.Cala d § 1.nu* 102. nam pro causis feudalibus Sacrum Regium Con-

54 silium est Judex competens,ut dicam infra *cap.48. nu.22.* & causæ spectantes ad Sacrum Regium Consilium connumerantur *in prag. 61. de off. procurat.Cesaris*, & Sacrum Regium Consilium non potest cognoscere in prima instãtia de causis non excedentibus untias vigintiquinquè, *prag.3.§.2.de offic.Sacr.Reg.Conf.* sed hodiè puto contrarium,nam pe *pragm 41.§ fin.de offic Sacri Reg Conf.* disponitur,ut votus unius Consiliarii sufficiat, quando causa non excedit summam duodecim untiarum, qui votus potest proferri domi, non facto verbo in Sacro Regio Consilio,intellige in causa primæ instantiæ, secus in causa appellationis à Magna Curia ad Sacrum Regium Consilium, quia tunc sententia debet proferri in causa appellationis ad Sacrum Regium Consilium, facto verbo, & non domi,ut ita servari,testatur *Reg. Rovit. d.prag.41. nu.9.*

55 Quintò persona privilegiata,si comparet in aliqua causa pro suo interesse, non habet electionem fori, *Novar.d.to.1 sect.4. qu est.28. & Riccius coll.* 2284.sed aliqui tenent, quòd tertius comparens pro suo interesse ad defensionem causæ per alium motæ, potest ex sua persona declinare forum,ita *Jo:de Arnono problema* 77.

56 Sextò si persona privilegiata conventa, sit excommunicata, non potest uti beneficio electionis fori,*Novar.d.to.1 sect 4 qu 33.*

57 Septimò persona privilegiata non habet electionem fori in causis minimis, *Novarius d.sect.4. q 41.*& ultrà rationes adductas per ipsum *Novarii* adduco aliam, nam in simili videmus, quod licèt de offensa facta in personam officialis sola Magna Curia cognoscat,tamen secus est,si offensa sit modica,ut dicam infra *cap.66.nu.16.* & quæ sint causæ minimæ, omne in arbitrium Judicis remittitur, *Novar.d.sect.4.qu.42.*

58 Octavò si ex mandato Judicis sit factum depositum pœnes personam privilegiatam, & deinde depositarius persona privilegiata cogatur ad restituendum depositum, in hoc casu non utitur privilegio electionis fori, sed compelli potest ad restituendum depositum per eundem Iudicem, *Novar.d.to.1.d.sect.4.qu.55.*

59 Nonò si miserabilis persona agat ex aliqua offensione sibi casualitèr facta,non habet beneficiũ electionis fori, *Donat.Anton. de Marin. quotidianarum resolut.par.1.cap.2.nu.31.& Novar.d. sect. 4. qu 65.*nisi persona privilegiata agat pro casuali offensione sibi illata, præcedente lata culpa, quia tunc habet electionem fori, ità idem *Novar. d. prax.elect fori tom.2 sect.3.qu.22.*

60 Decimò si quis inferat vulnus personæ privilegiatæ ira motus, ipsa persona privilegiata non habet electionem fori contra vulnerantem, *Novar.d.to.2.sect.3.qu.23* ubi *qu.seq* dicit, quòd neque datur electio fori personæ privilegiatæ agenti ex offensione ipsi illata,pro qua pena nõ venit imponẽda,vel tamen venit minoranda ex aliqua causa.

61 Undecimò si appareat, quòd persona privilegiata eligat Regia Tribunalia causa defatigandi adversarium, in hoc casu non datur electio fori, *Thor comp.decis to.2.ver. electio fori fol.*171. *col.1. circa medium*, *Novar.d to.1.d.sect.4. qu.67.* prout etiam declinatoria fori Clerico non conceditur, si calumniosè petita sit, *Catalanus de indulto qu. 6. num.13.*

62 Duodecimò si spoliator sit persona privilegiata,& sit conventus pro spolio, non utitur privilegio electionis fori *V das.alleg.65. nu.40. Barbosa in coll.DD.super d.l unicam n.31.C.quando Imp.Novar.d prax.electionis fori d.to.2. sect 3. quæst.12.*

63 Decimotertiò personæ privilegiatæ non competit privilegium eligendi in ejus forum Regia Tribunalia contra ejus patrem occidentem matrem ipsius personæ privilegiatæ, *Novar.di tom.2. sect.3 qu.14.*nam non licet filio accusare patrem, *cap.prohibentur 2.q.1.& l.qui accusare ff.de accusat.*

64 Decimoquartò si persona privilegiata administravit aliquam tutelam,pro reddenda ejus administratione non potest eligere forum supremum, sed tenetur reddere rationem in loco administrationis,& è contrario persona privilegiata non potest uti beneficio electionis fori contrà non privilegiatum, qui administravit tutelam, sed tenetur convenire administratorem in loco administrationis,ut dicam infra *cap 29.nu.5.*

65 Decimoquinto de jure Regni,si persona privilegiata sit hæres alicujus, & etiam si lis non sit cæpta cum defuncto, ipsa persona privilegiata convenitur pro rebus hereditariis in foro defuncti,& non potest eligere forum supremum, ut *in ritu 234.ubi Caravit.post nu.3*, & docent *Capibl d. prag 8.par.1.nu.315 & par.2.nu.148.de Franch.dec. 364.& 553.& de Ponte consf.18. vol.1.* & dicam infra *cap.28.de foro heredis nu.7.* sed non sic est; si persona privilegiata sit heres, & velit convenire debitores hereditarios in Regiis Tribunalibus via electionis fori. nam in hoc casu datur electio fori, & debitores hereditarii non possunt petere, se remitti ad eorum forum,arg.eorum,quæ infrà dicam de persona privilegiata cessionaria *nu.70.* & ità in specie decisum per M. C. V. testatur *Thor.comp. dec.to.3.sect.3.ver.remissio fol.115.*

66 Decimosextò si non privilegiatus succedat privilegiato, neque ipse utitur privilegio defuncti privilegiati,*Boer.decis* 180.*nu.10. de Ponte consf.18.n. 10.& seq Carleval.de judiciis to.1.disp.2.q.5.n.319. & 389.* nam privilegium electionis fori est personale,*Novar.d.to.1 sect.1.qu.11.* & ideò cum persona extinguitur, *l.maritum.ff.solut.matrim.*

67 Decimoseptimò in Imperio Romano personæ miserabiles non gaudent beneficio electionis fori nisi ob denegatam justitiam, quia tunc possunt adire Imperatorem, vel cameram Imperialem, *Gallus lib.1.observ.1.nu.40.ver.sed hoc in Camera. & Georgius Obrechtid.lib.3.d.cap.18.nu.22.*

68 Decimooctavò persona privilegiata non potest eligere Regia Tribunalia, si sit citata per Iudicem suum competentem super tenorem instrumenti juxta formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, *Capibl.to.2.cap 43.nu.5*,ubi dicit, secus esse, facto deposito,quia tunc in exceptionibus proponendis potest eligere Regia Tribunalia, sic etiam electio fori non competit privilegiato obligato in forma

Q 2 Ca-

Cameræ, *Novar. in prax. electionis for. d. to. 1. sect. 4. qu. 15. & q. 39.*

69 Decimonono uxor, quæ interfecit suum virum, non gaudet fori electione, *Covar. pract. qu. cap. 6. n. 3. in fine, Capibl. d. prag. 8. par. 1. nu. 311. Carleval. d. sect. 7. nu. 559. & Novar. d. to. 1. sect. 2. qu. 6. nu. 8.* ubi *nu. seq.* dicit, idem esse, si uxor fuerit causa mortis sui viri.

70 Vigesimo cessionarius personæ privilegiatæ nō gaudet beneficio electionis fori, *Caravit. rit. 228. n. 14. Novar. d. to. 1. sect. 3. q. 14. & Affl. decis. 74.* quod non est è contrario, si non privilegiatus cedat privilegiato, quia tunc privilegiatus gaudet beneficio electionis fori ex jure sibi cesso, & hoc sive agat ex jure cesso ex causa lucrativa, sive onerosa, dummodò cessio sit facta bona fide, & sine fraude, *Affl. d. Const. Reg. Statuimus, nu. 18. de Franch. decis. 195. Carlev. d. sect. 7. nu. 615. Novar. d. to. 1. sect. 4. qu. 14. & Marcell. Calà d §. 1. nu 95.* & licèt per *ritum 228. & 290.* persona privilegiata non habeat beneficium electionis fori ex jure cesso ex causa lucrativa, sed tantùm ex causa onerosa, tamen contrarium servatur, & sic sive cessio sit ex causa onerosa, sive lucrativa, si tamē sit facta bona fide & sive fraude, privilegiat. gaudet beneficio electionis fori ex jure cesso, ut docet pręcitati *DD & Muscat. in prax. S. R. C. p. 2. glosa competentes nu. 89. Paschal. d. cap. 2. nu. 91. & Caravit. d. ritu 228. nu 9.* ubi ipse *Caravit. nu. seq.* connumerat casus, in quibus cessio non dicitur facta in fraudem, ut docet *Paschal. d. cap. 2. d. nu. 91.*

71 Sed advertas, quòd de jure communi, quando persona privilegiata eligit Regia Tribunalia, non est necessarium jurare perhorrescentiam adversarii, ut in *d. l. unica, C. quando Imperator,* ibi (*præsertim cum adversarii potentiam perhorrescunt*) & sic pondera verbum illud (*præsertim*) quod indicat casum minus dubitabilem, & ideò de jure communi non est necesse jurare perhorrescentiam adversarii, quando persona privilegiata eligit Regia Tribunalia, ut docent *Caravit. d. ritu 228. num. 5. & Carleval. d. sect 7. nu. 628.* sed de jure Regni nostri, quando persona privilegiata, eligit forum Regium, tenetur jurare perhorrescentiam adversarii alias electio non valet *d. Const. Reg. Statuimus, & in ritu 228.* & docent *Capibl. d cap. 44. nu. 5. & 6. & D. Reg. Merlinus controv. forens. cap. 86.* sed quando fit revariatio à Regio Tribunali ad inferiorem Judicem, tunc etiam de jure Regni non requiritur juramentum perhorrescentiæ, *Staibanus Senior cons. 74. nu. 11. & Capibl. tom. 2. cap. 44. nu. 8.* secus si fiat revariatio ab inferiore Judice ad superiorem, quia tunc requiritur juramentum perhorrescentiæ, ut docet *Caravita d. ritu 228. nu. 18.* sed alii dicunt, quòd vidua varians causam à M. C. V. ad Curiam Baronalem, debet præstare juramentum, quòd sibi expedit trahere causam ab ipsa M. C. V. ad Iudicem domicilii, ità *Campana de forjudicat. resol. 14.*

72 Et tutor potest jurare dictam perhorrescētiam nomine pupilli, & etiam procurator cum speciali mandato potest jurare pro principali privilegiata, aliàs si non adest speciale mandatum, electio est nulla, *Affl. d. Const. Reg. Statuimus num. 37. Thes. d. decis. 177. num. 13. de Franch. decis. 257. & Capibl. d. prag. 8. par. 1. nu. 343. & in 2. tom. cap. 44. nu. 5. & seq.* sic etiam procurator potest jurare dictam perhorrescentiam pro principali, quando habet mandatum cum libera, & amplissima potestate, *Mastril. decis. 127. nu. 12. Caravit. d. ritu 228. num 19. Borrel. summa decis. tit. 56. num 48. & Novar. d. prax. elect. fori to. 1. sect. 1. qu. 7. nu. 5.* ubi *nu. d.* dicit, quòd procurator constitutus à persona privilegiata ad comparendum in foro, & ad illud eligendum, nulla mentione facta, quòd possit jurare de perhorrescentia; adhuc potest tale juramentum præstare, & valet electio, & idem tenet *Caravit. d. ritu 228. nu. 29. & seq.*

73 Et pars adversa potest contra hoc juramentum contrarium probare, ad finem, ut causa remittatur ad suum Judicem, *Cappel. Tholos. dec. 237. Campeg. c. Reg. 42. nu. 12. de Franch. dec. 257. nu. 6. Capibl. d. cap. 44. nu. 7. & Danza de pugna DD. to. 2. tit. de elect. fori cap. 3. nu. 2. & Muscatel. in praxi S. R. Cons. par. 2. glos. competentes nu. 83. & ibi in addit. lit. H.* sed contrarium tenet *Thor. comp. decis. tom. 2. ver. terminus,* & licèt opinio *Thori* asserentis probationem contrà juramentum perhorrescentiæ non admitti, esset vera, prout etiam tenet *Novar. d. to. 1. sect. 1. qu. 2. nu. 6.* tamen admittitur probatio, talem jurantem non esse personam privilegiatam, *Borrel. d. tit. 56. nu 44. & seq.* immò, quando quis uti persona privilegiata eligit Regia Tribunalia, & per partem adversam opponitur, quòd ipsa eligens non sit talis, qualem se facit, in hoc casu eligens tenetur probare se talem, qualem, *Muscatel. ubi supra nu. 79. cum plurib. seq. & Novar. d. to. 1. sect. 1. qu. 19.* ubi *qu. seq.* dicit, quòd si Notarius faciat mandatum procurationis in personam alicujus, & dicat, quòd talis vidua facit suum procuratorem talem de tale ad eligendum forum aliquem cum potestate jurandi de perhorrescentia, si pars contraria negat, talem esse viduam, non statur tali assertioni factæ per Notarium in mandato procurationis, sed aliter viduitas probari debet, & idem tenet *Muscatel. ubi supra, nu. 84.*

74 & in probatione qualitatis miserabilitatis facienda per fundantes se in ea est citandus Baro, si petens electionem fori sit vassallus ipsius Baronis, *D. Danza de pugna DD. tit. de contumace cap. 4. nu. 6. to. 1. & tit. de elect. fori cap. 7. nu. 27. to. 2.* sed contrarium, & sic, quòd Baro non debeat audiri, tenet *Novar. in prax. elect. fori to. 2. sect. 2. quæst. 9.* verùm expeditis provisionibus inhibitorialibus per Regia Tribunalia Curiæ Baronali, ut non procedat, stante electione fori, potest Baro comparere, & probare contrarium, & sic eligentem non esse talem, qualem, & in hoc debet audiri, & datur terminus, qui est communis utrique parti, *Muscatell. pract. Sacri Consilii par. 2. glos. competentes nu. 79. Novar. d. to. 2. sect. 1. qu. 6. nu. 9. & Danza d. tit. de electione fori cap. 4. nu. 30.* ubi dicit, quòd Baro potest comparere pro causæ remissione, & variationi inhæere.

75 Advertas etiam, quòd persona privilegiata debet eligere Iudicem de Tribunalibus regalibus, ut

76 desumitur ex *tit. C. quando Imper.* unde persona privilegiata non potest eligere Iudicem secundarum causarum Baronis, *Capibl. d. prag. 8. par. 1 nu. 337. & in 2. to. cap. 44. in princip. Riccius coll. 2274. Novar. d. tom. 1. sect. 1. qu. 2. nu. 22. & in coll. super prag. 2. n. 7.* ubi de delicto, citat *Staibanum cons. 74. nu. 7.* & docet *D. Dan-*

D. Danza de pugna DD. to. 2. tit. de electione fori cap. 1. nu. 5. sed contrarium fuisse decisum, & sic personam privilegiatam posse adire, & eligere Judicem secundarum causarum Baronis, testatur *Thorus compen. decis. to. 2. ver. electio fol. 173.* sequitur *Danza d. tit. de electione fori, cap. 3. nu. 1.* ubi loquitur de variatione fori, & dicit personam privilegiatam posse causam variare ad Iudicem secundarum causarum, & *d. cap. 1. d. n. 5.* ipse *Danza* loquitur de electione fori, & sic ipse *Danza d. n. 5.* dicit, non posse fieri electionē fori coràm Judice secundarū causarum Baronis, sed ego dico, quòd si potest fieri variatio, potest etiam fieri electio, & *Thor. ubi supra,* loquitur propriè in electione, & non in variatione, ut dicit ipse *D. Danza d. cap. 3. n. 1.* & qui variat eligere dicitur, *Carav. ritu 228. n. 17* sed prima opinio mihi videtur vera, & sic persona privilegiatam non posse eligere in suum forum Judicem secundarum causarum Baronis, nam Judex ipse intantum habet jurisdictionem, inquantum subditi gravantur, & appellationes interponunt, ut dicam infra *cap. 69. n. 95.* sed persona privilegiata non potest eligere Judicem incompetentem, ut dicam infra *n. 78.* ergò, &c. verùm opinio *Thor.* practicatur in Audientia status Novi, in qua semper fiunt electiones fori per personas privilegiatas, & hoc est ex consuetudine antiqua, & ipse *Thor.* propriè loquitur de ipsa Audientia status Novi.

77 Sed electio fori non potest fieri à foro domicilii ad forum originis, & è contrà *Novar. d. tom. 2. sect. 1. quæst. 8. in principio, & Capibl. d. cap. 44. in princ.*

78 Et persona privilegiata non potest eligere Judicem incompetentem, *Affl. dec. 257. n. 4. Caravit. ritu 233. n. 7 & Capibl. d. prag. 8 part. 1. n. 336.* unde persona privilegiata unius loci non potest eligere in suum forum curiam alterius loci Baronalis, *Novar. d tom. 2 sect. 1. quæst. 5. n. 3.* sic etiam persona privilegiata unius Provinciæ non potest eligere aliam Provinciam, idem *Novar. d. tom. 2. sect. 1. qu. 7. Capibl. prag. 8. par. 1. n. 336. & Danza d. cap. 1. n. 5.* sic etiam persona privilegiata non potest eligere in suum forum Tribunal Gubernatoris demanialis contrà aliquem, qui non est de jurisdictione dicti Gubernatoris, *Novar. d. tom. 2 sect. 1. q. 7.*

79 Undè apparet, esse erroneam opinionem cujusdam mei amici defendere volentis, quòd vidua actrix possit eligere forum ipsius viduæ contrà suum debitorem, qui est alterius fori, nam si vidua vult eligere forum, tenetur eligere forum supremum ipsius debitoris, & non ipsius viduæ actricis, quòd si velit uti jure communi, & tunc tenetur convenire suum debitorem in foro ipsius debitoris, cum actor sequatur forum Rei, & non è contrà, *l. 2. C. de jurisd. omn. jud.* & tunc persona privilegiata potest eligere suum forum, quando ipse est reus conventus, ut dictat *tex. in d. l. unica in 1. parte, C. quando Imperator,* sed quando est actor, non potest eligere forum ipsius actoris privilegiati, sed potest eligere forum tribunalis majoris ipsius Rei, & ità loquitur *text. in d. l. unica in secunda parte, C. quando Imperator,* & persona privilegiata non potest eligere in suum forum Capitaneum alicujus loci contrà aliquam personam non subjectam dicto Capitaneo, *Sabast. de Neap. in c. Reg. 205. in fine, & ibi Foller. n. 15.* & dixi supra *n. 78.*

80 Sic etiam vidua non potest trahere laicum debitorem corām Judice Ecclesiastico, *cap. ex tenore de foro compet.* nisi Judex laicus denegat justitiam, quia tunc omnes possunt adire Judicem Ecclesiasticum, *cap. licèt, & cap. cum sit generale, de foro compet. Diana part. 3 tit. de immunit. Ecclesiast. resol. 25.* quòd intellige in Judice laico non recognoscente superiorem, aliàs debet recurri ad superiores laicos, & non ad Judicem Ecclesiasticum, *Foller. ad Marantam part. 4. dist. 11. n. 11.* citat *Abb. in d. cap. licèt n. 9.* sed *Diana in suis moralibus, resol. part. 1. tit. de immunitate Ecclesiastica res. 118. & part. 4. tract. 1. resol. 90.* tenet, quòd vidua, & pupilli, si fuerint oppressi, nulla data negligentia Judicis laici, possunt adversarios suos ad Judicem Ecclesiasticum trahere, & in illius foro convenire, verùm dicit ipse *Diana*, hoc esse de jure, sed in practica observari primam opinionem quam primam opinionem etiam de jure tenet *Covar. prac. quæst. cap. 6 n. 1.* sed non sic est è contrario, si Judex Ecclesiasticus non faciat justitiam in expediendo, vel puniendo Clericum, nam non per hoc Judex laicus potest Clericum punire, *cap. qualiter, & quando de judiciis,* ità *Graffis de eff. 1. n. 390. cum seq. Capiblanc. d. prag. 8. part 3. n. 11. Ambros. de immunit. Ecclesiastica cap. 18. n. 39. Ansaldus de jurisdic. part. 3. tit. unico, cap. 21. d. n. 7. usque ad finem, & Diana in suis moralibus resol part. 4. tract. 1. resolut. 80.* & vide *text. in cap. si quis cum Clerico, 11. quæst. 1.* qui videtur contrariare, ibi) *sin autem noluerit Episcopus litem dirimere, tunc ad civilem Judicem disceptatio causæ pervenit*) tamen non est recedendum à supradicta opinione, *Guazzinus ad defensam reorum def. 1. cap. 28. n. 9. & Diana d. lib. 1. d. tit. de immunit. Ecclesiastica resol. 15. & parte 3. eod. tit. resol. 25.* vel dicas, dictam primam opinionem procedere in criminalibus, secundam verò in civilibus, ità *Ambros. de immunit Ecclesiastica cap. 20. n. 72. & Farinac. pract. crim tit. de inquisitione quæst. 6. n. 23. in fine, & n. 46. ver. amplia 23.*

81 Sic etiam persona privilegiata non potest eligere in suum forum Magnam Curiam Vicariæ contrà militem, qui debet cognosci per Curiam Militarem, *Capiblanc. tom. 2. cap. 43. n. 2. Novar. tom. 1. sect. 4. quæst. 36. & Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 66.* & è contra persona privilegiata neque potest eligere in suum forum Judicem militarem contra non militem, dum ipse Judex militaris sit omninò incompetens contrà non militem, *l. si militaris, C. si à non competenti Judice judicatum esse dicatur.*

82 Sic etiam vidua non potest eligere in suum forum Magnam Curiam Vicariæ contra eum, qui cognosci debet per Curiam Magni Admirati, nam hi sunt diversi fori, ut dicam infra *cap. 22. n. 8.*

Et licèt aliqui teneant, quòd persona privilegiata possit eligere Magnam Curiam, & in ea convenire subditos artis serici, & ipsi subditi non possint petere, se remitti ad Curiam Artis Serici, ut decisum refert *Thor. comp. decis. tom. 2. ver. remissio, fol. 580.* tamen ipsemet *Thor.* deindè tenet contrarium in *tom. 3. sect. 3. ver. remissio. fol. 60.* immò persona privilegiata non habet electionem fori in omnibus causis, in quibus est datus specialis Iudex, *Novar. d. tom. 1. sect. 4. q. 64.*

83 Et

83 Et persona privilegiata non potest eligere forum Magni Admirati, Bajuli, Artis Serici, vel Lanæ pro causis non spectantibus dictis Curiis. *Gl. lup. prax. Sacri Consilii par. 2 cap. 6. & Novar. d. tom. 2 sect. 1. quæst. 5.* prout neq; persona privilegiata potest eligere Teibunal Regiæ Dohanæ Menepecodum Apulcæ pro causis non spectantibus ad dictum Tribunal, *Novar. d. tom. 2. sect. 1. quæst. 14.*

84 Advertas quoque, quòd si persona privilegiata eligat forum supremum, potest deindè variare causam ad forum Rei conventi, vel ad forum ipsius personæ privilegiatæ, si ipsa sit conventa, *Caravit. ritu 233. n. 8. & Jo: Maria Campana de forjudicatione resol 6. per totum*, & præcipue *n 20 cum plurib. seq.* quòd ratione confirmatur, nam licèt socer eligat dare habitationem genero domi suæ, tamen potest deindè variare, & offerre seorsum, ut per *tex. in l. si sterilis, §. fin. ff. de action. empti* dicunt fuisse decisum *Afft. decis. 146. & Anna sing. 417.* confirmatur etiam alia ratione, nam patronus laicus potest post primam præsentationem variare, & alterum præsentare, antequàm præsentatus primo loco admittatur per ordinarium loci, secus si post, *cap. quod autem, & cap. pastoralis de jurepatronat.* quod procedit dato, quòd laicus, qui unum præsentavit, jurasset, eum non variare cum juramento, nam hoc non obstante potest variare, *Riccius dec. 109. & 133. part. 3.* ubi ipse *Riccius* dicit in *d. dec. 133.* quòd tamen ipse præsentans efficitur periurus, & idcò cautela est, ut antequàm variat, impetret absolutionem juramenti, quia tunc non efficitur periurus, & variatio debet fieri per patronum infra quatrimestre tempus, *Riccius decis. 400 part. 4.* ergò ità, si persona privilegiata eligat forum supremum potest deindè variare, & forum competentem inferiorem eligere, *Ursill. ad Afft. decis. 257 Foller. in d. Const. Reg. Statuimus nu. 116. & in pract. cr. crim. rub. audiantur excusatores, n. 98. & seq. & Novar. in praxi elect. fori tom. 1. sect. 1. quæst. 3. n. 1. cum plurib. seq.* immò licita est variatio, non solum semel, & bis sed ter, & quater. *Caravit. d. ritu 233. n. 10. in fine, Novar. d. tom. 1. sect. 1. qu. 4. n. 1. cum plurib. seq. & Carleval. d. sect. 7. n. 609.* sed quod tantùm bis sit licita variatio, incluso tribunali, à quo primo variatur, dicunt *Muscatel. in praxi S. R. C. part. 2. glos. competentes, post n. 30. & Campagnia in cap. Reg 42. n. 15.* ubi dicit, quòd cum causa tantùm est licitum variare, sed quòd ter possit fieri variatio, & non ultrà dicit decisum *D. R. Saufel. dec. 278.* sequitur *Thor. in supplem. dec. ver. revariatio fol. 577.* & variatio potest fieri post litem contestatam, immò post causam appuntatam, *Capibl. d. prag. 8. part. 1. n. 339.* & dixi supra *cap. 8. n. 65.* & quando variatio fit post causam appuntatam, & tunc omnia acta facta coràm Judice variato probant coràm Judice variante, *Foller. pract. crim. rubr. audiantur excusatores, n. 147.* & dicta variatio potest fieri etiam si adversarius inhesit electioni fori factæ per personam privilegiatam, *Novar. d. tom. 1. sect. 4. q. 52.* undè ex supra dictis apparet, non esse tutam opinionem *Thori comp. decis. tom. 2. ver. electio. fol. 172. & ver revariatio fol 606.* asserentis, viduam, quæ variavit causam à Curia Baronali ad Magnam Curiam, non posse deindè devariare dictam causam à Magna Curia ad Curiam Baronalē.

85 Immò variatio potest fieri dato, quòd persona privilegiata jurasset non variare, *Muscatel. pract. Sacri Consilii par. 2. glos. competentes, nu. 30.* sed *Novar. d. tom. 1. d sect. 1. quæst. 3. n. 5. cum plurib. seq.* tenet contrarium, & sic, quòd possit cum juramento renunciari variationi, verum *n. 23. & seq.* dicit ibi ipse *Novar.* quòd non procedit, quando nova causa variandi supervenerit, quia tunc potest variare, non obstante, quòd juravit non variare, sed tutius est si antequàm variat, impetret absolutionem juramenti.

86 Et petita revariatione à curia inferiori ad curiam superiorem, licèt non sit inhibitum per ipsam curiam superiorem curiæ inferiori, tamen Judex, coràm quo litigabatur, statim efficitur incompetens, ità ut si post revariationem fiant nonnulla acta, ipsa sunt invalida, ut ita decisum, testatur *de Franch. decis 294. & decent D. D. nza de pugna DD. tom. 2. tit. de electione fori cap. 2 n. 31 & seq. Capibl. d. prag. 8 part. 1. n. 340. D. Carleva. d. sect. 7. n. 610. Mastril. decis. 127. & Novar. in prax. elect. fori to. 1. sect. 1. q. 16. & in coll. super prag 2. n. 26. ubi de delicto.*

87 Sed si à Regia Audientia sit facta revariatio causæ criminalis ad Magnam Curiam, ipsa Regia Audientia potest præfigere terminum varianti ad procurandum transmissionem actorum, quo termino elapso, si non sit procurata transmissio actorum, Regia Audientia potest procedere ad ulteriora, ut in *prag. 10.* quæ incipit perche §. 20. *de off. judicum.* qui terminus debet esse congruus, & competens juxtà loci distantiam, *Novar. in coll. super d. §. 20. & in prax. elect. fori tom. 2. sect. 1. q. 11.*

88 Et ante dictam pragmaticam erat etiam de jure communi, quòd Judex variatus poterat perfigere terminum varianti, ut infra 10. dies procuraret transmissionem actorum à Judice electo, aliàs Judex variatus poterat procedere ad ulteriora, *glos. & Afft. in Const. Reg. Si quem nostrorum, de Franch. decis 294. in fine, Foller in pract. crim. rub. audiantur excusatores, n. 90. cum plurib. seq. ubi de Angelis n. 68. & Muscatel in prax. appellationis, part. 1. glos. in forma, n. 64 67. & 76.* sed terminus prædictus debet assignari cum cominatione, quòd assignato termino elapso, procedetur ad ulteriora in causa. *Amend. ad Præs. de Franch d. dec. 294. n. 7. & Novar. d. tom. 1. sect. 1. quæst. 17.* undè licèt *d. prag.* loquatur in Regiis Audientiis, tamen procedit etiam in curiis Baronalibus, cum sic etiam sit de jure communi, & licet ipsa pragmatica loquatur in criminalibus, tamen puto idem procedere in civilibus, nam quando statutum omittit aliquod caput, est recurrendum ad jus commune, & ipse casus omissus à statuto revertitur in dispositione juris communis, *l. commodissime ff de liberis, & posth. & l. si cum dotem in princ. ff solut. matr.* & docent *Thom Ferratius cautela 24. n. 2. in fine, & Cabal. casu 271. n 7.* & statutum in casu omisso debet recipere interpretationem à jure communi adhoc, ut ipsum minus ledat, *l. servi vestri, C. de noxalibus, Caravit. in prag. 1. n. 74. & seq. de exulib.* sed jus commune loquitur indistinctè, ut Judex variatus possit præfigere dictum terminum varianti ergo, &c. sed *Novar. in coll. super d. §. 20.* tenet contrarium, & sic secus esse in civilibus, nam inclusio unios est exclusio alterius, *l. cum prætor, ff. de judiciis l. cum*

ma.

mritus, C. de procurat. nam si pragmatica voluisset disponere in civilibus, hoc disposuisset, quòd cum non disposuit, noluit, juxta regulam *text. in l. unic. §. fin autem, C. de caducis tollendis*, sed ego puto etiam in civilibus, Judicem variatum posse assignare terminum varianti, ut procuret literas inhibitoriales pro transmissione actorum à Judice electo, nam si *d. prag. 10. §. 20.* voluisset corrigere jus commune quoad causas civiles, hoc expressisset, quòd dum non expressè correxit, standum est juri communi, nam statutum non corrigit jus commune, nisi de eo expressam mentionem faciat, *l. præcipimus, C. de appellat.* & statutum debet interpetrari, quo minus lædat jus commune, *l. C. de noxalibus, cap. cum dilectus de Consuetud.* & argumentum à contrario sensu non potest sumi in statutis, si ex ipso argumento induceretur correctio juris communis, *Thes. dec. 269. n. 7.* ergò, &c. & quando lex antiqua parificat duos casus, si lex nova deindè superveniens loquatur de uno tantùm, lex illa nova extenditur ad alium, *Campaz. cap. Reg. adhoc nu. 162. & seq. & Petrus de benintendis dec. 78. num. 6.*

89 Sed persona privilegiata non potest variare causam à M. C. Vic. ad Sac. Consilium, *Staibanus senior cons. 74. n. 13 Capibl. in add. ad d. prag. 8. part. 1. in add. ad n. 338. Reg. Tapia in dec. Sac. Consilii 43. n. 5. Reg. Rovit. cons. 83 n. 4. vol. 1. Thor. comp. dec. to. 2. ver. electio fori semel in fine fol. 172* & ità decisum testatur *D. Reg. Merlinus tom. 1. controver forentium cap. 100. n. 3.* sed quòd variatio detur à Mag. Curia ad Sac. Consilium, tenent *Conf. Carleval. in add. ad primum tomum de judiciis positis in fine 2. tom. §. 1. 2. 3. 4. & 5. fol. 11. & seq. & Novar. in praxi elect. fori tom. 1. sect. 1. q. 3. n. 30. cum seq.* & hæc ultima opinio est vera: pruut etiam persona privilegiata potest à principio eligere in suum forum Sacrum Consilium, *prag. 3. §. 3. de offic. Sacri Regii Consilii*, sed qui variat, eligere dicitur, *Caravit. ritu 228. n. 17.* ergò, &c.

90 Et advertas, quòd quando cum persona privilegiata est admixta persona non privilegiata, in hoc casu non datur variatio à Judice electo ad supremum tribunal, sed causa remanet coram Judice electo, *Foller. prac. crim. rub. audiantur excusatores post n. 98.* & faciunt dicta per *Caravit. ritu 231. post n. 5.* & vide *Nevizanum in silva nuptiali lib. 6. n. 38. & Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 44. post n. 15.*

91 Et revariationes à Regiis Tribunalibus ad Curias Baronales semper sunt suspectæ, stante præsumptione fraudis, & concordiæ factæ inter partes, & ideò, instante Fisco, semper mittitur commissarius per Regia Tribunalia, vel committitur alicui officiali in partibus, ut exploret voluntatem variantis, & quòd se informet, si partes sint concordatæ, & si reperiatur, quòd partes sint concordatæ, & tunc non fit revariatio, *de Franch. dec. 100. in fine, Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 340. & 345. & in tom. 2. cap. 44. n. 9. & to. Novarius d. tom. 1. sect. 1. quæst. 4. n. 12. Dinza de pugnis DD. tom. 2. tit. de elect. fori cap. 4. n. 31. & seq. & D. Carleval. d. sect. 7. n. 613.* quòd ampliaut facta concordia inter partes, neque Baro possit petere remissionem causæ ad suam Curiam, tanquam cessante causa electionis, *Capibl. ubi d. cap. 44. n. 11. & seq.* rejecta opinione *Thor. comp. decis. tom. 2. ver. remissio*, contrarium tenentis.

92 Et proposita revariatione à Magna Curia ad Curiam Baronalem, non requiritur, ut petatur remissio causæ sollemniter per partem, vel Baronem ab ipsa Magna Curia, sed, facta revariatione, Baro sine alia licentia potest procedere in causa, ità dicit, tenere *Caravit. & Ursil. Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 346.* qui *Caravit. & Ursil.* nihil de hoc dicunt, sed quidquid deindè dicat ipse *Capibl. d. nu. 346.* tu dic, quòd si persona privilegiata variat causam à Curia Baronali ad Magnam Curiam, & res sit integra, puta si processus non sit transmissus ad Magnam Curiam, & neq; per ipsam M. C. V. sit inhibitum ipsi curiæ Baronali, si persona privilegiata revariat forum à Magna Curia ad Curiam Baronalem, renunciando revariationi factæ in ipsa Magna Curia, & in hoc casu non requiritur, ut pars, vel Baro petat remissionem formiter, sed statim potest procedere in causa, secus si res non sit integra, puta si processus sit transmissus ad Magnam Curiam, quia tunc necesse est, ut petatur formiter revariatio in ipsa Magna Curia, per quam deindè causa debet remitti ad Baronem, stante revariatione facta per personam privilegiatam, & ita multoties vidi practicatum, & post hæc scripta inveni *Caracciolum ità distinguentem in tract. de fori privilegiatorum remissione quæst. 9. à n. 7. usque ad finem*, & quando petitur revariatio, an reus debet esse in vinculis? dixi supra *cap. 8. n. 132.*

93 Et scias, quòd si vidua eligat Regia Tribunalia, & deindè variat causam ab ipsis Regiis Tribunalibus ad Curiam Baronalem, & faciat mandatum variationis, & dictum mandatum sit præsentatum per procuratorem, & non sit processum ad aliquem actum, si deindè ipsa vidua se nubat, vel moriatur, in hoc casu causa ipsa etiam debet remitti, & variari ad Curiam Baronalem, *Dinza de pugnis DD. tom. 2. d. tit. de electione fori cap. 4. n. 17. cum. plurib. seq.*

94 Scias etiam, quòd si persona privilegiata eligat Magnam Curiam Vicariæ pro aliquo delicto, pro quo ipsi personæ privilegiatæ competat actio accusandi, & reus ipse sit etiam inquisitus in ipsa Magna Curia de aliis delictis, de quibus debet remitti ad suum Judicem competentem, in hoc casu M. Curia cognoscit de ipso delicto, de quo vidua e'exit ipsam Mag. Curiam, & de aliis delictis deindè remittit reum ad suum Judicem competentem, arg. eorum, quæ traduntur per *Julium Clarum §. fin. quæst. 38. ver. hæc autem omnia, & per Præs. de Franch. decis. 330.* & ità vidi in quadam causa practicatum in Magna Curia, ut dicam infra *cap. 51. n. 57.* de quo vide *Mastril. dec. 286.*

95 Sed quæritur, & primò, an privilegiatus, qui habet electionem fori, possit renunciare dicto privilegio electionis fori? & per *tex. in. l. pen. C. de pactis*, videtur dicere, quòd sic, ità in specie tenet *Novar. in prax. elect. fori to. 1. sect. 1. quæst. 12.* ubi dicit, quòd hoc procedit, si renunciatio fiat specialiter, secus si generaliter, undè dicit ipse *Novar.* ibi, quòd renuncians omni legum auxilio non videtur renunciasse beneficio electionis fori, & *d. sect. 1. quæst. 13.* dicit ipse *Novar.* quòd in dubio non præsumitur renunciatum beneficio electionis fori,

&

83 Et persona privilegiata non potest eligere forum Magni Admirati, Bajuli, Artis Serici, vel Lanæ pro causis non spectantibus dictis Curiis, *Gallup.prax.Sacri Consilii par.2 cap.6.& Novar. d.tom. 2 sect.1. quæst. 5.* prout neq; persona privilegiata potest eligere Tribunal Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ pro causis non spectantibus ad dictum Tribunal, *Novar.d.tom.2. sect.1.quæst.14.*

84 Advertas quoque, quòd si persona privilegiata eligat forum supremum, potest deindè variare causam ad forum Rei conventi, vel ad forum ipsius personæ privilegiatæ, si ipsa sit conventa, *Caravit.ritu 233.n.8.& Jo:Maria Campana de forjudicatione resol 6.per totum,&* præcipuè *n 20 cum plurib. seq.* quòd ratione confirmatur, nam licèt socer eligat dare habitationem genero domi suæ, tamen potest deindè variare, & offerre seorsum, ut per *tex.in l.si sterilis, §.fin.ff. de action. empti* dicunt fuisse decisum *Affl. decis. 146.& Anna sing. 417.* confirmatur etiam alia ratione, nam patronus laicus potest post primam præsentationem variare, & alterum præsentare, antequàm præsentatus primo loco admittatur per ordinarium loci, secus si post, *cap.quod autem,& cap.pastoralis de jurepatronat.* quod procedit dato, quòd laicus, qui unum præsentavit, jurasset, eum non variare cum juramento, nam hoc non obstante potest variare, *Riccius dec.109.& 133.part.3.* ubi ipse *Riccius* dicit in *d.dec.133.* quòd tamen ipse præsentans efficitur periurus, & ideò cautela est, ut antequàm variat, impetret absolutionem juramenti, quia tunc non efficitur periurus, & variatio debet fieri per patronum infra quatrimestre tempus, *Riccius decis.400. part.4.* ergò ità, si persona privilegiata eligat forum supremum potest deindè variare, & forum competentem inferiorem eligere, *Ursill.ad Affl.decis.257 Foller.in d.Const.Reg. Statutmus nu. 116.& in pract cr crim. rub. audiantur excusatores, n.98.& seq.& Novar.in praxi elect. fori tom.1. sect. 1.quæst.3.n.1.cum.plurib.seq.* immò licita est variatio, non solum semel,& bis sed ter,& quater, *Caravit.d.ritu 233.n.10.in fine, Novar.d.tom.1.sect.1.qu. 4.n.1.cum plurib.seq.& Carleval.d.sect.7. n.609.* sed quod tantùm bis sit licita variatio, incluso tribunali, à quo primo variatur, dicunt *Muscatel.in praxi S.R.C.part.2.glos.competentes, post n.30. & Campagnia in cap.Reg 42.n.15.* ubi dicit, quòd cum causa tantùm est licitum variare, sed quòd ter possit fieri variatio,& non ultrà dicit decisum *D. R. Saufel. dec.278.* sequitur *Thor.in supplem.dec.ver.revariatio fol.577.* & variatio potest fieri post litem contestatam, immò post causam appuntatam, *Capibl. d.prag.8.part.1.n.339.*& dixi supra *cap.8. n.65.* & quando variatio fit post causam appuntatam, & tunc omnia acta facta coràm Judice variato probant coràm Judice variante, *Foller.pract.crim.rubr. audiantur excusatores, n. 147.* & dicta variatio potest fieri etiam si adversarius inhesit electioni fori factæ per personam privilegiatam, *Novar. d. tom. 1 sect.4. q.52.* undè ex supra dictis apparet, non esse tutam opinionem *Thori comp. decis.tom.2. ver. electio.fol.172.& ver revariatio fol 606.* asserentis, viduam, quæ variavit causam à Curia Baronali ad Magnam Curiam, non posse deindè devariare dictam causam à Magna Curia ad Curiam Baronalē.

85 Immò variatio potest fieri dato, quòd persona privilegiata jurasset non variare, *Muscatel. pract. Sacri Consilii par.2.glos.competentes,nu.30.* sed *Novar.d.tom.1.d sect 1.quæst.3.n.5. cum plurib.seq.* tenet contrarium, & sic, quòd possit cum juramento renunciari variationi, verùm *n.23. & seq.* dicit ibi ipse *Novar.* quòd non procedit, quando nova causa variandi supervenerit, quia tunc potest variare, non obstante, quòd juravit non variare, sed tutius est si antequàm variat, impetret absolutionem juramenti.

86 Et facta revariatione à curia inferiori ad curiam superiorem, licèt non sit inhibitum per ipsam curiam superiorem curiæ inferiori, tamen Judex, coràm quo litigabatur, statim efficitur incompetens, ità ut si post revariationem fiant nonnulla acta, ipsa sunt invalida, ut ita decisum, testatur *de Franch. decis 294. &* docent *D.D.* in *Za de pugna DD. tom.2.tit.de electione fori cap.2 n.31 & seq.Capibl.d. prag.8 part.1.n.340.D.Carleva.d.sect.7.n.610.Mastril.decis.127.& Novar.in prax.elect.fori to.1. sect. 1.q.16.& in coll.super prag 2.n.26. ubi de delicto.*

87 Sed si à Regia Audientia sit facta revariatio causæ criminalis ad Magnam Curiam, ipsa Regia Audientia potest præfigere terminum varianti ad procurandum transmissionem actorum, quo termino elapso, si non sit procurata transmissio actorum, Regia Audientia potest procedere ad ulteriora, ut in *prag.10.* quæ incipit perche *§. 20. de off judicum.* qui terminus debet esse congruus, & competens juxtà loci distantiam, *Novar. in coll. super d.§.20.& in prax.elect fori tom.2,sect.1.q.11.*

88 Et ante dictam pragmaticam erat etiam de jure communi, quòd Judex variatus poterat perfigere terminum varianti, ut infra tot dies procuraret transmissionem actorum à Judice electo, aliàs Judex variatus poterat procedere ad ulteriora, *glos.& Affl in Const.Reg. S. quem nostrorum, de Franch.decis 294.in fine, Foller in pract crim.rub. audiantur excusatores, n.90.cum plurib.seq.ubi de Angelis n.68.& Muscatel in prax.appellationis,part.1. glos. in forma, n.64 67.& 76.* seu terminus prædictus debet assignari cum cominatione, quòd assignato termino elapso, procedetur ad ulteriora in causa. *Amend.ad Præs.de Franch d dec.294.n.7.& Novar.d.tom.1. sect.1. quæst.17.* undè licet *d.prag.* loquatur in Regiis Audientiis, tamen procedit etiam in curiis Baronalibus, cum sic etiam sit de jure communi, & licet ipsa pragmatica loquatur in criminalibus, tamen puto idem procedere in civilibus, nam quando statutum omittit aliquod caput, est recurrendum ad jus commune, & ipse casus omissus à statuto revertitur in dispositione juris communis, *l.commodissime ff de liberis,& posth. & l. si cum dotem in princ. ff solut. matr.* & docent *Thom Ferratius cautela 24.n.2.in fine,& Cabal.casu 271. n 7.* & statutum in casu omisso debet recipere interpretationem à jure communi adhoc, ut ipsum minus ledat, *l.servi vestri,C.de noxalibus, Caravit.in prag.1.n.74.& seq. de exulib.* sed jus commune loquitur indistinctè, ut Judex variatus possit præfigere dictum terminum varianti ergo, &c. sed *Novar. in coll. super d.§.20.* tenet contrarium, & sic secus esse in civilibus, nam inclusio unius est exclusio alterius, *l.cum prætor,ff. de judiciis l. cum*

ma.

mitritur, C. de procurat. nam si pragmatica voluisset disponere in civilibus, hoc disposuisset, quòd cum non disposuit, noluit, juxta regulam *text. in l. unica, §. sin autem, C. de caducis tollendis*, sed ego puto etiam in civilibus, Judicem variatum posse assignare terminum varianti, ut procuret literas inhibitoriales pro transmissione actorum à Judice electo, nam si *d. prag. 10. §. 20.* voluisset corrigere jus commune quoad causas civiles, hoc expressisset, quòd dum non expressè correxit, standum est juri communi, nam statutum non corrigit jus commune, nisi de eo expressam mentionem faciat, *l. praecipimus, C. de appellat.* & statutum debet interpetrari, quo minus ledat jus commune, *l. C. de noxalibus, cap. cum dilectus de Consuetud.* & argumentum à contrario sensu non potest sumi in statutis, si ex ipso argumento induceretur correctio juris communis, *Thes. dec. 269. n. 7.* ergò, &c. & quando lex antiqua parificat duos casus, si lex nova deindè superveniens loquatur de uno tantùm, lex illa nova extenditur ad alium *Campag. cap. Reg. adhoc nu. 162. & seq. & Petrus de benintendis dec. 78. num. 6.*

89 Sed persona privilegiata non potest variare causam à M.C.Vic. ad Sac. Consilium, *Staibanus senior cons. 74 n. 13 Capibl. in add. ad d. prag. 8. part. 1. in add. ad n. 338. Reg. Tapia in dec. Sac. Consilii 43. n. 5. Reg. Rovit. cons. 88 n. 4. vol. 1. Thor. comp. dec. to. 2. ver. electio fori semel in fine fol. 172* & ità decisum testatur *D. Reg. Merlinus tom. 1. controver forensium cap. 100, n. 3.* sed quòd variatio detur à Mag. Curia ad Sac. Consilium, tenent *Cons. Carleval. in add. ad primum tomum de judiciis positis in fine 2. tom. §. 1. 2. 3. 4. & 5. fol. 11. & seq. & Novar. in praxi elect. fori tom. 1. sect. 1. q. 3. n. 30. cum seq.* & haec ultima opinio est vera: prout etiam persona privilegiata potest à principio eligere in suum forum Sacrum Consilium, *prag. 3. §. 3. de offic. Sacri Regii Consilii*, sed qui variat, eligere dicitur, *Caravit. ritu 228. n. 17.* ergò, &c.

90 Et advertas, quòd quando cum persona privilegiata est admixta persona non privilegiata, in hoc casu non datur variatio à Judice electo ad supremum tribunal, sed causa remanet coram Judice electo, *Foller. prac. crim. rub. audiantur excusatores post n. 98.* & faciunt dicta per *Caravit. ritu 231. post n. 5.* & vide *Nevizanum in silva nuptiali lib. 6. n. 38. & Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 44. post n. 15.*

91 Et revariationes à Regiis Tribunalibus ad Curias Baronales semper sunt suspectae, stante praesumptione fraudis, & concordiae factae inter partes, & ideò, instante Fisco, semper mittitur commissarius per Regia Tribunalia, vel committitur alicui officiali in partibus, ut exploret voluntatem variantis, & quòd se informet, si partes sint concordatae, & si reperiatur, quòd partes sint concordatae, & tunc non sit revariatio, *de Franch. dec. 100. in fine, Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 340. & 345. & in tom. 2. cap. 44. n. 9. & 10. Novarius d. tom. 1. sect. 1. quaest. 4. n. 12. Dinus de pugna DD. tom. 2. tit. de elect. fori cap. 1. n. 31. & seq. & D. Carleval. d. sect. 7. n. 613.* quòd amplia, ut facta concordia inter partes, neque Baro possit petere remissionem causae ad suam Curiam, tanquam cessante causa electionis, *Capibl. in d. cap. 44. n. 11. & seq.* rejecta opinione *Thor. comp. decis. tom. 2. ver. remissio*, contrarium tenentis.

92 Et proposita revariatione à Magna Curia ad Curiam Baronalem, non requiritur, ut petatur remissio causae sollemniter per partem, vel Baronem ab ipsa Magna Curia, sed, facta revariatione, Baro sine alia licentia potest procedere in causa, ità dicit, tenere *Caravit. & Ursil. Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 346.* qui *Caravit. & Ursil.* nihil de hoc dicunt, sed quidquid deinde dicat ipse *Capibl. d. nu. 346.* tu dic, quòd si persona privilegiata variat causam à Curia Baronali ad Magnam Curiam, & res sit integra, puta si processus non sit transmissus ad Magnam Curiam, & neq; per ipsam M.C.V. sit inhibitum ipsi curiae Baronali, si persona privilegiata revariat forum à Magna Curia ad Curiam Baronalem, renunciando revariationi factae in ipsa Magna Curia, & in hoc casu non requiritur, ut pars, vel Baro petat remissionem formiter, sed statim potest procedere in causa, secus si res non sit integra, puta si processus sit transmissus ad Magnam Curiam, quia tunc necesse est, ut petatur formiter revariatio in ipsa Magna Coria, per quam deindè causa debet remitti ad Baronem, stante revariatione facta per personam privilegiatam, & ita multoties vidi practicatum, & post haec scripta inveni *Caracciolum ità distinguentem in tract. de fori privilegiatorum remissione quaest. 9. à n. 7. usque ad finem*, & quando petitur revariatio, an reus debet esse in vinculis: dixi supra *cap. 8. n. 132.*

93 Et scias, quòd si vidua eligat Regia Tribunalia, & deindè variat causam ab ipsis Regiis Tribunalibus ad Curiam Baronalem, & faciat mandatum variationis, & dictum mandatum sit praesentatum per procuratorem, & non sit processum ad aliquem actum, si deindè ipsa vidua se nubat, vel moriatur, in hoc casu causa ipsa etiam debet remitti, & variari ad Curiam Baronalem, *Dinus de pugna DD. tom. 2. d. tit. de electione fori cap. 4. n. 17. cum. plurib. seq.*

94 Scias etiam, quòd si persona privilegiata eligat Magnam Curiam Vicariae pro aliquo delicto, pro quo ipsi personae privilegiatae competat actio accusandi, & reus ipse sit etiam inquisitus in ipsa Magna Curia de aliis delictis, de quibus debet remitti ad suum Judicem competentem, in hoc casu M.Curia cognoscit de ipso delicto, de quo vidua exit ipsam Mag. Curiam, & de aliis delictis deindè remittit reum ad suum Judicem competentem, arg. eorum, quae traduntur per *Julium Clarum §. fin. quaest. 38. ver. haec autem omnia, & per Pras. de Franch. decis. 330.* & ità vidi in quadam causa practicatum in Magna Curia, ut dicam infra *cap. 51. n. 57.* de quo vide *Mastril. dec. 286.*

95 Sed quaeritur, & primò, an privilegiatus, qui habet electionem fori, possit renunciare dicto privilegio electionis fori? & per *tex. in. l. pen. C. de pactis*, videtur dicere, quòd sic, ità in specie tenet *Novar. in prax. elect. fori to. 1. sect. 1. quaest. 12.* ubi dicit, quòd hoc procedit, si renunciatio fiat specialiter, secus si generaliter, undè dicit ipse *Novar.* ibi, quòd renuncians omni legum auxilio non videtur renunciasse beneficio electionis fori, & *d. sect. 1. quaest. 13.* dicit ipse *Novar.* quòd in dubio non praesumitur renunciatum beneficio electionis fori, &

& *quæst.*14.*eadem sect.*1. dicit ipse *Novar.* quòd ut valeat renunciatio electionis fori, est necesse, ut renuncians sit certioratus de tali beneficio, aliàs renunciatio non valet, & in eodem *tom.* 1. *sect.* 4. *quæst.*50. dicit ipse *Novar.* quòd si persona privilegiata sit obligata, ut ubique possit conveniri, non per hoc dicitur renunciatum privilegium electionis fori, sed illo uti potest, non obstante tali obligatione, sed quòd illud privilegium electionis fori non possit renunciari per personam privilegiatam, tenent *de Franch. decis.* 192. *num.* 7. *Thes. d. dec.* 177. *nu.* 5. *Capibl. d. prag.* 8. *part.* 1. *n* 301. & *in* 2. *tom. cap.* 37. *n.* 12. *Thor. comp. decis. to.* 2. *ver renunciari fol.*585. *Carlev. d. sect.*7. *n.*598. *Iacob. Cancer. variarum resol. lib.* 2. *cap.* 2. *n* 30. *Vivius dec.*65. *n.* 2. *Georgius Obrechti de jurisdictione lib.* 3. *cap.*18. *nu.*16. & *Neviz. in silva nuptiali lib.*6. *n.*37.

96 Et an dictum privilegium electionis fori possit renunciari per personas privilegiatas cum juramento? vide *Campag. in c. Reg.*42. *n.*15. qui distinguit, sed postremò relinquit cogitandum. Sed si velis tenere, dictum privilegium posse renunciari cum juramento, tamen si post renunciationem superveniat nova causa jurandi perhorrescentiam adversariorũ, persona privilegiata potest uti beneficio electionis fori, non obstante renunciatione per prius facta cum juramento, *Novar. in d. prax. elect. fori tom.* 2 *sect.* 3. *quæst.* 20. sed tutius est, si antequàm ipsa persona privilegiata utatur beneficio electionis fori, impetret absolutionem juramenti.

97 Et exemptus à jurisdictione Episcopi non potest renunciare beneficio exemptionis, & se submittere jurisdictioni Episcopi sine permissu ejus, cui subjacit, *Riccius in praxi res.*44. *part.* 2. & dixi supra *cap.* 12. *n.* 23. & *seq.* intellige, si exemptio sit concessa toti alicui ordini, secus si sit concessa alicui singulari personæ ob ipsius solum favorem, & non in favorem eximentis, aut alterius, quia tunc potest exemptus privilegio suo renunciare, *Aret. in §. item juris n.*49. *Inst. de except.* & *Carleval. de judiciis tom.*1. *disput.*2. *quæst.*8. *sect.*2. *n.*1056.

98 Secundò quæritur, quid si vidua eligat forum tribunalis majoris, an ea nupta, reus sit remittendus ad ejus forum? & videtur dicere, quòd sic, nam cessante causa cessat effectus, sed in quæstione nostra cessat causa viduitatis, ergo cessare debet effectus, & sic, ut reus conveniatur in suo foro, prout ità in specie tenent *Marcel. Calà de modo articulandi, glos.*1. §.1. *n* 82. & *seq.* & *Caravit. ritu* 233. *n.*12. *usque ad finem*, ubi ipse *Caravit.* dicit, hoc procedere, lite non contestata, secus si lis sit contestata, quia tunc dicit ipse *Caravit.* quòd reus non remittitur, cessante causa viduitatis actricis, sed quòd sive lis sit contestata, sivè non, si tamen lis sit incepta tantùm in supremò tribunali via electionis fori, reus non debeat remitti ad suum Judicem competentem, si vidua, lite incepta, maritetur, tenent *Pasch. d. cap.*2. *n.*100. *de Franch dec.* 257. *Capibl. d. prag.* 8. *part.* 1. *n.*316. & 318. *Novarius d. tom* 1. *sect.*2. *quæst.*6. *n.*3. & *sect.*4. *q.*26. *Mastril. dec.* 127. *n.*12. & ità decisum testatur, idem *Mastril. dec.* 260. hanc esse communem opinionem, dicunt *D. Carleval. d. sect.*7. *nu.*618. *cum plurib. seq.* & *Thor. comp. dec. tom.*3 *sect.* 3. *ver. remissio, fol.*88. & faciunt dicta per *Valasques dec.*57. idem est si minor eligat forum supremum, nam eo effecto majore, causa non debet remitti ad Judicem competentem ipsius Rei, *Thes. d. dec.*177. *n* 4. licèt contrarium teneat *Marcel. Calà d. glos.*1. *d.* §.1. *n* 83. hoc tamen limita si vidua, vel minor elexerunt forum supremum, & non jurassent perhorrescentiam adversarii, quia tunc in isto casu vidua nupta, vel minore facto majore, reus est remittendus ad suum Judicem competentem, *de Franch. d. dec.*257. & *ibi Riccius. Paschal. d. cap.*2. *nu.*91. *D. Danza de pugna DD. tom.*2. *tit. de electione fori cap.*2. *n.*30. ita io specie *Capibl. d. prag.*8. *par.*1. *n.* 342. & hæc opinio in Regno caret difficultate, nam ut supra diximus *n.*71. in Regno in electione fori est necessarium juramentum perhorrescentiæ, alias electio est nulla.

99 Tertiò quæritur, quid si litigetur coram Judice Baronali, & una pars privilegiata eligat Regia Tribunalia, & altera pars opponat, quod non est casus electionis fori, an ipse Judex Baronalis possit cognoscere, si sit casus electionis fori, si vel ne? & *Novar. in praxi electionis fori tom.* 2. *sect.* 1. *quæst.* 10. dicit, quòd non, cum statim sint ligatæ manus Judicis variati per electionem fori factam, ut supra diximus *n.*86 sed contrarium puto esse verum, nam tunc per electionem fori factam coram Judice, coram quo litigabatur, sunt ligatæ ejus manus, quando est casus electionis fori, aliàs si non sit casus electionis fori, est secus, & Judex variatus de hoc cognoscere potest, nam Judex potest cognoscere, an sua sit jurisdictio, ut dixi supra *cap.* 8. *n.* 143. *cum pluribus seq.* & prima opinio potest procedere, quando persona privilegiata adivic, & elexit Regia Tribunalia, & obtinuit literas inhibitoriales, ut Judex inferior non procedat, stante electione fori, quia tunc Judex inferior non potest cognoscere, si sit casus electionis fori, si vel ne, nam ipsi per literas inhibitoriales sunt exprèssè ligatæ manus, sed hoc spectat cognoscendum ad Iudicem supremum electum, ut docet idem *Novar. d. quæst.* 10. & tanto fortius Iudex inferior variatus potest cognoscere, an sit casus electionis antè literas inhibitoriales, quando apparet evidenter, quòd per calumniam fuit facta electio, seu variatio ad superiores, quia tunc puto omninò, Iudicem variatum posse cognoscere, an sit casus electionis, & variationis fori, & ad ulteriora procedere, si non sit casus electionis, & variationis fori, ut in simili, nam licèt, facta recusatione Iudicis, ipse Iudex recusatus nõ possit procedere ad ulteriora, tamen quando causa suspitionis allegata est notoriè falsa, vel frivola, & tunc Iudex allegatus suspectus potest ad ulteriora procedere, non obstante allegata frivola suspitione, ut dixi supra *cap.*9 *n.* 161. & 220. undè si vidua, vel pupillus, pendente lite, eligant suprema tribunalia, & pars contraria dicat, dictas personas eligentes non esse pupillum, vel viduam, in hoc casu Iudex variatus potest præfigere terminum, & de hoc cognoscere, ut docet *Muscatel. pract. appellationis part.*1. *gl. in forma, n.*72.

100 Quartò quæritur, an persona privilegiata gaudeat beneficio electionis fori in judicio Ecclesiastico? & dicas, quòd non, nam per *Sacrum Consilium Tridentinum sess.* 24. *de reformatione cap.*20. habetur, ut omnes causæ pertinentes ad forum Ecclesiasticum terminentur in prima instantia coram

ram

ram Ordinario loci, ergo persona privilegiata non utitur privilegio electionis fori in judicio Ecclesiastico, ut dicit, fuisse decisum, *Marta dec.209.* sed alii tenent contrarium, & moventur, nam dictum Concilium Tridentinum non derogat in specie dispositionem, *d.l.unica C. quando Imp.* sed generaliter loquitur, undè debet intelligi, quando sumus inter privatas personas litigantes in foro Ecclesiastico, nam per clausulas generales nunquàm dicitur derogatum privilegio, *d.l.unica*, ut dicam in sequenti quæstione, ergo de jure in judicio Ecclesiastico datur electio fori, ut expressè tenet *Novar. in d.praxi electionis fori tom.1. sect.1. qu.9.* & ipse *Novar.d sect.1.qu.2.nu.25.* dicit, quòd electio fori à Curiis Ecclesiasticis facienda est per personas privilegiatas ad Curiam Romanam, vel saltim ad Curiam Illustrissimi Nuncii, & non ad Curiam Metropolitanam, idem tenet ipse idem *Novar.in tom 2.sect.1.quæst.4.& sect.2.qu.6.& in coll super prag.2.nu 29.ubi de delicto*, ubi dicit ipse *Novar.* ità fuisse determinatum per Sacram Congregationem Cardinalium, & ego de jure concurro cum opinione *Novarii*, sed nunquam vidi tempore meo, factam fuisse electionem fori per personas privilegiatas in curiis Ecclesiasticis.

101 Ultimò quæritur, quid si Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut procedat in aliqua causa uti delegata, an in hoc casu persona privilegiata possit petere, se remitti ad suum Judicem competentem, & illum eligere in suum forum, vel per talem delegationem simpliciter factam per Proregem intelligatur derogatum privilegium, *d.l.unica C. quando Imperator?* & videtur dicere, quòd in hoc casu persona privilegiata non possit petere, se remitti ad suum Judicem competentem, nam delegata causa à Principe alicui, est electa industria personæ, & successivè reus non potest petere, se remitti ad suum Judicem competentem, *l.2.C.de dilat.l.in criminali,C.de jurisdict.omn.Judic.* sed contrarium est verum, & sic, ut in isto casu persona privilegiata possit petere, se remitti ad suum Judicem competentem, non obstante tali delegatione simpliciter facta, ut est tex. expressus in dicta *l.unica C.quando Imperator*, & docet *D.Carleval.d. sect.7.nu.576.* ubi in duobus numeris sequentibus ampliat etiam si in rescripto delegationis adsit clausula, non obstante quocunque lege, vel privilegio, de quo oportet specialem facere mentionem, vel si esset tale, de quo facienda sit mentio de verbo ad verbum. Immò persona privilegiata in hoc casu potest eligere Magnam Curiam, non obstante tali delegatione simpliciter facta à Prorege ipsi Regiæ Audientiæ, ità in specie docent *Danza de pugna DD.tom 2 tit.de elect.one fori cap.2.nu.27.cum cum duobus seq.& Novar.in prax. elect. fori tom.2. sect.3.qu.2.* ubi ipse *Danza, & Novar.* dicunt, secus si in delegatione expressè sit derogatum privilegium dictæ *l.unicæ C.quando Imperator*, quia tunc persona privilegiata non potest eligere Judicem suum competentem, vel forum supremum, sed ipse Judex delegatus est competens, & tunc delegata causa alicui per Proregem, reus non potest petere, se remitti ad suum forum, quando ipse reus est persona non privilegiata, ut docet *D.Carleval. d.nu.576.* immò quando reus non est persona privilegiata, & delegatio à Prorege simpliciter sit facta alicui officiali, in hoc casu Baro dicti Rei potest petere causæ remissionem ad suam Curiam, non obstante tali delegatione, nisi causa ipsa esset delegata à Prorege cum derogatione particularis privilegii Baronis pro illa vice tantùm, quia tunc neque Baro potest petere causæ remissionem ad suam curiam, ut dixi supra *cap.8.nu.120.*

102 Et quòd delegata causa simpliciter à Prorege Regiæ Audientiæ, persona privilegiata possit eligere Regia suprema Tribunalia, confirmatur ratione, nam si Baro habeat feudum cum facultate cognoscendi de omnibus vassallis, non obstante quacunque lege in contrarium disponente, tamen in hoc casu dum non sit facta specialis mentio de viduis, pupillis & aliis miserabilibus personis, adhuc persona privilegiata, non obstante tali clausula, potest adire Regia Tribunalia, *Grammat.decis. 20.C.mpag.in cap Reg.quod decret.am nu.9.Mastril. decis.147.nu.31.& Novar.prax. elect.fori to.1.sect. 4.quæst.1.& to.2.sect.3.qu.8.* immò etiam si in investitura adsit clausula, ut Baro possit cognoscere de suis vassallis, non obstante quocunque privilegio, de quo oporteat specialem facere mentionem, & etiam si esset tale, de quo facienda esset mentio de verbo ad verbum, adhuc non dicitur derogatum privilegium, *d.l.unicæ C.quando Imperator, Novar.d.t.1 sect.4.quæst.3 & quæst.6.* sed est necesse fieri expressam mentionem ipsarum personarum privilegiatarum, ut ipse Baro possit cognoscere inter ipsas personas privilegiatas, *DD.in d.l.unica*, & docet *D Carleval.d sect.7.nu.578.* nam nulla generali clausula censetur derogatum privilegio, *d.l.unica, D Reg.Merlinus controv. forent. to.1. cap.86.* latè *Novar.d.tom.1 sect.4.qu 7.* undè si Baro habeat feudum cum jurisdictione contrà omnes, & quoscunq; habitantes in feudo, quamvis alibi delinquant, tamen non per hoc privilegium dicitur derogata, *d. lex unica C. quando Imper.* nam non obstante tali privilegio, personæ privilegiatæ possunt uti privilegio electionis fori, *de Franch.decis.192.nu.2.& Novar.d.praxi elect fori to.2 sect.3.qu.3.*

103 Sed si Baro habeat feudum cum potestate cognoscendi inter personas miserabiles, licèt in specie non sit derogatum beneficio, *d.l.unica, C.quando Imperator*, tamen potest cognoscere inter pupillos, viduas, & alias personas privilegiatas, & prædictæ personæ non possunt eligere suprema Tribunalia, sed tenentur litigare in Curia dicti Baronis, *de Franch.decis.187.*

104 Sic etiam si feudum sit concessum alicui cum clausula abdicativè, tacitè videtur facta derogatio, *d.l.unica*, per talem clausulam, undè ille, cui feudum est concessum cum clausula abdicativè, potest cognoscere inter viduas, & pupillos, & ipsi pupilli, & viduæ non possunt eligere Regia Tribunalia, *Gratian discept. forent.cap.182. & Capibl.de Baronib.to.2 cap.43.nu.1.*

125 Sed si Baro habeat feudum cum facultate cognoscendi inter viduas, & pupillos, & feudum prædictum revertatur ad Regem, si deindè alteri dictum feudum concedatur eo modo, & forma, ut prædecessor tenebat, si in specie non sit facta mentio de dicto privilegio cognoscendi inter viduas & pupillos, feudum non dicitur concessum cum

R præ

præ'' & i beneficio, *de Franch.d.decis.192.& 275. Nouar d.to.1.sect.4.qu 8.& qu.57. & Capibl.to.2. cap 33.nu.7.* licet ipse idem *Capibl. in 1. tomo super prag.8.par.1.nu.300.* dicat contrarium,tamen corrupte loquitur,nā ipse *Capibl.d.n.300.* citat *Fras. de Franch.* qui est contrarius opinioni *Capibl.* & ideò corruptè loquitur ipse *Capibl. d.nu.300.* ut advertit *Carlev.il.d.sect.7. nu.581.* & licèt etiam *Danza de pugna DD. tom.2. tit. de privilegiis cap.2.* teneat contrarium,& sic, quòd si feudū sit concessum,pro ut tui prædecessores melius tenebant, & possidebant; si in privilegio prædecessoris sit derogatum privilegium, *d.l.unica*, tale privilegium transit ad successurem,tamen prima opinio est magis communis,& sic quòd non transeat, nisi in noua concessione in specie sit derogatum privilegium, *d.l.unic.e*,ut diximus & docet *Foller.in prax. crim.rub.audi intur excusatores n.114.*& à fortiori si sit concessum feudum alicui magno Principi respectu suæ personæ cum facultate cognoscendi inter viduas,& pupillos, si reverso feudo ad Regem denuò dictum feudum concedatur alicui cum clausula,prout tui prædecessores tenuerunt, tale privilegium non transit in ipsum successorem,*D Reg. Merlinus controver.forent.to.1. cap.80. & Capibl.de Baron.to.2. cap.61.*sed reperio *Annam sing.563.* tenentem, quòd vassallus non potest mutari formam investituræ, & semper prima investitura attenditur,sed si feudū possidebatur per Titium cum derogatione,*d.l.unicæ*, & feudum prædictum revertatur ad Regem,si deindè concedatur alicui, pro ut melius & plenius Titius prædecessor tenebat,in hoc casu,dum sit expressum nomen prædecessoris, ipse successor hab. cū derogatione feudū *d.l.unicæ*, prout habebat suus prædecessor.*Reg.Rovit.dec. 6.n.15.Danza de pugna DD d.to.2.d.tit.de privilegiis, d.cap.2.num.12.& Novarius d.to.2. sect 3.qu.4.nu. 11.*sic etiam si feudum sit concessum Magno Principi cum facultate cognoscendi inter personas miserabiles, si deindè ipse Magnus Princeps alienat feudum cum assensu Regio, tale privilegium transit ad successorem,licet inferiorem, *Reg Rovit.d. dec.6.nu.13.& seq. & Dom.Danza d.tit.de privilegiis cap fin.& Novar.d.to.2. sect.3.qu.5.* ubi refert opinionem multo ū contrariā tenentiū,prout cōtrarium tenent *D. Carlev. de judiciis d.q 6.d.sect.7.n. 581 in fine,D.Hector Capyc Latro dec.67.& Thor.cōpen.dec.t.1.ver.privileg.fol.416.*& à fortiori si feudū sit concessum cum derogatione *l.unica Cod.quando Imperator*, & feudatarius decedat, ejus successor gaudet d cta derogatione *Foller. d.rub.audiantur excusatores nu.115.*

106 Sed si Universitas se redimat à Domino habente privilegium derogatorium, *legis unicæ C. quando Imperator*,Universitas ipsa deindè nō utitur isto privilegio, *de Franch.dec.125.& 517.& Novarius d to.1.sect.4.q.9.*

S V M M A R I V M.

1 *Curiales Magnæ Curiæ conveniuntur in dicta Magna Curia,& ibi alios convenire possunt, quod amplia à nu.2. usque ad nu.5. sed limita à nu.6. usque ad nu.9.*

10 *Curiales Regiarum Audientiarū conveniuntur in ipsis Regiis Audientiis, & ibi alios convenire possunt.*

11 *Actuarii & scribæ Sacri Consilii, & Regiæ Cameræ conveniuntur in ipso Sacro Consilio, & Regia Camera.*

12 *Curiales Sacri Consilii possunt convenire in ipso Sacro Consilio etiam subditos de foro Magni Admirati.*

13 *Advocati Sacri Consilii possunt convenire in ipso Sacro Consilio subditos Artis Serici.*

14 *Curiales Romanæ Curiæ in prima instantia cognoscuntur per Auditorem Cameræ.*

15 *Ministri, scribæ portionis, quæstoris, capsæ militaris, & res militares tractantes possunt eligere forum militarem.*

16 *Porterii Sacri Consilii cognoscuntur à Præside dicti Sacri Consilii.*

17 *Magister Actorum Vicarii foranei Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ pro negotiis illicitis punitur per Nuncium Apostolicum.*

18 *Laicus Actorum Magister Curiæ Episcopalis, si delinquat, à quo puniendus sit?*

19 *Actuarius Curiæ Magni Admirati convenitur in ipsa Curia Magni Admirati.*

20 *Officiales, & Ministri alicujus Curiæ delinquentes in officio puniuntur per eandem Curiam.*

21 *Advocatus Fiscalis Magnæ Curiæ potest conveniri in Sacro Regio Consilio, & quid si Advocatus Fiscalis Regiæ Audientiæ delinquat, à quo puniendus sit? nu.23. & quid in Advocato pauperum? d.nu.23.*

22 *Scriba Regiæ Siclæ potest ut hæres conveniri in Magna Curia pro contractu defuncti.*

24 *Regens Magnæ Curiæ, si non pareat decreto Præsidentis Sacri Consilii punitur ab ipso Sacro Consilio.*

25 *Advocati, procuratores, & partes delinquentes in actu judiciario puniuntur à Judice, coràm quo litigantur, etiam si Reus sit subditus Judici Artis Serici.*

De foro Curialium.

C A P. XVII.

1 OMnes Curiales Magnæ Curiæ Vicariæ,& qui dictam Curiam sequuntur, prout sunt Advocati,& Procuratores,tàm in civilibus,quàm in criminalibus suos adversarios trahunt ad ipsam Magnam Curiam,& ipsi Curiales non possunt conveniri in aliis Curiis ab eorum adversariis,sed debent conveniri in ipsa Magna Curia, *l.1.ubi glos. C.de curialibus urbis Romæ Const.Reg.Statuimus,& est Ritus Magnæ Curiæ in nu.232. juncto ritu seq.* & docet *Novar.in prax.electionis fori tom.1.sect.4.qu. 54.D.Carleval.de judiciis disput.2. qu.6.sect.7. num. 589. de Leonardis pract. officialium cap.3. nu.67. & Muscatel.in praxi S.R.C.glos.competentes post nu.74. & nu.75.par.2.*

2 Quod amplia,& primò, ut curiales Magnæ Curiæ utantur foro ipsius Magnæ Curiæ etiam adversus personas privilegiatas, quas ipsi curiales possunt convenire in ipsa Magna Curia, & ipsæ personæ privilegiatæ non possunt petere,se remitti ad eorum domicilium,ut est *tex.de jure Regni in*

ritu

ritu Magnæ Curiæ, qui est in nu. 228. sed vide Muscatel. in prax. Sacri Reg. Conf. par. 2. glos. competentes, nu. 88.

3 Secundò amplia, nam curiales Magnæ Curiæ, quando eligunt forum ipsius Magnæ Curiæ, non tenentur jurare perhorrescentiam suorum adversariorum, ut in d. ritu 228. & docet Capiblanc. de Baronib. prag. 8. part. 1. nu. 344.

4 Tertiò amplia, ut Magistri Actorum Magnæ Curiæ utantur foro ipsius Magnę Curię. Annasing. 48. Riccius coll. 2312. & Novarius d. qu. 54 nu. 4. quod procedit etiam in scribis ipsius Magnę Curię, qui etiam fruuntur foro Magnę Curiæ Vicarię Caravit. d. ritu. 232. nu. 1. immò si scriba Magnę Curię sit exterus, & conveniatur in ipsa Magna Curia, non potest petere, se remitti ad forum suę originis, & renunciare forum Magnę Curię, ut ità decisum, testatur Thorus compend. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 121.

5 Quartò amplia, ut curiales Magnę Curię non solum utantur foro ipsius Magnę Curię, si sint Neapolitani, sed etiam si sint exteri, Muscatell. in prax. Sacri Regii Consilii par. 2. glos. competentes, nu. 74. & seq. Novar. d. quæst. 54. nu. 2. & Riccius d. coll. 2312.

6 Sed limita, & primò, nam isti curiales, si in eorum Patria conti ahant, vel delinquant, non gaudent tali privilegio l. fin. C. de Privilegiis scholar. lib. 12. & hoc etiam si curiales ipsi ad eorum domum accesserunt cum licentia, nam adhuc, si ibi contrahant, vel delinquant, non gaudent tali privilegio Hiser. in d. Const. Reg. statuimus. Caravit. d. ritu 232. nu. 7. & Novar. d. qu. 54. in fine.

7 Secundò limita, nam, ut quis possit exercere officium Advocati, & procuratoris in ipsa Magna Curia, requiritur, ut si examinatus, & approbatus à Preside Sacri Consilii, Const. Reg. Advocatorum, & prag. 22. §. procuratorem. de officio Sacri Regii Consilii, alias non gaudet beneficio eligendi in suum forum Magnam Curiam, sic etiam, ut quis possit exercere officium Advocati, & Procuratoris in Regiis Audientiis, debet etiam examinari, & approbari, d. Const. Reg. Advocatorum, & prag. 78 § 4. de officio Sacri Reg. Conf. & examinatus in una Provincia potest exercere officium Advocati, & Procuratoris in alia Provincia, sed non in Magna Curia Vicarię, d. prag. 78 §. 5. de offic. Sacr. Reg. Conf.

8 Tertiò limita, nam dicti curiales, Advocati, & Procuratores debent exercere eorum officiũ, alias nõ gaudent foro ipsius Magnę Curiæ, Caravit. d. rit. 232. nu. 6. nam non sufficit înla matricula, sed requiritur exercitium, arg. prag. 30. §. 5. & §. 10. de offic. Magistri Justit. & arg. eorum, quę traduntur per Præs. decis. 481. requiritur etiam, ut ipsi curiales eorum officium pro majori parte anni exerceant, aliàs secus, arg. eorum, quę traduntur per Præs. de Franch. decis. 175. nàm ibi quis dicitur habitare, ubi pro majori parte anni habitat, glos. in l. 1. ver. maneat, ubi Bar. ff. de liber. agnoscendis, & Afflict. dec. 384. nu. 11.

9 Quartò limita, nam curialis pro jure cesso tàm ex causa onerosa, quam lucrativa non trahit suum debitorem ad Magnam Curiam, ut in d. ritu 228. & sic debere observari, dicit Carleval. d. sect. 7. num. 591. rejecta opinione Caravit. in d. ritu 228. num 9. asserentis, dictum ritum non observari, & causam intentatam in Sacro Consilio per curialem pro jure cesso fuisse rem ssam ad Curiam Rei conventi, dicit decisum D. Hector Capyc. Latro dec. 53.

10 Et scias, quòd curiales Regiarum Audientiarum etiam possunt eligere forum ipsarum Regiarum Audientiarum, sive alios conveniant, sive ab aliis conveniantur, Caravit d. ritu 232. nu. 3. cumseq Capibl. d. prag. 8. par 1 nu. 334. Novarius d. qu. 54. nu. 3. & de Leonardis d. cap. 3. nu. 67.

11 Scias etiam, quod Actuarii Sacri Regii Consilii & Regię Came æ Summarię non recognoscuntur à Magna Curia Vicarię, sed à Sacro Regio Consilio, & à Regia Camera Summarię, Reg de Ponte dec. 36. quod procedit etiam in scribis ipsius Sacri Regii Consilii, & Regię Cameræ Summarię, ut docet Novar. de gravaminibus vassallorum tom. 1. gravam 203 n 6. & est tex. in l. nullum, C. ubi causæ Fiscales, immò Actuarii Sacri Consilii, licet inservant per substitutum, tamen adhuc conveniuntur in ipso Sacro Consilio, ut ità pluries decisum, testatur Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 66. & scribę extraordinarii Sacri Consilii adhuc cognoscuntur per Sacrum Consilium, ità decisum, testatur Thor. compen. decis. to. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 70. sic etiam scribę extraordinarii Reg ę Camę ę Summarię cognoscuntur per ipsam Regiam Cameram, dato quòd delinquant extra eorum officium. D. R. Sanfelic. dec. 291. ubi nu. 14. dicit quòd causę Rationalium spectant ad Regiam Cameram Summarię, sequitur Thor. in supplem. dec. ver remissio fol. 546. ubi ver. officiales fol. 455. dicit, quòd officiales R. C. S delinquentes uti personę privatę cognoscuntur ab ipsa Regia Camera.

12 Immò curiales Sacri Regii Consilii possunt cõvenire in ipso Sacro Regio Consilio subditos de foro Magni Admirati, ut ità decisum, testatur Afflict. decis. 56. & dicam infra cap. 22. nu. 12.

13 Sic etiam Advocati Sacri Regii Consilii possunt convenire in ipso Sacro Regio Consilio subditos Artis Serici, & ipsi subditi artis prędictæ non possunt petere, se remitti ad curiam Artis Serici, ut ità decisum, testatur Thor. comp. decis. to. 2. ver. remissio fol. 579.

14 Scias etiam, quòd curiales Romanę Curię in prima instantia cognoscuntur per Auditorem Camerę, Riccius dec. 271. n. 1. p. 4.

15 Scias etiam, quòd ministri, scribę portionis, quęstoris, eapsę militaris, & res militares tractantes possunt eligere forum militarem, prag. 16. quę hodie est 11. §. 4. de militibus.

16 Scias quoque, quòd Porterii Sacri Regii Consilii cognoscuntur à Preside ipsius Sacri Regii Consilii, ut per tex. in l. 1. C. de curialibus Urbis Romæ lib. 11. dicunt fuisse decisum, Reg. Rovit. in prag. 28. nu. 6. de offic. Sac. Reg. Conf. & Reg. de Ponte decis. 36. & docet Reg. Sanfelic. dec. 67. nu. 7.

17 Scias etiam, quòd magister actorum Vicarii foranei Curię Archiepiscopalis Neapolitanę, si cõmittat negotia illicita, punitur per Nuncium Apostolicum, & non per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, Aloys. Riccius dec. 69. parte prima.

18 Et advertas, quòd est controversia inter Docto-

 res,

res, si laicus sit Actorum Magister Curię Episcopalis, & delinquat, à quo si puniendus, scilicet à Judice laico, vel à Judice Ecclesiastico? & in hoc reperio *cap. Regni Ad regale fastigium. ver. quamvis*, quod dicit, ut officiales laici cognoscant contrà laicos officiales Episcoporum, si ipsi delinquant, sed alii tenent contrarium, & sic quòd si laicus sit Actorum Magister Curię Episcopalis, & delinquat, puniatur per Curiam Episcopalem, & non per Judicem laicum, ut ità decisum refert *Riccius dec. 292. par. 4 & in praxi par. 1. decis. 549.* & docent *Barbosa de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 107 Diana in suis moralibus resol. par. 3. tit. de immunitate Eccl. si ustica resol 12. & par. 4. tr. ill. 1. resolut. 30. Squillant de privileg. Cler. c. p. 7. nu. 56. Boer. decis. 9. nu. 7. Gratian. decis. 233. nu 6 & d scept. forent. to. 2. cap. 340. nu. 1. & Petr. Franc. de Tonduis de præventione cap. 29. nu. 24.* immò nonnulli dicunt, quòd si laicus Actuarius Curiæ Episcopalis delinquat extra officium, adhuc punitur per ipsam Curiam Ecclesiasticam, ità *Genuens. prac. Arch. Neap cap. 9. nu. 4. Petr. Franc. de Tondutis d. cap. 29. nu 28. & Guazzin. ad defens. reorum def. 20. cap. 9. n. 24.* nonnulli verò dicunt, & distingunt, quod si laicus Actorum Magister Curię Episcopalis delinquat intuitu ejus officii, punitur per ipsam Curiam Episcopalem, alias si delinquat extrà officium, punitur per Judicem laicum, ità distinguit *Macerat. lib. 3. resol. 14. num. 2. adductus per Ansaldum de jurisdictione par. 2. tit. 1 c. p. 5. nu. 48.* & faciunt dicta per *Covarr. pract. qu cap. 10. nu 2. & per Boer. d. decis 9. nu. 7.* Controvertunt etiam Doctores, quid pro causis civilibus, & *Petr. Franc. de Tondutis d. cap. 29. n. 24.* dicit, quòd laicus Actorum Magister Curię Episcopalis pro causis civilibus conveniatur in ipsa Curia Episcopalis sed *Gillupp. in Praxi S. R. C. p. 2. c 6. n. 50.* dicit fuisse decisum, laicum Scribam Curię Ecclesiasticę esse conveniendum coràm Judice laico.

19 Adverte etiam, quòd Actuarius Curię Magni Admirati conveniatur in ipsa Curia Magni Admirati, *Reg. Sanfelic. dec 419. post nu. 12. to. 3.* immò si ipse Actuarius prorogat jurisdictionem Sacri Regii Consilii, instante Curia magni Admirati, causa debet remitti ad ipsam curiam magni Admirati, *Thor. comp. decis to. 1. ver. Magister Actuarius Gallup. d. cap. 6. nu. 84. in fine, & Capyc. dec. 9.*

20 Et regula generalis est, quòd omnes officiales, & ministri alicujus curiæ delinquentes in officio puniuntur per eandem curiam, *Innoc. in cap. dilectus de accusat. Marcel. de Vulpe in prax. judic. fori Eccl. c. 41. post nu. 44.*

21 Sed Advocatus Fiscalis Magnæ Curiæ si pro suis causis conveniatur in Sacro Consilio, ibi causa debet agitari, & non debet remitti ad Magnam Curiam, & est ratio nam ipse Advocatus Fiscalis etiam est de Sacro Consilio, dum ibi in relationibus causarum criminalium interveniat, & ideò potest conveniri etiam in Sacro Consilio, ut ità decisum, testatur *Thor. comp. dec. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 72.*

22 Sed si scriba Regiæ Siclæ conveniatur uti hæres defuncti in Magna Curia ex contractu defuncti, non potest petere, se remitti ad curiam Regiæ Siclæ, ut dicam infra *cap. 28. n. 5.*

23 Sed si delinquat Advocatus Fiscalis, vel Secretarius Regiæ Audientiæ, præses ipsius Regiæ Audientiæ non potest procedere contrà dictum Advocatum Fiscalem, & secretarium Regiæ Audientiæ, sed debet relationem facere Regio Collaterali Consilio, ità *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de offic. Præsidis cap. 1. ubi cap. 2.* dicit ipse *Danza*, quòd neque Regia Audientia potest procedere contrà Advocatum pauperum, sed debet facere relationem dicto Regio Collaterali Consilio.

24 Sed Regens Magnæ Curiæ, qui non parvit decreto Præsidentis Sacri Regii Consilii, & irreverenter respondit Actuario denuncianti dictum decretum, fuit punitus per dictum Sacrum Consi-
25 lium, ut decisum testatur *D. Reg. Sanfel. dec. 63. n. 5.* ubi *nu. 7.* dicit, quòd si in actu Judiciario fiat aliquod delictum per Advocatos, & Procuratores, vel per partes, ipsi puniuntur per illum Judicem, coram quo litigabatur, etiam si reus sic subjectus Judici artis serici.

SUMMARIUM.

1 *Neapolitani conveniunt eorum debitores in Tribunalibus Neapolitanis, & ibi ipsi Neapolitani conveniuntur. Quod amplià nu. 2. usque ad nu. 17. & nu. 25. limità nu. 18. usque ad nu. 24.*

26 *Civilitas Neapolitana probatur per fidem Electorum Civitatis prædictæ.*

De foro Neapolitanorum.

CAP XVIII.

1 Neapolitani trahunt suos debitores in Tribunalibus Neapolitanis, prout est Magna Curia, & Sacrum Regium Consilium, & ipsi debitores non possunt petere, se remitti ad eorum forum, & ipsi Neapolitani non trahuntur seu conveniuntur à suis creditoribus extrà dicta Tribunalia Neapolitana, sed ibi conveniri debent, ut in *ritu 301. in fine*, & est *cap. gratiarum concessarum Universitatis Civitatis Neapolitanæ, quod hodiè est redactum in volumine prag. sub tit. de immunit. Neap. prag. 2. in impressione facta de anno 1633.*

2 Quod primò amplia, ut procedat tàm in civilibus, quàm in criminalibus, *d. prag. 2. & d. ritu 301.* & etiam si causa sit delegata à Prorege contrà Neapolitanum, nam adhuc Regia Tribunalia Neapolitana cognoscunt contrà Neapolitanos, & non Judex delegatus extrà Civitatem Neapolitanam, ut in *d. ritu 301. ubi Caravit. n. 5. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de immun. Neap. cap. 2. n. 11.*

3 Secundò amplia, ut eodem privilegio gaudeat negotiorum gestor Neapolitanorum, nam ipse quoque pro ipsa negotiatione gaudet isto privilegio fori Neapolitanis concesso, *Avus sing. 401. Capibl. de Baronibus prag. 8. part. 2. n. 132. & in 2. to. cap. 53. n. 25. Riccius dec. 69. n. 8. part. 1. & Novar. in coll. super prag. 2. n. 6. de immunit. Neap.* prout etiam negotiorum gestor personæ privilegiatæ gaudet beneficio electionis fori, quo gaudet ipsa persona privilegiata, si negotiorum gestor agat pro negotio personæ privilegiatæ, *Novar. in prax. elect. fori tom. 1. sect. 3. q. 15.*

4 Ter-

4 Tertiò amplia, ut eodem privilegio fori gaudeat habitans Neapolim, etiã si non sit Civis Neapolitanus, ut in *d. ritu 301. & in d. prag. 2. de immun. Neap.* & docent *Grammat. dec. 87. Thor. comp. dec. to. 3. sect. 2. ver. Neapolitanus fol. 132. & Muscatel. praxi S. R. C. part. 2. glos. competentes n. 76.* hinc est, quòd omnes Consiliarii Sacri Regii Consilii, Judices Magnæ Curiæ, Præsidentes Regiæ Cameræ, & omnes alii officiales Civitatis Neapolitanæ gaudent beneficio fori, quo gaudent Neapolitani, *Caravit. d. ritu 301. n. 21. & 23. & Novar. in prax. elect. fori tom. 1 sect. 4. quæst. 62. n. 7.* nam isti dicuntur Cives Neapolitani, *l. Senatores ff. de senatoribus, l. senatores, C. de incolis lib. 10.* & docet *Annas sing. 365.* nam si sit communitas inter duas terras quoad herbas, & aquas, officiales illorũ locorũ possũt pasculare eorũ equos, & non solvere jus herbagii, ut alii cives, *Campag. cap. Reg. 271. n. 11.* hinc etiam est, quòd Prelati, & Doctores actu legentes etiam gaudent beneficio fori, quo gaudent Neapolitani, nam isti etiam dicuntur Cives Neapolitani, *Annas d. sing. 365.* hinc etiam est, quòd milites Hispani, qui stipẽdia habent in Civitate Neapolitana, gaudent etiã privilegio fori uti alii Cives Neapolitani, *Caravit. d. ritu 301. n. 22. Reg. Sansel. dec. 74. n. 3. & Thor. in supplem. dec. ver. milites, fol. 406.* nam isti milites repucantur uti Cives Neapolitani, *l. municeps. §. miles, ff. ad municip. Novarius d. sect. 4. d quæst. 62. n 9.*

5 Quartò amplia, ut etiam ii, qui sunt de suburbiis Civitatis Neapolitanæ, gaudeant hoc privilegio fori, quo gaudent, Neapolitani, *Capiblanc. tom. 2. cap. 53. n. 13.* & probatur in *d. ritu 301.* ibi (*& ejus districtu*) nam appellatione districtus veniunt suourbia, & quis dicitur natus in Civitate, qui nascitur in ejus territorio, *loqui ex viso ff. ad municip. glos. in l filios, C. de municipib. & orig. lib. 10. Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. q. 2. n 109.*

6 Quintò amp ia in civibus casalium CivitatisNeapolitanæ, qui etiam gaudent beneficio fori, quo gaudent ipsi Cives Neapolitani, *Baldas. de Angelis in add. ad Gizz arel. in dec. 7 t. n 8. Novar. d sect. 4. d. quæst. 62. n. 14 cum pluribus seq & Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. quæst. 6 sect. 8. n 672. cum plurib. seq.* & probatur in *d. ritu 301.* ibi (*ejus casalibus*) novissimè *D. Reg. Merlinus tom. 1. controver forensium, cap. 99. n. 4. & seq.* prout in simili, nam sicut Neapolitanus non potest torqueri ex processu informativo, ità & civis casalium Civitatis prædictæ non potest torqueri ex processu informativo, *Camil. de Medicis cons. 149. n. 34 & D. Reg. Merlinus to. 1. controver. forentium cap. 100. n 4.* inimò cives casaliũ civitatis Neapolitanæ gaudent dicto privilegio fori Neapolitanis concesso, quamvis post delictum casalia sint alienata, *D. Merlin. d cap 99. n. 12. & seq.* sed cõtrarium alii tenent, & sic cives casalium Civitatis Neapolitanæ non gaudere isto beneficio fori, quo gaudent Neapolitani, ità *Pisanellus ad Affl. dec. 74.* sequitur *Riccius dec. 84. n. 18. part. 3. & d. ritus 301.* in prima parte loquitur de privilegio immunitatum franchitiarum, & exemptionum, circa quod comprehendit etiam cives casalium Civitatis Neapolitanæ, sed in secunda parte dicti ritus, quæ loquitur de foro, nominat tantùm cives Neapolitanos, & habitantes in dicta Civitate, & ejus districtu, ergò cives casalium Civitatis Neapolitanæ non gaudent isto beneficio fori, quo gaudent Neapolitani, prout etiam tenet *Petra ad Grammaticum in dec. 21. n. 10.* & maximè si quis sit natus in casale Civitatis Neapolitanæ ex matre transeunte per dictum casale non animo permanendi in dicto casali, nam si postquàm mater revertatur ad propriam patriã, natus in casale Civitatis Neapolitanæ delinquat in patria origi. nis paternæ in hoc casu punitur in foro loci delicti, & non gaudet foro Neapolitanorum, ut ità decisum, testatur *Thor. comp. dec. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 128.* faciunt dicta per nos supra *cap. 3. n. 27.* undè natus Neapoli non ex parentum proposito, sed per accidens, non dicitur civis Neapolitanus, ut ità decisum refert *Franc. de Petris cons. 15. in princ.* sequitur *Thor. comp. dec. tom. 3 sect. 2. ver. natus Neapoli fol. 131.* sed *Reg. Sansel. dec. 73. n. 12.* dicit quod Neapolitanus non trahit personas casalium Civitatis Neapolitanæ ad Magnam Curiam, sed adire debet officiales dictarum personarum casalium prædictorum.

7 Sextò amplia, ut Neapolitanus gaudeat isto beneficio fori, etiam adversus personas privilegiatas clausas in corpore juris, prout sunt pupilli, & viduæ, nam adhuc Neapolitani possunt convenire istas personas privilegiatas in Tribunalibus Neapolitanis, & ipse personæ privilegiatæ non possunt petere, se remitti ad eorum forum, & sic è contrario iste personæ privilegiatæ debent conveoire personas Neapolitanas in Tribunalibus Neapolitanis, & non alibi, ut docet *Viscont. ad Præs. de Franch. dec. 416.* sequuntur *Capibl. d. cap. 53. n. 25. & D. Carleval. d. sect. 8. n. 678.* & desumitur ex *d. prag. 2.* & docet *Novar. in coll. super prag. 2. n. 13. de immunit. Neap. & in praxi electionis fori tom. 1. sect. 4. qu. 62.* ubi *n. 2.* dicit, Neapolitanum gaudere tali beneficio fori, etiam si ageretur de re spectante ad artem maritimam, citat *Thorum comp. dec. tom. 2. ver. remissio causæ.*

8 Septimò amplia, ut Neapolitanus non possit renunciare istud privilegium fori, undè non obstante renunciatione, Neapolitanus gaudet isto beneficio fori, *Ursil. ad Affl. dec. 41. post nu. 9. Reg. Sanselic. dec 400. post n. 4. tom. 3. Rovit. d prag 5. n. 3. ubi de delicto. Capibl. d. prag. 8. par. 1. n. 128. & in 2. tom. d. cap. 53. n. 19. & Carav. d. rit. 301. n. 7.* ubi *n. 16.* usque ad *n. 27.* connumerat plures personas, quæ dicuntur personæ, & cives Neapolitani, licèt non sint nati in ipsa Civitate Neapolitana: undè Neapolitani nõ possunt consentire in Judicem extraneum, & prorogare jurisdictionem Judicis non sui, ità præcitati DD. & docent *D. Carleval. d. sect 8. nu. 676. & Novar. in d. prax. electionis fori to. 1. sect. 4. q. 62. n. 3.*

9 Octavò amplia, nam licèt per *prag. 5. & 7. ubi de delicto*, publici latrones, & disrubatores publicarum viarum puniantur à quocunque Judice eos capiente, tamen hoc non habet locum in publicis latronibus, & disrubatoribus publicarum viarum, si ipsi sint Neapolitani, quia tunc semper puniuntur per Magnam Curiam Vicariæ, & non à Judice eos capiente, *Capibl. d prag. 8. part. 2. n. 111. Rovit. d. prag. 5. ubi de delict. Ursil. ad Affl. dec. 41. & Di dacus de Mari ad Gramm. decis. 26. nu. 24.*

10 Nonò amplia, ut Neapolitanus gaudeat isto beneficio fori, etiam si agat ex jure cesso, & ex causa lu-

lu crativa, dummodò cessio sit facta bona fide, & sine fraude, *Ursil. ad Affl. dec. 74. n. 6. Thor. comp. dec. tom. 1 ver. cessionarius fol. 95. & par. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 97. P. sch il. de viribus patriæ potestatis par. 2. cap. 2. n 91. Capibl. d. cap. 5 3. n. 25. & Novar. in coll. super prag. 2. n. 5. de immun. Neap. & in praxi elect. fori d. sect 4 d quæst. 62. n* 10. & à fortiori Neapolitanus gaudet isto beneficio fori, si agat ex jure sibi cesso ex causa onerosa, & hoc daro, quòd cedens non sit persona privilegiata, quæ non possit convenire debitorem, nisi in suo foro, nam adhuc ipse Neapolitanus cessionarius potest uti privilegio fori contrà debitorem sibi cessum, ut ità decisum testatur *Affl. dec. 74.* sed si quis cedat personæ Neapolitanæ potenti creditum consequendum contrà viduam, ipsa vidua debet conveniri in suo foro, ut ità decisum testatur *Thorus in supplem. decis. ver. remissio fol. 534.* sic etiam, si mota lite in curia Baronali super aliquam rem, sit facta donatio dictæ rei per reum conventum alicui Neapolitano, ipse Neapolitanus non potest trahere causam prædictam ad Magnam Curiam, sed causa ipsa est remittenda ad curiam, ubi lis primo loco intentata fuit, ità decisum, testatur *Tor. comp. dec. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol.* 109.

11 Decimò amplia, ut Neapolitanus, quando eligit Tribunalia Neapolitana, non teneatur jurare perhorrescentiam adversariorum, ut tenentur jurare aliæ personæ privilegiatæ in Regno, ut diximus supra *cap. 16. n. 71.* nam in personis Neapolitanis hoc est exceptum, *Capibl. d. prag. 8. p. 1. n. 344.*

12 Undecimò amplia, ut Neapolitanus trahat alios, & ipse trahatur in Tribunalibus Neapolitanis, & non alibi, etiam si contractus, vel delictum sit factum extrà Neapolim, vel dato, quòd res alibi sita sit, quàm in territorio Neapolitano, ut in *d. ritu 301. & in d prag. 2. & de Franch. dec. 416. post n. 6.* quòd intellige procedere, quando ipse Neapolitanus habitat Neapolim, secus si transtulerit domicilium extra Neapolim, quia tunc convenit alios, & ipse convenitur, ubi contractus, & delictum est perpetratum, & ubi res sita est. ut est *text. in arg. &* ibi *glos. in principio in c. t. de privil. in 6.* & ità in specie tenet *Capibl. de Baronibus tom. 1. sup. prag. 12. n 5. & tom. 2. cap. 53. n. 16 & 17.* & quòd natus Neapolim, si habeat domicilium in aliquo loco, non gaudeat privilegio eligendi forum Tribunalium Neapolitanorum, ut alii cives, & habitantes. in dicta Civitate, tenet idem, *Capiblanc. d. tom. 2. cap 62. n. 5. cum pluribus seq.* immò natis Neapolim, si alibi constituat domicilium, non gaudet privilegiis, & immunitatibus Neapolitanis concessis, *Affl. decis. 384.* sed veritas est, quòd cives absentes à loco originis, & in eo domicilium non habentes gaudent privilegiis, & immunitatibus civibus concessis, ut contrà *Affl.* tenent *D. Carleval. de iudiciis tom. 1. disput. 2. quæst. 2. n. 117. cum plurib. seq. & Reg. Sanfelic. dec. 74. n. 6. cum plurib. seq.* undè licèt Neapolitani habitantes extra Neapolim non habeant privilegium fori, ut diximus, tamen retinent, & fruuntur aliis privilegiis Neapolitanis concessis, nam locus originis attenditur, & est immunitatis quoad honores, & onera personalia, sed quoad jurisdictionem attenditur locus domicilii. Idem *Capiblanc. d. tom. 2. cap. 60. n. 9.* & non obstat *pragm. 4. de immunit. Neapol.* mandans, ut Neapolitani non habitantes Neapolim non gaudeant frãchitiis Neapolitanis concessis, nam *d. prag.* loquitur de illis, qui se faciunt Neapolitani, sed verè non sunt nati Neapoli, ut ibi (*Perche sono molti, che se fanno Cittadini Napolitani*) ut advertit ibi *Novar. n. 1 & Reg. Rovit. n. 2.* quæ secundùm ipsum *Reg. Rovit.* est *prag. 2. de immunit. Neap.* sed Cives Neapolitani nati Neapolim, & habitantes extrà Civitatem Neapolitanam nõ sunt exempti ab onere civibus imposito pro salario medicorum, & aliis oneribus prò eorum uni utilitate impositis *Novar. quæst. forensi 65 to. 2. & in coll. super rub. de immun. Neap. n. 4. & Diaz de pugna DD. tom. 2. tit. de immunit. Neap. c. 1. n. 19.*

13 Sed quòd si Neapolitani constituant domicilium extrà Neapolim, & ibi delinquant, adhuc cognoscantur per Magnam Curiam tenent *D. Carleval. d. quæst. 6 d. sect. 8. n. 658. D. Merlinus controv. forens. cap 99. n. 1. tom. 1. & Denza de pugna DD. tom. 2. tit. de immunit. Neapol cap. 2. n. 6. & 7. & per totum illum cap.* ubi *n 17 & seq.* hoc limitat in Neapolitanis, qui sunt effecti Cives Neapolitani per incolatum, sivè domicilium, aut per concessionem, aut per privilegium adeptum, qui si à dicta Civitate discedant, & alibi domicilium constituant, ibi possunt conveniri civiliter, & criminaliter, ubi domicilium constituerunt, idem tenet *D. Carleval. d sect. 8. n. 659.* & vide *Reg. Sanfelic. d. dec. 74.* & Civis Neapolitanus habitans in aliquo loco hujus Regni non potest cogi ad ibi exercendum officia, ita decisum, refert *Tobrus in suppl. dec. ver. Civis fol. 87.*

14 Duodecimò amplia, ut mulier extra nupta cum Cive Neapolitano, gaudeat eodem privilegio fori, quo gaudet ejus maritus, *Carav. d. ritu 301. n. 25. Carlev. d. sect. 8. nn. 560. & Novar. d. tom. 1. d sect. 4. d. q. 62. nu. 8.*

15 Decimotertiò amplia, nam licèt per *l. venditor, ff. de judiciis, & per l. t. C. ubi in rem actio,* auctor laudatus, licèt sit persona privilegiata, teneatur defendere emptorem in judicio, ubi est conventus ipse emptor, & non possit eligere forum supremum, vel petere se remitti ad Judicem competentem ipsius auctoris laudati, de quo latè *Alfons. Guzman. de evictionib. quæst. 6. per totam,* tamen secus est in persona Neapolitana, nam si Neapolitanus sit laudatus in auctorem, potest petere, causam remitti ad Tribunalia Neapolitana, *Annæ sing. 45. Riccius coll. 38. Capibl. d. cap. 53. n. 25. Petra ad Capyc. dec. 59. in fine, & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de immunit. Neap. cap. 2. n. 14.* & dixi supra *cap. 15. nu. 7.*

16 Decimoquartò amplia, ut Neapolitanus possit convenire etiam suum debitorem, qui est de Civitate Capuana, quæ Civitas Capuana gaudet eodem privilegio, quo gaudent Neapolitani, nam ipsi trahunt, & trahuntur in foro Civitatis Capuæ, & non alibi, & tamen, hoc privilegio concesso Civitati Capuæ non obstante, Neapolitanus utitur privilegio fori etiam adversus Capuanos, ut in *d. prag. 2.* & docet *D. Carleval. d. sect. 8. n. 677.* & ità semper fuisse observatum, testatur *Ursillus ad Affl. decis. 133. num. 8.*

17 Decimoquintò amplia, nam si Neapolitanus conveniat suum debitorm in foro ipsius debitoris, potest

potest deindè causam prædictam variare ad Magnam Curiam, ut dixi supra, *cap.1. num.12.*

18 Sed regulam principalem limita, & primò in muliere Neapolitana nupta *cum* extero, nam ipsa non retinet hoc privilegium fori, quo gaudent alii Neapolitani, ut dicā infra *c.27.* de foro uxoris *n.7.*

19 Secundò limita, nam Neapolitanus non potest uti isto privilegio fori adversus indohanatos Regiæ Dohanæ menepecudum Apuleæ, *de Ponte de potestate Proregis tit.4 §.8 n.50. Carleval. d.sect.8 nu.687.* imo nō ipsa Regia Dohana Menepecodum Apuleæ habet jurisdictionem in Neapolitanos, & ipsos cognoscere potest ad instantiam locatorum, *Novarius in praxi elect. fori tom.1. sect.4. quæst. 47. n.3. & quæst 62. in fine, eadem sect. 4.* citat *de Ponte d.n.50.* idem docet *Donza de pugna DD. tom.2. tit. de immun. Neap. cap 1. n.11.* sed quòd Neapolitani non sint trahendi ad instantiam Indohanatorum ad Tribunal Dohanæ Menepecodum Apuleæ, dicit decisum *Thorus compend. dec. tom.3. sect.2. ver. Neapolitani fol.133. & sect 3. ver. remissio, fol. 75. col.2.* & è contrario Neapolitani possunt trahere indohanatos ad Tribunalia Neapolitana, & indohanati non possunt petere se remitti ad Tribunal Regiæ Dohanæ menepecodum Apuleæ, ut dicit decisum idem *Thor. d. ver. Neapolitani d. fol.133.*

20 Tertiò limita, nam si filius personæ Neapolitanæ nascatur extrà Civitatem Neapolitanam, & ibi constituat domicilium, non gaudet privilegio fori Neapolitanis concesso, *Capibl. d. tom 2. cap.62. n.5. cum plurib. seq.* licèt ipse gaudeat aliis immunitatibus Neapolitanis concessis, ut dixi supra *cap.3. n.23* & a fortiori filia spuria Neapolitani, quæ non fuit orta in Civitate Neapolitana, & mater non erat Neapolitana, talis spuria non gaudet privilegio fori Neapolitanis concesso, uti ità decisum, testatur *de Franch. dec.452.* & vassallus a suis Baronis ortus inter a ipsius Baronis, licet sit oriundus ex Civitate Neapolitana, si delinquit, est puniendus per ipsum Baronem, ut decisum refert *D. Reg. Sanfelic. d. decis. 74.* sequitur *Thor. in supplem. dec. ver. remissio, fol.547.*

21 Quartò limita, nam si quis lite pendente, consequatur Civilitatem Neapolitanam, non gaudet fori privilegio, ut alii habitantes Neapolim, *D. Carleval. d. sect.8. n.686.* imo nō si quis delinquat extra Neapolim & post delictum vadat ad habitandum Neapolim, in hoc casu non gaudet fori privilegio, ut alii habitantes Neapolim, sed debet puniri à Judice loci delicti, ità *Capibl. d. cap.53. n.18. & seq.* nam quotiescumque privilegium Civitatis Neapolitanæ sit obtentum post delictum, vel post contractum in fraudem, obtinens non gaudet privilegio Neapolitanis concesso, *Novar. in prax. electionis fori sect.4. quæst.62. n.21. & 28.* undè apparet, non esse tutam opinionem, *Baldi in sua pract. tit. de jurisdictione quæst.3. n.3.* asserentis quod si quis delinquat in loco domicilii, & à Judice domicilii, & loci delicti sit bannitus, & post bannum efficiatur incola in alio loco, Judex novi domicilii possit procedere contrà eum de eodem delicto, nam contrà *Baldum* obstant etiam dicta per nos supra *cap.7.* de foro litis incep.

22 Quintò limita, nam licèt habitantes Neapolim gaudeant privilegio fori, tamen non gaudent aliis privilegiis Neapolitanis concessis, nisi sint Cives Neapolitani, *Caravit. d. ritu 301. n.23. & seq. & Carlevall. d. sect.8. post n.655.* vel nisi ipsi exteri habitantes Neapolim uxorem Neapolitanam duxissent in ipsa Civitate, & ibi emissent, vel ædificassent domum, nam tunc ipsi gaudent omnibus privilegiis, quibus gaudent oriundi, & nati in ipsa Civitate Neapolitana, & semper illi reputantur uti oriundi, *prag.1. de immun. Neap.* nam illi tales dicuntur contraxisse domicilium, *l. assumptio, §. filius, ff. ad municipalem. & Gramm. dec.103. n.11.* & requiritur, ut ducat uxorem, & ut emat, vel edificet domum, aliàs si emat, vel edificet domum tantùm, & non ducat uxorem Neapolitanam, non dicitur Civis Neapolitanus, *l. libertus, § sola ff. ad municipal.* & probatur in *d. prag.1. ubi Novar. n.8. de immun. Neap.* ubi ipse *Novar. n.11. & seq.* dicit etiam requiri, ut ille habitet Neapolim, & *n.18.* dicit ibi ipse *Novar.* quòd iste talis dicitur Civis Neapolitanus ipso jure antè petitionem.

23 Et Electi Civitatis Neapolitanæ possunt ex gratia cum assensu Regio agregare exterum in Civem Neapolitanum, qui agregatus gaudet civilitate, dummodò ipse agregatus habitet cum familia in ipsa Civitate, *D. Reg. Sanfel. in praxi judiciaria, sect.14. n.2.* & sufficit, si habitet in ipsa Civitate ejus filius, *Rovit. d. prag.1. n 6. & seq. de immun. Neap.* & postquam quis est agregatus in Civem Neapolitanum per electos ipsius Civitatis, possunt Electi prædicti illum cum causa priuare Civilitate Neapolitana, *Rovit. d. prag.1. n.19. de immun. Neap.* Et Cives allecti in Civitate Neapolitana gaudent honoribus, & muneribus uti omnes alii originarii, sed non gaudent juribus Regalibus, & dohanarum, *Novar. in coll super d. prag.1. n.7. de immun. Neap.* Et quomodò acquiratur Civilitas Neapolitana, vide latè *Novar. d. sect.4. q. 63.* & quis sortitur forum allectione, *l. Cives, C. de incolis, lib.10. Menoch. de arbitr. judic. lib.2. centur.6. casu 584. nu.3. & D. Reg. Sanfel. d. sect.14. nu.1.*

24 Sextò limita in nato Neapolim, matre parturiente in fraudem intus Civitatem Neapolitanam, nam ipse non dicitur Civis Neapolitanus, ut ità decisum, testatur *Franc. de Petris cons.15. & Novar. in coll. super d. prag. 1. n.13.* ubi *n. seq* dicit fuisse decisum, infidelem baptizatum Neapolim dici Ciuem Neapolitanum, ubi *n. 15.* dicit ipse *Novar.* quòd expositi in hospitali Sanctissimæ Annunciatæ dicuntur Ciues Neapolitani, & gaudent priuilegiis Neapolitanorum, ut etiam dixi supra *cap.3.* de foro originis *num. 23.*

25 Et, ut quis gaudeat priuilegio Neapolitanis concesso, sufficit, ut sit conceptus tantùm in Ciuitate Neapolitana, licèt alibi natus sit, nam conceptus habetur pro nato, quando agitur de ejus commodo, *l. qui in utero, ff. de statu hominum,* & ita in specie docet *D. Reg. Sanfel. in praxi judiciaria sect. 14. n.6.*

26 Et Ciuilitas Neapolitana probatur per fidem Electorum Civitatis prædictæ, *Novar. in coll. super d. prag.1. nu.20. de immunit. Neapolitanorum.*

S V M M A R I V M.

1 *Miles convenitur in foro militari, & punitur à Judice militari pro delictis militaribus n.2 & quæ dicantur delicta militaria, ibidem dicto n.2. et quid pro delictis communibus? n.3. & 5.*

4 De-

4 *Delictum si sit militare, vel commune, hoc spectat decidendum ad Judicem militarem.*

6 *Milites novæ militiæ à quo Judice cognoscantur? Et quid de Capitaneo, & Surgente majore? nu 8.*

7 *Milites stipendiarii à quo Judice puniri possint? Et quid de militibus veteranis? nu 9.*

10 *Famuli Proregis cognoscuntur ab Auditore exercitus, & idem est in continuis Proregis. nu. 11.*

12 *Commensales, domestici, & familiares Regis à quo Judice cognoscantur?*

13 *Regii Collaterales Consiliarii guerræ cognoscuntur per Magnam Curiam.*

14 *Musici Regii Palatii cognoscuntur à Judice militari.*

15 *Miles an possit renunciare foro militari? & nu. 19.*

16 *Vassallus, si sit exemptus à jurisdictione Baronis, non est exemptus à jure reverentiali erga Baronem.*

17 *Miles non præstans reverentiam Baroni punitur per Curiam Baronalem.*

18 *Vassallus, si sit necligens in non præstando obsequia Baroni, qua pœna puniatur?*

20 *Uxores, filii, & famuli militum, an gaudeant foro militari?*

21 *Miles tenetur prosequi litem inceptam coram Judice ordinario tempore, quo non erat miles. Immò in Regno miles pro causis civilibus convenitur coram Judice ordinario, n. 22. 23. & 26. limita, ut n. 25.*

24 *Instrumentum coram quo Judice possit liquidari contra militem?*

27 *Judex ordinarius potest carcerare milites, & contra eos capere informationem.*

28 *Provisiones immunitatum in favorem militum à quo Judice expediantur.*

29 *Regia Camera cognoscit contra milites, quando adest interesse Regii Fisci.*

30 *Pentioné marentes à Rege non gaudent foro militari.*

31 *Miles committens falsum coràm Judice ordinario, ab eo punitur, & idem est in milite perjuro. n. 32. & idem est si offendat Alguzerios Magnæ Curiæ, nam ab ipsa punitur, n 33. & idem est, si exerceat officium, nam tenetur stare sindicatui coram sindicatoribus, num. 34.*

35 *Persona privilegiata non potest eligere Magnam Curiam contra militem.*

36 *Fides breviarii sufficit ad probandum, ut quis sit miles.*

37 *Dux exercitus, & Capitaneus triremium habent jurisdictionem in milites ubicunque sint.*

38 *Jurisdictio militaris delegatur uni Auditori Regiarum Audientiarum in qualibet Provincia, et ab ejus sententia appellatur ad generalem Auditoré exercitus.*

39 *Appellatur à sententiis latis à judicibus Regiorum Castrorum ad Auditorem generalem exercitus.*

40 *Milites Castri novi, Sancti Eremini, & Salvatoris à quo puniantur?*

41 *Castellani Regiorum Castrorum non habent jurisdictionem extra castra.*

42 *Castellanus non tenetur de nocte aperire portas, & ipse debet tenere claves.*

43 *Militibus quærentibus hospitia illicita licitum est resistere, & quæ habere debeant ipsi milites ibidem.*

44 *Distributio hospitii inter Cives ad quem spectet? & ad quem spectet mandare hospitia? ibid.*

45 *Immunitate concessa, non intelligitur concessa immunitas hospitandi.*

46 *Doctores an teneantur hospitari milites?*

47 *Milites non tenentur hospitari alios milites, & quid in patre, & fratre militis? ibid.*

48 *Neapolitani non tenentur hospitari milites, & aliæ personæ connumerantur, ibid.*

49 *Milites novæ militiæ singulis octo annis debent mutari, præcedente ordine Proregis, & per quem eliguntur, & quæ qualitas concurrere debeat? n. 50.*

51 *Nobiles non possunt eligi in milites novæ militiæ.*

52 *Clerici non possunt eligi in milites novæ militiæ.*

53 *Vicerex eligit Capitaneos novæ militiæ,*

De foro militum.

C A P. XIX.

1 Miles convenitur in foro militari, & non in foro Judicis ordinarii. *l. magisteriæ, C. de jurisd. omn. jud. l. certi juris. ubi DD. C. de jud.* desumitur ex *l. si quis postea ff. eodem tit. de judiciis.*

2 Quod amplia, & primò in criminalibus causis, si delictum sit militare, nam semper miles pro delicto militari punitur a Iudice militari; est exemplum, si miles rem prohibitam à Duce belli faciat, vel mandata ipsius Ducis belli non impleverit, quia tunc delictum dicitur militare, & miles punitur pœna mortis, etiam si res benè successit, *l. desertorem, §. in bello, ff. de re militari, Hyppol. de Marsil. in pract. crim. §. successive n. 5. & est alius tex. in l. 1. in fine, C. de offic. Præfecti Prætorio,* & docet *Menoch. de arbitrariis judicum lib. 2. casu 365. nu. 14. & seq.* hoc tamen limita, si miles contra veniat mandato sui superioris ex aliquà nova causa superveniente post mandatum. vel ex alia causa suo superiori incognita, *ità Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 3. cap. 3. n. 32.* & quòd miles non obtemperans mandatis Ducis belli puniatur pœna mortis, est *tex. in l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re militari,* est etiam exemplum, si miles noluit protegere Ducem belli, nam tunc delictum dicitur militare, & miles punitur pœna mortis, *d. l. desertorem, §. fin.* est etiam exemplum, si miles intulat manus in Ducem belli, nam adhuc hoc delictum dicitur militare, & miles in hoc casu punitur pœna mortis, *d. l. omne delictum. § qui manus,* est etiam exemplum, si quis in aciem fugam arripuit, nam adhuc delictum dicitur militare, & qui prior fugam in acie arripuit, punitur pœna mortis, *d. l. omne delictum, § qui in acie,* & desertor militiæ remittitur puniendus ad suum Ducem, præterquàm si ipse desertor commisit grave delictum in loco, ubi repertus fuit, quia tunc ibi puniri debet, ubi delictum commissum est, *l. 3. in principio, ff. de re militari,* & docet *Cabal. resol. crim. casu 294. n. 123. & 254.* est etiam exemplum, si miles propalat secreta hostibus, nam adhuc delictum dicitur militare, & propalans punitur pœna mortis, *d. l. omne delictum, §. exploratores;* est etiam exemplum, si miles in acie vulnerat commilitem cum lapide, vel gladio, nam adhuc delictum dicitur militare, & miles percutiens commilitem cum lapide reiicitur à militia, si verò cum gladio, capite punitur, *d. l. omne delictum, §. si quis commilitem,* est etiam exemplum, si miles custos nocturnus Palagii Regii derelinquat custodiam nocturnam, nam adhuc delictum dicitur militare, & ipse punitur pœna mortis, *l. qui excubias,*

ff.

ff. de re militari; est etiam exemplum, si miles in bello arma amisit, vel ea alienavit, nam adhuc delictum dicitur militare, *Guazzinus ad defensam reorum def. 1. cap. 39. n. 16.* & in hoc casu ipse miles punitur pœna mortis, *d. l. desertorum, §. miles. Cabal. resol. crim. casu 294. n. 147.* & quomodo puniatur miles novæ militiæ, qui alienavit, vel pignotavit arma, vide *pragm. 2. §. 21. de militibus.*

3 Sed si delictum sit commune, & tunc si est atrox, ut homicidium, raptus, & alia similia, & tunc tàm cognitio talis delicti communis facti à milite, quàm coërtio spectat ad Judicem ordinarium loci delicti, *l. fin. ff. de accusat. l. 1. C. ubi senatores, vel clariss. d. l. desertorem in princ. ff. de re milit.* ità decisum testatur *de Franch. dec. 88. Guazzinus d. def. 1. d. cap. 39. n. 30. & Cabal. resol. crim. casu 294. n. 277. cum duob. seq.* sed si delictum sit commune, sed leve, & tunc cognitio spectat ad Judicem ordinarium, sed ejus coërtio remittitur ad Judicem militarem, *l. 1. C. de exhib. reis l. de militibus ff. de custod. & exhib. reorum,* ità distinguit *gloss. in d. l. magisteriæ*, quam esse communem testantur ibi omnes *DD. de Franch. dec. 88. & Rovit. prag. 16. n. 4. & 12. de militibus.* de quo vide *Follerium pract. crim. rub. audiantur excusatores, n. 141.*

4 Sed discernere, an delictum sit militare, vel commune, hoc spectat decidendum ad Judicem militarem, & ipse est competens, *Rov. t. d. prag. 16. n. 58. de militibus D. Dinza de pugna DD. tom. 2. tit. de electione fori, cap. 12. verò an sit militare. & Cabal. d. casu 294. n. 292.* & quo judice cognoscatur, si causa spectat ad Judicem militarem, vel ad Judicem ordinarium, dixi supra cap. 8. nu. 146.

5 Sed in Regno nostro Neapolitano miles tàm pro delictis militaribus, quàm communibus, sivè gravibus, sivè levibus, & etiam de delictis commissis in Civitate Neapolitana punitur à Judice militari, & non à Judice ordinario, *prag. 16. quæ hodiè est 11. de milit. bus,* & docet *Dom. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 4. post n. 463.* & ità etiam esse de Consuetudine de jure communi, & sic, ut miles cognoscatur à Judice militari tàm pro delicto militari, quàm communi, testatur *Julius Clarus pract. criminali §. fin. quæst. 35. vers. quæro modo.*

6 Sed milites novæ militiæ pedestres, & equestres (*vulgò detti del Battaglione, & della Sacchetta*) si delinquant in eorum patria, & tunc possunt puniri per officiales ordinarios si verò delinquant extrà eorum patriam in actu servitii, & tunc puniuntur per officiales militares, *prag. 2. § fin. & d. prag. 16. § 6. de militibus, D. Dinza de pugna DD. tom. 2. tit. de electione fori cap. 12. per totum, & Capibl. de Baronib prag. 3 n. 25. & seq.* & novissimè per prag. *Ducis Medinæ editam die 8. Aprilis 1639. s. de più volemo,* disponitur, ut milites novæ militiæ pro delictis militaribus, & pro delictis tactis in actu servitii cognoscantur à Judice militari.

7 Secundò amplia de jure Regni, ut milites stipendiarii, si delinquant, puniantur à generali Auditore exercitus, & sic à Judice militari, & hoc sivè delictum sit militare, sivè commune, grave, vel leve, & etiam si delictum sit factum in Civitate Neapolitana, *d. prag. 16. de militibus,* & milites stipendiarii conveniri possunt in loco, ubi merentur stipendia, *l. municipales, § fin. ff. ad municip.* & docet *Cabal. resol. crim. casu 294. n. 276.* sic etiam milites tractenuti gaudent privilegiis militum, *Novar. in coll. ad pragm. 11. nu. 3. de militibus, & Thor. in supplem. decis. ver. milites. fol. 405.*

8 Idem est in Capitaneo tantum novæ militiæ, qui si delinquat in propria patria, & non in actu servitii punitur à Judice militari, *d. pragm. 16. §. 6.* Idem est hodie in Surgente Majori dictæ novæ militiæ, qui si de iuquat in ejus patria, & non in actu servitii, etiam punitur à Judice militari, ut in *pragm. 17. quæ hodiè est 12 § 35. de militibus.*

9 Tertiò amplia, ut milites veterani habentes stipendia (*vulgò detti piazze morte*) cognoscantur ab Auditore generali exercitus, etiam si ipsi milites veterani habitent extrà Neapolim *d. prag. 16. § 7 de militibus*, sed de jure communi milites veterani puniebantur à Judice ordinario loci, nisi causa esset cœpta ante cingulum depositum, *l. fin. C. de veteranis lib. 12. d. ad veterani, ff. ad legem Juliam, Rovit. d. prag. 16. nu. 35 de militibus, de Ponte de potest. Proregis tit. 7. de assensibus Regiis §. 7 nu. 39. Novarius in praxi elect. fori tom. 1. sect. 4 qu. 36. nu. 7. Marcel. Marcianus cons. 63. lib. 2. & Donatus Antonius de Marinis quotid. resol. nu. 2. cap. 135. nu. 8.* & miles in matricula militum descriptus, si militiam non exercet, privilegio militari non gaudet, *de Ponte d. §. 7. nu 38. & Rovit. d. prag. 16. n. 34.*

10 Quartò amplia, ut famuli Proregis cognoscantur ab Auditore exercitus, & non possunt carcerari ab aliis officialibus, nisi reperiantur delinquere flagranti crimine, vel nisi periculum sit in mora, aliàs non possunt carcerari, nisi prius data notitia Majordomo Proregis *d. prag. 16. §. 5. de militibus.* Et omnes famuli Proregis gaudent omnibus privilegiis militaribus, *l. 1. C. de silentiariis lib. 12. & Reg. Rovit. d. prag. 16. nu. 17. de militibus,* sed quando famuli Proregis sunt in eorum patria, & delinquunt puniuntur ab ordinariis locorum, nisi habuerint licentiam à Prorege usque ad certum tempus, *l. 1. ubi Paul. de Castro, & alii, C. in qui bus causis militantes fori præscript. uti non poss.* sed Secretarius Proregis non comprehenditur appellatione militaris stipendii, *Thor. in supplem. dec. verb. officiales fol. 455.*

11 Sic etiam continui Proregis in causis criminalibus cognoscuntur per Judicem militarem, *d. prag. 16 § 1.*

12 Et commensales, domestici, & familiares Regis cognoscuntur per magnum Siniscalcum, ut in ritu 46. *Muscatel. prax. Sacri Consilii, part. 2. glosa competentes in add. lit. G. Freccia de subfeudis lib. 1. tit. de officio magni Siniscalchi in princ. & Caravit. d. ritu 46. nu. 17. & seq.* qui dicit, *Constit. Regni Statuimus disponentem* ut hi tales cognoscantur per Magnā Curiam, corrigi per *d. ritum* sequitur *Novar. in praxi elect. fori to. 1. sect. 4. qu. 58.* ubi plures ampliationes, & limitationes apportat, sed quòd de Consuetudine hodie commensales, domestici, & familiares Regis cognoscantur per Magnam Curiam, dicit *Regens de Ponte de potestate Proregis tit. 7. §. 7. nu. 7.* ubi *nu. 10. & 28.* dicit, quòd jurisdictio Siniscalchi non est alter in usu, & idem tenet *Rovit. d. prag. 16. nu. 51.*

13 Sic etiam Regii Collaterales Consiliarii guer-

ræ conveniuntur in Magna Curia, & non in foro militari, *Reg. de Ponte d.§.7.per totum*,& olim Regii Collaterales non cognoscebantur per Magnificum Siniscalcum *Freccia ubi supra nu.1.3.& 4.*

14 Et in Regno Siciliæ musici Regii Palatii cognoscuntur à Judice militari, tanquam de familia Regii Palatii, *Castrill.decis.140.nu.15.& seq & nu.25.p.par.2. & Caracciolus de fori privileg. remis. qu.39.* sed in Regno musici Regiæ Cappellæ suæ Excellentiæ, si delinquant, puniuntur per Cappellanum majorem, ut decisum refert *Thor.comp.dec. to.3.sect.3.ver.remissio fol.61.* in Regno Siciliæ remittuntur ad Auditorem generalem, *Caracciol.in tract.de foro priv.rem.qu.39.*

15 Quintò amplia, ut milites non possint renunciare forum militarem, & se submittere Judici ordinario, *Paschal.de virib.patriæ potestatis par.3.cap. 3 num.27.*latè *Cabal.resolut. crim.casu 225 & 294. nu.225.& D.Carleval d.sect.4.nu.464. cum plurib. seq.* sed quò miles possit renunciare forum militarem, & se submittere foro Judicis ordinarii, est *text.in l.pen.C.de pactis*,& docet *Rovit.in prag.16. nu.44.de militibus*, sed competendo Judex militaris potest petere causæ remissionem, nam miles non potest præjudicare jurisdictionem Judicis militaris, ità *Capibl.in.de Baronib.to.2.cap.56.num.7.*

16 ubi nu.11.dicit, quòd licèt vassallus sit exemptus à jurisdictione Baronis ex aliqua causa, vel privilegio, non tamen erit exemptus a jure reverentiali erga Dominum, *Guid.Pap.dec.56* idem tenet ipse *Capibl.in addit.ad prag.8.par.2.in add.ad nu.161.*

17 *& in d.cap.56.nu.18.* dicit ipse *Capib.* quòd si miles non præstat reverentiam Baroni, in hoc casu potest puniri per Curiam Baronalem, & idem tenet

18 ipse *Capibl.in add.ad d.nu.161.* quod si vassallus sit negligens in non præstando obsequia Baroni puta si non aperuit caput, quando vidit Baronem, in tali casu punitur pœna levis carcerationis, ità *Capibl sing.24. & 139.* prout idem est si quis non salutet officialem, *Reg.Covit.in prag.11.§. volemo, che non sia b istante,nu.13.de suspit.offic.* sed si vassallus spernat Baronem, vel de eo malè loquitur, pœna est gravior, *l.1.C.de domest.& protect.* & docet

1 *Capibl.d.cap.56 nu.17.*

Et quod diximus, quòd miles non potest in præjudicium Judicis militaris renunciare forum militarem, hoc confirmo ratione, nam exemptus à jurisdictione Episcopi non potest renunciare beneficio exemptionis, & se submittere jurisdictioni ordinarii sine permissu ejus, cui subjacet, *Riccius in praxi resol.44.part.2.* dixi supra *cap.16. nu.97.*& exemptus delinquens extrà locum exemptum cognoscitur per Judicem ordinarium loci delicti, *cap.1.de privileg.in 6.*& quando exemptus delinquens sit remittendus Judici loci delicti, & quando non vide *Riccium in praxi resol.54.par.2.*

Et miles, si fit conventus coram Judice ordinario, & non opponat de suo foro, valet judicium factum coram dicto Judice ordinario, *Castren.in l.pæn.C.de jurisd.omn.Iud.& Petr. Franch.de Tondutis tract de præventione cap.28.n.5. & 6.*

20 Sextò amplia de jure communi, ut etiam oxores,& si ii militum gaudeant foro militari, *l.1.& l.2.ubi gloss.ver ministeria,C.de Episcopis,& Clericis Luxori 1a 2.§.1.ff.de auro, & argento legato*, sed licèt vidua durante viduitate gaudeat foro mariti, ut dicam infra *cap.27.nu.10.* tamen secus est in uxore militia quæ effecta vidua, non gaudet foro militari, *Rovit.d.prag.16.nu.47.de milibus*, ubi *nu. seq.*dicit, quòd infantum filii militum gaudent foro militari, in quantum habitant cum eorum patre, secus si habitant seorsum ab eorum patre, vel ipso patre mortuo, quia tunc filii non gaudent foro militari; sed de jure Regni Neapolitani uxores, & filii militum nullo modo gaudent foro militari, sed si ipsi conveniuntur coram Judice ordinario, *d.prag.16.§.8.* ubi etiam disponitur, quòd neque famuli militum gaudent foro militari, sed ipsi conveniuntur coram Judice ordinario, præter ragazzos, qui ascendunt equos hominum armorum, nam ipsi fruuntur foro militari, *d.prag.16. d.§.8.* & de jure communi neque famuli militum gaudent foro militari, sed tantùm habent beneficium restitutionis in integrum, nisi reperiantur in loco hostili serviendo, quia tunc gaudent foro militari, *Rovit.d.prag.16. num.49. de militibus.*

21 Sed limita, & primò, ut miles teneatur prosequi litem inceptam coram Judice ordinario, tempore, quo non erat miles, nam in hoc casu non potest petere se remitti ad Judicem militarē, *l.si quis postea ff.de judiciis Petrus Franc.de Tondutis in tract. de præventione cap.28.nu.43.* sic etiam miles de delictis commissis ante militiam, tempore quo non erat miles, punitur per Judicem ordinarium, & non militarem, *d.pragm.16.§.14 de militibus, Cabal.resol.crim.casu 147.nu.1.& casu 294.nu.256.& 391.Reg.de Ponte de potestate Proreg.d.§ 7.nu.13. & seq.Consil.Marcel.Marcianus cons.42.* & dixi supra *cap.7.de foro litis incept.a,nu.92.*

22 Secundo limita de jure Regni, ut miles in causis civilibus conveniatur coram Judice ordinario loci,& non coram Iudice militari, & hoc etiam si ipse miles sit Capitaneus, Locumtenens, Alferius, vel Numerarius ordinariæ militiæ, ut in *d. prag.16.§.imprimis de militibus, Thor.in supplem. decis.ver. Iudices fol.317.* quod secus erat de jure communi, quo jure miles pro causis civilibus conveniebatur coram Judice militari, *l.pæn.C.de jurisd.omn.Jud.*& docet *Petrus Franc.de Tondutis in tract.de præventione,c.28.nu.2.ubi nu.41.& seq.* dicit, quòd si non miles delinquat intra locum custodiæ destinatum, vulgo detto (*corpo de guardia*) punitur à Judice militari.

23 Sed quæritur, an Capitaneus novæ militiæ equestris, & pedestris (*vulgò detto del Battaglione, e della Sacchetta*) pro causis civilibus conveniatur coram Iudice ordinario loci, vel coram Iudice militari? & videtur dicendum, quòd convenitur coram Judice militari, & hoc per *prag.17. quæ hodie est 12.§.35.de militibus*, ubi dicitur, quod Surgentes majores novæ militiæ gaudent omnibus exemptionibus, privilegiis, & immunitatibus, quibus gaudent Capitanei Novæ militiæ, ut in omnibus eorum causis civilibus, & criminalibus conveniantur coram Judice militari, ergò,&c.sed veritas est in contrarium per *d.prag.16.§.6. de militibus*, ubi dicitur, quòd Capitaneus novæ militiæ æquestris, & pedestris convenitur in criminalibus tantùm coram Judice militari, ergo secus in civilibus per illam dictionem taxativam (tantum) quod

quod confirmatur per *d.pragm.16.§.imprimis*, ubi Capitaneus ordinariæ militiæ (*vulgò detto Capitano d'huomini d'arma, e cavalli legieri*) convenitur coram Iudice ordinario pro causis civilibus, ergo a fortiori Capitaneus extraordinariæ militiæ, aliàs si esset fecus, Capitaneus novæ militiæ esset melioris conditionis, quam Capitaneus ordinariæ militiæ; & non obstat d.§ 35. nam in quantù n dicit, quòd pro causis civilibus conveniuntur coram Iudice militari, loquitur tantùm de Surgentibus majoribus novæ militiæ alias si loqueretur de Surgentibus majoribus, & Capitaneis, contrariaretur cum d.§ 6.& non possumus dicere quod d § 35. corrigat d.§.6.nam in d.§.35. non fit mentio de d § 6.& lex nova non corrigit legem antiquam, nisi in lege nova fiat expressa mentio de lege antiqua, *l.præcipimus, C.de appellat.* unde firmiter teneo, quod Capitaneus novæ militiæ pro causis civilibus convenitur coram Iudice ordinario loci, & non coram Iudice militari.

24 Quæritur etiam, quid si instrumentum præsentetur via ritus contrà militem, an illud deceat præsentari coram Iudice ordinario loci, vel coram Iudice militari, & aliqui tenent, quòd debeat præsentari coram Iudice militari, prout tenent *Reg. Galeota controver. 54 à num. 16.cum seq & Novar.qu.forens.79 par.1.in coll.super prag.11 nu.5. & seq.de militibus*, sed ego puto contrarium esse verum propter perjurium, propter quod miles amittit forum militarem, & convenitur coram Iudice ordinario, ut infra dicam, *nu.32.*unde meritò contrà militem inculcatur instrumentum via ritus coram Iudice ordinario, & non militari, ut decisum refert, *Thor.in supplem.dec.ver.rem.ffio.fol.* 547 prout in simili videmus in Clerico conjugato, qui licet pro causis criminalibus conveniatur coram Iudice Ecclesiastico, & pro civilibus causis conveniatur coram Iudice laico, si contingerit præsentari instrumentum via ritus contrà Clericum conjugatum, illud debet præsentari coram Iudice laico, coram quo ipse Clericus conjugatus convenitur pro causis civilibus, ut dicam infrà *cap.37.nu.16.*ergo instrumentum contrà militem debet præsentari via ritus coram Iudice ordinario, coram quo ipse miles convenitur in causis civilibus, & non coràm Iudice militari, ut pluries vidi practicatum,

25 Sed milites pedestres Hispani pro causis civilibus conveniuntur coram Iudice militari, & non coram Iudice paganico, ut desumitur ex *d.prag. 16.*nam *d.prag.in principio* loquitur, ut omnes milites gaudeat furo militari tàm in civilibus, quam in criminalibus nominatis in specie istis militibus pedestribus Hispanis, & posteà in §.*imprimis* disponitur, ut quidam milites pro causis civilibus conveniantur in foro Iudicis ordinarii, nulla facta mentione de istis militibus pedestribus Hispanis, ergo ipsi pro causis civilibus cognoscuntur per Iudicem militarem, pro ut tenet *D.Carleval d.sect.4.post nu.463.*

26 Et quando debitum dependet ab affictu gabellarum, vel à negotiatione, & tunc proisto debito omnes milites, qui in civilibus conveniuntur coram Iudice militari conveniantur corà Iudice ordinario loci, *d.prag.16 § 9.de militib.*concordat cum tex.in *l.fin.C.de jurisd omn.Iud.& in l.unica,C.in quib. causis milit.fori præscript.usi nõ posiũt*,quod amplia, etiã finita negotiatione nã adhuc ipsi milites pro debito pēdentē à negotiatione cognoscuntur per Iudicē ordinariũ. *le Franch dec.417 n.9.& D.Carlev d.sect 4 n.471.* immò si miles delinquat in negotiatione, etiã punitur a Iudice ordinario ipsius negotiationis, sed datur prævētio inter Iudicē militarem, & Iudicē illius negotiationis *Rov.d.prag. 16.nu.20.* & miles negotiator convenitur pro illa negotiatione coram Iudice ordinario, & militari, *Petrus Franch.de Tondutis in tract. de præventione, cap 28 nu.9 cum duobus seq* quod amplia, etiam si sit curialis, & familiaris, qui ad latum Principis serviat *Regens de Ponte de potest.Proregis tit 7.de assensibus Regis §.7.nu.17.& 18.* sequitur *Novar. in praxi electionis fori tom 1. sect 4.qu.36. nu.7.* & miles debet se abstinere ab affictu gabellarum, & à negotiatione, *l.miles,C de locato, & conducto, toto tit.C.negotiatores ne militent lib.12.*

27 Tertiò principaliter limita, ut si milites, & eorum famuli (*vulgò detti ragazzi*) delinquant, possint capi ab officialibus ordinariis locorum, absentibus tamen eorum officialibus, & ipsi officiales locorum possint capere informationes, & denunciare tenentur dictis officialibus militaribus, *prag 3.§ 29 ver. & quando alcuno, prag.5.*quæ incipit *Havendose, §.10.& d.prag.16 §.11.de militibus*, & etiam de jure communi in *l.1.C. deexhibend s Reis,*& docent *Capibl.de Baronib.tom.2.cap. 56.nu.10.Petrus Franc de Tondutis tract. de præventione cap.28.nu.8. & D.Danza depugna DD.to. 2.tit. de electione fori, cap.13.* & semper quando ordinarius Index est incompetens in cognoscendo contrà il quem, tamen est competens in eum carcerando si delinquat § *audient,auth.de defensoribus Civitatum, Felin.cap fin.nu.7.de foro compet. & Iacob Cancer. variarum resolutionum lib.2.cap. 2.nu.257.* & ipse Iudex ordinarius est etiam competens in capiendo informationem, sed non potest procedere in causa, *Boer. decis.9 Capibl. tom.1. super prag.8. par.1.nu.227.* sed si Iudex incompetens sit inimicus. non solùm est incompetens in judicando, sed etiam in capiendo informationem, undè illam capere non potest, *Thomas Trivis.dec. 10.lib.2.*& dicam infra *cap.66.nu.22.*

28 Quartò limita, nam Generalis Auditor exercitus, & alii Iudices militantes non possunt expedire provisiones immunitatum gabellarum, & collectarum in favorem militum, sed ipsæ provisiones debent expediri per Regiam Cameram, vel per Regium Collaterale Consilium, *prag.21.& seq quæ hodiè est 13.de militibus*, nam ad cognoscendum si quis sit immunis à prædictis gabellis, vel collectis, hoc spectat ad Regiam Cameram Summariæ, & non ad alia Tribunalia, *Osascus dec. 95.Capibl.d.prag.8.par.1.nu.266.*& curia Baronalis non potest cognoscere de immunitate, quando est dubium, si quis gaudere debeat immunitate, quod intellige principaliter, secus incidenter, *Capibl.to.2. cap.42. nu.3.* & neque Curia Baronalis potest cognoscere de immunitate, quæ conceditur patri propter numerum duodecim filiorum, sed cognitio hæc spectat ad Regiam Cameram Summariæ, *Capibl.d.cap.42.nu.5.* & olim provisiones

nes immunitatum expediebantur per Sacrum Regium Consilium,ut in prag.61.§ 14. de officio procurat.Cesaris,sed hodiè per prag.62.§ 2.de offic.procuratoris Cesaris, provisiones immunitatum expediuntur per Regiam Cameram Summariæ.

29 Et licèt omnes officiales Regiæ scrivaniæ rationis,officiales Regiæ Thesaurariæ generalis,officiales Capsæ militaris, & omnes officiales exercitus in actu servientes in negotiis belli, tàm in terrà quàm in mari gaudeant foro militari, tamẽ si agitur de rebus patrimonii, ubi est interesse Regii Fisci in hoc casu Regia Camera procedit contrà prædictos civiliter, & criminaliter, d.prag. 16.§.4. & semper quando agitur de interesse Regii Fisci,Regia Camera Summariæ est Judex competens contrà omnes, ut dicam infra cap.24.de foro Fisci,nu.12.

30 Quintò limita, nam pentionem merentes à Rege non gaudent foro militari, nec in civilibus,nec in criminalibus, sed ipsi subiiciuntur foro Judicis ordinarii,d.prag.16.§ 3.de militibus.

31 Sextò limita,nam si miles committat falsitatem coram Judice ordinario, pro ipsa falsitate punitur ab ipso Judice ordinario, coram quo fuit cõmissa falsitas, & non debet remitti ad Iudicem militarem, atq.l.nullum, C.de testibus.& docent D.Carleval. d. sect.4.nu.478.Cabal.resol.crim.casu 116.& casu 294.nu.257.& Reg.Sanfelic.dec.250. nu.16.

32 Septimò limita in milite perjuro, qui propter perjurium amittit forum militarem, & successivè potest cognosci per Judicem ordinarium, & non potest petere, se remitti ad Judicem militarem, Reg.Rovit.d.prag.16.nu.45. de militibus, faciunt tex.in l.pen.C.de dignit.lib.12.& dicta per Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.7.§.7.nu.51.

33 Octavò limita, nam si miles offendat Alguzerios Magnæ Curiæ in actu exequutionis, ipse miles punitur per Magnam Curiam, & causa non remittitur ad Iudicem militarem, ut ita decisum testatur Thor.comp.decis.tom.2. ver. remissio petita fol.573.

34 Limita nonò,nam si miles exercuit officium Capitanei, tenetur stare sindicatui coram sindicatoribus,& non potest petere se remitti ad officialem militarem,l.fin.C.de jurisd.omn.jud.

35 Et scias,quòd persona privilegiata non potest eligere in suum forum Magnam Curiam Vicariæ contrà militem,qui debet cognosci per Iudicem militarem, sed eum debet convenire coram dicto Iudice militari Capibl.de Baronib tom 2.cap.43.nu. 2.& Novar.in praxi elect.fori to.1.sect.4. qu.36.& dixi suprà cap.16.nu.81.

36 Scias etiam, quòd ad probandum, ut quis sit miles, sufficit sola fides breviarii (vulgò detto lo Rollo) Rovit.d.pragm.16. nu.56. de militibus,& in decis.82.n.17.& D.Danza de pugna DD. tit.de elect. fori cap.13. in fine to.2.sed, ut quis dicatur miles, non solùm est necesse, ut sit descriptus in Rollo, ut in l.ex eo,ff.de test.milit. & Thor.in supplem.dec. ver.miles,fol.414.sed etiam debet præstare Sacramentũ, l.ex militari,ff.de testam.milit.Rov.in rub.de milit.n.1.& miles ut gaudeat foro militari, est necesse,ut sit matriculatus, & actu deserviat, Petr. Franc.de Tond.de prævventione, c.28.n.3.& 4.& dixi suprà post nu.9.sed sufficit, ut stet semper paratus cum armis, & equis, ut serviat in bello ad omne mãdatũ superioris nam ita continuo militat, de Tondutis d.c.28.nu.7.

37 Scias etiam,quod Dux exercitus ubicunque est cum ipso exercitu, ibi dicitur habere territorium, de Tondut. ubi suprà nu 35.& ideò ipse existens in alieno territorio potest ibi delinquentes punire, ità Cabal.resol.criminal.casu 294.nu.172.& seq.ubi nu.577.dicit, quod idem est in capitaneo triremium,qui habet jurisdictionem in milites, quibus præest,ubicumque sit,& ipse Cabal. ibi late tractat de militibus per totum illum casum.

38 Scias etiam, quòd hodiè uni Auditori Regiarum Audientiarum in qualibet Provincia delegatur jurisdictio militaris, qui cognoscit in prima instantia pro causis spectantibus ad forum militarem,& ab eorum sententiis appellatur ad generalem Auditorem exercitus, d.prag.16.§ 10.de militibus.

39 Scias etiam,quod a sententiis latis à Iudicibus Regiorum Castrorum appellatur ad Auditorem generalem exercitus, nisi Castellani ipsorum Regiorum Castrorum habeant privileg.um ut ab eorum sententiis appelletur ad Proregem, d.prag. 16.§.12.de militibus.

40 Quòd si milites Castri Novi Civitatis Neapolitanæ delinquant, puniuntur à Regio Castellano Castri Novi,qui habet facultatem cognoscendi de omnibus causis civilibus, & criminalibus, & mixtis contrà omnes servientes socios, accordatos,familiares,& agentes dicti Regii Castri Novi, immò si milites dicti Castri Novi delinquant extra dictum Castrum, adhuc puniuntur per dictum Regium Castellanum, ut decisum, refert P.esf.de Franch. decis.458. sic etiam si milites Castri Bajæ delinquant extrà dictum Castrum, adhuc Castellanus dicti Castri cognoscit,ut ita decisum, testatur Thor.compen.decis.tom.3.sect.3.ver.remissio. fol. 150. idem est in Castro Sancti Erasmi, & Sancti Salvatoris (vulgò detto del Ovo) Novar. in prax. elect.fori to.1.sect.4. qu.64 nu.11. sed si quis post delictum efficiatur de subditis Castri Novi, ipse delinquens punitur per Iudicem,per quem puniri poterat tempore commissi delicti, & non remittitur ad Regium Castellanum Castri Novi,ità decisum testatur Thorus compen.decis.tom.3.sect.3. ver.remissio,fol.75.

41 Scias etiam circa hoc, quòd Castellani Regiorum Castrorum extrà arcem non habent jurisdictionem, immò si quis delinquat in fossatis Castri adhuc causa non spectat ad Castellanum, ut decisum refert Montana controv.forent.controv.72.sequitur Thor. in supplem.dec.ver. remissio fol.546. & intus arcem ipsi Castellani non possunt se intromittere quoad alia negotia præter eorum jurisdictionem,nisi hoc ipsis sit concessum, & servientes arcium non possunt arma deferre extra arces,nisi eant pro servitiis Curiæ,& tàm Castellani, quã servientes arcium non possunt tenere concubinas intus arces,sed tantum eorum uxores;& contrafacientes Regiæ Audientiæ possunt informationes capere, & eas Proregi transmittere, ut hæc omnia probantur in cap.Reg.Castellanos,& est Consist.Reg. quæ incipit Castellani,& alia,quæ incipit,

Ca-

Castellanis, ut quod Castellani, & servientes extrà castrum non possunt arma prohibita deferre, nisi ea pro servitiis Curiæ, est aliud *c.Reg.* quod incipit. *Quod Castellanis* & aliud quod incipit *Castellani in nu.86.* ubi etiam probatur, quòd hi tales non possunt emere , vel exercere alia officia intus Castrum , vel alibi , & non possunt se intromittere in negotiis Universitatis , & non possunt facere extorsiones per terras, campos , massarias, & mantras de rebus , & animalibus, & non possunt exigere portellum à carceratis per ordinem Viceregis, & non possunt accipere ligna paleas, vel fœnum intrà terras, quod si contra faciunt, restitutis ablatis, Castellanus gagiis unius anni privatur, servientes verò fal l gantur , ut hæc omnia probantur in d. *c.Reg. Castellani* , & omnes officiales stipendiarii sequentes Curiam in terra laboris tenentur solvere salmam paleæ granos tres in tempore estivo, & in tempore hyemali tenentur solvere duplum , in Aprilea verò solvunt dimidium , & hoc sivè palea fit inclusa , sivè non, dummodò sit extrà terram quod si contrafiat famulus fustigatur, & dominus scie is solvit dup u n pretii paleæ, & dominus paleæ, si noluit eam vendere, est licitum famulis, ob ato pretiò , illam auferre, excepta palea mini, quæ deservit pro bovibus, & pro stallagio equi pro die, ac nocte solvitur granum unum , & hæc omnia probantur in *c.Reg.de palea*, quod est in *nu.169.* ubi *Campag. nu. 8.& seq.* dicit, quòd dominus p. eæ non est impellitur illam vendere ; si deserviat pro animalibus suis, & pro lecto debent solvere granum unum, & in lecto debet esse unum matarattium , vel saccotum cum cultra, & linteaminibus quòd si lectus non sit integer, solvitur medietas gravi, *cap.Reg. 170.*

42 Et Castellanus non tenetur de nocte aperire portas habentibus jus eundi per Castrum , *Campag. d.cap.Reg.Castellani n.23.* & Castellanus debet tenere claves arcis, & tenetur facere excubias nocturnas, *l.officium 12 §.1.ver.officium ff. de re militari*, & ità observatur Pescariæ, prout vidi observari tempore, quo fui gubernator in dictà terra, quod fuit de anno 1635. nam in dicta terra adest Capitaneus ad guerram, & dicta terra est Excellentissimæ Marchionissæ terræ Va sti . Et tempore belli Rex potest ponere castellanos in Castro alicujus Baronis, ità *Grammat.cons.crim.13.* & potest custodire Castrum insimul cum Barone, *Campag. ubi supra n 48.& seq.* ubi n.51. dicit quòd Rex tempore belli potest ponere Capitaneum ad guerram in terris Baronum, nam ad Regem spectat ponere dictum Capitaneum ad guerram, *Capyc.dec.27.* & Rex potest facere fortilitium in terra Baronis, *R. de Ponte de potestate Proregis tit. 3. §.1. nu. 26.* & si tempore belli Rex posuit gentes in custodia Castri alicujus Baronis, & ibi faciat meliorationes ad illud fortificandum, cessante bello, non tenetur Baro solvere illas meliorationes, *Campag.d cap Reg. Castellanus, n.50. de Pont.d tit.3.§.1.n 30 & seq & Grammat.d.cons.crim.13.n.4*. & Dominus Civitatis tenetur ad expensas fortilitii existenti in ipsa Civitate tempore pacis , vel guerræ , non autem vassalli, *Campag. d. nu.50.*

43 Scias etiam, quòd licitum est resistere militibus quærentibus hospitia illicita cum alimentis, *l. devotum, C.de metat.& epidemet. lib.12.* nam de jure milites nihil aliud habere debent , nisi solam hospitationem, & neque milites possunt aliquid recipere etiam à sponte dantibus, *l.unica, C. de salgam hospit. non præst. lib. 12.* & milites de jure debent habere domum tantùm , & non oleum, lectum, vel alimenta, *l.unica, C.de salgam hosp. non præst.& l.3.C de erogat.militar.ann.lib.12.* & docet *Reg.Rovit. dec.70.n.13.* & milites debent esse contenti suis stipendiis, *cap.militare 23.quæst.1.* & nihil penitus ab hospitibus ratione victus recipere possunt, *l. 3. C. de erog milit.annon.lib.12.* sed militibus licitum est aliquid depredari in casu necessitatis. *Angel. per illum tex.in l.2 §cum in eadem,in fine,ff.ad leg.Rhodiam de iactu Reg.Rovit.in prag.4. de militibus*, & semper præsumitur, milites gravare populum , & vicinos, *l.milites, C.locati,& conducti, Reg. Rovit.in prag.3.n.1. de militibus* .

44 Scias quoque quòd quando milites mittuntur jussu Proregis in terris Baronalibus ad hospitandum, distributio hospitii inter cives spectat ad Sindicum, & Electos Universitatis , & non ad Baronem, *Capibl.de Baron.tom.1.super prag.19.n.61.* & idem est in materia billettationum sauitatis, idem *Capibl. tom.2. cap.100.n.20. & seq.* ubi n.21. dicit, quòd ad solum Principem spectat , mandare hospitia, & idem tenent *Reg de Ponte de potest.Proreg. tit. 1. § 6. num.6. & Danza de pugna DD. tom.2. tit. de armatione per Capaneam , cap. 6. num.39.*

45 Et immunitate concessa, non intelligitur concessa immunitas hospitandi, *l.fin.§. pen.ff de muneribus, & honeribus, & l 3.C.de muneribus patrimonialibus lib.10.* ità decisum testatur *Reg. de Pont. d tit.1. § 6.n.5.*

46 Et licet de jure Doctores non teneantur milites hospitari, *l. medicos, C.de profes.& medic.lib.10.Vivius dec.162.n.11.& Riccius coll.2509.* tamen de Consuetudine servatur contrarium , *Caravit. ritu 166 n.30.Riccius coll.3109 & Capibl.d.prag.19.nu. 63.* sed *Gaspar.Thes.quæst.forensi 93.n.8.part.1.* dicit, quòd Doctores sunt exempti in hospitando milites in eorum domibus, sed ipsi tenentur ad contributionem expensarum factarum in hospitandis militibus sequitur *R. Rovit.dec.70.n.20.* ubi n.18. et 19. dicit, idem esse in Sindico, & Electis Universitatis, sed *Ricc.d.coll.2509.ver.qui sunt*, dicit, quòd administratores, & Sindici Civitatis, pro illo anno, qui eorum officium exercent , sunt exempti ab onere hospitandi, citat *Cacheranum dec.95.*

47 Et milites sunt exempti ab onere hospitandi alios milites, *l fin§.pen.ff.de muneribus, & honor.* quod procedit, daro quòd isti milites non sint in actu exercitii , nam adhuc sunt exempti ab onere hospitandi alios milites, *prag.10.§.10. de militib.* Immò pater, & frater militis, si steut in communi, & indiviso , adhuc sunt exempti ab onere hospitandi milites, *Surd. dec.301. Mauson.de causis exequut.ampliat.29.n.121.& Reg.Rovit.prag.2.n.1.de milit.&* est *tex.in l.jubemus,C.de advoc.diver.judic.* sed tantùm tenentur ad contributionem *Capibl. prag. 8.part.2.n.158. in 2. impressione*, idem est in fratre Clerici, *Grass.de effect. Cleric.eff.2. n.122. cum plurib. seq. & Novarius in praxi elect. fori tom.1.sect.3. quæst.11. nu.2. & 5.*

48 Sic etiam Neapolitani orti, & oriundi non tenen-

nentur hospitari milites, ut in *ritu 301. Capibl. d. prag. 19. n. 65.* sic etiam omnes de Dohana Salis non tenentur hospitari milites, dumodo in illo loco non sint cives, *prag. 2. §. 19. de sale vendendo*, sic etiam terræ, quæ sunt Cameræ reservatæ sunt immunes ab onere hospitandi, *Ricc. collect. 2509. & Reg. de Ponte d. tit. 1 § 6. n. 17.* ubi *n. 18.* dicit, quòd Duces, & Principes ex terris, quas habent, duas possunt eligere in Cameram, & alii titulati, & Barones unam tantùm, licèt plures habeat terras. & *n. 22.* dicit ipse *Reg. de Pont.* ibi, quòd Camera reservata tenetur ad hospitium per transitum, & idem tenent *Capibl. de Baronibus prag. 8. part. 3. n. 176 & seq. & Riccius d. collect. 2509.* ubi dicit, quòd ipsa Camera reservata tenetur ad contributionem aliis terris quæ actualiter hospitantur, citat *Novar. quest. for. 90. lib. 1.*

49 Sicas similiter, quòd milites novæ militiæ (*vulgò detti del Battaglione*) si desetviant per otto annos, debent mutari, & alii in eorum locum creari, *pragm. 2. § 13. de milit.* & hoc fieri non potest, nisi præcedente ordine Proregis, & lui Collateralis Consilii, nam alii Judices inferiores in hoc sunt incompetentes, *pragm. 17. quæ hodiè est 12. §. 14. de militibus.*

50 Et tales milites pedestres novæ militiæ eliguntur per Sindicos, & Electos Universitatis, & quilibet miles debet habere de facultate ad minus ducatorum centum, & eliguntur quinque milites pro quolibet centenario foculariorum, *d. prag. 2. §. 1. de militibus.*

51 Et Nobiles non possunt eligi in milites novæ militiæ, *Thorus compen. decis. tom. 2. ver. pragm.* sequitur *Novar. in coll super prag. 2. post n. 5. de milit.*

52 & neque possunt eligi Clerici in milites novæ militiæ, *prag. 2. §. 4 de militibus*, ubi *Novar. n. 1.* dicit, hoc etiam procedere in Clericis primæ tonsuræ.

53 Et Vicerex hujus Regni eligit Capitaneos novæ militiæ, & ipsi Capitanei eligunt Alferios, Surgentes, & caput squatras, *d. prag. 2. §. 5. de militibus.*

SUMMARIUM.

1 *Regia Dohana Menepecodum Apuleæ residet in Terra Fogia, & cognoscit contra Indohanatos, cavallarios ordinarios, & extraordinarios, nu. 5. & 6. & etiam pro delictis campaneæ, n. 22. & etiamsi indohanatus sit auctor laudatus, n. 23. limita, ut nu. 24.*

2 *Descriptio sufficit in libris Regiæ Dohanæ, ut in futurum personæ possint cogi ad Pascua sumenda.*

3 *Solita pentio non potest augeri inconsulto Principe.*

4 *Pascua non debent damnificari, sed custodiri, & per quos? ibidem.*

7 *Uxores subjectorum Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ cognoscuntur per Regium Dohanerium.*

8 *Actuarii Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ cognoscuntur per Tribunal ipsius Regiæ Dohanæ.*

9 *Neapolitani, an conveniri possint in Regia Dohana Menepecodum Apuleæ per subjectos dictæ Regiæ Dohanæ.*

10 *Officiales, & Barones cognoscuntur per Regiam Dohanam Menepecodum Apuleæ, & nu. 11.*

11 *Indohanatus offendens officiales punitur per Magnam Curiam.*

12 *Persona privilegiata non habet electionem fori contra Indohanatos, & neque potest eligere ipsam Regiam Dohanam pro causis non spectantibus ad ipsam Regiam Dohanam, nu. 13.*

14 *Fidati, & locati Regiæ Dohanæ, quando gaudeant foro ipsius Regiæ Dohanæ? & nu. 15.*

16 *Indohanati an sint exempti à jurisdictione ordinariorum privativè?*

17 *Indohanatus administrans res Universitatis non gaudet foro Regiæ Dohanæ.*

18 *Indohanati pro delictis commissis antè indohanationem cognoscuntur ab ordinariis locorum.*

19 *Promittens solvere ubique locorum potest conveniri in Regia Dohana Menepecodum Apuleæ dato, quòd non sit subjectus dictæ Regiæ Dohanæ.*

20 *Capitulum 28. Caroli illis Generalis declarans jurisdictionem Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ hic asseritur, & nu. 21.*

25 *Appellatur à Regia Dohana Menepecodum Apuleæ ad Regiam Cameram Summariæ.*

De foro locatorum, seù indohanatorum Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ.

CAP. XX.

1 TRibunal Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ residet in Terra Foggiæ, *Marinus Freccia de subfendis lib. 2. auctorit. 46. n. 12 fol. 235. D. Danza de pugna DD. to. 2. tit. de elect. fori cap. 5. in princ.* in quo Tribunali adest Magnificus Dohanerius, qui habet merum, & mixtum imperium, & est Judex competens contra omnes indohanatos, & Dohanæ subjectos *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. 4. § 8 n. 49. & Novar. prax. elect. fori tom. 1. sect. 4. quest. 47. n. 2.* & dictum Tribunal Dohanæ Menepecudum Apuleæ fuit deputatum ad certas causas, & ad personas fidatas, qui vulgo Dohanati vocantur, idem *Novar. prax. elect. fori tom. 2. sect. 1. quest. 14. n. 3.* & Tribunal Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ habuit initium à tempore Romanorum *Freccia ubi supra*, & deindè fuit confirmatum per Regem Federicum secundum, & posteà ex conventione inita tempore Regis Alphonsi primi, & dictum Tribunal demum fuit ampliatum, & regulatum ex pluribus ordinationibus, & instructionibus Proregum, & Collateralis Consilii, *Reg. de Ponte d. § 8. n. 56.* & dictum Tribunal fuit erectum pro pascuis

2 pecodum, & sola descriptio in libris Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ sufficit, ut in futurum personæ possint cogi cum suis animalibus ad pascua sumenda, & ad solvendum in futurum debitam pentionem, sic etiam sufficit sola descriptio in libris Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ circà territoria, ut ipsa Regia Dohana capere possit ab invitis pro substentatione animalium in ea locatorum, *l. omnes, C. de fundis patrimoni libus lib.*

3 *11. Regens de ponte d. § 8. n. 55.* & solita pentio non potest augeri inconsulto Principe, *l. 1. C. de pascuis publ. lib. 11. de ponte d. § 8. n. 47.*

4 Et pascua non debent damnificari, sed custodiri, *d. l. 1. C. de pascuis publ. lib. 11.* & ad custodiendum dicta pascua Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ fuerunt creati, & creantur Regii Cavallarii,

rii, qui tenentur custodire dicta pascua, *Regens de Ponte* d. § 8. n. 48. ubi n. 52. dicit ipse *Reg. de Ponte*, quòd isti cavallarii dicuntur, & appellantur milites equitantes.

5 Et Regius Dohanerius est Judex competens contrà istos Regios Cavallarios de quocunque delicto, *Reg. de Ponte d. §. 8. n. 49. Novar. in prax. elect. fori, to. 1. sect. 4. q. 47. n. 2.* & ità in dies practicatur.

6 Sic etiam cavallarii extraordinarii cognoscuntur per ipsum Regium Dohanerium, & hoc est ex particulari privilegio, quod habet ipsa Regia Dohana, *Reg. de Ponte d. § 8 n. 54 & Novar. d. sect. 4. quæst. 47. n. 4.* nam dicta Regia Dohana non haberet istud privilegium particulare cognoscendi de cavallariis extraordinariis de jure esset secus, ut in *l. fin. C. de apparat. ig. milit. lib. 12. Reg. de Ponte d. § 8. n. 53.* ut in simili, nam licèt Doctores de collegio conveniantur coram Magnifico Cancellario Regni, tamen secus est in doctoribus extraordinariis Collegii, nam ipsi non cognoscuntur per ipsum Magnificum Cancellarium, *Preses de Franch. dec. 234. n. 6. Reg. de Ponte d. §. 8. n. 54. & Novar. d. sect. 4. quæst. 35. n. 9.* prout etiam licet de delictis officialium sola Magna Curia Vicariæ cognoscat, tamen secus est in officialibus extraordinariis, ut dicam infra *cap. 33. n. 107.* sic etiam licèt Prorex non cognoscat contrà officiales Regios perpetuos, tamen secus est contra officiales Regios perpetuos, extraordinarios contra quos Prorex cognoscere potest, ut dicam infra *d. cap. 33. n. 14.* sic et à licèt benefi[illegible] electionis fori non possit allegari in causis officialium regiorum per privilegiatas, personas, & neque ipsi Regii officiales alios trahere possint, tamen secus est in officialibus Regiis extraordinariis, *Novar. d. sect. 4. q 35. n. 1. cū duob. seq.*

7 Et non solùm fidati cavallarii ordinarii, & extraordinarii sequuntur forum ipsius Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, sed etiam eorum uxores sortiuntur forum ipsius Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, ita *Elisens Danza de pugna DD, tom. 2. tit. de elect. fori cap. 5. n. 8. cum seq.*

8 Sic etiam omnes actuarii scribæ, & cursores Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ sequuntur forum ipsius Regiæ Dohanæ, ut constat ex amplis privilegiis ipsius Regiæ Dohanæ, & est de jure communi, nam omnes officiales, & ministri alicujus curiæ delinquentes in officio puniuntur per eandem curiam, ut dixi supra *cap. 17.* de foro curialium, *nu. 20.*

9 Sic etiam ipsi subjecti Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ possunt convenire personas Neapolitanas in ipsa Regia Dohana, & ipsa Regia Dohana habet jurisdictionem etiam contrà Neapolitanos, ut decisum, refert *Reg. de Ponte d. §. 8. n. 50. Novar. d. sect. 4. quæst. 47. n. 3. & eadem sect. 4. quæst. 62 in fine, & Danza d. tom. 2. tit. de immunitate Neapolitanorum cap. 1. n. 11.* & licèt Neapolitanus trahat, & non trahatur, ut dixi supra *c. 18. n. 1.* tamen Neapolitanus non potest uti isto privilegio contrà subjectos Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, *D. Carlevil. de judiciis tom. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 8. n. 687.* sed contrarium tenet *Thorus*, ut dixi supra *d. cap. 18. nu. 19.*

10 Sic etiam Regia Dohana Menepecodum Apuleæ cognoscit contrà officiales Baronales in casibus, in quibus potest cognoscere contrà personas privatas, & ipsi officiales non possunt allegare privilegium, quòd sola magna curia de delictis officialium cognoscat, & ità in dies practicari videmus, Regiam Dohanam Menepecodum Apuleæ cognoscere, & punire officiales Baronales. Et idem puto in Baronibus, qui possunt conveniri à subjectis Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ in ipsa Regia Dohana ut dicam infra *cap. 47. n. 2.*

11 Sed si locatus seù indohanatus offendat officiales Baronales punitur per Magnam Curiam Vicariæ, & non remittitur ad Tribunal Regiæ Dohanæ, ut dicam infra *cap 66. n 5.* undè mihi videtur, Regiam Dohanam Menepecodum Apuleæ non posse procedere contrà officiales, nam si Magna Curia procedit contrà Indohanatos de offensa facta contrà officiales, ità etiam ipsa Magna Curia debet procedere contrà officialem delinquentem in personam locati, seù indohanati, licèt contrarium de facto observet ipsa Regia Dohana.

12 Sic etiam persona privilegiata non potest uti privilegio electionis fori contrà indohanatos, sed eos convenire debet in ipsa Regia Dohana Menepecodum Apuleæ, *Novar. d. sect. 4. q. 47. & Danza d. tom. 2. d. tit. de elect. our fori, cap. 5. nu 7.*

13 Et neque persona privilegiata, quæ non est subjecta ipsi Regiæ Dohanæ, potest eligere in suum forum Tribunal ipsius Regiæ Dohanæ pro causis non spectantibus ad ipsam Regiam Dohanam, *Novar. in prax. electionis fori tom. 2. sect. 1. q 14.*

14 Sed tunc fidati Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ conveniuntur in Tribunali Regiæ Dohanæ, quando eorum animalia pascua Regiæ Curiæ sumunt, & quotannis aliquid solvunt, & est necesse, ut habeant majorem partem animalium ibi pascua sumentium, a ids si minorem partem habeant, non gaudent privilegio fori Regiæ Dohanæ, *Amendola ad Pres. de Franch. dec. 176. Thor compend. to. 1. ver. Dohanati fol. 154. D. Danza d. tit. de electione fori cap. 5. nu. 1. usque ad nu. 4. & Capibl. de Baronibus prag. 8. par. 2. nn. 167. & sing 82. in fine.*

15 Et tunc locatus cognoscitur per Regiam Dohanam, quando locat herbam, & venit ad pascua prædicta, & habet propria animalia in numero ducentorum, & quòd cum dictis animalibus accedat ad pascua Apuleæ per Regiam Curiam locata, & ipsi exemptio à jurisdictione ordinarii non competit, nisi capiat herbam, & veniat ad pascua prædicta, *Novarius d. tom. 1. d. sect 4. quæst. 47. n. 4 Rendel. de pascuis publ. par. 1. c. 18.*

16 Sic etiam isti indohanati non sunt exempti à jurisdictione ordinarii privativè, *Capibl. d. prag. 8. part. 1. n. 130.* ubi dicit, licèt contrarium officiales Regiæ Dohanæ pro ampliatione eorum jurisdictionis aliter decernant, nam concessa alicui jurisdictione, in dubio dicitur concessa cumulativè, & non privativè quad Judices ordinarios, *l. fin. C. ubi causæ fiscales, l. tàm collatores, C. de re militari, l. 1. C. de offic. præf. urbis, Grammat. dec. 30.* sed quòd Regia Dohana Menepecodum Apuleæ habeat jurisdictionem contrà indohanatos privativè ad Barones, tenet *Novarius in prax. elect. fori tom. 2. in appendice ad sect. 1. quæst. 14. quod ponit in fine dicti secundi tomi, num. 2.*

17 Sic etiam si indohanatus administrat res Univer-

versitatis, ad reddendum computa administrationis conveniuntur in loco administrationis, & non potest adire Regiam Dohanam Menepecudum Apuleæ, *l. hac perpetua, C. ubi decuriones, & cohartal.* & docent *Novar. d. to. 1. d. sect. 4. q. 34. post nu. 3. & Aloys. Riccius decis. 296. nu. 3. par. 3.*

18 Sic etiam indohanati pro delictis per eos commissis antè indohanationem conveniuntur coram ordinariis locorum, & non coram Regio Dohanerio Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, ut dixi supra *c. 7. n. 93.*

19 Sed si quis promittat solvere ubique locorum, dato quòd non sit subditus Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, tamen potest ibi conveniri, *Manson. de cansis exequut. ampliat. 20. n. 5. ver. & ideò.*

Et indohanati Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, si offendant aures alicujus Judicis, puniuntur à d. Ro Judice, cujus aures sunt offensæ, *Jo: Maria Camp ma de forjudicatione resol. 29. n. 9.* quam operam ipse *Jo: Maria* edidit post impressam meam praxim forjudicatoriam.

20 Et quia adest *cap. 28* factum à quondam Cardinale Granuela, olim Vicerege hujus Regni, per quod declaratur jurisdictio Regii Dohanerii Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, ideo illud volui hic inserere, & est tenoris sequentis, v3.

In quanto al 28. & ultimo capitolo della giuridittione del Mag. Dohaniero declaramo, che nel tempo dell'estate, che detta Dohana ritorna da Puglia in Abruzzo, il predetto Mag. Dohaniero possa conoscere delli negotii, e cause civili, criminali, & miste, che saranno attingentino alla Dohana, ò dependentino da essa, ò da qualsivoglia altre lite civile, ò criminali già incominciate, etiam per solam informationem, ò già pendente in Dohana, però per le cose, & negotii extra Dohanam, ò siano civili, criminali, ò miste, volemo, che la cognitione spetti alli Baroni delle persone, & luoghi, conforme alla dispositione delle leggi communi, & delli loro privilegii, alli quali non se intenda fatta derogatione alcuna a rispetto de detti negotii extra Dohanam in detto tempo; & in quanto al tempo del inverno da che cala la predetta Dohana in Puglia, & se ne ritorno in Abruzzo, volemo, che la giuriditione sia integramente de detto Mag. Dohaniero per tutte, & qualsivogliano cause con la facultà de trahere. Declaramo però, che per li delitti si commetteranno per essi locati, & altri huomini de Dohana in alcuno luoco extra Dohanam & extra li luoghi dove detta Dohana pasce, dimora, ò camina. in tali cosa tantùm possano essere conosciuti da loro patroni proprii, ò dalli Baroni delli luochi dove detti delitti si commetteranno, conforme a quello sarà de giustitia. Però per qualsivoglia delitto, che se commette da altri in persona de detti locati, & loro beni, volemo sia la giuriditione integramente del Mag. Dohaniero, & non altrimente.

21 Sed postea ad instantiam Domini Donni Fabritii de Sangro Ducis Vetri, olim Regii Dohanerii Menepecudum Apuleæ fuit facta declaratio, d. cap. 28. per Regium Collaterale Consilium tenoris sequentis, v3.

Et perche è cosa chiara, & cossi fù intentione all'hora quando si fe il ditto cap. & tale è anche adesso la nostra, havendo il tutto trattato, & discusso nel Regio Collaterale Consiglio, che possiate, & debiate conoscere in tempo de inverno, & da che cala lo predetta Dohana in Puglia, & se ne ritorna in Abruzzo de tutte, & qualsivogliano cause, etiam con la facoltà de traherr tanto contro li locati, Pugliesi, come Abruzzesi, ò de qualsivoglia parte, che siano, & altri huomini, che se intendono de Dohana, & per qualsivoglia delitto etiam non toccante a materia de Dohana, & ancora che alcuno locato, ò altri predetti facessero qualche delitto extra il territorio assignatoli dalla detta Regia Corte ò in qualsivoglia luoco, atteso le parole apposte in detto cap. se intrudono solum per le Provincie dove essa Dohana non stà locata, passa, ne camina. Pertanto vi dicemo, & ordinamo, che debiate cossi osservarlo, & esequirlo, & se fusse stata fatta alcuna provisione, ò declaratione in alcuna causa da qualsivoglia Tribunale contro la forma del predetto, la reduttrete ad pristinum come cosa fatta contro detto cap. & la nostra intentione, e che non doveva farsi, & procederete voi à quanto sarà de giustitia, osservando nel resto la forma, & tenore del detto cap. & non se faccia il contrario per quanto se have cara la gratia, & servitio della predetta Maestà, & altre pene apposte in detto capitolo, datum Neapoli die 11. Februarii 1576. el Marquis. Vidit Reverterius Regens. Vidit Salernitanus Regens. Vidit Salazar Regens. Puonte pro Secretario in Curiæ primo registrata fol. 160. al Magnifico Fabritio de Sangro.

22 Et Magnificus Regius Dohanerius Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ potest cognoscere contra subditos dictæ Regiæ Dohanæ, etiam de delictis campaneæ, *Danza d. tit. de electione fori d. cap. 5. nu. 24.*

23 Sic etiam si indohanatus sit auctor laudatus ab emptore convento in aliqua curia, ipse indohanatus auctor laudatus debet remitti ad Tribunal dictæ Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ, & non tenetur defendere emptorem in judicio, ubi ipse emptor fuit conventus, immò etiam emptor, licèt non sit indohanatus, tamen adhuc remittitur ad dictum Tribunal Regiæ Dohanæ, ut dixi supra *c. 15. nu. 16.*

24 Sed quidam indohanatus, qui furatus fuit à Regia Araria equorum Regis aliquos equos, fuit pro dicto furto remissus ad Regiam Cameram per Regium Collaterale Consilium, & non ad Regiã Dohanam, ut refert *Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 156.*

25 Et à Regia Dohana Menepecodum Apuleæ appellatur ad Regiam Cameram, *prag. 61 §. 4. de offic. procurat. Cesaris*, & à Regia Dohanella Menepecodum Aprutii, quæ residet in Civitate Aquilæ, appellatur ad ipsam Regiam Dohanam Menepecodum Apuleæ, ut dicam infra *cap. 66. nu. 81.* & Regia Camera Summariæ cognoscit de omnibus rebus tangentibus Regiam Dohanam Menepecodum Apuleæ, *prag. 61. §. 4. de offic. Procuratoris Cesaris.*

SUMMARIUM.

1 *Nundinarum concessio spectat tantùm ad Regem.*
2 *Magister mercatus habet jurisdictionem in nundinis.*
3 *Die feriato potest procedi in causis nundinarum.*
4 *Exteri venientes ad nundinas non possunt ibi conveniri? & nu. 5.*
6 *Persona privilegiata an habeat electionem fori in nun-*

nundinis , & quid in loco contractus, si ibi conveniatur pro contractu? nu.7.

8 *Magister mercatus finitis nundinis, non potest finire causas coram eo inceptas, sed ipsæ spectant decidendæ ad officialem Baronis, qui ordinariè agit in dictis causis, nu.9. sed prog itis nundinis, dicitur prorogata jurisdictio Magistri mercatus, nu.10.*

11 *Appellari ad quem Judicem possit à causis nundinarum?*

12 *Clericus pro mercibus coram quo Judice conveniri possi:?*

13 *Instrumenta possunt liquidari coram Magistro mercatus tempore nundinarum.*

14 *Falsitatem committens coram Magistro mercatus ab eo puniri potest.*

15 *Magister mercatus delinquens intuitu officii punitur per Magnam Curiam.*

16 *Mercatus potest fieri in alio loco, quam ubi erat solitum fieri.*

De foro Nundinantium.

C A P. XXI.

1 IN multis locis fiunt nundinæ, & concessio ipsarum spectat tantùm ad Regem, *l.1.ff.de nundinis.Thes.dec.264.nu.2.* ubi dicit, quòd quando quis portat res in nundinis, compellitur eas vendere. Immò quando res est effecta venalis, & dominus recusat eam vendere alicui, tenetur actione injuriarum, *Capibl.de Baron.prag 1.nu.242.*

2 Et in dictis nundinis adest Magister mercatus, qui justitiam administrat tam in civilibus quàm in criminibus, sed in criminalibus ipse Magister mercatus debet procedere cum voto Judicis loci nundinarum, aliàs sententia per ipsum lata absque voto dicti Judicis est nulla, *prag.1.de jurisd. magistri jurati tem.nundin.prag.10.§.85. de off.judic.*

3 Et in causis nundinarum potest procedi die feriato, etiam ad honorem Dei, *l.3.ff.de feriis Carav. rit.80.n.4. ver. tertio limit 1, & Marant.in suo speculo par.4.dist.16. nu.87.& 91.* & in qualibet causa, quæ ventilatur in nundinis proceditur de mera equitate, omissis solennitatibus, & apicibus juris, *Bart.in l.si fidejussor.§ quædam & l.quintus, ff.mādati, Bal.in l.si pro ea col.pen. C.mandati Jas.in l.jurisgentium §.sed cum nulla col.3. ff.de pactis Maranta d.par.4.dist.9.nu.48. & Novar. quæst.forensi 32. to.2.nu.4.ubi nu.5.* dicit, quod in Nundinis acta possunt fieri de nocte.

4 His præmissis devenio ad ea, quæ faciunt ad tractatum nostrum, circa quæ advertas, quòd cæteri venientes ad istas nundinas non possunt ibi conveniri, *l.1.ubi DD.C.de nundinis,* quòd intellige pro negotiis præteritis, nam pro negotiis ibi gestis in nundinis pertinentibus ad negotia nundinarum possunt ibi conveniri, *Bald.in d.l.1.nu 3. C.de nundinis, Capiblanc. de Baronib.to.2.cap.54.nu.14. Carerab.de sindic.par.2.nu.164. & D.Carleval.de judiciis disput.2. qu.4. num.234. tom.1.* quòd corroboratur, nam quis potest conveniri in loco contractus, licèt sit alterius fori, ut dixi supra *cap.5.* de foro contractus.

5 Sed quòd quis veniens ad istas nundinas ibi possit conveniri pro aliis contractibus alibi celebratis, & pro quocunquè debito, dicit ita servari, *Foller. ad Marant. d. part.4. d.dist. 9. num.86. cum seq.& nu.92.* & novissimè idem testatur ipse *Novar.in praxi elect.fori to.2. sect.3.qu.19.num.13.&*

6 *14.* in qua *qu.19.* ipse *Novar.* dicit, quòd persona privilegiata habet electionem fori in causis introductis coram Magistro mercati. Intellige, si conveniatur pro contractibus alibi celebratis, secus si pro contractibus ibi celebratis, quia tunc non habet electionem fori, ut dicit ipse *Novar.*

7 *d.quæst.19.nu.9* quòd corroboratur, nam habens privilegium electionis fori illo non potest uti si sit conventus pro contractu in loco contractus, *Riccius dec.296.nu.2. par.3. & Novar.d. prax.electionis fori to.1.sect.4.qu.27.* sed contrarium, & sic, quod si quis sit conventus pro contractu in loco celebrati contractus si sit persona privilegiata, possit adire Regia Tribunalia, tenet *Capibl.d.to. 2.cap.44.nu.3.cum duobus numeris seq.* sed salvando opinionem *Novarii d. q.27.* dicas eam procedere, ut persona privilegiata conventa in loco contractus non possit eligere in suum forum, forum sui domicilii, ut tenet ipsemet, *Novar.tom.2. sect.1. quæst.8. in princip.* secus si velit eligere Regia Tribunalia, quia tunc non obstante, quòd sit conventa in loco contractus, tamen potest eligere dicta Regia Tribunalia, ut diximus ex autoritate *Capiblanci.*

8 Et scias, quòd omnes causæ ceptæ in nundinis si tempore nundinarum non sint finitæ spectant decidendæ ad officialem Baronis, & non ad Regios Superiores, *Capibl.d.to.2. cap.39.nu.12.* & Magister mercatus non potest finire dictas causas coram ipso inceptas, finitis nundinis, & est limitatio ad *l. ubi acceptum, ff.de judic.* nam concessa jurisdictione alicui ad certum tempus, elapso tempore, cessat ejus jurisdictio, etiam quo ad causas ceptas, & non finitas infra tempus jurisdictionis *Cappella Tholos.dec.356. & Borrel.summa decis.tit.41.nu.109.*

9 Et quando causæ ceptæ coram Magistro mercati redeunt ad Judicem ordinarium, non eo modo, quo coram Magistro mercati agitatæ fuerunt, agitantur coram Judice ordinario, sed ordinariè agitari debent juxtà formam juris, *Thorus voto 25.& Novar.d.prax.elect.fori to.2.sect.3.q.19 nu.8.*

10 Et circà hoc advertas, quòd si nundinæ sint concessæ ad certum diem, & sit facta prorogatio nundinarum, in hoc casu dicitur prorogata jurisdictio Magistri mercati, *Capibl.d.to.2.cap.47. n.6. cum seq.*

11 Scias quoquè quòd quando concessio nundinarum est facta à Rege, & tunc à sententiis latis à Magistro mercati appellatur ad Regios superiores, & non ad Baronem, *Minad.cons.24.* & ita procedit opinio *Capibl.in prag.4.nu.180. & in prag. 8.par.1.nu.187. cum seq. to.1.* sed si nundinæ sint concessæ à Barone cum assensu Regio, & tunc non appellatur ad Regia Tribunalia, sed appellatur ad Judicem appellationis Baronis, & ita procedit opinio ejusdem *Capibl.to.2.c.39.* ut dicam infrà *cap.69.nu.66.*

12 Sed quæritur quid si Clericus sit negotiator, & accedat ad nundinas, an pro mercimoniis ipse

Clericus conveniatur coram magistro mercati? & dicas quòd sic, *Feller. ad Marant. d. part 4. dist 9. num. 118.* nam semper Clericus negotiator pro mercibus convenitur coram Judice laico *Anchar. cons. 104. Paul. de Castr. in l. fin. nu 4. C. de jurisd omn. Jud. Capibl. d. prag. 8. par. 2. nu. 74. in 2. impressione,* sed in ultima impressione in *d prag 8 part. 3. n. 78.* remisit se ad dicta per *Mastril. decis. 159.* sed *Cinus in d l. fin.* dicit contrarium esse de jure canonico, & ita quòd Clericus pro mercibus conveniatur coram Judice Ecclesiastico.

13 Quæritur etiam, an coram Magistro mercati possint instrumenta præsentari, & liquidari via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ? & dicas, quòd sic *Feller. ad Marant. d. par. 4. dist. 9. nu. 133. & Novar. d. qu. forensi 32. lib. 2.* ubi dicit, quòd citatio in nundinis si per horas non expectato ultimo peremptorio, immò debitor vigore instrumenti in nundinis capitur de persona, & ducitur coram Magistro mercati, & interrogatur super tenore instrumenti, *Viscont. in suis conclusionibus ver. nundinarum fol. 205. & Feller. ad Marantam d. dist. 9. d. nu. 133.*

14 Quæritur etiam, quid si quis committat falsitatem coram Magistro mercati, an ipse Magister mercati cognoscat, & sit Judex competens contra ipsum falsarium pro falsitate prædicta? & dicas quòd sic, *arg. l. nullum, C. de testibus.*

15 Quæritur etiam, quid si Magister mercatus delinquat, an pro ejus delicto cognoscat sola Magna Curia Vicariæ? & dicas, quòd sic, ut desumitur ex *prag. 49 quæ hodiè est 47. de off. magistri justit.*

16 Et tandem finaliter scias (licèt sit extrà materiã nostri tractatus) quòd si sic solitũ, mercatum fieri in aliquo loco Civitatis, Universitas potest mercatum mutare in alio loco, etiam contradicentibus vicinis loci, ubi prius fiebat mercatus, *Thes. decis. 26. nu. 3. Capibl de Baronib. com. 2. cap. 16. nu. 10. & seq. & Novarius qu. forensi 74. to. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Viventes de arte maris cognoscuntur per Magnum Admiratum, & qui dicantur vivere de arte maris? & credetur magno Admirato in ejus litteris in quibus asserit, aliquem esse de sua jurisdictione, ibid.*

2 *Magnus Admiratus habet jurisdictionem contra viventes de arte maris privativè ad Magnam Curiam.*

3 *Subjectus curiæ magni Admirati, si offendat Alguzerios Magnæ Curiæ, punitur per magnum Admiratum, secus est in milite nu. 4.*

5 *Raccommendati magno Admirato, etiam si sint contumaces, debent remitti ad magnum Admiratum, non purgata contumacia.*

6 *Magnus Admiratus cognoscit contra Actuarios dictæ Curiæ.*

7 *Ragusei, licèt vivant de arte maris, tamen non conveniuntur coram magni Admirati.*

8 *Persona privilegiata non potest eligere in suum forum magnam Curiam contra subditos magni Admirati.*

9 *Fiscus Magnæ Curiæ intervenit in causis criminalibus vertentibus in Curia magni Admirati.*

10 *Causa liquidationis instrumenti debet remitti ad Curiam magni Admirati, si subditus magni Admirati sit citatus super tenore instrumenti per magnam Curiam.*

11 *Subditus magni Admirati, si furatur in mare, & sit captus per magnam Curiam, ab ea punitur.*

12 *Curiales Sacri Consilii possunt convenire subditos magni Admirati in ipso Sacro Consilio.*

13 *Coadjutor Curiæ magni Admirati, si conveniatur in M. C. V. judicio ex fractus, an sit remittendus ad Curiam Magni Admirati?*

14 *Subditus magni Admirati an possit petere se remitti ad Curiam magni Admirati, si ipsi fuit factum mandatum de non subhastando per M. C. V.*

15 *Jurisdictio magni Admirati potest prorogari per non subditos ipsius magni Admirati.*

De foro viventium ex arte maris.

C A P. XXII.

1 CUria Magni Admirati (quæ est in Civitate Neapolitana) cognoscit, & est competens de omnibus causis maritimis, & de omnibus, qui vivunt de arte maris, *Pres. de Franch. dec. 417. & 722. nu. 1. Camp. ig. in cap. Reg. item prædicti Admirati nu. 14. Reg. Sanf. d. dec 419. nu. 7. & 31. to. 3. Grazzrel. decis. 73. Mastrill. de magistratib. lib. 5. cap. 13. & in decis. 47. nu. 18. Affl. decis. 27. Regens de Ponte decis. 13. nu. 1. & Freccia de subfeudis lib. 1. tit. de offic. Admirati maris nu. 1.* ubi *nu. 14.* explicat, qui dicantur vivere ex arte maris, & *n. 15.* dicit, quod creditur Magno Admirato in eius litteris patentalibus, in quibus asseritur, aliquem esse de sua jurisdictione.

2 Et Curia Magni Admirati habet jurisdictionem contrà viventes de arte maris privativè ad Magnam Curiam Vicariæ quoad omnes causas universaliter, *Capyc. decis. 9 de Franch. d. decis. 417. nu. 9. Reg. Sanfel. dec. 419. nu. 34. & Novar. in prax cleß fori tom 2. sect. 3. qu. 27. nu. 7.*

3 Et ideo si quis jurisdictionis Curiæ Magni Admirati offendat Alguaerios Magnæ Curiæ intuitu eorum officii, & de hoc sit inquisitus in Magna Curia in hoc casu debet remitti ad Curiam Magni Admirati *Reg. Sanfel. d. dec 419. n. 36. de Franc. d. dec. 722.* itá decisum testatur *Anna cons. 107. Capibl. to. 2. cap. 37. nu. 11. Reg Tapp. dec. S. R. C. 13. & Thor. comp. decis. to. 3. sect. 3 ver. remissio. fol. 60.* quod secus est in milite, nam si ipse offendat Alguze-

4 rios Magnæ Curiæ intuitu eorum officii, punitur per ipsam Magnam Curiã, & non per Judicẽ militarem, ut dixi supra *cap. 19. nu. 33.* sed si carcerarius Curiæ Magni Admirati excarceret carceratum M.C.V. absquè ordine ipsius M.C.V. punitur ab ipsa M.C.V. & causa non remittitur ad Curiam Magni Admirati, ut decisum refert, *Jo: Maria Campana de forjudicatione, resol. 29. post nu. 9.*

5 Sic etiam raccomendati Magno Admirato Regni si fuerunt citati per Magnam Curiam, vel per alia Tribunalia, licèt sint effecti contumaces, tamen debet remitti ad Curiam Magni Admirati, etiam non purgata contumacia, ut dixi supra *cap. 8. nu. 79.* & docet *Reg. Sanfel. dec. 409. n. 53.*

quod

quod amplia, dato quòd desierint esse de foro Magni Admirati, nã adhuc debēt remitti ad Curiã Magni Admirati de delictis commissis tempore, quo erant de foro Magni Admirati, non obstante, quòd pro dictis delictis fint effecti contumaces per ipsam Magnam Curiam, ut ita decisum testatur *de Franch.dec.*417.& docet *Reg.Sanfelic.d.dec.*419.*nu.*40. in qua decisione dicit ipse *Reg Sanfelic.*quòd etiam post sententiam latam per M.C.V. contra subditum Magni Admirati causa est remittenda ad Curiam Magni Admirati.

6 Et etiam Actuarii Curiæ Magni Admirati conveniuntur in Curia Magni Admirati, ut dixi supra *cap.*17.*nu.*19.

Et Regia Camera Summariæ non habet jurisdictionem contra officiales Magni Admirati, *Gizzarel.decis.*73.& ideo Tribunal Magni Admirati procedit cum Regia Camera cum litteris requisitoriis, sivè hortatorialibus, *Reg.de Ponte dec.*13.& *Reg.Sanfelic.d decis.*419.*nu* 41.

7 Sed scias, quòd si quis sit Ragusæus, etiam si vivat de arte maris, & nō cōveniatur de causa civili, mercantili, vel maritima in Curia Magni Admirati, sed contra Ragusæū cognoscit consul nationis Ragusææ *de Franc.dec.*723.sed in locis ubi nō adest dictus Consul cognoscit Judex ordinarius illius loci, ut patet ex privilegio Rauseorum, de quo per *Præs.de Franch.decis.*723.

8 Scias etiam, quod vidua non potest eligere in suum forum Magnam Curiam Vicariæ contra eum, qui cognosci debet per Curiam Magni Admirati, nam hi sunt diversi fori, & ideò tenetur eum convenire in ipsa Curia Magni Admirati, & non in Magna Curia Vicariæ per viam electionis fori, *Capibl.de Baronib to.*2.*cap.*43 *nu.*3.& ita decisum testatur *Reg.Tapia in decis. Sacri Consilii* 43. *Reg.Sanfelic. decis* 419. *nu.*33.& *Novar.prax. electionis fori to.*1.*sect.*4.*qu.*64.& neque persona privilegiata potest eligere in suum forum Curiam Magni Admirati contrà non subditos dictæ Curiæ, *Gallup.in pract.Sacri Consilii part.*2. *cap.*6.& *Novar.in prax elect.fori to.*2.*sect.*1.*qu.*5. sed quòd vidua possit eligere Magnam Curiam Vicariæ in suum forum contra illum, qui debet cognosci per Curiam Magni Admirati, tenet, *Jo:Jacobus Annichinus lib.*1.*observat. ad jus Regni cap.*13.cujus scripta inservit *Novar. in prax. electionis fori to.*2.*sect.*3.*qu.*27.& hæc secunda opinio ratione comprobari potest, nam licèt olim à Tribunali Magni Admirati non appellabatur ad Magnam Curiam, sed ad Sacrum Regium Consilium, *Reg.de Ponte dec.*13. tamen hodiè appellatur ad Magnam Curiam, *Mastrill. de magistratibus lib.*5.*cap.*13.*nu.*22. ergò si Magna Curia Vicariæ est Tribunal appellationis Curiæ Magni Admirati, vidua potest eligere in suum forum Magnam Curiam Vicariæ contra subjectum Curiæ Magni Admirati, sed quia observantia est in contrarium, & sic quòd à Curia Magni Admirati appellatur ad Sacrum Regium Consilium, & non ad Curiam Vicariæ, ut dicam infra *cap.*69.*nu.*72. ergo prima opinio mihi videtur vera, & sic ut persona privilegiata non possit eligere in suum forum Magnam Curiam Vicariæ contrà illum, qui cognosci debet per Curiam Magni Admirati, prout tenet *D. Reg.Sanfelic.dec.*73.*nu.*15.

9 Et advertas, quòd Fiscus Magnæ Curiæ Vicariæ intervenit in omnibus causis criminalibus vertentibus in Curia Magni Admirati, *Gizzarel.dec.*73. *in princ.de Franc.d.dec.*722.*nu.*3. & 17. & *Reg.de Ponte d.dec.*13.*nu.*1.& hoc hodie est in viridi observantia in dicto Tribunali Magni Admirati.

10 Advertas etiam, quòd si subditus Curiæ Magni Admirati sit citatus super tenore instrumenti in Magna Curia Vicariæ, causa debet remitti ad Curiam Magni Admirati, *Capibl.de Baronib.prag.*8. *par.*1.*nu.*200.& in Curia Magni Admirati possunt instrumenta præsentari, & liquidari contra subditos Curiæ prædictæ, *Freccia de subfeudis lib.*1.*tit. de off. Admirati maris nu.*31 & *Reg.Sanfel. d.decis.*419.*nu.*22. sed si subditus Curiæ Magni Admirati in instrumento fecit pactum, ut instrumentum possit liquidari in quocunque loco, Curia, & foro, & tunc si instrumentum præsentetur in Magna Curia Vicariæ, puto, quòd ille citatus nòn possit petere causæ remissionem ad Curiam Magni Admirati, sed hoc facere potest Magnus Admiratus, ad cujus instantiam causa debet remitti ad suam Curiam, arg.eorum, quæ traduntur per *Elisæum Danzam de pugna DD.to.*1.*tit.*1. *de remissionibus causarum cap.*2.*nu.*5. sed veritas est quòd subditi Magni Admirati nec etiam volentes possunt se submittere alio Judici, ut in privilegio Magni Admirati, *cap* 11.& hoc sivè vertatur in præjudicium ipsius subditi, sivè in præjudicium Domini, *Reg. Sanfelic.d.decis* 419.*nu.*67 & *seq.*

11 Advertas etiam, quòd si subditus Magni Admirati committat crimen piratarum, & sic si furetur in mare, si sit captus per Magnam Curiam Vicariæ ipse reus non remittitur ad Curiam Magni Admirati, sed punitur per ipsam Magnam Curiam Vicariæ, *Capibl.de Baronib.tom.*2.*cap.*52 *nu.*12.& *in tom.*1.*super prag.*8. *part.*2. *num.*127. *de Franch. dec.*142.

12 Advertas quoque, quòd subditi Magni Admirati possunt conveniri in Sacro Regio Consilio à curialibus ipsius Sacri Regii Consilii, ut ita decisum testatur *Matthæus de Afflict in decis.*56.

13 Et coadiutor Curiæ Magni Admirati, si conveniatur in M.C.V. judicio summariissimo extrahendi domum, non remittitur ad Curiam ipsius Magni Admirati. *Reg.Sanfelic.dec.*371 *tom.*3.

14 Sic etiam, si adversus subditum Magni Admirati sit per M. C. V. factum mandatum de non fabricando per novi operis nunciationem, si ipse petat, se remitti ad Curiam Magni Admirati, causa non remittitur, nam nuncians novum opus dicitur reus, & non actor, *Reg.Sanfelic.dec.*379.*tom.*3.

15 Advertas etiam, quòd non subditi Magni Admirati possunt prorogare jurisdictionem ipsius Magni Admirati, ut decisum, refert *Affl.d.dec.*27.

SUMMARIUM.

1 *Exercentes aliquam artem conveniuntur coram consulibus dictæ artis, vel coram Judice ordinario.*

2 *Exercentes artem lanæ conveniuntur coram consulibus dictæ artis, & quæ concurrere debeant, n.*3.4. 11.& 14.

5 *Consules artis lanæ cognoscunt contra ministros, & alios*

alios à dicta arte dependentes, & an contra carcerarios? ibid.

6 *Exercentes artem ferici cognoscuntur à curia dictæ artis, & quæ requisita concurrere debeant? nu. 9. 13. & 14.*

7 *Filii, & servi exercentis artem serici cognoscuntur a curia dictæ artis.*

8 *Probatur per solam matriculam, ut quis sit de arte serici.*

10 *Exercentes artem si desinunt esse de illa arte, de gestis tempore, quo erant de illa arte, conveniuntur coram Judice illius artis.*

11 *Uxor exercentis aliquam artem convenitur in foro mariti.*

12 *Lis, si sit incæpta coram Judice ordinario, si deinde litigantes efficiantur de arte lanæ, debet finiri, ubi cæpta fuit.*

15 *Exercens plures artes, si delinquat in una arte, punitur à curia dictæ artis.*

16 *Fiscus magnæ curiæ intervenit in causis criminalibus vertentibus in curia artis lanæ & serici.*

17 *Appellatur à sententia curiæ artis serici ad Magnam Curiam.*

18 *Persona privilegiata an possit eligere Magnam Curiam contra exercentes artem serici.*

19 *Reconvenire an possit subditus alicujus artis Actorem in Tribunali ejusdem artis pro causa non spectante ad dictam artem?*

20 *Advocati Sacri Consilii possunt convenire subditos artis serici in ipso Sacro Consilio.*

21 *Delegatus pro causis alicujus Banci potest cognoscere contra subditum artis serici pro causis spectantibus dicto Banco.*

22 *Doctores de Collegio Neapolitano ubi conveniri possint?*

23 *Notarii à quo cognoscantur circa solemnitates extentionis instrumentorum in protocollis non appositas?*

24 *Fraudantes diritus spectantes ad Regiam Dohanam puniuntur per ipsam Regiam Dohanam.*

25 *Regia Camera cognoscit contra eos, qui sunt de Dohana salis.*

26 *Pharmacopolæ à quo visitentur pro rebus aromatariis?*

27 *Gubernator gregis equorum regiæ aratiæ contra quas cognoscat?*

De foro exercentis aliquam artem, & de foro aliarum personarum.

C A P. XXIII.

1 EXercentes aliquam artem cognoscuntur per Consules illius artis, quam exercent, *l. fin. ubi gloss. & DD. C. de jurisdictione omnium judicum*, ubi *Bal. n. 4.* dicit, quòd possunt etiam conveniri coram Judice ordinario, & idem tenet *Reg. de Pont. de potest. Proregis tit. 2. § 1. nu. 17.*

2 Est exemplum in Regno Neapolitano in exercente artem lanæ. qui cognosci debet civiliter, & criminaliter à consulibus artis prædictæ, & Tribunal artis lanæ residet in Civitate Neapolitana, & habet jurisdictionem contrà exercentes artem prædictam privativè ad Magnam Curiam quoad omnes causas civiles, & criminales ex privilegio Regis Ferdinandi primi, *Præs. de Franch. dec. 434. dec. 679. num. 1. & dec. 722. nu. 18. & 24. Regens de Ponte de potestate Proregis tit. 1 § 3. nu. 29. & Navarius in prax. electionis fori tom. 1 sect. 4. q. 64. n. 3.*

3 Sed ut exercentes artem lanæ gaudeant foro consulum artis prædictæ ultrà matriculam est necesse, ut exerceant dictam artem, *de Franch. dec. 481.* ubi dicit fuisse decisum, utrumque requiri, & sic matriculam, & exercitium, ut quis cognosci possit à consulibus artis lanæ, citat *Bald. Paul. de Cast. & Decium in l. scriniarios, C. de militari testamento*, idem tenent *Riccius in praxi part. 3. resol. 491. Capibl. prag. 8. par. 2. nu. 165. & Caracciolus de fori privileg. remiss. q. 13. nu. 1.*

4 Sic etiam, ut exercentes artem lanæ gaudeant foro curiæ artis prædictæ, est necesse, ut exerceant dictam artem per se ipsos, & non per substitutum, aliàs non gaudent dicto foro, & conveniuntur coràm Judice ordinario, *Thor. comp. dec. tom. 1. ver. remissio. fol. 361.*

5 Et Consules artis lanæ non solùm sunt competentes contrà exercentes artem lanæ, sed etiam contra ministros, & alios à dicta arte dependentes, *de Franch. d. dec. 679. n. 1.* ubi dicit fuisse denegatam remissionem carcerarii artis lanæ à Magna Curia Vicariæ ad Curiam artis lanæ, quæ Magna Curia prævenerat in capiendo informationem, & ad capturam carcerarii, qui erat inquisitus ex quo aufugerant carcerati ab ejus carcere, sed ipse *Præsid. de Franch.* videtur inclinare contrà decisionem Magnæ Curiæ, & dicit à sententia M. C. V. fuisse appellatum ad Sacrum Consilium, & causam non fuisse decisam.

6 Est etiam exemplum in exercentibus artem serici, qui cognosci debent à Curia artis serici, *de Franch. dec. 363. in princ. & Thor. comp. dec. to. 2. ver. Judex, fol. 310.* & Tribunal artis serici etiam residet in Civitate Neapolitana cum tribus Consulibus, quod Tribunal cognoscit contrà suos subditos ejusdem artis privativè ad Magnam Curiam, quoad omnes causas, *de Franch. dec. 722. n. 18. et 24.*

7 Immò filii, & servi exercentis artem serici gaudent eodem privilegio fori, quo gaudet eorum pater, & Dominus, ut decisum refert *R. Sanfel. dec. 21.*

8 Et quòd quis sit de arte serici, probatur per solam matriculam. *l. petitionem, C. de advocatis diver. jud.*

9 sed ut ipse gaudeat foro artis serici ultrà matriculam est necesse probare exercitium, ut supra diximus in exercente artem lanæ, ut docet *Aloys. de Leo in d. l. fin. n. 11. C. de jurisd. omn. jud.* immo si quis exerceat artem serici pro minori parte anni, & pro alia majori Parte anni exerceat aliam artem, in hoc casu non gaudet foro artis serici, ut ità decisum, testatur *Præs. de Franch. dec. 175.*

10 Quòd si quis fuit de una arte, & posteà desinat esse de illa arte, tamen potest conveniri pro iis, quæ gessit tempore, quo erat de illa arte coram illis judicibus illius artis, *Paul. de Castr. in l. 2. C. de Constit. pecunia*, & idem *Paul. de Cast. in l. fin. n. 1. & 2. C. de jurisd. omn. jud.* & facit *tex. in l. prætor, §. is etiam, ff. de edendo, Marian. Socin. in rub. extra de foro competenti n. 6. verb. quadragesimo secundo, Riccius in praxi parc. 1. dec 590. post n. 2. Præs. de Franch. dec. 417. nu. 9. Guazzinus ad defensam reorum def. 1. cap. 17.*

17.nu.77.in fine. Capibl.prag.8. part.2.nu.168. tom. 1.& Caracciol.de fori privileg. rem.5. q.27 nu.7.

11 Et scias, quòd uxores exercentis aliquam artem sortiuntur forum mariti, *l.pen.C.de fabri.lib. 11.Marian.Socin.d.rub.de foro competenti, ver.sexagesimo secundo in fine, de Franch. dec.363.* & dicam infra *cap.27.* de foro uxoris *nu. 17.*

12 Sed si lis sit intentata coram Judice ordinario, & lite pendente, reus efficiatur de arte lanæ, in hoc casu lis debet agitari, ubi fuit incæpta,& non debet remitti ad Curiam artis lanæ, ut ità decisum, testatur *Thorus comp. dec.tom.3 sect.3.ver. remissio, fol.73.*

13 Et immunitate concessa alicui, ex quo exercet aliquam artem, tunc illa gaudet, si majorem partem ejus facultatis in negotiatione illius artis ponat, *de Franch.d.dec.175.n.2. Aloys.de Leo in d.l.fin. nu.11.C.de jurisd.omn. jud. Hodier. ad Surdum dec. 313. nu 5. & Danza de pugna DD.tom.2. tit.de electione fori cap.5.nu.4.*

14 Sic etiam in tantùm exercentes artem lanæ, & serici cognoscuntur ab eorum consulibus artis prædictæ, in quantùm delinquunt circa eorum exercitium, & non aliter,alias puniuntur a Judice ordinario, *Bald.in d.l.fin. n 3.* & ibi *Paul.de Cast.n. 2.C de jurisd.omn jud. Hipp. de Marf.in l.fin. n.173. ff eod.tit.de jurisd.omn.jud. Decius in cap. ceterum,n. 46.de judiciis, Pisanel.ad Afft. dec 41. Foller.in additionibus ad Rubertum Marantam part 4. dist 9.nu. 88 & Capiblanc. pragm 8 part.2.num.162.*

15 Et scias, quòd si quis sit matriculatus in diversis artibus, puta in arte lanæ, & serici, in hoc casu si tractatur de negotiis spectantibus ad artem lanæ convenitur coram consulibus artis lanæ, si verò tractatur de negotiis spectãtibus ad exercitium artis serici, & tunc convenitur coram consulibus artis serici *l. legatis servis.§ si unus, & l. procurator, § si plures,ff.de leg it.3. Bal. in l.recepticia. ff de Const. pecunia,* sed si tractetur de negotio concernente neutram artem, & tunc convenitur coram Judice ordinario, *l 3. § eodem modo ff. de nauta, caupone, & stabular. Foller.ad Marantam d. par.4. dist 9.nu.106.& seq.*

16 Scias etiam, quòd in causis criminalibus vertentibus in Tribunalibus artis lanæ, & serici intervenit Fiscus Magnæ Curiæ Vicariæ, *Prof. de Franch.d.decis 722.n.17.*

17 Scias etiam, quòd à sententia curiæ artis serici appellatur ad Magnam Curiam,& non ad Regiam Cameram Summariæ *prag.14.de offi.Procur.Cæsar.*

18 Et ideò cum Magna Curia sit Tribunal supremum dictæ curiæ artis serici persona privilegiata potest eligere in suum forum ipsam magnam curiam contrà subditos Tribunalis artis prædictæ, & ipsi subditi non possunt petere se remitti ad Tribunal artis serici, ut ita decisum, testatur *Thorus compen.decis.tom 2.ver. remissio,fol 580.* sed vide, quod dixi supra *cap. 16. nu.82.*

19 Scias quoque quòd si subditus Tribunalis artis lanæ, vel serici conveniatur in dicto Tribunali, non potest actorem reconvenire in dicto tribunali pro causa non spectante ad dictum tribunal, *Roland.à Valle cons. 92.per totum vol 3.Vasq.Illus. quæst.lib.1.cap.35.nu.7.Gaill.pract. observat. lib.2. observat.20.nu.9.& Georgius Obrecbti de jurisdictione, lib.3. cap.16. nu.9.* sed in contrarium est veritas, ut dixi supra *cap. 13. num.9.*

20 Scias etiam, quòd subditi artis serici possunt conveniri in Sacro Regio Consilio ab Advocatis ipsius Sacri Regii Consilii, & prædicti subditi Tribunalis artis serici non possunt petere in ipso Sacro Regio Consilio, se remitti ad curiam artis serici, ut ita decisum, testatur *Thor.comp. decis. tom. 2 ver. remissio, fol. 579.*

21 Sic etiam si per Proregem causæ alicujus Banci sint delegatæ alicui, & coram ipso delegato conveniatur subditus artis serici pro causa spectante ad dictum bancum, ipse conventus non potest petere se remitti ad curiam artis serici, ut ita decisum, testatur *Thor.comp.dec.to.3. sect.3.ver.remissio fol. 130.*

Et intantùm subditi artis serici puniuntur pro delictis à curia artis serici, in quantùm pro ipsis delictis non veniat imponenda pœna mortis naturalis, aliàs contrà ipsos curia artis serici non potest cognoscere, sed cognoscit M.C.V. ut docet *Donat.Ant.de Mariuis quotid.resol.to.2.cap.232.* ubi tenet, quòd si ex delicto veniat imponenda pœna mortis naturalis,sed ex defectu probationum, vel ex aliqua justa causa pœna sit minoranda, causa spectat ad ipsam curiam artis serici, & non ad M.C.V.

22 Et advertas quòd Doctores Collegii Civitatis Neapolitanę conveniuntur coram Magnifico Cancellario ipsius collegii, *de Franch. decis.234. & 544.* idem est in medicis ipsius collegii, qui etiam conveniuntur coram ipso Magnifico Cancellario dicti Collegii, & dictus Magnificus Cancellarius habet jurisdictionem abdicativam, undè Magna Curia Vicariæ, vel Sacrum Regium Consilium non potest cognoscere contrà dictos medicos *Afft dec.41.Thor.compen.dec.to.1.ver.medicus, & Novar.in praxi elect.fori to.1.sect.4.q.sect.64.n.6.* sed Doctor Collegii Neapolitani conventus tanquàm hæres ex contractu defuncti non potest petere se remitti ad magnũ cancellarium, *de Franch. d decis.234.*ubi *n.6* dicit ipse *de Franch.*quòd Doctores ordinarii ipsius collegii conveniuntur coram Magnifico Cancellario, secus est in Doctoribus supranumerariis, ut dixi etiam supra *cap. 20. post n.6.* sic etiam si lis sit cępta in magna curia, si deinde reus efficiatur Doctor de collegio, non potest petere, causam remitti ad collegium, sed causa debet finiri, ubi ipsa cępta fuit, ut ità decisum, testatur *de Franch.d.dec.544.*

23 Advertas etiam, quòd Notarii cognoscuntur per Viceprotonotarium circà solemnitates extentionis instrumentorum in protocollis non appositas, *Anna sing.360.& Thor.comp.dec. tom.2. ver. Judex fol.312.* quod officium hodiè exercetur per Præsidentem Sacri Regii Consilii, & ipse cognoscit circà ea, quæ concernunt ad tale officium, *Mastril.dec.52.& Novar.d. tom.1.d.sect.4.d q.64.n. 7.* & ipse Præses singulis annis mittit commissarios in quanbet Provincia ad visitandum Notarios, prout ità omnibus observari,& practicari est notum, & an Episcopus in Regno vigore Concilii Tridentini possit visitare Notarios Regios, dicam infra *cap.49.post n. 22.* nam criminaliter cognoscit R.S.C.

24 Ad.

24 Advertas etiam, quòd contra fraudantes diri- ctus spectantes ad Regiam Dohanam cognoscit Judex ipsius Regiæ Dohanæ, *Novar. d. quæst 64. n. 9.* sic etiam Dohanerius dictæ Regiæ Dohanæ cognoscit civiliter tantum contra fraudantes in materia salis. *Novar. in praxi elect. fori tom. 2. sect. 1. quæst. 14. nu. 8.*

25 Advertas quoque, quòd omnes, qui sunt de Dohana salis cognoscuntur tantùm à Regia Camera Summariæ, vel à Magistro Portulano Provinciali, & Officiales Baronales, vel alii tenentur capere informationem, & eam transmittere ad dictam Regiam Cameram, vel Magistrum Portulanum Provincialem, *prag. 2. §. 18. de sale vendendo.*

26 Advertas etiam, quòd contra Pharmacopolas ptor ebus aromatariis, & contra obstetrices exercentes absque privilegio cognoscit Protomedicus una cum ejus Judice, *Reg. Tapia in dec. Consilii supremi Italiæ* 14. qui Protomedicus debet esse Regnicola, *Reg. Tap. d. dec. 14. Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 6 a. n. 1 2. & Novar. d. quæst 64. n. 10.* & ille Protomedicus singulis annis mittit per totum Regnum Commissarios ad visitandum Pharmacopolas, & obstetrices, & deinde isti Commissarii in fine eorum commissionis tenentur parere sindicatui de eorum gestis in Regiis Audientiis, in quorum territoriis commissionem exercuerunt, ut dicam infra *cap. 32. num. 9.*

27 Et Gubernator Gregis æquorum Regiæ Aratiæ est Judex competens contra Officiales dictæ Regiæ Aratiæ pro delictis commissis intuitu eorum officii, & contrà offendentes dictos Officiales intuitu eorum officii, & contra damnificantes Regias forestas & defensas, *D. R. Sanfel. in praxi judicali sect. 18.*

SUMMARIUM.

1 *Fiscus sive sit actor, sivè Reus quis sit Judex competens inter ipsum Fiscum & privatum? & n. 2.*
3 *Causæ inter Fiscum, & privatum quo die tractantur?*
4 *Jurisdictio alterius Judicis non potest prorogari pro causis spectantibus ad Judicem competentem Fisci, & n. 5. & an jurisdictio Judicis Fisci possit prorogari pro causis non spectantibus ad ipsum, nu. 6.*
7 *Persona privilegiata non habet electionem fori, quando litigat cum Fisco.*
8 *Lis cæpta inter privatos, si uni ex litigantibus succedat Fiscus, lis debet agitari in foro Fisci.*
9 *Judex competens Fisci cognoscit inter privatos de causis dependentibus à causa Fiscali.*
10 *Fidejussores coacti per Judicem Fisci, an coram eodem Judice possint cogere principales?*
11 *Coloni, & conductores rerum patrimonialium Regis coram quo Judice conveniri possint?*
12 *Regia Camera est Judex competens in omnibus causis Regii Patrimonii. Et ideo cognoscit, quando est lis, si bona interficientis se ipsum debeant confiscari, num. 13. & cognoscit etiam de pluribus aliis causis usque ad nu. 26.*
27 *Ordinarius loci potest cognoscere de causis fiscalibus, quando fiscus in loci, ubi non adest Tribunal Regiæ Cameræ.*
28 *Procurator Cæsaris non potest cognoscere de causa status.*

De foro Fisci.

CAP. XXIV.

1 Fiscus sivè sit actor, sivè reus, inter ipsum Fiscum, & privatum Procurator Cæsaris est Judex competens, *l. 1. ubi glos. & DD. C. de jurisd. omn. jud. & l. 3 & 2. C si adversus Fiscum, l. 2 & l. ad Fiscum. C. ubi causæ fiscales, Thes. dec. 213. nu. 1. & Boss. tit. de Fisco n. 43.* & in Regno Neapolitano

2 Regia Camera Summariæ successit in locum Procuratoris Cæsaris *Capyc. dec. 197. n. 3.* & ideo in Regno nostro ipsa Regia Camera Summariæ est Judex competens inter Fiscum, & privatum, sivè Fiscus sit actor, sivè reus, *prag. 61. §. 2. de offic. procurat.*

3 *Cæsar.* & in ipsa Regia Camera Summariæ die lunæ, Martis, Jovis, & Veneris tractantur causæ, ubi Fiscus est actor, die verò Mercurii, & Sabbati, ubi Fiscus est reus. *prag. 5. §. 4. & §. 7. & prag. 62. in fine, & prag. 65 §. 1. et §. 2 de officio Procuratoris Cæsaris.*

4 Quod amplia, & primò, nam si partes litigant in Sacro Regio Consilio de causis spectantibus ad Regiam Cameram Summariæ, licèt pars, & Fiscus non opponant exceptionem declinatoriam fori, tamen semper Sacrum Regium Consilium remittit dictas causas ad Regiam Cameram Summariæ, ut ita decisum, testatur *de Franch. dec. 132. & Cabal. resol. crim. casu 168. n. 9.* immò si causæ spectantes ad Regiam Cameram Summariæ agitentur in alio Tribunali, quàm in Regia Camera, acta sunt

5 nulla, *prag. 37. de offic. Sacri Regii Consilii*, & quis pro causis spectantibus ad Regiam Cameram Summariæ non potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis, *Bald. in l. cum eorum. nu. 7. C. de sent. & interloqunt omn. jud. Novar. in prax. elect. fori tom. 1.*

6 *sect. 4. quæst. 45 post n. 4.* quod non sic est è contrario, nam partes privatæ possunt prorogare jurisdictionem Regiæ Cameræ Summariæ & ibi litigare pro causis non spectantibus ad ipsam Regiam Cameram Summariæ, *l. 1. C. de jurisd. omn. judic.* intellige de jure communi, secus in Regno nostro, in quo Regia Camera non potest cognoscere de causis ad ipsam non spectantibus, etiam ex consensu partium, & etiam si adesset Regia delegatio, *d. prag. 37 de offic. Sacri Regii Consilii*, & docet *D. Reg. Rovit. in prag. 63. n. 4. de offic. procur. Cæsaris.*

7 Secundò amplia, nam si Fiscus litigat cum persona privata privilegiata, quæ habet electionem fori, ipsa persona privata privilegiata, sivè sit actrix, sivè rea, non potest ligere alia suprema Regia Tribunalia, vel petere se remitti ad suum forum, sed omninò compellitur litigare in Regia Camera Summariæ. *Novar. d. tom. 1. sect. 4. quæst. 40. D. Consil. Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. q. 6. sect. 7. nu. 649.* nam persona privilegiata non gaudet privilegio electionis fori pro causis fiscalibus, *Scaglion. in ritu 230. n. 3. Menoch. de arbit. judic. lib. 2. centuria prima casu 66. n. 44.* & dixi supra *cap. 16. de foro pupillorum, num. 52.*

8 Tertiò amplia, nam si lis sit cæpta inter privatos in aliquo foro, & Fiscus succedat uni ex litigantibus, causa est remittenda ad forum Fisci, *l. si constante, §. fin. solut. matrim. Boss. pract. crim. tit. de bonorum publicatione nu. 24. & tit. de Fisco nn. 44.* & dicam infra *cap. 28. de foro heredis num. 24.*

9 Quar-

9 Quartò amplia, nam licèt Regia Camera non possit cognoscere de causis inter privatas personas, *l. 2. C. si adversus Fiscum, l. 1. C. de jurisd. omn. jud. prag. 1. a. 5. item, ut Regia Camera, & prag. 13. §. 2. de off. procurat. Cæsar.* tamen si causa privatorum dependeat à causa fiscali, Regia Camera est competens etiam inter privatos, *Bart. in l. cum eorum, C. de sent. & interloc. omn. jud. Boss. tit. de foro competenti, post nu. 117. & tit. de Fisco n. 43. Capyc. dec. 197. n. 2. Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 9. n. 707.* & facit *tex. in l. cum vendente, C. ubi causæ fiscales*, ubi habetur, quòd mandatarius privati, qui emit rem à Fisco, & soluit Fisco pretium, potest agere contra mandantem ad pretium recuperandum coram procuratore Cæsaris, sic etiam licèt procurator Cæsaris non sit Judex competens inter duos privatos, tamen ipse procurator Cæsaris potest cognoscere de causa inter privatos in consequentiam, & accessoriè ad causam fiscalem, *d. l. cum eorum*, & docet *Salic. in d. l. cum vendente in tertia quæstione, C. ubi causæ fiscales*.

10 Quintò amplia, nam Judex Fisci, qui cognoscit adversus fidejussores debitoris fiscalis, est Judex competens ad cognoscendum inter ipsum principalem, & ejus fidejussores, qui pro eo coacti sunt solvere Fisco, *d. l. cum eorum, Capyc. d. dec. 197. n. 1. Rovit. prag. 63. n. 3. de off procur. Cæsaris, Alphonsus Guzman de evictionibus quæst. 6. n. 45.* sed est in voluntate ipsorum fidejussorum, vel convenire principalem coram Judice Fisci, vel coram Judice ordinario ipsius principalis, *d. l. cum vendente*, ibi (*Si ejus audientiam elegeris*) *Socinus cons. 46. n. 1. vol. 4. Peregrin. de jure Fisci lib. 7. tit. 1. nu. 4. & Carleval. d. sect. 9. n. 710.*

11 Sextò amplia, nam coloni, & conductores rerum patrimonialium Regis conveniuntur coram Procuratore Cæsaris, & sic in Regno nostro conveniuntur in Regia Camera Summariæ, ut in *l. si quis, & l. Dominicis, & l. cum aliquid, & l. fin. C. ubi causæ fiscales*, quod ego intelligo, si conveniantur pro rebus conductis à Fisco, secus si conveniantur pro aliis rebus.

12 Septimò amplia, nam Regia Camera est Judex competens in omnibus causis Regii Patrimonii, ubi adest interesse Regii Fisci, *prag. 12. §. 1. de off. procuratoris Cæsaris, prag. 16. quæ hodie est 11. §. 4. in fine de mutuis, & d. prag. 37. de off. S. R. C.* & de jure communi est *tex. in l. 2. C. ubi causæ fiscales*, & docet *de Franch. d. dec. 132.*

13 Undè si quis metu pœnæ se interficiat, ejus bona confiscantur, *l. 1. & 2. C. de bonis eorum, qui mortem sibi consciverunt, & l. 3. ff. eodem tit.* quòd si de dicta confiscatione sit controversia inter Fiscum & hæredes ab intestato, vel ex testamento ipsius mortui, lis prædicta est agitanda coram Procuratore Cæsaris, & sic in Regia Camera, *l. 2. C. ubi causæ fiscales*, & docet *Petrus Franc. de Tondutis in tract. de præventione cap. 23. n. 9.* & interficiens se ipsum caret Ecclesiastica sepultura, *Riccius coll. 2143. & Farinac. pract. crim. quæst. 128. n. 16. & seq.* ubi dicit, hoc procedere, tàm si se interficiat metu pœnæ, quam si tedio vitæ *Guazzin. ad defensam reorum def. 39. cap. 2. n. 1. & 2.* ubi hoc limitat, quando quis se ipsum interficit propter furorem, vel si non plenè constat, se ipsum occidisse, *Farinac. ubi sup. n. 18. & seq.* & vulnerans se ipsum tenetur pœna capitis, *l. si quis aliquid, §. 1. ff. de pœnis*, & docent *Grammat. dec. 94. Riccius coll. 2100. & Jul. Clar. pract. crim. § fin. quæst. 68. ver. sed ipsum*, ubi tamen dicit, hoc in practica non servari, sed advertas, quòd hodiè bona interficientis se ipsum metu pœnæ non publicantur, nisi ipse sit inquisitus de crimine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, vel de alio delicto, pro quo bona publicantur vigore statuti, vel consuetudinis, ut docet *Cabal. resolut. crim. casu 137. à n. 18. cum plurib. seq. & Farinac. ubi sup. n. 77. usq; ad n. 82. & à n. 95. usque ad n. 99.*

14 Sic etiam Regia Camera est Judex competens in cognoscendo de thesauris inventis, *prag. 61. §. 6. de off procurat. Cæsaris, cap. Regni 66. Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 2. n. 59.* nam licèt olim si quis inveniebat thesaurum in suo, totus thesaurus ad ipsum spectabat, si verò in fundo alieno, & medietas spectabat ad inventorem, & alia medietas ad dominum fundi, si verò thesaurus inveniebatur in publico, vel in loco fisci, & tunc medietas spectabat ad inventorem, & alia medietas ad Fiscum, *§. Thesaurus. Inst. de rerum divisione, l. 1. C. de Thesauris lib. 10. cap. Reg. quis non decet*, & licèt olim Thesaurus inventus in re empta erat emptoris, & pecunia abscondita erat venditoris, *l. d. tutoribus ff. de reivind.* & docet *Jo: de Arnono in problem. 29.* tamen hodiè per *Const. Reg. Dob. inæ secreti, & per dictum cap. 66.* thesauri spectant ad Fiscum, & ideo dum adest interesse fisci, meritò Regia Camera est Judex competens de thesauris inventis, ut diximus, & in dies videmus practicari, & quando thesaurus invenitur in Ecclesia ad quem spectat; vide *de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. §. 1. rub. de thesauris n. 4. cum plurib. seq.* & de materia thesauri latè scripsit *Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus quæst. 104. à n. 1. usque ad n. 32.*

15 Sic etiam, quia circa immunitatem collectarum & gabellarum adest interesse Regii fisci, cognitio si quis sit immunis à prædictis collectis, & gabellis spectat ad Regiam Cameram Summariæ, & non ad alia Tribunalia, *Osascus decis. 95. Capibl. d. prag. 8. part. 2. n. 266.* & curia Baronalis non potest cognoscere de immunitate prædicta, quod intellige principaliter, secus incidenter, *Capibl. tom. 2. cap. 42. n. 4.* & neque curia Baronalis potest cognoscere de immunitate, quæ conceditur patri propter numerum duodecim liberorum, sed cognitio hæc spectat ad Regiam Cameram, *Capibl. d. cap. 42. nu. 5. Novarius de gravam. vasal to. 2. gravam. 170. & Reg. Saufel dec. 391. n. 32 part. 3.* & per *pragm. 61. §. 14. de off procurat. Cæsaris*, provisiones immunitatum expediebantur per Sac. Reg. Consilium, sed hodiè per *pragm. 61. §. 2. de offic. procurat. Cæsaris* provisiones immunitatum expediuntur per Regiam Cameram Summariæ. Immò Generalis Auditor exercitus, & alii Judices militares non possunt expedire provisiones immunitatum gabellarum, & collectarum in favorem militum, sed ipsæ provisiones debent expediri per Regiam Cameram, vel per Collaterale Consilium, *prag. 21. & seq. quæ hodie est 3. de militibus*, & provisiones immunitatum gabellarum expediuntur per Regiam Cameram, quando est dubium, an Clericus ipsa immunitate gaudeat, ut dicam infra *cap. 36. n. 113.*

16 Sic

16 Si etiam tu scis, quòd si quis occidat eum, cui succedere debet ipse occidens ab intestato, ipse occidens, & ejus filius veniunt ad successionem occisi, sed ipsis dicta hæreditas aufertur tanquam ab indignis, & Fisco applicatur, *l. cum ratio, §. fin. ubi gloss. & DD ff. de bonis damnatorum, Boer. dec. 25. Julius Cl. u. §. homicidium ver. privatur, Reg. Rovit. in prag. 1. n. 94. & 104. & 106. de bonis prodit. Cabal. resol. crim casu 10. & Reg. Sanfelic. decis. 70. n. 1. cum plurib. numeris seq.* ubi *n. 6. & seq.* dicit, hoc etiam procedere in substituto, qui si occidat institutum, ità m ipse substitutus occisor, quàm ejus filii privantur bonis fideicommisso subjectis, & docet *Boer. decis. 25. n. 11.* & ita decisum, testatur *Thor. comp. dec. tom 2. ver. fideicommissum fol. 226.* sed si filius occidat patrem, vel frater fratrem, si adsint alii filii, vel fratres, & tunc ipsi filii, vel fratres succedunt interfecto pro eorum portionibus, & pars interficientis aufertur, & Fisco applicatur, *Boer. d. dec. 25. & Cabal. d. casu 10.* sed licèt filius interficiens patrem privetur feudis à patre possessis, tamen feuda non applicantur Fisco, sed filius parricidæ succedit Avo interfecto in dictis feudis, excluso Fisco, ut ita decisum, testatur *Reg. Rovit. d. pragm. 1. à n. 64. usque ad finem*, & licèt contrarium teneat *Anna conf. 128* tamen opinio *Regen. Rovit.* est vera, *Regens de Ponte de potest. Prorreg. tit. 8. §. 9. per totum*, & Fiscus tantùm potest obiicere contra interfectorem de incapacitate hæreditatis interfecti, & non alii consanguinei interfecti, *Boer. decis. 25 n. 19. & Reg. Sanfelic d. decis. 70 num. 11.* & quando Fiscus hoc opponit, lis est agitanda coram Procuratore Cæsaris, & sic in Regia Cameræ Summariæ, *l. 2. C. ubi causæ fiscales*, & docent *Regens Sanfelic. d. decis. 70. nu. 12. Reg. Capyc. Galeot. controver. juris tom. 2. controver. 33. & Thor. supplem. dec. ver. remissio, fol 650.* & committens parricidium, vel homicidium an, & quando privetur hereditate, vel successione occisi, latè examinat *Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, quæst. 120. à nu. 23. usque ad nu. 56.*

17 Et licet omnes officiales Regiæ scrivaniæ rationis, officiales Regiæ Thesaurariæ generalis, officiales capsæ militaris, & omnes officiales exercitus in actu servientes in negotiis belli tam in terra, quàm in mari gaudeant foro militari, tamen si agitur de rebus Regii patrimonii, ubi adest interesse Regii Fisci, in hoc casu Regia Camera Summariæ est competens, & procedit contrà prædictos civiliter, & criminaliter, *d. prag 16 qua hodie est 11. §. 4. in fine de militibus.*

18 Sic etiam quia in investituris feudorum adest interesse Regii Fisci, quia in ipsis debet haberi notitia de privilegiis, & titulis, & de fidelitate Baronis, & feudatarii defuncti, & de successore, qui in Regia Camera debet dare notitiam de morte sui prædecessoris, & debet declarari quantitas relevii, idcò de hoc Regia Camera Summariæ est competens *d. prag. 13. §. 1. ver. & perche de off. procurat. Cæsaris.*

19 Sic etiam si lis vertat inter privatos in aliquo foro, & Fiscus ibi sit laudatus in Auctorem pro evictione per eum promissa, quia in hoc adest interesse Regii Fisci, causa debet remitti ad Regiam Cameram, & quomodo hoc intelligatur, dixi supra *c. 15. nu. 5.* Immo *Paul. de Castr. in l. edicto 3. C. si adversus Fiscum*, dicit per illum tex. *in fine*, quòd si quis emit rem alicujus à Fisco, & postea conveniatur à domino coram suo Judice competenti, ex quo venditio fuit malè facta, in hoc casu potest emptor petere se remitti ad Judices cameræ, *Capyc. d. dec. 197. nu. 2.* nam emens rem à Fisco debet conveniri pro ipsa re coram Judice Fisci, *Ansaldus de jurisdictione par. 3. tit. unico cap. 11. n. 4.*

20 Sic etiam quando venditur aliqua terra cum ejus jurisdictione, cives possunt petere prælationem, & causa prælationis est peragenda in Regia Camera Summariæ, nam in hoc adest interesse Regii Patrimonii, & ideo Regia Camera est Judex competens, *d. prag. 62. §. 3. de off. procurat. Cæsaris.* & docet *Thor. in supplement. decis. ver. remissio fol. 551.* licèt olim hæc cognitio spectabat ad Sacrum Consilium, *prag. 61. § 9. de off. procur. Cæsar.*

21 Sic etiam Regia Camera cognoscit de omnibus computis Thesaureriorum, Perceptorum, Arrendatorum, Portulanorum, & aliorum Regiorum ministrorum pecuniariorum Regii Patrimonii, & cognoscit etiam de omnibus Aratiis, & de extractionibus extrà Regnum, *d. prag. 61. § de off. procur. Cæsar.*

22 Sic etiam Regia Camera cognoscit de negotiis Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ tàm pro negotiis, quæ introducuntur per viam appellationis, quàm pro aliis spectantibus ad administrationem ipsius Regiæ Dohanæ Menepecodum Apulæ, *d. prag. 61. §. 4 de off. procurat. Cæsar.*

23 Sic etiam Regia Camera cognoscit contrà committentes delicta, & dolum in administratione eorum officii subjecti dictæ Regiæ Cameræ, & cognoscit contrà Arrendatores committentes dolum in administratione eorum officii *d. prag. 61. §. 5. de off. procurat. Cæsaris*, immò Regia Camera cognoscit contra Arrendatores de omnibus causis tàm dependentibus ab arrendamentis, quàm non dependentibus ab illis, & etiam finito affictu Arrendamenti, ipsi Arrendatores cognoscuntur per Regiam Cameram pro debitis contractis tempore Arrendamenti, ut ità decisum, testatur *Thor. comp. decis. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 69* sed per dictam *prag. 61. § 5.* disponitur, quod tunc arrendatores cognoscuntur per Regiam Cameram, quando delinquunt circà eorum exercitium, & administrationem eorum officii, secus si extra officium delinquant, quia tunc cognoscit M.C.V. *d. pragm. 61. §. 20.* sed vidua potest Arrendatores convenire in Sacro Consilio pro restitutione ejus dotium, verùm prolata sententia per Sacrum Consilium in favorem ipsius viduæ, remittitur causa ad Regiam Cameram circa concernentia exequutione ipsius, ut ita decisum, testatur *Thor. comp. decis. tom. 3. sect. 3 ver. remissio fol. 118.*

24 Sic etiam omnes, qui sunt de Dohana salis cognoscuntur per Regiam Cameram Summariæ, ut dixi supra *cap. 23. nu. 25.*

25 Sic etiam punctus incidens in aliqua lite vertente in aliquo foro, an res sit feudalis, vel allodialis, quia in hoc adest interesse Regii Fisci in declarando, antes ipsa sit feudalis, vel allodialis, ideò talis incidens, si res sit feudalis, vel allodialis,

lis, remittitur decidendus ad Regiam Cameram, *D.Reg.Capyc.Galeota controver.juris to.1.controv.8.* quo puncto deciso, causa principalis revertitur, & continuatur in foro ubi est cœpta, ut dicam infra *cap.* 48. de foro rei feudal s *nu.*24. sic etiam articulus dividuitatis feodi debet remitti ad Regiam Cameram quoad prætitorium, *Dom Reg.Capyc.Galeota controver.to.2 controv.4.nu.49.*

Sed ubi Fiscus non habet interesse formatum, sed dubitatur an ex lite inter privatos possit oriri aliquod interesse Regio Fisco, in hoc casu causa non spectat ad Regiam Cameram, sed tantùm datur facultas Regio Fisco Regii Patrimonii assistendi in foro, ubi lis agitatur, *de Franch.decis.* 117 *post nu.*2. *Reg.Rovit.in prag.63.nu.5.de offic. procur.Cæsaris*, & probatur in *d.prag.61.§.13. de offic.procurat.Cæsaris*, & docet *Cabal.d.casu* 168.n.8.

26 Sed per *prag* 62.§.3.*de off.procurat.Cæsaris*, est statutum, ut causæ inter privatos, ubi Fiscus non est actor, nequè reus, nec auctor laudatus spectent ad Sacrum Regium Consilium, nisi in ipsis causis adesset aliquod præcisum, & apparens interesse Fisci, & de magna consideratione, quia tunc reservatur Proregi facultas declarandi, si causa debeat fieri in Regia Camera, vel in Sacro Regio Consilio.

Et Regium Collaterale Consilium non potest cognoscere de negotiis justitiæ inter personas privatas, ubi Fiscus non habet interesse, & ideo Regentes Regiam Cancellariam non possunt ordinare, fieri relationem in Regio Collaterali Consilio de causis pendentibus in Sacro Regio Consilio, in quibus Fiscus non habet interesse, & quando in re magni momenti contingit, causam vertentem in S.R.C. deduci in Regio Collaterali Cōsilio, Regentes non possunt dare vota in ipsa causa, ita hæc omnia fuisse ordinata per nostrum Regem, testatur *Carleval.in add.ad* 10.1.*quas posuit in fine to.*2 §.6 *fol.*12.

27 Et advertas quòd licèt de causis fiscalibus Regia Camera cognoscat, tamen quando summus in locis, in quibus non adest Tribunal Regiæ Cameræ, ordinarius loci potest de dictis causis cognoscere quousquè non fuerit inhibitus ab ipsa Regia Camera, *l.*1.*C.de collat feudorum fiscalium lib.* 11.*Bart.in l.si vacantia nu* 1.*C.de bonis vacantibus lib.*11.*Peregrinus de jure fisci lib.*7 *tit.*1.*nu.*2.& novissimè sequitur *Dom. Consil. Carleval. d.sect.* 9. *num* 715.

28 Advertas etiam quòd Procurator Cæsaris non potest cognoscere de causa status, *l.*2.*C.ubi causa status*, puta si sit quæstio, an talis sit liber, vel servus, & hoc etiam si Fiscus prætendat, quem esse servum suum, & servus prætendat, se esse liberum, nam adhuc de hoc Procurator Cæsaris cognoscere nō potest, secus si sit quæstio inter fiscum, & privatum, de proprietate servi, puta si Fiscus prætendat, servum esse suum, & aliquis prætendat esse suum, quia tunc Procurator Cæsaris de hoc cognoscere potest, *l.jam dudum, ubi glos.C.ubi causa status.*

SUMMARIUM.

1 *Tribunal meretricium adest in Civitate Neapolitana, quod hodie est sublatum nu.*12.
2 *Meretrices existentes in Civitate Neapol. una cognoscuntur per Tribunam meretricium, fallit pluribus modis à nu.*3.*usq.ad nu.*5.
6 *Meretrices gaudent beneficio electionis fori.*
7 *Lenones à quo Judice cognoscantur tùsquè ad n.*10.
12 *Magna Curia cognoscit contra resistentes Algozeriis ipsius Magnæ Curiæ exequi volentibus literas exequutoriales curiæ meretricium si ipsa magna Curia prævenit, & resistentes non sint subditi curiæ meretricium.*

De foro meretricium, & lenonum.

C A P. XXV.

1 IN Civitate Neapolitana adest Tribunal meretricium, quod regitur per utilem Dominum gabellæ meretricium, & per ejus Judicem, & ipse utilis dominus nominat tres Doctores, & unus ipsorum confirmatur in Judicem per Proregem hujus Regni, & dictus Judex est biennalis, & finito ejus officio, tenetur stare siudicatui in Magna Curia, *prag.*6. §.6.*de meretricibus.*

2 Et de delictis meretricum habitantium in Civitate Neapolitana, vel ejus suburbiis cognoscit ipse utilis dominus, & ejus Judex, & ipsi sunt Judices competentes, ut docet *de Franch.dec.*68 & 147.*nu.*2.& hoc tàm in civilibus, quam in criminalibus, ut desumitur ex *prag.*7 §2. *de meretricibus*, ubi habetur, quod Judex meretricum habet carolenos duos pro quolibet interloquutorio, & quatuor pro quolibet diffinitivo in criminalibus, & in civilibus nihil recipere potest, quia habet salarium ducatorum quatuor quolibet mense ab Arrendatore gabellæ meretricium, ergò ex *d.prag.* desumitur, Judicem meretricium esse competentem tàm in causis civilibus, quàm criminalibus contrà ipsas meretrices, prout ita in dies in illo Tribunali practicatur.

3 Sed hoc fallit in meretrice nupta, quæ non subest jurisdictioni Curiæ utilis domini gabellæ meretricium, ut ita decisum, testatur *Capyc. decis.*44. sequitur *Novar. in coll. super prag.*6.*nu.*7.*de meretricibus*. Quod intellige quando maritus non sit conscius, & impudicæ vitæ uxoris suæ non consentiat, secus si consentiat, quia tunc puto, talem meretricem esse subjectam jurisdictioni utilis domini gabellæ meretricium, ut in simili, nam licèt meretrix nupta non possit expelli à convicinio honesto, prout possunt expelli meretrices non nuptæ, ut dicit *Cabal.resol.crim.casu* 184. *nu.*3.tamen si ipsa meretrix nupta quæstum publicè faciat, & habeat maritum lenonem, & infamem, tunc ambo possunt à vicinis honestis expelli, *Caball.d. casu* 184.*in fine*, & *Pascal, de viribus patriæ potestatis part.*2 *cap.*10.*nu.*36.& *seq.* immò talis meretrix nupta, cui maritus consentit meretricari, potest expelli etiam à domo propria à convicinis, ut ita decisum, testatur *Gizzarell.dec.*54. & docent *Caspar.Thes.qu.forens.*33.*lib.*1.*Rovit.in prag.*4.*n.*2. *de meretricibus*, & *Pascal.d.cap.*10.*nu.*38.& quis sit Iudex competens in faciendo exfractare meretrices, dicam infra *cap.*49.*nu.*53.

4 Fallit etiam in muliere habente rem cum uno

V ean-

tantùm, nam ut quis dicatur meretrix est necesse, ut habeat rem cum pluribus, *cap. vidua 34. dist.* quod DD. in e ligunt, ut habeat rem cum tribus, ita *Paschal. d. cap. 10. nu. 27. Peguera decis. 12. nu. 7. de Frau. decis. 68. nu. 2. & 3. & Gizzarel. d. decis. 54. nu. 7.* & per *prag. 6. §. 2. de meretricibus* disponitur, ut illæ mulieres tantùm cognoscantur à curia meretricium, quæ publicè, & quotidiè dishonestè habent rem quæstus causa, & non aliæ. concordat cum *cap. meretrices 34. qu. 4. Menoch. de arbitr. judicum lib. 2. casu 328. nu 4.* nam illæ propriè dicuntur meretrices, *Cabal. resol. crim. casu 123. d. nu. 8. usque ad finem.*

5 Undè *Anna filius in add. ad ejus genitorem in sing. 128.* dicit, quòd non potest expelli à vicinio honesto mulier, quæ ob amorem copulatur cum suo amasio, nam mulier, quæ amore capta alicui sui copiam facit, non dicitur meretrix, *Menoch. d. casu 328. & Paschal. d. cap. 10. nu. 31.*

6 Et scias, quòd meretrices gaudent beneficio electionis fori, & ipse possunt adire suprema Regia Tribunalia via electionis fori, ut docent *de Franch. dec. 233 Vivius dec. 521 nu. 5 Carleval. de judiciis t. 1. disput. 2. qu. 6 sect 7. nu. 574. & Novar. in praxi electionis fori to. 1. sect. 2. qu 6. num. 6. & quæst. 11. eadem sect. 2.* & licet *Campagn. in c. Regni de violentiis nu 11. & Marcel Calà de modo articulandi, & probandi glos. 15. t. nu. 79.* dicant, quòd vidua luxuriosè vivens amittat privilegium viduitatis, tamen in contrarium est veritas, & sic, ut vidua licèt luxuriosè vivat adhuc gaudet privilegio electionis fori, *de Franch. d. decis. 233. Carleval. d. sect. 7. nu. 550. cum seq.* quòd confirmatur, nam fœmina, licèt sit meretrix & inhonestè vivat, tamen adhuc gaudet primo, & secundo beneficio, quibus gaudent omnes mulieres in Regno per *Constit Regni Obscuritatem*, ut docent *Vivius dec. 521. n. 5. & Novarius d. qu. 11. nu 2.* sic decisum testatur doctissimus *Præses de Franch. in decis. 233.*

7 Advertas autem, quòd dicta curia meretricium ex illeis in Civitate Neapolitana cognoscit etiam, & est Judex competens contrà lenones existentes in Civitate Neapolitana, & ejus suburbiis, ut desumitur ex *prag. 7. §. 1. de meretricibus*, quæ prag. mandat Judici dicti tribunalis, ut non componat, nec habilitet personas inquisitas de lenocinio, ergo datur intelligi, quòd dictum Tribunal cognoscit contra lenones, ut docet expressè de *Franch. decis. 68. in princ.* sed in hoc fortiter obstat *pragm. 1. de lenonibus*, ubi habetur, quòd omnes officiales, etiã Baronales, quilibet in jurisdictione sua tenentur ex officio inquirere contrà lenones, & eos capere, & captos benè custoditos ad Magnam Curiam remittere, quibuscunquè privilegiis primarum causarum non obstantibus, ergo per *d. pragm. 1.* sola Magna Curia Vicariæ cognoscit contrà lenones, sicut adverrit ibi *Regens Rovit. n. 3. & Paschal. d. cap. 10. n. 5.* sed in hoc potest responderi, *d. pragm.* loqui de lenonibus existentibus extrà Civitatem Neapolitanam, & sic contrà istos lenones solùm Magna Curia cognoscit, sed contrà lenones existentes in Civitate Neapolitana, vel ejus suburbiis cognoscit Tribunal meretricium, sed advertas, quòd dicta *pragm. 1.* loquitur etiam de lenonibus existentibus in Civitate Neapolitana, ut in principio illius *prag.* ibi (*Desiderantes itaquè ab hac Civitate Neapolitana, & à toto hoc Regno, non solum lenones expellere*) undè alii dicunt, quòd in Civitate Neapolitana Judex meretricium cognoscit contrà lenones cumulativè cum Magna Curia, nam si præveniat ipsa Magna Curia Vicariæ, ipsa cognoscit contrà lenones, & non remittit causam lenocinii Judici meretricium per *d. pragm. 1.* ita *Riccius coll. 163. & 1737. Thor. comp. dec. tom. 1. ver. lena, & Novar. de gravam. vassallorum to. 1. gravam. 392. n. 7.* moventur ex dictis per *Præs. de Franc. d. dec. 68.* sed respondetur contrarium probari per ipsam *prag. 1.* nã ipsa dicit, quòd sola Magna Curia cognoscit de crimine lenocinii, dato, quòd aliæ curiæ præveniant, nam *d. pragm.* mandat omnibus officialibus, ut ex officio inquirant contrà lenones, & eos capiant, & captos benè custoditos ad Magnam Curiam remittant, & non obstat *decis. de Franchis 68.* nam ibi causa lenocinii fuit denegata Judici meretricium, non quia ipsa Magna Curia prævenit, sed quia in illo casu non dicebatur lenocinium, dum quædam mulier (in casu *Præs. de Franch.*) semel commisit lenocinium in personam cujusdam personæ honestæ, non recepto salario, nec pro eo, nec pro muliere, & sic in illo casu ipsa mulier nõ potest dici lena, & ideò merito causa fuit denegata per ipsam Magnam Curiam Vicariæ Curiæ meretricium, *Riccius coll. 1795. in fine*, nam ille propriè dicitur leno, qui plura commisit lenocinia, nam per unicum actum, sine quæstu non dicitur quis committere lenocinium, sed requiritur, ut ad minus per duas vices committat lenocinium, *Cabal. resolut. crim. casu 171. nu. 12. de Franch. d. decis. 68. Capibl. de Baron. pro. 2. cap. 29. nu 3. & 4 Paschal. d. cap. 10 nu. 23. & Farinac. pract. crim qu. 144. à nu. 17. usque ad num. 41.* licèt hoc secus sit in marito, qui si semel præstat lenocinium suæ uxori, dicitur leno, *l. mariti 5. qui quæstum, ff. ad legem Juliam de adult.* & docent *Cabal. d. casu 171. nu. 13. de Franch. d. dec. 68. nu. 7. Farinac. ubi supra nu. 36. & Paschal. d. cap. 10. nu. 24.* ubi *nu. 25 & seq.* dicit, quòd si quis committat semel lenocinium quæstus causa, adhuc non potest dici leno, sequitur *Riccius ad Præs. de Franch d. decis. 68.* undè non est mirum, si remissio causæ in *d. dec. de Franc.* fuit denegata per Magnam Curiam Vicariæ Curiæ meretricium, dum in illo casu non dicebatur lenocinium, sed ego puto, quòd *d. prag. 1.* fuit edita antequàm fuit erectum Tribunal meretricium in Civitate Neapolitana, & post *d. prag.* fuit erectum dictum Tribunal, & ipsi fuit concessum privilegium cognoscendi contrà lenones, & meretrices, undè *d. prag.* remanet correcta in Civitate Neapolitana, ubi manet Tribunal meretricium, sed remanet in suo robore, quoad lenones existentes extrà Civitatem Neapolitanam, qui cognoscuntur tantùm a Magna Curia Vicariæ, & non a Curiis Baronalibus, in quorum territorio est factum lenocinium, *Vivius d. dec. 454.* & vide eundem *Vivium decis. 183.*

8 Sed sunt aliqui, qui dicunt, quòd *d. prag. 1.* dat jurisdictionem Magnæ Curiæ Vicariæ contrà lenones cumulativè, & non privativè ad Curias Baronales, undè si Baro præveniat, potest procedere contra lenonem, qui commisit lenocinium in sua jurisdictione, ita *Capibl. d. cap. 29. num. 2.*

9 Sed

9 Sed quòd Barones de crimine lenocinii omninò sint incompetentes, dato, quòd præveniant, tenet *Novar. d. gravam. 392. nu. 6.* & desumitur ex *d. prag. 1.* quæ mandat omnibus officialibus, etiam Baronalibus, ut ipsi officiales ex officio contrà lenones inquirant, & eos capiant, & captos ad Magnam Curiam remittant, ergo desumitur, quòd licèt curiæ Baronales præveniant contrà lenones, tamen tenentur ipsos remittere ad Magnam Curiam Vicariæ, & ex hoc apparet, opinionem *Novarij* esse veram, & tutiorem, & docet *Foller. in pract. crim. rub. item, quod fuit leno nu. 40.*

Et scias, quòd etiam Regiæ Audientiæ cognoscunt de crimine lenocinii, & ipse Regiæ Audientiæ sunt competentes, ut docet *Vivius in decis. 183.* quem sequitur *Novar. d. gravam 1392. nu. 2.*

10 Et advertas, quòd si Alguzeriis Magnæ Curiæ sit facta resistentia in exequendo litteras exequutoriales curiæ meretricium per aliquem non subditum dictæ curiæ meretricium, in hoc casu, si Magna Curia Vicariæ præveniat, ipsa cognoscit contra resistentem, & non tenetur resistentem remittere ad curiam meretricium, *Cabal. resol. crim. casu 117.* & ità decisum, testatur *Praeses de Franch. dec. 147.*

11 Sed hodiè Tribunal meretricium in Civitate Neapolitana non adest, nam ejus jurisdictio fuit vendita à Domino Donno Virgilio Spinello utili Domino meretricium Civitati Neapolitanæ de mense Junii 1640. pro ducatis sex mille, & ideò dictum Tribunal est sublatum, ut testatur *Thor. in supplem. dec. ver. gabella, fol. 244.*

12 *S V M M A R I U M.*

1 *Bajulationes olim erant penes Regem, & hodie penes quem sint? ibid.*
2 *Civitas Neapolitana creat bajulos in ipsa Civitate.*
3 *Bajuli creantur prima die Septembris.*
4 *Officium Bajulationis debet concedi viris fidelibus, & dictoribus, & non debet vendi, post nu. 3. & potest concedi tribus personis, nu 5. & in Civitate Neapolitana adsunt quinque Judices, ibid. d. nu. 5.*
6 *Bajulus an possit esse oriundus?*
7 *Bajulus habet assessorem, sed non est obligatus tenere assessorem forensem.*
8 *Bajulus potest habere Actuarium, sed ipse non potest fungi officio Bajuli, & Actuarii.*
9 *Sententia debet proferri a Bajulo, & Judice, & Bajulus non potest exequi facere absque licentia Judicis.*
10 *Bajulus, & ejus Judex debent praestare audientiam de mane, usq; ad vesperas.*
11 *Parti, & Bajulo an credatur, si ipsi asserant invenisse animalia damnificare?*
12 *Statutum disponens, ut de damno dato stetur dicto damnum passi quomodo intelligatur?*
13 *Unus testis sufficit in causis minimis.*
14 *Instantia in curia Bajulari quantum duret?*
15 *Causæ non excedentes tres ducatos debent expediri absq; scriptura, & nu. 17. & admittitur comparens absquè mandato principalis, nu. 16.*
18 *Debitor in veritate potest exequi, non servatis solennitatibus juris.*
19 *Bona exequuta per Bajulum non possunt vendi, nisi præcedentibus legitimis subhastationibus.*
20 *Delegari possunt ad nutum, & oreteaus causæ infimæ jurisdictionis.*
21 *Appellatur à Bajulo ad Capitaneum.*
22 *Bajulus in fine officii tenetur parere sindicatui, & à quo Judice puniri possit? nu. 23.*
24 *Bajulus & ejus Judex debent esse annales, & una simul debent parere sindicatui, & in principio eorum officii debent præstare juramentum de benè administrando, nu. 27.*
25 *Judices Portulanorum debent esse annales.*
26 *Clericus non potest esse Bajulus, vel ejus Judex, vel Portulanus.*
29 *Bajulus habet civilem jurisdictionem, & mixtum Imperium, & potest arma portare, & tenere carceres, nu. 30.*
31 *Bajulus est Judex competens circa cognitionem damnorum, & de quibus aliis causis cognoscat? à n. 48. usquè ad num. 63 & an possit exigere pœnas, si animalia introjerint terras appatronatas? nu. 32.*
33 *Pœna non excedit damnum, & prius debet solvi damnum, & postea pœna, nu. 34. 35. & 36.*
37 *Animalia damnum dantia, an sint domino restituenda cum cautione? & debeant pasculari sumptibus domini? n. 39.*
38 *Diffida debet solvi per illam noctem, pro qua quis pernoctavit cum suis animalibus.*
40 *Transactio fieri non potest pro damnis futuris.*
41 *Pœnæ contumaciarum non debent integraliter exigi à pauperibus.*
42 *Bajulus non potest exequi pro pœnis de facto, sed reo condemnato.*
43 *Statutum disponens, ut dominus possit interficere animalia in suo, valet.*
44 *Damnum datum in frumento quomodo extimari debeat?*
45 *Testes pro damnis illatis possunt examinari, non citata parte.*
46 *Convenitur quis in loco damni facti pro ipso damno.*
47 *Bajulus non habeat jurisdictionem privativè ad Capitaneum quoad damna illata?*
64 *Bajulus an cognoscit de causa status, & neq; de causa feudali, nu. 65. & neq; contra Baronem, nu. 66. & neq. potest punire ultra augustalem, nu. 67.*
68 *Instrumentum, & obligationes penes acta an possint incusari in Curia Bajulari?*
69 *Persona privilegiata non habet electionem fori, quando litigat in Curia Bajulari.*
70 *Magister secretus quam potestatem habeat, & de quibus cognoscere possit? usquè ad n. 80.*
81 *Magister Portulanus cognoscit de omnibus victualibus, mercibus, & aliis quibuscunquè extrahendis prohibitis cum vascellis à portibus, & n. 109. & cognoscit de aliis rebus, ut n. 111. 122. 123. 124. & 125.*
82 *Extrahi non possunt à Regno plures res, usquè ad n. 100.*
101 *Complices in extractione rerum prohibitarum puniuntur eadem pœna, qua puniuntur principales.*
102 *Cursores non possunt extrahere extrà Regnum res vetitas extrahi.*
103 *Magistri Portulani, quando dant licentiam extrahendi, quid facere debeant?*
104 *Extrahentes de portibus plus, quàm continetur in licentia, puniuntur.*

De foro Bajulari, & Magistri secreti, ac Portulani potestate.

C A P. XXVI.

1 OLim omnes Bajulationes erant pœnes Regem, & Bajuli creabantur per Magistros Camerarios Provinciales, *Const. Reg. Magistri Camerarii*, sed quia hodiè quasi omnia castra sunt vendita Baronibus per Regem in specie cum jure Bajulationis, ideò Bajuli creantur per Barones in terris Baronalibus, *Merolla in theolog. morali tom. 3. disp. 7. cap. 1. dub. 6. n. 157.* & aliquando Barones vendunt jus Bajulationis Universitati cum Regio Assensu, & tunc Bajuli eliguntur per Universitatem, ut experientia docet, quæ est rerum magistra.

2 Et Civitas Neapolitana habet ex vetustissima consuetudine potestatem ponendi, & creandi Bajulos in eadem Civitate, & ejus Tribunal regitur propè gradus Sancti Pauli, *Constit. Reg. Constitutionum, & ibi Affl. num. 15.*

3 Et isti Bajuli creantur prima die Septembris, *Const. Reg. Clerici, ubi Affl. n. 4.* & officium Bajulationis non potest vendi, ut in d. *Const. Reg. Magistri Camerarii*, sed venduntur tantùm proventus, & reditus ipsius Bajulationis, qui possunt percipi ab ipsa Bajulatione, & possunt vendi ad credentiam, *Const. Reg. Clerici*, & docent *Capibl. de Baronib. prag. 4. n. 55. Novar. in coll. 30. nu. 4. in antiquo imp. & Danza de pugna Doctorum tom. 1. tit. de officialibus in genere cap. 11. nu. 7. cum duob. seq.*

4 Et officium Bajulationis debet concedi viris fidelibus electæ opinionis, viris prudentibus, & ditioribus, *d. Const. Reg. Magistri Camerarii*, quod malè servatur, nam hodiè in terris Baronalibus conceditur etiam vilibus hominibus, sed tantùm in Civitate Neapolitana eliguntur in Bajulos viri fideles, electæ opinionis, prudentes, & ditiores, *prag. 1. § 4. in fine de off. Bajuli.*

5 Et olim officium Bajulationis concedebatur tantùm uni personæ, ut in d. *Const. Magistri Camerarii, & in Const. Cum circa*, sed hodie per *Const. Reg. Sepe contingit* potest concedi tribus personis, *Affl. d. const. Reg. cum circa n. 7.* & in curia Bajulari Civitatis Neapolitanæ debent esse quinque Judices Bajulares, & unusquisque eorum est de quolibet sedili Civitatis prædictæ, ut in *prag. 3. § 1. de off. Bajuli.*

6 Et Bajulus, & ejus assessor, & Actuarius non possunt esse oriundi, etiam si sumus in locis parvis, *d. Const. Reg. Magistri Camerarii. ubi Affl. n. 9.* quod male servatur in locis minimis, in quibus Bajulus, ejus assessor, & Actuarius possunt esse de eodem loco, ut in similibus videmus in quolibet officiali, qui potest esse de eodem loco, ubi officium administrat, quando sumus in locis minimis, ut dicam infra *cap. 33.* de foro officialium *nu. 191.*

7 Et Bajulus habet assessorem, *d. Const. Reg. Magistri Camerarii*, & Bajulus non est obligatus tenere consultorem forensem, sed potest tenere unum de terra, vel extraneum non assistentem in loco officii, *Capibl. de Baronib. tom. 1. super prag. 8. part. 1. n. 37.* ubi dicit ipse *Capibl.* quòd ipsemet Bajulus potest exercere officium Bajulationis, & non tenetur per alium dictum officium exercere.

8 Sic etiam ipse Bajulus potest creare actuarium, sed potest ipse Bajulus fungi officio Bajuli, & Actuarii, *Capibl. d. prag. 8. part. 1. n. 368.* & hoc est ob tenuitatem officii, nam secus est in officiali Baronali, qui non potest fungi officio Capitenei, & Actuarii, aliàs acta sunt nulla, *Campag. per illum tex. in cap. Reg. 280. Vivius dec. 48. Capibl. d. prag. 8. par. 1. num. 369. & in prag. 3. nu. 228.*

9 Et Bajulus unà cum Judice debet proferre sententiam, & debet ipse Bajulus esse præsens, aliàs sententia est nulla, *Constit. Reg. Bajulos omnes ubi Affl. n. 9. Campag. in cap. Reg. quia de Vicariis n. 16.* & Judex Bajularis debet proferre tàm sententiam interloquutoriam, quàm diffinitivam in præsentiam Bajuli, *Const. Reg. Officiorum, & Const. Reg. Cum nova, ubi Affl. n. 3. & 7.* & Bajulus non potest facere mandata, nec exequi facere sinè licentia Judicis, *Campag. d. cap. Reg. quia de Vicariis n. 16.* & literæ exequutoriales debent firmari à Judice Bajulari, aliàs non possunt exequutioni demandari, *prag. 3. § 10. de off. Bajuli.*

10 Et Bajulus, & ejus Judex de manè usque ad vesperas præter necessarias horas commestionis, & somni meridiani debent præstare audientiam omnibus petentibus justitiam, & facere ea, quæ ad eorum officium pertinent, exceptis diebus festivis, *Const. Reg. Bajulos omnes in principio.*

11 Et scias, quòd creditur parti asserenti cum juramento, & Bajulo habentibus animalia in manu, si ea invenerint damnificanda in flagranti crimine, quod secus, si ipsa non habeant in manu, quia tunc saltim requiritur unus testis, & juramentum partis damnificatæ, *prag. 1. in principio de off. Bajuli*, & ibi *Novar. n. 17. Thor. in suppl. dec. ver. juramentum fol. 318. de quo per Grammat. decis. 67. in quarto dubio*, sed quando pars habet animalia in manibus, licèt stetur juramento partis damnificatæ, tamen per partem adversam potest probari contrarium, *Rovit. d. prag. 1. n. 31. de offic. Bajuli, Campag. cap. Reg. Pridem n. 35. Capibl. d. prag. 8. part. 1. n. 386.*

12 Et

12 Et stante statuto, quòd de damno dato stari debeat juramento damnum passi, si ipse damnum passus sit infamis, in hoc casu non statur ejus juramento, *Salic.in l.in judicio.ff de aterf.st.* & *Grammat. conf.crim.71.nu.61.* sed debet esse omni exceptione major, *Boss.prac.crim.tit.de captura n.47.* & quando statutum disponit, ut credatur juramento damnum passi pro damno, in hoc potest probari contrarium per partem adversam, nisi statutum dicat, quòd credatur juramento damnum passi, & ultrà non possit inquietari, *Cepolla Cautela 104.* & statutum, quòd de damno dato stetur dicto damnum passi non habet locum in furtis, vel si damnum dans fecit instantiam, ut Judex accedat super faciem loci ad videndum damnum, nam si Judex videat damnum non esse illatum, non statur dicto damnum passi, *Vivius com.opin.lib.1.op.291.*

13 Et in causis minimis sufficit unus testis, *Franc. Marcb. dec. 456. parte 2.* & *Riccius coll. 2173. ver, quinto quando*.

14 Et in causis vertentibus in Curia Bajulari instantia durat per duos menses, *Const. Reg. Omnes Bajuli*. Immo in causis minimis non requiritur scriptura, *glos. in §. necessitatem. ver.ex non scripto*, *Auth.ut Judices sine quoque suffragio*, & *est tex.in §.ut tibi quoque*, & *ibi glos.ver. breviores*, *Auth. de mandatis Princip* & *est alius text. in Auth. nisi breviores*, *C.de sent. ex peric.recit.*

15 Et causæ non excedentes tres ducatos debet expediri absque scriptura, *Affl.in Const.Reg.Dilationes nu. 3. qui movetur per illum tex.*& docet *Vivius dec. 36. num.2.*

16 Et quilibet admittitur pro citato, etiam si non habeat mandatum in Curia Bajulari in causis non excedentibus tres ducatos, *prag.3.§.17.de off.Bajuli.*

17 Et Judex in causis minimis potest quem condemnare ad solvendum absque libello, & figura judicii, arg. *l.fi.ubi gloss ff de judiciis*, *Marant.in suo speculo part.6.ver.* & *post omnia advertatur circà exequutionem nu. 24.*

18 Et quando quis est debitor in veritate, & hoc clarè constat Judici, in isto casu potest procedi ad exequutionem contrà eum, non servatis solemnitatibus juris, *l fin.§ fin.ff. quod metus causa, Hipp. de Marsil.pract.crim. §. successivè nu.1.* contra *tex.in l. si cum nulla. ff de re judicata*.

19 Sed Bajulus non potest vendere bona per ipsum exequuta, nisi citatis dominis dictorum bonorum, & legitimis subhastationibus præcedentibus, ut est tex de jure Regni in *d.prag.1 § 6.in fine de off.Bajuli.*

20 Et causæ minores, vel infimæ jurisdictionis ad nutum, & oretenus alteri delegari possunt per ordinarios Judices, sivè ipsi sint impediti, sivè non, *l. quædam sunt, ubi Paul.de Castr.C.de pedaneis judicibus.*

21 Et advertas, quòd à sententia Bajulorum appellatur ad Capitaneum loci, etiam si Baro non habeat cognitionem secundarum causarum, *Constit.Reg. Officiorum periculosa*, & docent *Capibl. d. prag.8 par.1.n.179.* & *Regens Rovit. in d. pragm.1. n 26.de officio Bajuli.*

22 Et Bajulus in fine sui officii debet parere sindicatui, *prag.5.de sindi.offi.cialium, prag.1.§ 4.* & *prag. 3.§ 1.de off.Bajuli, Anna sing 48.* & est *tex.de jure*

23 Regni in *Const.Reg.Cum juxta*, ubi etiam habetur, quòd ipsis Bajulis repertis culpabilibus dolosè in eorum officio, inquisitio ipsorum remittitur ad Magnam Curiam Vicariæ, ut ipsos puniat, sed hodiè Magna Curia Vicariæ non cognoscit de delictis Bajulorum, sed cognoscunt Barones locorum, ubi sunt ipsi Bajuli, *Camp. cap.Reg. ad quietem nu. 13.in fine,* & *Rovit. d.prag.1. nu.27.de offic.Bajuli*, quod procedit dato, quod Bajuli delinquant intuitu eorum officii, nam adhuc non cognoscit Magna Curia, sed cognoscunt Barones illius loci, *pragm.49. quæ hodie est 47. de off.Magistri Justit.* sed si Judices Bajulorum delinquant intuitu eorum officii puniuntur per Magnam Curiam, & non à Barone, ut videtur concludere *Capibl. prag. 5.n.68.cum seq.de Baronib.*

24 Et Bajulus debet esse annalis, *prag. 1. §. 4.* & *prag.3.§.1.de off.Bajuli*, sic etiam Judex Bajularis debet esse annalis, *Anna sing. 369.* & *in alleg. 15.* & in fine sui officii tenetur parere sindicatui, *d. prag.3.§.1.de off.Bajuli*, & Bajulus, & eius assessor, & actuarius debent eodem tempore unà simul parere sindicatui, *prag.3.§.2. de off.Bajuli*

25 Sic etiam Judices Portulanorum, & ponderum debent esse annales, *Capibl.d.prag.5.n.76.de auctoritate Baronum tom.1.*

26 Et Clericus non potest exercere officium Bajuli, vel Judicis ipsius Bajuli, *d.Const.Reg.Clerici*, & docet *Campag.in cap.Reg.de Vicariis n.14.*& neque Clericus potest esse Portulanus, ut in *cap.Reg. ut illorum, quod est 2.in ordine, §.* & *quia comperimus*.

27 Et Bajulus in principio suæ administrationis debet præstare iuramentum de benè, & fideliter administrando officium suum, omni dolo, & fraude cessante, *Const.Reg.Puritatem, prag. 1. §.3. de off Bajuli.*

28 His sic breviter narratis ad cognitionem huius officii Baiulationis, nunc deveniamus ad ea, quæ faciunt ad tractatum nostrum, & sic in quibus causis ipse Baiulus sit Judex competens.

29 Undè scias, quòd Baiulus dicitur habere civilem iurisdictionem, & mixtum imperium, *Const. Reg.Magistri Camerarii, ubi Affl.n.2.* & *4.* & *est alia Const.Reg.Baiuli locorum, ubi etiam, Affl. n.2.*

30 *Campag.d.cap.Reg.quia de Vicariis n.15. Anna sing. 47.* & ideò ipse Baiulus potest arma non prohibita extrà habitatum portare, *Anna d sing.47.* & *in Const. Reg. si quis aliquem nu.23.cum plurib.seq.* sic etiam ipse Baiulus potest tenere carceres, *Rovit.d. prag.1.nu.19. cum duob.seq.de off.Baiuli,* & *Affl.in Const.Reg. Dilationis nu. 43.*

31 Et præcipuè Baiulus est Judex competens circà cognitionem damnorum, & pœnas exigendi à damnum dantibus, & attenditur consuetudo loci ad sciendum, quæ continentur, quæque solita sint sub Baiulationis cognitione, *de Franch. decis. 397.Cuput.in tract.de regimine Reipublicæ, cap.7.§. 18.nu.2.*& *seq. Capibl.d.prag.8.par.1. n.353.*

32 Et Baiulus non potest exigere pœnam, si animalia introierint terras appattonatas non bannitas, nisi animalia damnum dederint, *Reg. Lanarius conf.98.n.8.Capibl.d.prag.8. part.1. n.395.* sed si terra sit bannita, si animalia intrant, pœna debetur, licet animalia damnum non dederint, intellige si terra sit clausa, aliàs si aperta, & tunc licèt sit bannita, pœna non exigitur, nisi terra sic seminata, vel clausa, ita decisum, testatur *Capibl. d.prag.*

33 d.pragm.8.part.1.n.395.& pœna, quæ spectat Baiulo, non potest excedere damnum, d.prag.2. §.2. ubi Rovit.n.3.& Novar.n.3.de off.Baiuli, Grammat. decis.67.& ideò debet semper prius extimari damnum, nam ubi non est damnum, ibi non potest exigi pœna à Baiulo, Capibl.d.prag.8.part.1.n.384. cum plurib.seq.& est cap.Reg.Pridem, quod est in nu. 29. ver. contra immissores, & in tantùm pœna non non excedit damnum, in quantùm damnum excedit augustalem, aliàs pœna exigitur per Baiulum, quoad quantitatem augustalis, & non plus, d.pragm.1.§.2.de offic.Baiuli, & docet Campagna in cap.Reg. gravaminis n. 93. sed Baro potest augere pœnam augustalis impositam cōtrà damnus dantes, Reg. de Ponte cons.53. vol.2.intellige in damno dolosè, vel culposè facto, Rov.d.prag.1.n.2.de offic. Baiuli, Capib.de Baronib.t.2 c.45.n.3.& seq ubi n.5. dicit ipse Capib.quòd pro damno illato in forestis, in quibus solvitur fida, exigitur pœna maior augustali, & n.6. dicit, quòd contrà damnum dantes in feudis Baronum potest etiam alterari pœna ultrà augustalem, ubi d.n.6.& seq. dicit ipse Capibl. quòd animalia Baronis damnum dantia etiam tenentur ad pœnam, ad quàm tenentur alii cives, & pœna applicatur parti, & n.9. dicit ipse Capibl. d.cap 45. quòd pœna imposita ad supplicationem Universitatis potest ex causa revocari in præiudicium Baronis, & Anna sing.138. dicit, quòd si territoria sint bannita, damnificans tenetur ad pœnam ultrà damnum, & pœna potest excedere damnum, aut non sunt bannita, & damnificans non tenetur ad pœnam, sed tantùm tenetur ad damnum, & quando territoria sunt bannita, si non sit factum damnum, adhuc debetur pœna, sed moderatè potest exigi dicta pœna, ut ità decisum, testatur ipse Anna d.sing 138. & vide Thor. in supplem.dec.ver.pœna.fol 472.

34 Et prius debet solvi damnum domino damnum passo, & posteà debet solvi pœna Baiulo, d. prag.1. §.1. & 2.de off. Baiuli, Anna d.sing.139.

35 Hinc est, quòd creditor, liquidato instrumento, pro suo credito præfertur Fisco quo ad pœnā spectantem ipsi Fisco, l.in summa ff.de iure Fisci.

36 Hinc etiam est, quòd prius debet solvi creditum creditori, & posteà pœna Baiulo incusationis obligationis prag.3.§ 8.de off.Baiuli, ubi etiam habetur, quòd una pœna debetur Baiulo, etiam si sint plures obligati in ipsa obligatione incusata per creditorem contrà dictos plures debitores.

37 Et inventis animalibus damnum dantibus, ipsa restitui debent domino cum cautione de solvendo damnum extimandum, sed ipsa animalia non restituuntur, nisi soluta fida, & diffida, quando fida est liquida, Capyc. dec.45. quem sequitur Rovit.d. prag.1.num 4. de off.Baiuli.

38 Quòd si quis stetit cum animalibus per noctem una in territorio alicuius Baronis, pro rata illius noctis debet solvere diffidam, Const.Reg. Cum per partes Apulea, & docet Affl. dec.290.

39 Et animalia capta ad damnificandū debent pasculari sumptibus domini animalium, Campag.in cap.Reg. item Iustitiarii, & sub officiales n.4. in fin.

40 Et Baiulus non potest se transigere cum dominis animalium pro pœna futura damnorum, prag. 2.de off.Baiuli, Capibl.d.pragm.8.part.1.n.385. ratio est quia delictum, & dolus futurus non potest remitti, ne detur occasio delinquendi, l.si unus, §.illud & § pacta ff de pactis, l.convenire, ff. de pact.dotalib, & docet Cabal.resol.crim. casu 115.nu.12.

41 Et pœna contumaciarum debitarum à pauperibus damnum dantibus non possunt exigi integraliter à Baiulo, sed arbitrio ipsius Baiuli moderantur secundùm qualitatem personarum, d. prag 3.§.13.de off.Baiuli.

42 Et non est omittendum, quòd Baiuli non possunt exequi pro pœnis, & damnis illatis de facto, sed reo condemnato, illas pœnas exigere debent, ut in d prag.3.§ 17. de officio Baiuli.

43 Et valet statutum, ut dominus inveniens animalia damnum dantia in suo possit illa interficere & interfector est tutus in utroque foro, & non tenetur ad restitutionem animalis occisi, Salic. in l. Gracchus C.ad leg.Jul.de adult.Rovit.d.prag.1.nu 30.de off Baiuli.

44 Scias quoque, quòd damnum datum in frumento debet extimari habito respectu ad herbam tempore damni dati, & non quando erit maturum, Gratianus dec.57.Carrab.de sindic.part.2.post nu.190. & Novar.in coll super prag.1.n.6. de off. Baiuli, sed tu vide Vivium dec. 280. quem sequitur Marcel. de Vulpe in praxi iudicial.fori Ecclesiastici cap.18.n.6.

45 Et testes pro damnis illatis possunt examinari, non citata parte, Maranta in suo speculo par.6.rub. rectè concipiatur citatio num.26.

46 Et quis convenitur pro damno in loco, in quo est illatum damnum, etiam si sit alterius fori, ut dicam infra cap 51. de foro loci delicti, num. 5.

47 Sed quæritur, an Baiulus quoad damna illata habeat cognitionem privativè ad Capitaneum loci, itaut Capitaneus non possit cognoscere de dictis damnis illatis, & Novar. d.coll.super d.prag. 1.n.3. de off.Baiuli, dicit, quòd sic, nisi damna sint facta dolosè cum iniuria, quia tunc spectat ad Capitaneum loci, sic etiam si territorium sit bannitum per Capitaneum, de contraventione est Judex competens ipse Capitaneus, ut ita decisum, testatur Novar. in d.coll. super d.prag.1.n 3. de off. Baiuli, & licèt quis inferens damnum teneatur civiliter ad damnum, tamen si damnum sit factum cum violentia, propter illam violentiam tenetur actione criminali, Bart.in l.fin.ff.de privatis delictis, Affl.in Const.Reg. Baiuli locorum Campag. cap.Reg. 85.& Capibl.d.prag.8 part.1.n.365. sed Reg. Rovit. d.prag.1.n.18.de off.Baiuli dicit, quòd Baiulus quoad damna illata habet iurisdictionem cumulativè ad Capitaneum loci, undè ipse Capitanus etiam de hoc cognoscere potest, de Ponte de potest. Proreg. tit.2.§.1.n.19. & inter eos datur præventio, l. 1. ubi Salic.& alii, C.de officio præfecti urbis, & faciunt dicta per Grammat.dec.30.sed quòd Baiulus habeat iurisdictionem privativè ad Capitaneum quoad damna illata, est Cōst.Reg.Justitiariis, ubi Affl.n.31.

48 Cognoscit etiam Baiulus de causis civilibus, licèt magnis, & sivè agatur actione personali, sivè reali, Const.Reg.Baiuli locorum, ubi Affl.nu.2.& idem Affl.in Const.Reg.Magistri camerarii nu.4.

49 Sic etiam Baiulus cognoscit de omnibus contractibus, actionibus personalibus, & realibus, tàm super bonis mobilibus, quàm stabilibus, cognoscit etiā de hæreditatibus, legatis, & fideicom-

mis-

missis, *Affl. in Const. Reg. Constitutionum n. 3.* & ideò falluntur illi qui dicunt, quòd Bajuli non possunt cognoscere de causis ultrà duos augustales, nisi aliter esset consuetudo, *Affl. d. Const. Reg. Bajuli locorum num. 2. & Capibl. de Baronib. d. prag. 8. par. 1. nu. 367.*

50 Sic etiam Bajulus habet facultatem dandi tutorem pupillis, *Affl. d. constit. Reg. Magistri Camerarii nu. 4. & in d. Const. Reg. Bajuli locorum num. 3. Caravit. in prag. 1. §. 12. n. 39. ad Maced. & Novar. dec. 204. n. 2.* ubi dicit, quòd Bajulus potest confirmare tutorem relictum in testamento, & potest constituere curatorem ad lites, & declarare aliquem esse hæredem cum beneficio legis, & inventarii, citat ipse *Novar. Caravit. d. nu. 39. & seq.* & ipse *Novar. d. dec. f. 204.* dicit, quòd Bajulus potest facere præambulum, & *nu 4.* ubi ipse *Novar.* dicit, quòd Magna Curia, & Regia Audientia facit præambula etiam ad instantiam exterorum, & ita practicatur.

51 Sic etiam Bajulus cognoscit de suspecto tutore, quando ipse tutor allegatur suspectus, ut removeatur à tutela, secus si accusatur suspectus, ut puniatur, quia tunc de hoc Bajulus non cognoscit, *Affl. in d. Const. Reg. Bajuli locorum nu. 6.* sed de hoc cognoscit Præses quando sumus in Provincia, *l. 1. §. suspecti, ff. ad Senat. Consul. turpil.* quòd si sumus Romæ, & ibi cognoscit prætor, *l. 1. §. 1 ff. de suspect. tutore l. cognitio, ff. de offic. ejus*, & docet *glos. in l. 1. C. de negotiis gestis*, & dicam infrà *cap. 36. nu. 152. in fine.*

52 Et sicut Judex ordinarius potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & eam annullare, *l. si ut proponis, ubi glos. C. quomodo, & quando Judex*, & dicam infra *cap. 70.* de suo nullitatis sententiæ, *nu. 11.* ità & Bajulus potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & eam revocare, *Affl. d. Const. Reg. Bajuli locorum n. 4.* & dicam infra *d. c. 70.* de suo nullitatis sententiæ. *nu. 13.*

53 Sic etiam Bajulus cognoscit de parvis furtis, de quibus non imponitur pœna corporis afflictiva, *d. Const. Reg. Bajuli locorum*, prout etiam videmus in magistratu municipali, qui non potest aliquem ad mortem condemnare, sed tantùm potest quem moderatè castigare, *l. magistratibus, ff. de jurisd. omn. jud.*

54 Et in quantùm *Constit. Reg. Bajuli locorum* dicit, quòd Bajulus potest cognoscere de parvis furtis, intellige civiliter, & non criminaliter, secundùm *glosam ibi & Foller. pract. crim. rubr. audiantur excusatores nu 172.* vel potest cognoscere criminaliter de parvis furtis pœna pecuniaria unius augustalis, *Afflict. d. Constit. Reg. Bajuli locorum nu. 10.*

55 Hinc est, quòd si Bajulus capiat aliquem furem inquisitum de magno, vel parvo furto, de quo debeat criminaliter puniri, debet illum asportare Justitiario cum re furtiva, *Const. Reg. Bajulus si furem, ubi Affl nu. 1* notat, quòd Bajulus potest capere furem, licet ipse non habeat jurisdictionem criminalem, sed tantùm civilem, & licèt regula sit, quòd qui potest carcerare, potest etiam de crimine cognoscere, *Lucas de Penna in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 11.* & licèt ipse Bajulus postquam cæpit furem, non possit illum relaxare per *Constit. Reg. Bajulus si furem*, tamen potest ipsum habilitare de se præsentando coram Justitiario, & deinde ab ipso justitiario reus obligatus condemnatur ad pœnam in fidejussione contentam prævia citatione ad dicendum causam quare, non debeat exequi contra eum pro pœna in fidejussione contenta. *Affl. in d. Const. Reg. Bajuli si furem. nu. 3.*

56 Et non solùm Bajulus potest capere furem, & illum assignare justitiario, sed etiam potest capere omnes malefactores forbannitos, & eorum receptatores, & ipsos præsentare justitiario, sed ipse Bajulus potest ipsos malefactores habilitare de se præsentando infra certum tempus coram justitiario, nisi sint malefactores criminum exceptatorum quæ non merentur habilitationem, de quibus in *Const. Reg. Humanitate*, quia tunc Bajulus non potest ipsos habilitare, *Const. Reg cum juxtà circà finem, ubi Affl nu. 13. 14. 16. & 17. & Capibl. d. prag. 8. part. 1. n. 374.*

57 Et scias, quòd si Bajulus cæpit malefactorem, & eum examinavit, & reus confessus fuit, per talem confessionem reus non potest condemnari per iustitiarium Judicem competentem, *Affl. d. Const. Reg Bajulus si furem nu. 4.* citat *Bart. in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. Jud.* mouentem ex *tex. in l. divus, ff. de custodia reorum*, & est ratio, nam illa confessio fuit facta coram Judice incompetenti, quæ non probat coram competenti Judice, *l. si pater, C. ne de statu defunct. cap. at si Clerici de iudiciis*, sed tantùm facit indicium ad torturam coram ipso Judice competenti, ut dixi in *praxi foriudicat. cap. 4. nu. 54.* quòd si reus confessionem factam coram Baiulo ratificet coram Justitiario, adhuc non potest condemnari per istam ratificatam confessionem, cum ipsa confessio à principio nulla non possit ratificari, per notata in *l. unica, C. qui pro sua iurisd. Affl. d. Const. Reg. Baiulus si furem post d. nu. 4.* & facit *tex. in l. quod ab initio ff. de regulis iuris*, ut in simili nam tortus sine indiciis si sit confessus, illa confessio non valet, & hoc etiam si deindè millies ratificata sit ipsa confessio, nam adhuc non valet, ut alibi dicam, & docet *Affl. post d. nu. 4.* ubi dicit, quòd cautus Justitiarius non debet ratificari facere coram se confessionem factam per reum coram Baiulo, sed debet de novo confiteri facere delictum à Reo coram se, quia tunc valet confessio, & Reus potest condemnari.

58 Sic etiam si famuli Baiulorum delinquant debent puniri per ipsos Baiulos, intellige, si delinquant intuitu eorum officii, & si pro delicto veniat imponenda pœna infra relegationem, *Capib. d. prag. 8. part. 1. nu. 375. cum duob. seq. Thoeus comp. decis. tomo 2. ver. remissio fol. 573.*

59 Sic etiam Baiulus cognoscit de offensa facta nunciis curiæ Baiularis, si iniuria sit facta intuitu officii, *Capibl in add. ad d. nu. 375.*

60 Sic etiam Baiulus potest facere notorium malè loquenti coram ipso, *de Nigris in c. Regni Illustri nu. 54 & Carrab. de iudic. part. 2. nu. 186.*

61 Sic etiam Baiulus cognoscit de incisione arborum silvestrium non fructiferarum, secus si arbores sint fructiferæ, *Capibl. d. prag. 8. par. 1. num. 378. cum plurib. seq.*

62 Et incidens ligna fructifera si sint silvestra pœna damni tenetur, & non pœna criminali, nam pœna criminalis procedit in arboribus fructiferis

ris ab homine plantatis, *Capibl.in add.ad d prag.* 8.*par.*1.*ad nu.*380. & talis pœna de jure communi erat arbitraria, ut in *toto tit.ff.arborum furtim Cæsarum*, sed in Regno est pœna mortis, quando quis dolosè incidit plures arbores fructiferas de nocte, ut in *Constit.Reg.super incisionibus*, & dixi in *praxi forjud.cap.*3.*nu.*133.

63 Et de quibus aliis causis Bajuli cognoscant, vide *Montan.in prag.*2.*n.*187 *cum seq.de adminis.univers.& Rovit.in prag.*2. *nu.*38. *de jurisd.ad invicem non turb.*

64 Sed ipsi Bajuli in pluribus causis non possunt procedere, & sunt incompetentes, & sic Bajulus non potest cognoscere de causa status, *Affl.d.Constit.Reg.Bajuli locorum nu.*5. & ubi causa status tractari debeat, *tit.habemus in C.ubi causa status agi debeat.*

65 Sic etiam neque Bajulus potest cognoscere de causa feudali, ut probatur in *d.Const. Reg.Bajuli locorum, ubi Affl.nu.*7. ubi *nu.*9. dicit ipse *Affl.* quòd Bajulus cognoscit de damnis datis super rebus feudalibus.

66 Sic etiam Bajulus in causis, pro quibus potest cognoscere inter privatos, non potest cognoscere contra baronem, *gl.& Afflict.in d.Const.bajuli locorum nu.*11.

67 Sic etiam Bajulus non potest imponere pœnam per bannum, & aliquem punire ultrà augustalem, *Const.Reg.Ad officium Bajulorum, Gramm.decis.*67. quòd si Bajulus condemnat aliquem ultra augustalem, in hoc casu condemnatio non valet, nequè quoad augustalem, ut docet *Affl.in d.Constit.Reg. Ad officium Bajulorum nu.* 10.

68 Sic etiam in curia Bajulari nō possunt instrumēta præsentari, & liquidari, ut ita decisum in Regia Camera, testatur *Novar. in suo utili tract.de gravam.vassallorum to.*1. *gravam.*376. *nu.*12. *Viscont. in suis conclus.ver.instrumentum, fol.*124.*col.*6. ita alias fuisse decisum, testatur *Reg.Rovit.in prag.*1. *nu* 32.*de off.Bajuli*, licet ipse *Rovit.* ibi defendat contrarium, idem dicit fuisse decisum *Capibl.in d. prag.*8.*part.*1.*nu.*354. ubi *nu.*355. dicit ipse *Capibl.* quòd obligationes pœnes acta possunt incusari in curia Bajulari, idem tenet *Novarius d.gravam.* 376.*num.*11. sed pœna obligationis incusatæ non potest excedere augustalem, licèt summa obligationis sit magna; & Bajulus potest expedire literas executoriales realiter, & personaliter contrà debitores pro obligationibus pœnes acta ibi stipulatis & incusatis, *Capibl.d.pragm.*8.*par.*1.*num.*355. *& seq.*

69 Et advertas, quòd quando litigatur coram Bajulo, persona privilegiata non potest eligere suprema Regia Tribunalia, sed tenetur coram Bajulo litigare, *Novar.in prax.elect.fori to.*1.*sect.*4.*qu.* 64.*nu.*4.

70 **HÆC SUFFICIANT** quoàd potestatem Bajulorum, nunc videamus de potestate Magistri secreti, unde scias, quòd officium Magistri secreti est in Provincia Calabriæ Citra in Civitate Cosentiæ, & est magister secretus sicut procurator Cæsaris, *Campag in cap.Reg.In primis nu.*8.& tale officium venditur per Curiam, *d.cap.Reg.In primis*, & magister secretus dicitur administrator Regis cum libera, quia potest vendere bona vacantia Fisco devoluta, ut in *Const.Regni Dobanæ secreti.*

71 Et magister secretus debet eligere subofficiales idoneos, aliàs ipse tenetur pro mala administratione ipsorum subofficiarium, ut in *cap.Regni. Item prædicti secreti, quod est in nu.*62.

72 Et ipse magister secretus, & ejus officiales, & Notarii nihil debent recipere pro compromissionibus, pactis, apodissis, & aliis cautelis, quas faciunt, nec pro sigillo, *cap.Regni.Item prædicti officiales, quod est in nu.*63.

73 Sed magister secretus non dicitur habere merum imperium, *Sebast.de Neap.in cap.Regni* 65.*n.*9.

74 Et talis magister secretus potest se intromittere super falsitate ponderum, & mensurarum, sed non potest auferri facere cannas, rotulus, & alia pōdera, & mensuras, *d.cap.Reg.*64 quod incip.*Item prædicti secreti.*

75 Et magister secretus potest cognoscere de falsis ponderibus ex officio, ut in *d.c.Reg* 65.& quæ sit pœna contrà utentes ponderibus non signatis à Regia officina, dicam infra *cap.*58. *nu* 29. ubi etiam dicam, an Curia Baronalis possit cognoscere de falsis ponderibus, & de ponderibus, non signatis à Regia officina, & habens falsa pondera, & mensuras non excusatur prætextu ignorantiæ, *Sebast.de Neap.d.cap.Reg.*65. *nu.*10.

76 Et utens falsis ponderibus de jure communi tenetur ad duplum, & relegatur, in insolam, *l.pen. §.si venditor, ff.ad legem, Cornel.de falsis, l.annonam, § fin ff. de extraord.crim.* sed de iure Regni utens falsis pōderibus, & mensuris pro prima vice punitur ad unam libram aurei, quam si solvere non possit, fustigatur cum falsis ponderibus in collo allegatis pro secunda vice ipsi amputatur manus & pro tertia vice imponitur pœna mortis, *Const. Reg.Ad legitima pondera.*

77 Sed quando pondera sunt iusta, statim debent restitui, & nihil potest recipi sub pœna ducatorum triginta, & ad interesse parti, ut in *d.c.Reg.*65.

78 Et utens ponderibus amplioribus in vendendo non punitur, secus si illis utatur in emendo, *Campag d.cap.Reg.*65. *nu.*13. *in fine.*

79 Sic etiam ipse magister secretus cognoscit de causis, quæ sunt inter Baiulos, & gabellotos, sic etiam cognoscit de gravaminibus factis à Curia Bajulari, sic etiam cognoscit, si est aliqua differētia inter Baiulum, & privatum, sic etiam cognoscit de thesauris inventis, de naufragiis, & quando quis decedit ab intestato absquè hærede, quam bona sua Fisco applicantur, data tertia parte pro eius anima, *d.Constit. Reg.Dobanæ secreti*, & quòd debeat dari tertia pars pro anima ipsius, qui decedit ab intestato absquè hærede, est *tex.de iure Canonico in cap.à nobis, lo* 2.*in fine, de sententia excommunicationis*, hæc omnia docet *Campag d.cap.Reg.Imprimis per totum.*

80 Sed magister secretus non potest se intromittere de demaniis, morticiis, & excadentiis, vel occupatis, nisi magistri Procuratores, & Portulani essent negligentes in cognoscendo de prædictis, *cap.Reg.item cum inquirere.*

81 **VIDEAMUS** nunc de officio magistri Portulani, ad cuius evidentiam est sciendum, quòd dictum officium est in qualibet Provincia, ubi adest marina, & cognoscit de omnibus victualibus, mercibus,

bus, & aliis quibuscunquè extrahendis prohibitis cum vascellis à potribus, *cap. Reg. cum nihil, quod est primum.*

82 Sed ut perfectè intelligas, scias quòd plura sunt prohibita extrahi à Regno, & sic frumentum non potest extrahi extra Regnum sub pœna amissionis frumenti, & animalium deportantium dictum frumentum, & annorum quinque triremium ignobilibus, & decem relegationis nobilibus, & ad hoc probandum admittuntur testes singulares, *prag. 9. de extract. seu exportat. animalium, &c.* sed per *prag. 11. eod. tit.* est alterata pœna nobilibus relegationis perpetuò, & ignobilibus triremium per decennium, sed dictæ duæ *prag.* loquuntur in Provinciis Aprutii, sed in aliis Provinciis est pœna relegationis per quinquennium nobilibus, & triremium ignobilibus, *pragm. 12. eod. tit. de extract.* & in Provincia Terræ Laboris est pęna relegationis nobilibus perpetuò, & triremium ignobilibus, *prag. 18. eodem tit. de extract.* sed per *prag. 21. eodem tit. de extract.* est imposita pęna mortis.

83 Sic etiam panis non potest extrahi à Civitate Neapolitana sub pœna amissionis panis, unciarū quinquaginta, & triremium per triennium ignobilibus, & relegationis nobilibus, *prag. 21. eod. tit. de extract.*

84 Et frumentum, & alia victualia non possunt extrahi de uno portu ad alium absque licentia Proregis, vel magistri Portulani, & quando extrahuntur cum dicta licentia, debet solvi ius exituræ, *cap. Reg. ut illorum, & cap. Reg. super extractione,* & in dicta licentia debet exprimi quantitas, & qualitas victualium, & utrum sit frumentum, vel ordeum vel legumina, sic etiam debent exprimi nomina, & cognomina extrahentium, & ad quam rationem ius exituræ recipi debeat pro quolibet centenario, aliàs contrafaciendo Portulanus punitur uti fur, & periurus *d. cap. Reg. super extractione,* sed ius exituræ, & dohanæ non solvitur, quando frumentum, & victualia pervenerunt ex massariis, & terris ipsorum extrahentium, & portantur de una terra ad aliam intrà Regnum, sed si illa victualia essent empta, & portentur de una terra ad aliam intrà Regnum, neque solvitur ius exituræ, sed solvitur ius dohanæ, dummodò extrahantur de portibus licitis, & statutis, & cum bareis parvis à centum salmis infra, & similiter exonerentur in partibus licitis, & statutis, & de hoc extrahentes præstent fideiussoriam cautionem, & portent literas responsales à Portulanis portuum, in quibus exoneratæ sunt, *cap. Reg. Item statuimus, quod prędicti, quod est in num. 105.* & docet *Campag. d. cap. Reg. Super extractione num. 6.* sic etiam licèt Baro tempore caristiæ possit facere bannum, ut nemo extrahat frumentum à territorio suæ iurisdictionis *Rovit. prag. 1. nu. 6. de annona*, tamen istud bannum non comprehendit exteros dominos territorii, nam isti possunt extrahere, & conducere frumentum factum in eorum territoriis ad eorum domicilium, *Cinus in l. 1. C. quæ sit longa Consuet. Thes. decis. 152. Anna sing. 49. & Cabal. resolut. crimin. casu 14.* & bannum, quòd nemo faciat mercantiam victualium, non comprehendit illum, qui vendit victualia nata in proprio territorio, *Decius cons. 472. nu. 27. & Anna sing. 50.* & statutum dictans, neminem posse exportare frumentum extra Civitatem sub certa pęna, habet etiam locum contra extrahentem semen lini, ordeum, speltam & avenam, *Petrus Garzia à Toleto in dicto 546.* & bannum prædictum comprehendit etiam farinam extrahentes, *Bart. in l. quæsitum §. illud fortasse ff. de leg. 7. Felin. in cap. ad liberandum de iudiciis, Marant. in suo speculo part. 2. nu. 20. Rovit. d. prag. 1. nu. 5 de annona & Vivius com. opin. lib. 1. opin. 286.* & statutum prohibens venditionem frumenti ultrà certum pretium, comprehendit etiam venditorem farinæ, ut ita decisum, testatur *Mastrill. decis. 139.* & de frumento, quòd extrahitur causa seminandi non debet solvi gabella *Salyc. in l. universi, C. de vecti, & commi,* & docet *Campag. d. cap. Reg. super extractione, nu. 7.*

85 Sic etiam nemo potest extrahere extrà Regnum neque per mare, neque per terram hastas langearum dardorum, & similium, vel alia lignamina sub pęna amissionis lignaminum, & unciarum aurei decem, *cap. Reg. agendorum.*

86 Sic etiam est prohibitum extrahere pecuniam extrà Regnum per mare, vel per terram, & contrafaciens punitur pœna amissionis pecuniæ, quòd si extrahens pecuniam non sit captus, sed tantùm sit convinctus de extractione, & tunc tot eius bona applicantur Fisco pro quantitate dictæ pecuniæ extractæ, sed mercator exterus, qui merces conduxit in Regno, & illas vendidit, potest pecuniam, quam accepit ex mercibus prædictis extrahere extrà Regnum, *cap. Reg. perversa, quod est in num. 250.* & moneta non potest extrahi à Regno, etiam si sit alterius Regni, nisi pro viatico, sub pęna amissionis pecuniæ & ducatorum duo mille, *d. prag. 4. de extract.* quod procedit etiam si non sit captus in flagranti crimine, sed tantùm sit convictus, *prag. 14. eodem tit. de extract.* & novissimè extrahens monetam a Regno punitur pœna mortis, *prag. 16. de extract.* sed per *pragm. 19. eod. tit.* est imposita pœna triremium perpetuò ignobilibus, & relegationis perpetuò nobilibus, sed per *prag. 23. eodem tit. de extract.* est imposita pœna mortis contrà extrahentes a Regno monetas regnicolas, & Hispanas, & non alias, idem est dispositum per *prag. 6. §. 6. de monetis,* quæ pragmaticæ ligant etiā exteros, qui puniuntur, dato, quod ipsi extrahant monetas, quas tulerunt in Regno, *prag. 10. §. 2. de extract.* sed contrarium substinet *Regens Rovit. in prag. 8. eod tit. de extract.*

87 Et licentia extrahendi monetam, & animalia à Regno debet expediri in forma Cancellariæ cum subscriptione Proregis, & saltim unius Regentis, *prag. 5. eodem tit. de extract.*

88 Et moneta neque potest deferri per mare intra Regnum sub pęna amissionis, & tantundem quantitatis monetæ, quod procedit etiam dato, quòd deferens non sit captus in flagranti, *d. prag. 10 de extract.*

89 Sic etiam neque argentum in massa, vel laboratum a Regno extrahi potest, neque per mare, neque per terram, *prag. 3. & 4. de extract.* nisi deserviat pro usu extrahentis, quia tunc potest extrahi, *prag. 2. de extract.* quæ olim erat situata sub *tit. de armis*, ita decisum testantur *Thorus in supplem. decis. ver. extractio, fol. 217. & Reg. Rovit. in rub. de extract.*

*extract.n.*12.ubi *nu.*16.remissivè reliquit, an hoc statutum comprehendat bona, & Ecclesiasticas personas.

90 Et moneta, & argentum non potest extrahi,& contraveniens punitur dato, quòd non sit captus in flagranti,*prag.2.§.25.de monetis*, *& d.prag.10. de extract.*

91 Et extrahens argentum, vel aurum à Regno punitur pœna mortis,*d.prag.16.de extract.* & quis non potest extrahere monetam, aurum, & argentum per mare,& per terram,aliàs punitur statim, quod immisit dictum aurum,& argentum,vel monetam in mare,*d.prag.10.de extract.*

92 Et moneta,aurum,& argentum non potest portari per mare de uno loco ad alium, etiam intrà Regnum absquè licentia in scriptis obtenta à Prorege, ut in *d.prag.10.§.2.de extractionibus.*

93 Sic etiam neque arma possunt extrahi à Regno *prag.3.de extract.*& extrahentes,puniuntur pęna mortis, exceptis ipsis, qui extrahunt arma pro eorum usu,& defensione personæ, *prag.22. de extract.*

94 Sic etiam neque animalia possunt extrahi extrà Regnum sub pęna amissionis animalium,& ducatorum mille,*pragm.1.de extract.* prout sunt equi, & mancipia,*prag.3.eod.tit.de extract.*

95 Et lues non possunt vendi exteris hujus Regni *prag.6. de extract.* & equi non possunt duci propè fines Regni per unam dietam,sub pęna triremium perpetuò,& qui tenet animalia in confinibus Regni tenetur mittere notam ipsorum animalium quolibet anno ad Regiam Cameram Summariæ, *prag.8. & 13. de extract.* & equi non possunt extrahi per mare extra Regnum,*d.prag.13.& est cap. Reg.Item contrà extrahentes.*

96 Sic etiam quis à Regno nequè potest extrahere salnitrum,sulfurem, & pulverem sub pœna annorum decem relegationis nobilibus, & triremiũ ignobilibus, *prag.15.de extract.* & quis non potest emere,nec vendere pulverem, salnitrum, & sulfurem causa extrahendi à Regno sub pęna amissionis dictorum bonorum, & aliarum pęnarum corporalium Proregi reservatatũ, *prag.17.de extract.*

97 Sic etiam sal non potest asportari de uno loco ad alium sub pęna unciarum aurei quinquaginta, & triremium per triennium, & amissionis salis,& animalium,*prag.2.§.3.& 5.de sale vendendo*, & sal, quod venit extrà Regnum non potest descendi in Regno, nisi priusdata notitia officialibus, *d.prag. 2.§.4.de sale*, immò omnes naves, & navigia, quæ veniunt in Civitate Neapolitana,non possunt alleviari, & in ipsis practicari, nisi prius sit data facultas ab officialibus sanitatis sub pęna mortis, *prag.9.de salubrit. aeris.*

98 Et quando sal asportatur de uno loco ad alium cum bollettino, est exemptum à passibus, *d. prag. 2.§.14.de sale*,& viatores,qui vadunt ad emendum salem non possunt exequi de persona, nec in sale, vel animalibus tam in accessu, quam in recessu, & mora, *d.prag.2.§.20.de sale.*

99 Et sal non potest emi, nisi à Regia Curia, vel ab his, qui emerunt salem à dicta Regia Curia, *d. prag.2 §.10.& 12.de sale*,aliàs contrafacientes puniuntur pęna contenta in *prag. edita* sub die 22.Januarii 1645. & confirmata die 28. Octob. 1648.

quod non est in permutatione, *Rovit.d.rubr.de sale,n.3.* & nemo fodere potest salem sub pęna unciarum aurei quinquaginta, & triremium per trienuium, *d. prag.2. §.1.& 2. de sale.*

100 Sic etiam linum factum in Civitate Neapolitana non potest extrahi à territorio ipsius, & linum fastum in Regno non potest extrahi ab ipso Regno, *prag.7.de extract.*

101 Et complices pro extractione supradictarum rerum puniuntur eadem pœna, qua puniuntur principales, *prag. 24. de extract.* nam agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, *l.sancimus,C. de pœnis*, & vulgò dicitur, quòd eadem pœna tenetur qui tenet,quàm qui deglubit, ut est *tex.* iocundus in *l. item mela, §. si alius, ff. ad legem aquil.*

102 Et cursores vulgò detti (*la posta*) non possunt extrahere extrà Regnum supradictas res extrahi veritas, *prag.1.§.14.de off.præfect. cursor.*

103 Et quando magistri Portulani dant licentiam extrahendi alicui aliquam rem, tenentur in literis seù apudissis ipsius licentiæ exprimere qualitatem, & quantitatem rerum extrahendarum, sic etiam tenentur apponere diem, & locum extractionis earum rerum,nomina, & cognomina extrahentium, nec non nomina, & cognomina vascellorum,in quibus res oneratæ sunt,& quantum ipsi magistri Portulani receperunt pro iure exituę victualium prędictarum,*c.Reg.ut illarũ,§ ut omnes.*

104 Et quando extrahentes extrahunt de portibus plus, quàm continentur in licentia magistri Portulani,in hoc casu puniuntur,*d.cap.Reg.ut illarum, §. & si contingat*, & tàm navis, quàm onus navis detinetur per Portulanum, *d.cap.Reg.ut illorum,§. & si in prædictis*, ubi in *§. & si contingerit*, habetur, quòd in hoc casu per ipsum Magistrum Portulanum capitur informatio, & extrahentes detinentur per ipsos Magistros Portulanos.

105 Et quando Magister Portulanus vidit aliquod vascellum, debet statim ad illud accedere cum quatuor annis, & legalibus viris, & cum notario publico, & illis præsentibus,debet sibi ostendi facere apodissam, quam fortè habent extrahentes, ut possint extrahere bona existentia in vascello, quòd si extrahentes, ut possint extrahere bona existentia in vascello,quòd si extrahentes non habeànt dictam licentiam, & tunc tàm onerata in vascello, quàm vascellum applicantur Fisco, & extrahentes carcerantur, *d.cap.Reg. ut illorum,§. volumus, ut Portulani*, quòd si in dictis apodissis certa contineatur quantitas, & tunc tàm per Magistrum Portulanum, quàm per illos quatuor viros,& notarium potest arbitrari,an quantitas ipsa sit iusta, si vel non, *d.cap.Reg.ut illorum, §.& si in ipsis literis*, quòd si quis extrahat res prohibitas absque licentia, & in hoc casu medietas fraudatarum rerum applicatur Magistro Portulano, & illis quatuor viris, & notario, & alia medietas applicatur Fisco, ut in *d.cap.Reg. ut illorum, §. & ut Portulani*, sed si adest aliquod incrementum victualibus, quæ extrassuntur cum licentia propter humiditatem maris, quod incrementum debet considerari per expertos, in hoc casu non imputatur extrahentibus, *Ut in d.cap.ut illorum, §.volumus tamen*, quòd si Magister Portulanus faciat exonerare onerata in vascello, & deindè onerata

re-

reperiantur iusta, & fideliter juxtà licentiam concessam, in hoc casu Magister Portulanus de proprio tenetur solvere tarcuum unum cuilibet nautæ dicti vascelli pro quolibet die, & tenetur ad omnia damna, expensas, & interesse ipsi extrahenti, quæ fecit in onerando, & exonerando dictum vascellum, & ad hoc est Judex competens Regia Audientia Provincialis, quæ sine strepitu, & figura judicii potest compellere Magistrum Portulanum ad solvendum dictum interesse extrahenti, *d.cap.Reg. ut illorum §.& quia veremur.*

106 Quòd si Portulanus arbitretur, quantitatem contentam in vascello esse justam, & convenire quantitati contentæ in licentia, in hoc casu ipse magister Portulanus non debet impedire, vel molestare extrahentem, *d.cap.Reg.ut illorum §. illud præsertim*, & per aliud *cap.Reg.* quod incipit: *Item quod prædicti magistri procuratores*, quod est in *n.68.* disponitur, ut magister Portulanus tunc possit vascella arrestare, quando quis extrahit res prohibitas absque licentia, vel si extrahit plures res ultrà quantitatem in licentia contentam, aliàs non debet extrahantes molestare, & per *cap.Reg.* 83 disponitur, ut magister Portulanus non possit vascella inventa navigare sine mercibus prohibitis impedire, sed tantum quando deferunt bona prohibita, vel si vascella navigant ad hostes, quia tunc potest illa arrestare, & curiæ assignare, nam

107 Christiani prohibentur, etiam mercimonii causa navigare ad barbaros, & saracenos, & ad eos deferre victum, oleum, aut alias res, *l.1. & 2. C. quæ res asport.non possunt*, sic etiam non possunt Christiani deferre ad infideles arma, *d. l.2. C. quæ res asport.non possunt*, sic etiam non possunt deferre frumentum, vel salem, *l.cotem ff.de publ.& vectigalib.*& contrafacientes pœna mortis puniuntur, & eorum bona confiscantur, *d.l.2.in fine, C. quæ res asport.non possunt, & in d.l.cotem in princ.*& Christiani, non possunt portare infidelibus omnes merces, *l.1.C.de litoribus, & itiner. custodib. lib.12.* immò Christiani non possunt deferre aurum ad infideles, neque causa emendi mancipia, vel aliàs res, *l.2.de commer. & mercat.* neque possunt animalia portare ad barbaros, *l.usurpatione,C. de vestig. & comm.l.cuiusque.ff.ad legem Jul.maiest.*ubi etiam prohibentur alia asportari.

108 Et omnia prædicta procedunt etiam de jure Canonico, *cap.ita quorundam,& cap.significavit,& cap.quod olim,& cap. ad liberandam extra de judæis*, ità *Campeg.d.cap. Reg ut illorum n.13.* immò Fabri Christianis non possunt credere quamlibet artis peritiam barbaris incognitam sub pœna mortis, *l.fin.C.de pœnis,Rovit.prag.2.n.3.de empt.et vend.*

109 Unde ad evitandas hujusmodi extractiones, & fraudes, quæ in eis committi solent, in littoribus sunt deputati Magistri Portulani, tamquàm portuum custodes ut supra diximus, & docet *Rovit. in prag.3. n.1. sub tit.ne quid in loco publico.* In confinibus verò mediterraneis sunt deputati Capitanei grassiæ, *Rovit.in rub de extractionib. n. 2.* sed pro rebus asportari prohibitis, & de prohibita asportatione ipsarum rerum cognoscit etiam Regia Camera, *prag.61.§.3.de offic. procurat. Cæsaris.*

110 Sed advertas, quòd Judex laicus non potest auferre Clerico bona prohibita asportari, *Diana in suis moralib.resol.lib.1.tit.de immun.Eccles.ref.16.* nam statuta prohibentia extractionem annonæ non comprehendit Clericos, *Diana ubi supra resol. 69.* sed remissivè locutus fuit *Rovit in rub. de extract.n.16.* sed tu vide *Menson.de contrabandis, quæst. 8.ubi n.13.* dicit, quòd si Clerici in flagranti deprehendantur cum rebus asportari prohibitis, res intercipiuntur, & Fisco applicantur, relicta persona Clerici, & *Gratt. de off.Cler.eff 2 n.290. cum pluribus seq.* dicit, quòd statutum prohibens extractionem rerum extrà territorium, comprehendit etiam Clericos extrahentes eorum fructus, sed ipsi Clerici contravenientes tali statuto non possunt puniri per Principes seculares, sed sunt puniendi per suos superiores, & statutum de non exportando fruges comprehendit laicos colonos, & conductores Ecclesiarum, & emptores fructuum Ecclesiatum, ità *Cibal.resol.crim, casu 12.n.5.*

111 Sic etiam Magister Portulanus est Judex competens in cognoscendo de demaniis, morticiis, & excadentiis spectantibus ad Regiam Curiam, *cap. Reg. 64.* quod incip. *Item cum inquirere*, sub quorum demaniorum appellatione comprehenduntur viæ publicæ, itinera publica, plateæ publicæ, & omnia loca publica, de quibus omnibus potest cognoscere ipse Magister Portulanus, ut docet *Rovit. in d.prag.3.post numerū primum,ne quid in loco publ.*

112 Sed ut perfectè intelligas, scias quòd in via publica nemo potest aliquid innovare, & nedum in publico, sed nec etiam in suo proprio, itaut ex eo aliquod impedimentum viæ, vel loco publico afferatur, & ideò in via publica non potest immitti arena, nec aliquid aliud immutari, *l.1. in fine,ff. de via publica, & l.miles 3.ver. curent. eodem tit.de via publ.Rovit.in prag.3.n.5.ne quid in loco publico.*

113 Et in Civitate Neapolitana unusquisque tenetur antè suam domum quolibet die laturna expurgare immunditias, *prag.1.§ 1. de salubrit.aeris.*

114 Et salmatarii non possunt proicere immunditias, nisi in locis solitis, sub pœna trircmium vel fustigationis, *pragm.3.de salubrit. aeris*, & neque possunt salmas implere, itaut per vias antequam deveniatur ad locum solitum deiciatur lutamen sub pena carolenorum quindecim, ut in *prag. 7. eod tit.de salubrit. aeris.*

115 Sic etiam quis in proprio fundo non potest fossam facere, itaut aqua ibi collecta per viam publicam diffluat, *l.2 § si quis à nemine in fine,ff.ne quid in loco publ.*

116 Et neque quis potest facere scalam, aut gradum etiam in proprio pariete, quando nocet in via publica, *d.l.2.§.si quis in suo,ubi Bart.* nam publicè interest sine metu, & periculo per itinera practicari, *l.1.§.1.ff.ne quid in loco publico*, nam omnes possunt ire, & stare in via publica, *l.per agrum,ver.uti,C.de servitutibus,& aqua*, sed quis potest facere portam in pariete suo versus viam publicam, quando publico non nocet, *l.fin.§ fin.ff.de servit.urb.prædiorum.*

117 Et in locis publicis non potest ædificari, *l.1. ff. ne quid in loco publ.* alias cuilibet de populo competit actio, *l.1.ff.de locis publ.Rovit.in rub.ne quid in loco publ. nu.17.* sed Princeps potest concedere licentiam alicui, ut ædificet in publico, *l.2.§ si quis à Principe ff.ne quid in loco publ. Boss.tit. de via publica 14 & Regens de Ponte de potest.Proreg. tit.2.*

§.4.n.3.cum duob.seq. sed deindè dicta licentia debet confi mari ab ipso magistro Portulano, l.si aliquando in fine, C.de operis publ.Rovit. in rubr.ne quid in loco publ.n.2. Caputus de regimine reipubl. cap.7. §.16.n.18.

118 Et Magister Portulanus non potest de per se concedere alicui locum publicum, l.3.§. plane. ff. quod vi aut clam, sed tantùm potest concedere usum, & commoditatem loci publici, ut ibi pra- ... caturi, testatur Rovit.in d.rub.ne quid in loco publico.num.5. nam quis non potest uti publico, nisi cum licentia magistri Portulani, l. fin. in fine, ubi glos.& DD ff.de cloacis & docet Reg.Rovit.d.prag. 3. n.15.ne quid in loco publico.

119 Et quis ædificans in loco publico, ædificium debet fieri redititium urbi, & non debet destrui, quando non nocet publico, & hoc est ne urbs deformetur, l.1 §. si quis à nemine ff.ne quid in loco publ l.si leg. tuum in fine ff. de operis publ.& in l.1.C. de diversis prædiis, de Franc decis. 110. nu.6. ubi n.7. dicit, idem esse in ædificiis privatis factis intus urbem, intellige si antequam quis ædificaret in publico, non habuit mandatum à Judice, ut non edificeret aliàs demolitur ædificium, l fin ff. ne quid in loco publ & docet Thom. Ferratius cautel 158.n.1.

120 Sias etiam, quòd unusquisque tenetur purgare viam antè suam domum, & illam resicere, l.miles, 3.ff. de via publ. quòd si domus sit emphiteutica, & hoc onus purgandi viam spectat ad emphiteutam, & non ad dominum directum, ut per tex.in l.aedenus. & in l si pendentes §.si quid cloacarum ff.de usufruct. docent Odofret. Albcr.& Jas.in l.2.n.2 C. de jure emphit. sed si domus sit locata, & tunc dominus tenetur ad refectionem, & purgationem viæ vicinalis, quòd si dominus noluerit hoc facere, & tunc conductor potest hoc facere, & quod expenditur excomputatur in mercedem, d.l.miles, ver. quicunque ff.de via publica.

121 Et circa hoc advertas, quòd si via publica sit lutuosa, & rupta, licitum est personis transire per agros alienos, vicinos, l. silocus § cum via, ubi Bald.ff. quemadmodum servit. amitt. idem Bald. in l. per agrum, C.de servit.& aqua. Anna sing.582. Jo: de Araono in epitoma 56.& Capibl.in prag.1.n.179.

122 Scias etiam, quòd de vi s reficiendis & expurgandis, & de occupatione viæ publicæ cognoscit magister Portulanus, & ipse est Judex competens, d.l.2 § si quis à nemine propè finem ff.ne quid in loco publ. & ab ipso infigantur pœnæ contrà contravenientes, & ipsi magistro Portulano applicantur, prag 6.ver.dopò, ubi Rovit. secundùm quem est prag. 3.n.10. & 16. ne quid in loco publ.ubi n.11.in fine, dicit ipse Rovit. quòd si personæ Ecclesiasticæ ædificant in publico, vel immittant immunditias in via publica, adhuc magister Portulanus cognoscit, sed dicam infra cap.36.de foro Clericorũ, n.166.

123 Et ipse magister Portulanus ex officio, & de facto potest deponere quidquid reperit immissum in publico absque aliquo ordine processus, d.l.2. §. si quis à nemine in principio, ubi gl.ver. deponere ff ne quid in loco publ. & l.ediles, ver.curent in fine ff.de via publ. sed si ipse magister Portulanus noluit sic de facto deponere, potest facere præceptum ei, qui aliquid fecit in publico, ut illud restituat ad pristinum, d.l.2.§.item labeo scribit.verb. prætor ait, ff. ne quid in loco publ. Rovit. d. pragm.3. n.3.

124 Sic etiam magister portulanus cognoscit, ne quòd semel ædificatum fuit in loco publico reficiatur, d.l 2 § si quis quod in loco publico ff.ne quid in loco publ.& est ratio, ne sub colore refectionis dilatetur, vel extollatur illud, quod semel sibi concessum est, quod non est permittendum, l.3. propè finem.ver.reficere, ff de itinere actuque privato, l. 1. §. sed si quis terrenum, ff. de rivis, & docet Regens Rovit.in d.prag. 3.n.12.ne quid in loco publ.

125 Sic etiam magister Portulanus in Civitate Neapolitana est Judex competens in dando licentiam alicui de tenendo aliquid antè suam apotecam, & dat etiam licentiam, ut in foro magno Civitatis prædictæ omnes venditores suppellectilum, qui non possunt habere proprias apotecas, tenere possint pergulas ammovibiles, quæ de mane eriguntur, & de vesperi tolluntur, Rovit. d.prag 3. nu.20.et Caput.d.§.16.num.14.

126 Et advertas, quòd cooperitores domorum debeant apponere signum in viis publicis ut innotescant transeuntibus, quod possint sibi cavere, Jo: Faber in §.item, Inst.ad legem, aquil.Rovit d prag.3. n. 18. in fine.

127 Advertas quoque quòd jurisdictio Portulani est privativa ad alios officiales, Amen.ad Præs.de Franch.dec.2 ro.n.15.& Caput.d.cap.7.d.§ 16.n.20.

128 Et scias, quòd aliquando castra sunt concessa Baronibus cum jure Portulaniæ, & in hoc casu per ipsos Barones creantur magistri Portulani, sed vendito castro simpliciter, non venit jus portulaniæ, sed debet in specie concedi, Anna sing.587.Capibl.de Baronib.prag.8. part.1. n.294.& Minad. in Const.Reg.In aliquib.in rubr.ver.comitum, & Baronum n.14.

SUMMARIUM.

1 Uxor sequitur forum mariti, Amplia usque ad num. 27. Limita à dicto num.27.usq, ad nu.33.

De foro Uxoris.

CAP. XXVII.

1 Pono regulam generalem, & sic, quòd uxor sequitur forum mariti, & ipsa uxor est convenienda in foro ipsius mariti, l.fin. C. de incolis lib. 10.l.Imperatores §.3. ff. ad municip.l.pen.ff. de jurisd. omn.jud.l.mulieres, C.de dignitatib.lib.12. Thes.decis. 123.& de Franch. dec.363. & 416. est ratio quia maritus, & uxor dicuntur unum corpus, & una caro, cap.debitum de bigamis, cap.hæc immago 33. quest.5.& uxor reputatur pars corporis viri, d.cap debitum, cap.ad Apostolicam de conversat.conjugatorum, cap.gaudemus de divortiis, & dicuntur unum corpus, & una anima, l.1 ff.de ritu nupt. & uxor amittit familiam patris, & transit in familiam mariti, l.quicunque, C.de re militari lib. 10, & uxor efficitur de casata viri, & non gaudet privilegiis casatæ patris, Amen.ad Præs.de Franch.dec.363 n. 3.& pater viri dicitur pater uxoris, & sic è contra, Marc.Anton.de Amatis dec.16.n.37.& seq. undè merito uxor sequitur forum mariti, ut diximus, & docet Caracciol.de fori privileg. remiss. q.14 n.1.

2 Quod amplia, & primò, ut uxor quocunque judi-

judicio conveniatur, sortiatur forum mariti, *d.l. pen ff de jurisd.omn jud.d.l.mulieres,C.de dignit.lib. 12.l.3.& 4 C.de castrens. & minist.lib.12.*

3 Secundò amplia, etiam si ipsa uxor cum ejus viro litigasset, nam adhuc maritus tenetur uxorem, convenire in foro ipsius mariti, *Jas.in d.l. pen.post n.1 ff de jurisd.omn.jud.Regens Rovit.in prag.1. n.6. de cessione bonorum & D.Reg.Merlin controver. forentium cap 95. circà principium tom.1.*

Tertiò amplia, ut uxor sortiatur forum sepulcri sui viri, *cap.de uxore de sepult.Jas.in d.l. pen.n.* 2.unde si uxor non sibi èligat sepulturam, est sepellienda in sepulcro ejus viri, *cap.is,qui de sepul.in 6.& Marcel de Vulpe in praxi fori Ecc.cap.10.n.4.*

5 Quartò amplia, ut mulier nupta cum extero teneatur ad munera personalia in foro ejus viri, & non in sua origine, *l.de jure.§ fin.& l fin §.item rescripserunt,ff.ad municip.Marin.Socin.in rub.extra de foro compet.n.13 Thes.d.dec.123.n 9. & 12. Surd.dec.330.n.16. Cons.Dom.Carlevil.de judiciis to. 1.disput.1.q.2.n 65.& seq.* & quia quoad munera realia,dixi supra *cap.3.* de foro originis,*n.15 et seq.*

6 Quinto amplia, ut mulier nupta cum extero debeat conveniri in foro mariti, & non possit conveniri in foro suæ originis, nam ipsa mulier nupta cum extero non retinet domicilium suæ originis, & hoc operatur victus matrimonii, ut dixi *d.cap.3.* de foro originis, *num.17.*

7 Undè si mulier Neapolitana se nubat cum extero habitante extrà Civitatem Neapolitanam, ipsa mulier Neapolitana amittit privilegium Neapolitanis concessum, quod est (ut Neapolitani conveniantur in Tribunalibus Neapolitanis.& ipsi Neapolitani possint suos debitores convenire in dictis Tribunalibus Neapolitanis) nam ipsa uxor Neapolitana nupta cum extero amittit dictum privilegium,& convenitur in foro sui viri.& tenetur convenire suos debitores in foro dictorum debitorum, ut dixi *d.cap.3.* de foro originis *nu.* 18. quòd si ipsa uxor Neapolitana nupta cum extero efficiatur vidua,& maneat in domicilio viri,adhuc non recuperat dictum privilegium. *Dom.Cons.Carlevil.de judiciis disput.2. quæst.6 sect 8. nu.683.* ubi *n.684 & seq.*dicit.secus esse si mulier Neapolitana nupta cum extero efficiatur vidua, & revertatur ad Civitatem Neapolitanam,vel transferat domicilium in alio loco, quàm in loco,ubi manebat cum ejus viro, quia tunc recuperat privilegium eligendi forum Tribunalium Neapolitanorum, quod habebat antequàm esset nupta, sed *Reg.Rovitus dec.75. & Thor.in suppl.verb.mulier,fol.417,* dicunt,quòd si disponat statutum,ut exteri hujus Regni possidentes bona in Regno solvant certum quid Regiæ Curiæ si mulier extera nupta cum regnicolo effi.iatur vidua, & revertatur in suam patriam extrà Regnum, tamen ipsa non tenetur ad dictū onus, & ità decisum refert ipse *Rovit.*ibi.

8 Et ex supra traditis infertur, quòd si alicui sit concessa immunitas à Principe tàm pro se, quàm pro suis filiis masculis, & fœminis, hæc immunitas non extenditur ad filias fœminas nuptas, *Bart.in l. quoties,C.de privil.scolar.lib.12. & Thom. Ferratius cautela 29.*

9 Sextò amplia,nam si mulier extrà se nubat cum Neapolitano, gaudet eodem privilegio fori, quo gaudet ejus maritus Neapolitanus. *Car.vir. in rtu 301.n.25. D.Carlevil.d.sect.8.n.660 & Novar. in praxi electionis.& variat.fori to.1 sect.4.q.62.n.8.*

10 Septimò amplia,nam uxor sequitur forum mariti, etiam ipso marito mortuo, durante tamen viduitate, *l.filii,§.vidua ff.ad municip Capibl.de Baronibus,prag.8.part.2.n.193.to.1.& to.2.cap.57.n. 10.Milaneus.dec Reg Sicil 9.n 7 et 8 part.1.Surdus dec.330.n.27.& Carlevil.de judiciis disp 2.q.6. sect. 8.n. 683.* immò mulier vidua gaudet privilegio eligendi Regia Tribunalia,quo gaudebat ejus vir, *Pascal.de viribus patriæ potestatis par 4.cap.2. n.6.* nam vidua gaudet omnibus privilegiis, quibus gaudebat,vivente ejus marito propter ejus maritum, *d l.filii, §.vidua, ff.ad municip. l.quoties, C.de privil.scol.lib.12. l.pen. C.de fabricens.lib.11. Anna cons.108.*& uxor,durante viduitate,gaudet, nobilitate viri præmortui, qua gaudebat, vivo ejus marito, *§.non tamen, Auth.de nuptiis.*

11 Sed si vir erat privilegiatus ratione alicujus artificii, eo marito mortuo,ejus uxor non gaudet dicto beneficio,*Riccius coll.2420.Borrel.summ dec. tit.8.n.28.Milaneus.dec.10.n 8.et seq.lib.1.et Caracc. d.q.14 n.6.& seq.* sed ipsemet *Borrel.in d. summa tit.43.n 161.*tenet contrarium & sic,quòd vidua viri privilegiati etiam ratione alicujus artificii gaudet privilegio viri præmortui, sed prima opinio est vera, *Paschal. d.cap.2 n 7. & Capibl.d.cap. 57 n.* 10.sed vidua luxuriosè vivens amittit privilegium domicilii mariti,*Jul Clar.§.stuprum ver. pariter*,& ipsa vidua luxuriosè vivens non gaudet foro viri,*Aug.et Alex.in l cum quædam puella,ff d. jurisd.omnium jud;et Decian.tract.crim.lib.4 c.8.n.4e*

12 Octavò amplia in uxore non dum traducta ad domum viri, quæ etiam convenitur in foro viri, *glos in l.ea quæ l 12.32.ff ad municip. & glos.in leg. pen.ubi Jas.nu.1.ff.de jurisd.omn.Jud.Capibl.d.prag. 8.part.2. nu.192 & Novar. in praxi electionis fori to.1.sect.3 qu.3.nu 3.*sed si maritus habitat in patria uxoris animo ibi domicilium contrahendi. tunc ibi uxor convenitur, *Decian.tract.crim.lib.4, c.8 nu.5.*

13 Nonò amplia, nam si maritus sit persona privilegiata, adhuc ejus uxor sequitur forum mariti ex privilegio concesso ipsi marito ratione ejus personæ, *de Franch.decis.263. Novar.d.qu.3. per totum,Riccius coll.2140 & Capibl.d.to.2. d.cap.57.n. 7.*ubi tamen distinguit,& idem tenet *Tartagl. in pract.civili cap.2.nu.22.* & eo fortius hoc procedit si maritus habeat suum interesse in causa,pro qua ejus uxor convenitur, quia tunc omnino uxor sortitur forum sui mariti privilegiati,ut ità decisum testatur *D Reg.Merlinus controver.forens.c.94. to.1.* & in tantùm uxor sortitur forum mariti ex privilegio concesso ipsi marito ratione ejus personæ, in quantum judicium intentatur per maritum, & non per uxorem, aliàs uxor non gaudet dicto privilegio, ut ita decisum,testatur *Tartag. d.cap 2.nu.22.*

14 Decimò amplia,nam uxores militum,& eorum filii gaudent foro militari, quo gaudent mariti milites, *l.2.ubi glos.ver.ministeria, C de Episcop.& Cler.l.uxori l.2.§.1.ff.de auro,& argento leg.Rovit. in prag.16.nu.46. de militibus*, sed de jure Regni uxor militis non gaudet foro militari,prout gaudet

det ejus maritus, sed convenitur coram Judice ordinario, *d. prag.* 16. § 8. *de militibus*, ubi etiam disponitur, idem esse in filiis & famulis militum, qui non gaudent foro militari, sed *ragazzi*, qui ascendunt equos hominum armorum gaudent foro militari, *d. prag.* 16. § 8. *de militib.* & dixi supra *cap.* 19. de foro militum *nu.* 20.

15 Undecimò amplia, nam licèt hæres conveniatur in foro defuncti, ut dicam infra *cap.* 28. de foro heredis *nu.* 1. tamen secus est in uxore, quæ si sit hæres alicuius convenitur pro contractibus defuncti in foro eius mariti, & non in foro defuncti, si sint diversi fori, *Faber. diff.* 5. *C. de in ius vocando*, & *diff.* 4. *C. de iudiciis*, & *Capibl. d. cap.* 57. *nu.* 1. quod intellige, si maritus sortiatur forum cummunem, secus si particularem, puta si exerceat artem serici, quia in hoc casu eius uxor, si conveniatur uti hæres pro contractu defuncti, non potest petere se remitti ad Curiam artis serici, *de Franch. dec.* 363. *in fine.*

16 Duodecimò amplia, ut uxor locati Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ gaudet foro ipsius Regiæ Dohanæ, quo gaudet eius maritus, ut docet *D. Eliseus Danza de pugna DD. to.* 2. *tit. de elect. fori cap.* 5. *nu.* 8. *cum plurib. seq.*

17 Decimotertiò amplia, nam uxor exercentis aliquam artem sortitur forum mariti, *l. pen. C. de fabricens. l. b.* 11. *Mariom. Socin. in rubr. extrà de foro competenti ver. sexagesimo secundo in fine, de Franch. d. dec.* 363. & *Graff. de eff. Cler. eff.* 1. *nu.* 178. sed alii tenent quòd remissio petita per uxorem alicuius matriculati in aliqua arte concedi non debet, ità *Ricc. coll.* 2985. & *Thor. comp. dec. to.* 1. *ver. uxor*, & *in supplem. decis. ver. remissio fol.* 528.

18 Decimoquartò amplia, nam uxores Clerici greci, & latini gaudent foro Ecclesiastico, quo gaudent eorum mariti, *c. eos* 32. *dist. c.* 2. 11. *qu.* 1. immò uxor Clerici greci, vel latini in minoribus constituti gaudent privilegio furi, quo gaudent eorum mariti, *Graff. de effect. Cler. eff.* 1. *nu.* 155. *Squillant. de privileg. Cler. cap.* 7. *nu.* 34. *Diana in suis moralib. resolut. part.* 3. *tit. de immunit. Ecclesiastica resol.* 45. & *Felin. cap.* 2. *post nu.* 3. *de foro compet.* & uxores Clericorum grecorum sunt immunes à collectis, *Graffius de effect. Clericatus effect.* 3. *nu.* 137. ubi *nu.* 148. dicit, hoc procedere, durante vita mariti, secus eo mortuo, quia tunc non sunt immunes à collectis, prout etiam uxores Clerici greci, & latini gaudent privilegio fori, durante vita mariti, & non eo mortuo, *Squillant. post d. nu.* 34. ubi dicit, quod si Clericus grecus, & latinus ex aliqua causa amittat privilegium fori, idem privilegium amittitur eius uxor.

19 Decimoquintò amplia, in uxore Clerici coniugati, nam sicut Clericus coniugatus, convenitur coram Judice Ecclesiastico, ut dicam infra *cap.* 37. *nu.* 2. ità, & eius uxor gaudet foro Ecclesiastico, *Felin. d. c.* 2. *post n.* 3. & *ibi Abb. post n.* 6. & *Marian. Socin. nu.* 20. *de foro compet. Ricrius coll.* 2140. *Ansald. de iurisdict. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 9. & *Diana in suis moralibus resolut. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 41. ubi *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 36. *in fine*, dicit, quòd uxores Æquitum Divi Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ gaudent foro Ecclesiastico, nam uxor Clerici gaudet foro Ecclesiastico, *Dvian. tract. crim. lib.* 4. *c.* 8. *nu.* 6. & *c.* 9. *nu.* 53.

20 Immò uxor Clerici sortitur forum Ecclesiasticum dato, quòd habitet seorsum à viro non sua culpa, secus si sua culpa, quia tunc non sortitur forum ipsius mariti Clerici, *Felin d. cap.* 2. *post nu.* 4. *de foro competenti*, & *Graffius de effectibus Clericatus eff.* 1. *nu.* 182. & *seq.*

21 Immò concubina Clerici punitur per Judicem Ecclesiasticum, *Jo. de Arnono in problema* 81. intellige, quoad delicta commissa cum Clerico, *cap. eoi, ubi glos.* 32. *dist. Jas. in d. l. pen. nu.* 17. *ff. de iurisd. omn. Jud. Guazzin. tract. ad defensam reorum def.* 1. *cap.* 26. *nu.* 23. & *Graffius d. effectu* 1. *nu.* 181. & mulier laica habens rem cum constituto in sacris punitur à Judice Ecclesiastico, *Boss. prat. crim. tit. de coitu damnato nu.* 13. 15. & 18. ubi dicit, quòd concubina Clerici punitur à Judice Ecclesiastico, quando est secreta, secus si publica, sed *Affl. in Const. Reg. Maiestati u.* 10. *in fine*, tenet totum oppositum, & sic quòd concubina publica Clerici cognoscatur à Judice Ecclesiastico, secus si sit orculta, & *D. Reg. Sanfelic. dec.* 245. *nu.* 3. dicit, quòd Judex secularis potest punire, & expellere concubinas Clericorum, etiam in sacris constitutorum, de quo latè *Ansaldus de iurisd. part.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *à nu.* 13. *usque ad finem.*

22 Sed in tantum uxor Clerici convenitur coram Judice Ecclesiastico, in quantum vivit eius maritus, nam eo murtuo, convenitur coram Judice laico, *Aloys. de Leoin l.* 1. *nu.* 17. & *seq C. de Episcop.* & *Cler. Ansald. d. cap.* 9. *nu.* 44. & *Graffius d. effect.* 1. *nu.* 185. ubi *nu.* 187. dicit, quòd statim, quòd ipse Clericus amittit privilegium Clericale, statim etiam amittit eius uxor dictum privilegium, ut in simili, nam licèt de iure communi uxor militis gaudeat foro militari, tamen mortuo marito convenitur coram Judice ordinario, *Rov. d. prag.* 16. *nu.* 47. *de militibus.*

23 Et quòd uxor Clerici conjugati, vivente ejus marito gaudeat foro Ecclesiastico, tenent *Milanens. decis.* 10. *nu.* 9. *lib.* 1. & *Ricrius coll.* 2420. *vers. unde*, secus eo mortuo, quia tunc non gaudet foro Ecclesiastico, *Borrel. d. tit.* 8. *nu.* 26. & *seq.* & *in d. tit.* 43. *nu.* 162. *cum duob. seq. Sanchez de matrimonio lib.* 7. *disput.* 47. *nu.* 4. & *Bal. in l.* 2. *nu.* 7. *C. de Episc.* & *Cler.*

24 Sed uxor Clerici conjugati non gaudet privilegio canonis, quo gaudet ipse Clericus conjugatus, undè percutiens uxorem Clerici conjugati non efficitur excommunicatus, *Felin. d. cap.* 2. *post nu.* 3. *de foro compet, Graffius de effect. Cleric. eff.* 9. *num.* 115. *Sanchez d. dispnt.* 47. *n.* 1. & *Squillant. de privil. Clericorum cap.* 6. *nu.* 21.

25 Sed quòd uxor Clerici conjugati non gaudeat foro Ecclesiastico, quo gaudet ejus maritus, sed ipsam esse conveniendam coram Judice laico, tenent *Jo. Andr. in cap. unic. de Cleric. conjug. in* 6. *R. Rovit. in prag.* 1. *nu.* 2. *de Clericis, seu subd. salvat.* & *de Mariuis quotid. resol. cap.* 350. *in ultima impres. to.* 1. & ita quotidiè expediuntur provisiones per suam Excellentiam, & suum Collaterale Consilium, ut uxores Clericorum conjugatorum conveniantur coram Judice laico tàm pro causis civilibus, quàm criminalibus, *Marcel. de Vulpe Archidiaconus Civitatis Montis Pelusi in sua praxi judiciali fori Ecclesiastici cap.* 40. *post nu.* 10.

26 Et

26 Et in favorem hujus ultimæ opinionis adduco rationem, nam ut Clericus conjugatus in criminalibus cognoscatur per Judicem Ecclesiasticum, hoc fuit statutum ob ejus personam, & sic hoc privilegium est personale, sed beneficium personale non egreditur personam, *l. maritum ff. sol. mat. ergo, &c.*

27 Secundò alia suffragatur ratio, nam ut Clericus conjugatus gaudeat foro Ecclesiastico debet incedere in habitu, & tonsura, & servire in divinis, ut dicam infrà *d. cap. 37. nu. 2.* sed uxor hoc observare non potest, dum femina non possit servire in divinis, *cap. 1. §. prohibendum cum concordantibus allegatis in glosa de cohabit. Clericorum, & mulierum,* ergò ipsa gaudere non debet beneficio fori Ecclesiastici, quo gaudet ejus maritus Clericus conjugatus, *Amend. ad Præs. de Franch. dec. 329. nu. 2. cum duob. seq.* ut in simili videmus, nam, ut uxor militis gaudeat beneficio mariti militis, est necesse, ut ipsa quoq; absit Reipublicæ causa, prout est necesse, ut absit ipse miles, ut in *l. 1. & 2. C. de uxoribus militum,* undè licèt miles in Regno per quindecim dies postquàm est reversus a bello non possit conveniri à suis creditoribus, aliàs ipsi creditoribus obstat exceptio hostica, ut in *Constit. Reg. Hostici exceptionem,* tamen ista exceptione hostica non gaudet uxor militis, *Capyc. decis. 76. & 172.* & sic remanet firma conclusio, quòd uxor Clerici conjugati convenitur in foro laicali, & non in foro Ecclesiastico, ubi convenitur ejus maritus, & hæc sit prima limitatio ad regulam suprapositam.

28 Secundò limita, si uxor non dum nupta sit conventa suo foro, & post ceptam litem se nubat cum aliquo, qui sit alterius fori, quia tunc ipsa uxor tenetur prosequi litem ubi ipsa lis cepta fuit & non potest petere se remitti ad forum mariti, *d. l. pen. ff. de jurisdict. omn. Jud.* nam ubi lis cepta, ibi finiri debet, licèt litigantes efficiantur alterius fori, lite pendente, ut dixi supra *cap. 7. nu. 52.*

29 Tertiò limita in sponsa de futuro, quæ non sequitur forum sponsi, sed convenitur in foro ipsius sponsæ, *l. ex qua 32. & l. de jure, §. fin ff. ad municip. Decianus tract. criminum lib. 4. cap. 16. nu. 17. & Georgius Obrechti de jurisdictione lib. 3. cap. 11. num 32. cum duob. seq.* & à fortiori sponsa non dum traducta ad domum viri non sortitur forum sponsi, *Decian. tract. crim. lib 4. cap. 8. nu. 7. & cap. 9. nu. 54.*

30 Quartò limita in uxore putativa, puta si matrimonium sit nullum, quia tunc ipsa uxor putativa non sequitur forum mariti putativi, sed ipsa convenitur in foro suæ originis, *d. l. de jure, §. fin ff. ad municip.*

31 Quintò limita, in concubina laici, quæ non sequitur forum concubinarii, arg. *l. de jure, §. fin. ff. ad municip.* ità *glos. in l. exigere dotem ff. de iudiciis, & Georgdus Obrechti d. cap. 11. num. 32. cum duob. seq. Riccius decis. 106. nu. 4. par. 2. Guazzin. d. f. 1. d. cap. 26. nu. 23. & Dauza de pugna DD. to. 1. tit. de concubinis, cap. 1. nu. 27.* ubi *nu. 26.* dicit, quòd sicut uxor succedit marito ab intestato deficientibus agnatis, & cognatis usquè ad decimum gradum, ut in *tit. C. undè vir. & uxor.* ita & concubina succedit Amasio, citat *Guid. Pap. sing. 67.* & ideò concubina non gaudet electionis fori, quo gaudet ejus Amasius persona privilegiata, *Novar. in prax. elect. fori to. 1. sect. 3. qu. 7.* & quòd diximus, concubinam non sequi forum sui Amasi, limita nisi ipsa concubina eo animo ad amasium se conferat, quia tunc sequitur forum sui amasii, ut docet *Guazzin. d. cap. 26 nu. 23.* quod ego intelligo, si concubina se trasferat ad locum domicilii amasii animo ibi perpetuò permanendi, quia tunc dicitur ibi contraheri domicilium, & consequenter potest ibi conveniri ratione domicilii contracti, argumēto eorum, quæ diximus supra *cap. 2.* de foro domicilii.

32 Sextò limita in uxore, quæ habet maritum inutilem, nam ipsa habet electionem fori, *Foller. in pract. crim. rub. audiantur excusatores, nu. 79. Novar. in prax. elect. fori tom. 1. sect. 2. qu. 7. nu. 1. & 2. Marcel. Cala de modo articulandi glosa 1. §. 1. nu. 110. Pasibal. de virib. patriæ potestatis par. 2. cap. 2. num 93. Carleval. de judiciis to. 1. disput. 2. qu. 6. sect. 7. nu. 549. & Caravit. ritu 19. nu. 22.* ubi *nu. 21. & 23.* dicit, idem esse si habeat maritum, sed cum eo sit factum divortium, non tamen culpa ipsius mulieris aliàs est secus, *Novar. d. sect. 2. qu. 7. nu. 4.* idem est si mulier habeat maritum condemnatum ad triremes in perpetuum, nam adhuc ipsa gaudet beneficio electionis fori, *Capibl. d. pragm. 8. part. 1. num. 333. Vivius dec. 97. & 521.* sic etiam mulier habens maritum forjudicatum gaudet beneficio electionis fori, *Carleval. d. nu. 540. & Novar. d. sect. 2. d. qu. 7. nu. 2.* sic etiam mulier habens maritum captum ab hostibus gaudet beneficio electionis fori, nam ipsa dicitur vidua, *l. uxores eorum ff. de divortiis, Novar. d. qu. 7. nu. 2. & Scaglion. ritu 220. nu. 1.* sic etiam uxor, quæ habet maritum absentem longa absentia gaudet beneficio electionis fori, *Novar. d. quæst. 7. nu. 6. cum duob. seq.* & dixi supra *cap. 16. nu. 4* & in omnibus istis casibus, in quibus uxor gaudet beneficio electionis fori, si conveniatur in foro mariti potest eligere Regia Tribunalia, & sic non convenitur in foro mariti, ut diximus ex doctrinis, & auctoritatibus supra allegatis.

33 Sed an uxor, quæ interfecit suum maritum, vel si ipsa fuit causa mortis mariti gaudet beneficio electionis fori, dixi supra *cap. nu. 69.* ubi diximus dicto privilegio non gaudere, ex doctrinis ibi allegatis.

SUMMARIUM.

1 *Hæres pro contractu defuncti convenitur in foro defuncti. Amplia usquè ad n. 5. limita, ut n. 23. & 25.*

6 *Persona privilegiata hæres instituta an habeat electionem fori si conveniatur pro contractu defuncti & nu. 7. & 8.*

9 *Persona non privilegiata si succedat privilegiato, non utitur privilegio defuncti, & nu. 10.*

11 *Judicium cœptum cum defuncto debet continuari cum eius hærede in eodem foro, ubi erat cœptum. Amplia usquè ad nu. 15. limita, ut nu. 16. & 24.*

17 *Clericus hæres institutus à laico pro contractu defuncti convenitur coram Judice Ecclesiastico. Limita, ut nu. 18. declara, nu. 19.*

20 *Laicus, si sit hæres Clerici, pro contractu defuncti convenitur coram Judice laico.*

21 *Hereditas Clerici mortui iacens convenitur coram Iudice Ecclesiastico, & est immunis à collectis, n. 22.*

26 *Testamentum, in quo est clericus hæres institutus,*

de-

debet aperiri coram Iudice Laico.

27 *Clericus relictus exequutor testamenti, tenetur conficere inventarium coram Iudice Laico.*

28 *Clericus hæres institutus à laico, vel à Clerico tenetur se declarari facere hæredem à Iudice laico.*

29 *Laicus hæres institutus à Clerico tenetur conficere inventarium coram Iudice Laico. Limita nu. 30.*

31 *Clericus si sit hæres institutus insimul cum laico, si in divisione oriatur quæstio, ipsa est determinanda coram Iudice Ecclesiastico.*

32 *Laicus relictus exequutor testamenti insimul cum Clerico convenitur coram Iudice Ecclesiastico.*

33 *Clericus coram quo Iudice debeat petere ius deliberandi?*

34 *Baro ubi hæres declarari possit?*

35 *Uxor hæres instituta convenitur in foro mariti pro contractu defuncti.*

36 *Hæres laicus an conveniatur coram Iudice Ecclesiastico ad observandum contractum iuratum per defunctum, & nu. 37.*

38 *Neapolitanus, si sit hæres institutus, pro contractu defuncti ubi conveniatur?*

39 *Persona privilegiata, an habeat electionem fori contra hæredem non privilegiatum?*

40 *Hæres ubi conveniri possit pro legatis usq; ad nu. 47. & quid pro legatis piis à nu. 48. usq; ad nu. 55.*

56 *Legatum quando dicatur pium, plura traduntur exempla usque ad nu 67.*

68 *Unusquisque potest instare pro legatis piis.*

69 *Notarii tenentur denunciare legata pia relicta Ecclesiis existentibus in Civitate Neapolitana.*

70 *Legatum relictum ad certum pium usum non potest per Episcopum commutari ad alium usum.*

71 *Episcopus an possit facere testamentum ad pias causas decedentibus ab intestato?*

De foro hæredis.

C A P. XXVIII.

1 HÆres, si conveniatur pro contractu defuncti, debet conveniri in foro, in quo conveniretur ipse defunctus, si viveret, licèt ipse hæres sit alterius fori, *l. hæres absens in princ. ubi communiter DD ff de iudiciis, Reg. de Ponte cons. 18. nu. 9. vol. 1.* ita decisum, testatur *de Franch. decis. 234.* & docent *Capibl. de Baronib. tom. 1. super prag. 8 par. 2. nu. 144. & Georgius Obrechti de iurisdictione lib. 3. cap. 10. n. 6.* ratio est, quia hæres, & defunctus equiparantur, & hæres repræsentat personam defuncti, *§. 1. Auth. de iureiurando à moriente præstito.*

2 Et hæres convenitur in foro defuncti, licèt ipse hæres habeat aliquod privilegium, ut conveniri possit coram certo particulari Iudice, *d. l. hæres absens in principio ff. de iudiciis,* ubi habetur, quòd heres conveniatur in foro defuncti, & nullo suo privilegio excusatur, ita *Carleval. de iudiciis tom. 1. disp. 2. q. 5. n. 298.*

3 Undè *Præs. de Franch. d. dec. 234.* dicit fuisse decisum, Doctorem de Collegio Neapolitano conventum pro contractu defuncti non posse petere se remitti ad Collegium Neapolitanum, sed debere conveniri in foro, ubi conveniri poterat defunctus.

4 Idem est in uxore illius, qui exercet artem serici, quæ licèt conveniatur in foro artis serici, ut dix in *cap. præcedenti n. 17.* tamen si ipsa conveniatur uti hæres, potest conveniri in Magna Curia, & non debet remitti ad curiam artis prædictæ, ut ità decisum, testatur idem *de Franch. decis. 363. in fine.*

5 Sic etiam si scriba Regiæ siclæ conveniatur in Magna Curià uti hæres alicuius pro contractu defuncti, non potest petere se remitti ad Curiam Regiæ Siclæ, sed tenetur stare iuri in ipsa Magna Curia, ut decisum, testatur *Thor. comp. dec. to. 3. ver. hæres conventus, et in eod. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 122.*

6 Sed tunc heres privilegiatus convenitur in foro defuncti, quàdo est privilegiatus privilegio particulari non clauso in corpore juris, aliàs si hæres sic privilegiatus privilegio clauso in corpore juris, prout est pupillus, & tunc ipse pupillus hæres potest eligere Regia Tribunalia, & habet electionem fori, si conveniatur pro contractu defuncti, *Covar. pract. qu. cap. 8. nu. 4. Præs. de Franch. d. decis. 234. nu. 2. Reg. de Ponte d. cons. 18. nu. 10. Giurba dec. 82. nu. 9. Caravit. ritu 234. nu. 1. & 2. Borrell. summa decis. tit 43 nu. 148. Novar. in praxi elect. fori tom. 1. sect. 2. qu. 3. post nu. 10. & sect. 4. qu. 23. post num. 1. & D. Carleval. d. qu. 5 nu. 299. & qu. 6. sect 7. nu. 621.* ubi *n. 625. & n. 636.* limitat, & dicit, hoc non procedere si lis esset contestata cum defuncto, quia tunc non gaudet hæres privilegiatus beneficio electionis fori, sed tenetur ipse hæres privilegiatus prosequi litem, ubi ipse lis cepta fuit cum defuncto, idem tenenent *Novar d. sect. 2. qu. 20. Caravit. d. ritu 234. post nu. 3. & Carleval. d qu. 5. post num. 309.* nisi instantia cepta cum defuncto esset perempta, quia tune hæres privilegiatus potest uti beneficio electionis fori, etiam si esset impetrata insu'fatio vitæ spirttus, *Anna alleg. 129. Novar. d. sect. 4. qu. 23. nu. 14.* ubi *nu. 17.* dicit, idem esse, si judicium cæptũ cum defuncto sit nullum, nam adhuc pupillus hæres institutus habet electionem fori.

7 Sed hæc omnia procedunt de jure communi, secus in Regno Nostro Neapolitano, in quo hæres persona privilegiata privilegio clauso in corpore juris, prout est pupillus, si conveniatur pro contractu defuncti, non habet electionem fori, sed convenitur in foro defuncti, ut est *tex. de jure Reg. In ritu 234.* ubi *Caravit. post nu. 3. Capibl. d. prag. 8. par. 1. nu. 315. & part. 2. nu. 148. de Franch. d. dec. 234. nu 3. & dec. 364. nu. 4. & dec. 553. Reg. de Ponte d. cons. 18 vol. 1. & Carleval. d. qu. 5. post nu. 299.* sed vide *Muscatell. in praxi Sacri Reg. Cons. par. 2. glos. competentes nu. 91. cum plurib. seqq.* & à fortiori si lis sit incepta cum defuncto, hæres persona privilegiata tenetur prosequi litem, ubi ipsa lis incepta fuit cum defuncto, & non potest causam variare ad Regia Tribunalia, ut ita decisum, testatur *de Franch. decis. 364.*

8 Sed si pupillus sit hæres, & alia persona privilegiata conveniat ipsum pupillum hæredem ex contractu defuncti in Magna Curia Vicariæ via electionis fori, in hoc casu pupillus hæres potest petere causæ remissionem ad forum defuncti, & ibi causa debet remitti, non obstante electione facta per Actorem personam privilegiatam, ut ita decisum, testatur *de Franch. d. decis. 553.*

9 Et è contrario, si persona non privilegiata succedat privilegiato, ipse hæres persona non privilegiata non utitur privilegio defuncti privilegiati in

in eligendo Regia Tribunalia, si conveniatur pro contractu defuncti privilegiati, sed convenitur in foro communi ipsius defuncti, *Beer. decis.180.n.10.de Ponte d.cons.18.n.10.& seq.Carleval.d.quæst.5.post nu.319. & in nu.389.* nam privilegium electionis fori est personale, *Novar.d.praxi elect.fori tom.1.sect.1.quæst.11.* & ideò cum persona extinguitur, *l. maritum, ff. soluto matrimonio.*

10 Et ex hoc potest inferri, quòd si defunctus habebat particularem forum ex aliquo privilegio, puta si erat de foro artis serici, vel artis lanæ, vel si erat de foro Magni Admirati, in hoc casu ejus hæres non potest prætendere, ut conveniatur in illo particulari foro, ubi conveniretur defunctus, si viveret, nam tale privilegium extinguitur per mortem defuncti testatoris, & non transit ad hæredes, sed quòd hæres possit conveniri coram consulibus artis, coram quibus poterat conveniri defunctus artifex, dicit *Bertach. in suo repertorio ver. artifex.* sequitur *Thor.comp.dec.tom.3 sect.3.ver.remissio, fol.77. col 1.*

11 Et à fortiori hæres convenitur in foro defuncti, si judicium sit cœptum cum defuncto, nam in hoc casu idem judicium debet continuari cum hærede in eodem foro, ubi illud judicium fuit cœptum, & istantia illa transfertur ad hæredem, *l. si is qui Romæ, ff de judiciis*, & docet *Caracciolus de fori privil.remissione, quæst.42.n.1.*

12 Undè si sit facta præventio per aliquem, & præventus decedat, & ipsi prævento succedat aliquis, qui est alterius fori, tenetur tamen ipse hæres prosequi litem coram Judice præveniente, *Guazzin.ad defensam reorum def.1.cap.8.nu.10.*

13 Hinc est, quòd si lis erat incepta cum defuncto milite in foro militari, hæredes militis, licèt sint Pagani, tamen tenentur prosequi litem in foro militari, & non possunt petere se remitti ad Judicem ordinarium, Judicem competentem ipsorum hæredum, *l.nullus.C.de veteranis lib.12.* & docet *Consiliarius D.Carleval.d.disp.2.q.6.sect.4.n.470.*

14 Hinc est, quòd si persona privilegiata conventa in suo domicilio eligat Regia Tribunalia, & transmissis actis ad dicta Regia Tribunalia, sit processum ad aperturam processus, & deindè decedat ipsa conventa, ejus hæres, licèt sit etiam persona privilegiata, non potest petere causæ remissionem ad domicilium defuncti, sed lis debet agitari in Regiis Tribunalibus, ità decisum, testatur *Franc.de Petris cons.13.*

15 Hinc etiam est, quòd si lis erat contestata cum defuncto laico coram Judice laico hæres Clericus tenetur prosequi litem coràm Judice laico, & non potest petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *Paul.de Castr.in d.l.hæres absens in fin.ff.de judiciis, & in l.pen. in fine ff de jurisd.omn jud. Surdus dec.130.& in cons.222.lib.2.Castill.dec.200.n.1.par.2.Gratian. discept.16.n.31.part.1. Sempronius Ascia determinat.77. Covar.pract.quæst.cap.8.n.2. Anna sing.132.Capibl. d.prag.8. part.2. n.149. Grassis de effect.Clericatus eff.1.n.282. Borrel.summ.dec. d.tit.43.n.61.cum trib.seq. Novar.in rub. de instan. causæ n.7.& in prax.elect.fori to.1 sect.4. quæst.23. n.13. Thorus compen.dec.tom.1.ver.remissio fol.467.* & *to.3 sect.3.ver.remissio fol.99.& in supplem.ver.Clericus fol.88.Barbatus de assistentia gl.9.n.13.& seq.* & sic decisum, testatur *D.Regens Sanfel.dec.3.n.13.* & docent etiam *Ansaldus de jurisdit.part.3.tit.unico cap.10.n.1.usque ad.n.49.& de tondutis de præventione, cap.30.n.50.cum plurib.seq.* & licèt *Jo: Franc. Leonius in thesauro fori Eccles.part.3.cap.7. n.80. Squillant.de privil.Cler.cap.7.dubitatione 3. n.58. Amoros.de immunit.Ecclesiastica cap.20.à n.43.usque ad n.50.Molfes.ad Consuetudines Neapolitanas part.2. tit. de personis, quæst.8.Marcel.de Vulpe in praxi fori Eccles.cap.41.n.4. & cap.43. n.27. & se. & Diana in suis moral.resol.part.1.tit.de immunitate Ecclesiastica resol.25.* teneant contrarium, & sic litem contestatam cum defuncto laico coram Judice laico debere remitti ad Judicem Ecclesiasticum ad instantiã Clerici hæredis instituti, tamen prima opinio est magis communis, *Caracciolus de fori privileg. remis.quæst.42. à n.3.usque ad n. 15.* quam primam opinionem etiam approbant *Caravit.in ritu 234. post n.3.Georgius Obrechti de jurisdictione lib.3.cap.20.n.13.Carcel.Calà de modo articulandi gl.1.§.1. n.57.D.Carleval.de judiciis disp.2. quæst.5. n.309. cum plur.seq.& q.7.sect.3.n.939.& Francis.de Petris cons.23.* ubi dicit, quòd si laicus sit conventus super solutionem annui canonis, si decedat & Clericum heredem relinquat, judicium prædictum continuatur contra Clericum hæredum coram eodem Judice laico, coràm quo lis erat cœpta cum defuncto laico, immò si pendente dicto judicio sit factus casus devolutionis, adhuc dictum judicium continuatur coram eodem Judice laico contra dictum Clericum hæredem, & quòd magis est, nam si mortuo testatore laico, sit datus curator hæreditati jacenti, & cum eo sit lis contestata coram Judice laico, si Clericus hæres institutus adeat hæreditatem, tenetur ipse continuare litem coram Judice laico, & non potest petere se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *Thor.in supplem. decis. ver. remissio, fol. 325.*

16 Sed si instantia cœpta cum defuncto laico coram Judice laico sit perempta, & tunc hæres Clericus potest petere remissionem causæ ad Judicem Ecclesiasticum, non obstante, quòd lis erat cœpta cum defuncto laico coram Judice laico, *d.eff.1.n.291.Ansald.d.cap.10. n.60.& D.Carleval.d.qu.7. d.sect.3. n.941.* quod amplia etiam si sit impetrata insulsatio vitæ spiritus, nam adhuc hæres Clericus est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, *Anna sing.129.Caracciol.d.quæst.42.post n.17.& D.Carleval.d.sect.3.n.942. & d.quæst.5. post nu.311.* ubi dicit idem esse, si judicium cœptum cum defuncto laico coram Judice laico sit nullum, nam adhuc hæres Clericus est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, citat ipse *D.Carleval. & ass. sum d.n.291.sed est n.298.* & idem tenent *Caracciol. d.quæst.42.n.15.& seq.& Ansald.d.cap.10.n.55.*

17 Sed si lis non sit cœpta cum defuncto laico, si sit hæres institutus Clericus, in hoc casu ipse Clericus hæres institutus à laico convenitur coram Judice Ecclesiastico tàm pro actione reali, quàm personali, vel mixtà, *D.Carleval. d.quæst.5. n.301. cum plurib.seq.Diana in suis moral.resol.part.1 tract.2.res.24.part.3.tract.1.resol.31.& par.4.tract.1.res.21.Caracciol.d.quæst.42. Caravit.d.ritu 234.n.4. & seq.Marcel.Calà d.glos.1.d.§.1.n.56.Marcel.de Vulpe d.cap.41.n.4.Capiblanc.d.prag 8.part. 2. n. 149.*

Squillant. de privil. Cler. cap. 7. n. 60. Nouar. d. cap. 8. n. 4. et seq. Ansald. d. cap. 10. n. 30. et seq. Farin. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 8. n. 46. ver. amplia 17. & Graffus d. eff. 1. n. 278. ubi n. 280. dicit, hoc etiã procedere, si testator mandasset, ut clericus hæres conveniatur coram Judice laico, nam adhuc Clericus hæres laici convenitur coram Judice Ecclesiastico, prout etiam si sit legata aliqua res Clerico cum conditione, ut si quis aliquid prætendat super rem legatam, Clericus possit conveniri coram Judice laico pro re legata, nam hoc non obstante, ipse Clericus convenitur coram Judice Ecclesiastico, Graffus d. eff. 1. nu. 347.

18 Sed si Clericus sit hæres laici prædonis, & tunc convenitur coram Judice laico ad restituendam rem prædatam per ejus auctorẽ laicum, Bal. in l. fin. q. 6. C. de edict. Divi Adrian. toll. et Graff. d. eff. 1. n. 319.

19 Sed licèt Clericus hæres laici conveniatur in foro Ecclesiastico, & non laicali, ut diximus, tamen si Clericus hæres laici sit alterius Diœcesis, quàm Diœcesis defuncti, in hoc casu convenitur ipse hæres Clericus in foro Ecclesiastico Diœcesis defuncti, & non Diœcesis ipsius Clerici hæredis, ità docet Consiliarius D. Carleval. d. q. 5. n. 307.

20 Quòd si laicus sit hæres Clerici, ipse laicus hæres Clerici convenitur coram Judice laico, & non coram Judice Ecclesiastico, Jas. in auth. quas actiones n. 41. C. de Sacrosanctis Eccl. & Graffus d. eff. 1. n. 320. nisi judicium esset cœptum cum testatore Clerico Coram Judice Ecclesiastico, quia tunc hæres laicus tenetur prosequi litem coram Judice Ecclesiastico, ubi lis cœpta erat cum defuncto Clerico, Cap. quia de judiciis, Fraffus d. eff. 1. n. 321. Riccius dec. 218. n. 3. part. 4. D. Carleval. d. q. 5. n. 319. Caracciol. d. q. 42. n. 18. & seq. & Ansald. d. c. 10. n. 74.

21 Sed hæreditas Clerici testatoris jacens convenitur coram Judice Ecclesiastico, etiam si sit hæres institutus laicus, Ansald. de jurisd. part. 3. tit. unico, cap. 13. n. 37. & seq. & sic è contrario hæreditas laici testatoris jacens convenitur coram Judice laico, etiam si sit hæres institutus Clericus, D. Carleval. d. quæst. 5. n. 322. & est ratio quia hæreditas quamdiu jacet, repræsentat defunctum, & nõ personam hæredis futuri, l. non minus, in fine, ff. de hæred. instit. l. hæreditas 34. & in alia l. quæ etiam incipit, Hæreditas 61. ff. de acquir. rer. dominio.

22 Et ex hoc infert ipse Carleval. d. quæst. 5. n. 324. cum pluribus seq. quòd sicut bona Clerici sunt immunia à collectis, & gabellis, eo vivente, ità, & eo mortuo, & hæreditate ejus jacente, idem tenent Riccius in praxi fori Ecclesiastici resolut. 189. part. 3. & Ansaldus d. cap. 13. n. 42.

23 Sed tunc hæres, qui est alterius fori, quàm fori defuncti, convenitur in foro defuncti, quando ipse hæres repetitur in foro defuncti, aliàs est secus, d. l. hæres absens, ibi (si ibi inveniatur) quod intelligi si hæres conveniatur in foro originis defuncti, vel in foro contractus, vel rei sitæ, nam sicut defunctus non poterat in tali conveniri, nisi esset præsens, ut dixi supra cap. 4. n. 20. ita, & neque ejus hæres potest ibi conveniri, nisi ibi sit præsens, Thom. Trivisanus dec. 48. in fine part. 1. secus si hæres conveniatur in foro domicilii defuncti, quia tunc licèt hæres non sit præsens in foro domicilii defuncti, tamen ibi conveniri potest, nam sicut defunctus poterat ibi conveniri, licèt esset absens, ut dixi d. cap. 4. n. 19. & cap. 2. n. 12. ità & ejus hæres, ut ita intelligi text. in d. l. hæres absens, dicit, D. Cons. Carleval. d. quæst. 5. n. 289. cum pluribus seq. citat Bart. in l. si si leitomm ssum in priucipio, ff. de judiciis, & Baldum in l. 2. n. 86. ff. de jure jurand.

24 Sic etiam si Fiscus succedat privato, licèt lis sit incepta cum ipso privato, tamen causa remittitur ad Judicem competentem ipsius Fisci, & ipse Fiscus non tenetur prosequi judicium coram Judice, coràm quo lis erat incepta cum privato, l. si constante, §. fin. ff. solut. matr. Paul. de Castr. in l. pen. in fin. ff. de jurisd. omn. jud. & Petr. Franc. de Tondutis tract. de præventione cap. 30. à n. 56. usq; ad finem, sed contrarium tenet Jac. Cancer. variar. ref. par. 2. cap. 20. n. 87. sed prima opinio procedit, quando Fiscus succedit privato per publicationem, quia tunc Fiscus succedit bonis, & non personæ, & successivè Fiscus potest petere, se remitti ad suum Judicem non obstante quòd lis sit contestata cum principali privato, sed secunda opinio procedit, quando Fiscus succedit per hæredis institutionem, puta si sit hæres institutus, quia tunc ipse fiscus tenetur prosequi litem inceptam cum defuncto in foro, ubi ipsa lis cœpta erat, nam instantia transit in Fiscum hæredem institutum, l. 1. § fin. ff. de off. procur. Cæsaris, l. aufertur, §. servus Cæsaris, ff. de jure Fisci, & Fiscus hæres institutus utitur jure privati, l. si legatus, § fin. ff. ad trebel. l. ex imperfecto, C. de testamentis, ità D. Carleval. d. quæst. 5. n. 314. et n. 316. & quæst. 6. sect. 9. n. 712. & seq. Bossus tit. de Fisco n. 44. & n. 46. ubi n. 45. dubitat, an in causa appellationis instantia cœpta cum privato transeat in Fiscum succedentem privato per publicationem bonorum, & remittit se ad Salic. in l. 1. C. si pendente appell. mors interve, qui Salic. tenet instantiam prædictam in causa appellationis transire in Fiscum, quem sequitur Carleval. d. q. 6. sect. 9. n. 714.

25 Sic etiam tunc hæres convenitur in foro defuncti, quando est hæres universalis, secus si particularis, quia tunc non convenitur in foro defuncti, l. si fideicommissum, ff. de judiciis, Cap. d. prag. 8. par. 2. post n. 146. Carleval. d. quæst. 5. n. 348. ubi ipse Carleval. n. 349 cum pluribus seq. dicit, quòd si testator relinquat Clerico rem, quam specialitèr subjecit annuo censu in favorem alicujus cum pacto de non alienando, in hoc casu creditor pro exigendo annatas decursas super ipsam rem sibi specialitèr hypothecatam, & legatam deindè Clerico, tenetur adire Judicem Ecclesiasticum, & non Judicem laicum, licèt titulus legati sit nullus propter pactum appositum à debitore de non alienando.

26 Et advertas, quòd si Clericus sit hæres institutus in testamento clauso, illud testamentum debet aperiri coram Judice laico, Graffus d. eff. 1. n. 1034. nam publicatio testamenti sivè facti à Clerico, sivè à laico, sivè in causas pias, sivè profanas, sivè sit institutus hæres Clericus, sivè laicus, semper est facienda coram Judice laico, & non Ecclesiastico, Innoc. in cap. si instrumenta n. 1. de fide instrum. & ibi Abb. Panor. n. 9. Covar. pract. quæst. cap. 8. n. 1. Aufrer. de potestate Judicis secularis in Ecclesiasticos reg. 2. fall. 11. Surdus dec. 26. n. 14 Carleval. d. q. 5. n. 332. & Graff. de eff. Cler. eff. 1. n. 961. & judicibus Ecclesiasticis est prohibitum, ut in publica-

tione testamenti non se intromittant, *l.2.& l.consulta, C.de testamentis, l.repetita, C.de Episc.& Cler. & Ansald.de jurisd.part.3 tit. unico, cap.13.nu.27.*

27 Sic etiam, si Clericus sit relictus exequutor testamenti, adhuc ipse Clericus tenetur conficere inventarium coram Judice laico, ità *Graff.is de eff. Clericatus d.eff.1.n.961.& seq.* quod procedit etiam in Episcopo, qui si sit relictus exequutor testamenti adhuc ipse tenetur conficere inventarium coram Judice laico, *Graffus d.eff.1.n.962.& Ansaldus de jurisdictione part.3.tit.11.cap.29.n.15.*

28 Immò Clericus hæres institutus à laico, vel à Clerico tenetur facere inventarium coram Judice laico, & tenetur se declarari facere hæredem coram ipso Judice laico, & non Ecclesiastico, *Graffus d.eff.1.n.1010.Ansald.de jurisd.part.3.tit.unico,cap.13.n.36.& D. Consil. Carleval.d.quæst 5 n.345.cum plu rib seq.* & Clericus hæres laici debet mitti in possessionem bonorum hæreditariorum per Judicem laicum, & non Ecclesiasticum, *Ansald. d. tit. unico, cap. 16.*

29 Et à fortiori laicus hæres relictus à Clerico tenetur conficere inventarium coram Judice laico, *Ansaldus de jurisdit. par.3.tit.unico,cap.13.n.25.& seq Guid.Pap.decis.261.D.Carleval.d.quæst.5. n.337. Borrel summa decis.tit 41. nu.154. & Graff.d.eff.1. d.nu.* 1010.

30 Sed hæreditate Clerici jacente, inventarium debet confici per Judicem Ecclesiasticum, etiam si sit hæres institutus laicus, *Franc.March.dec.105. & 1058.n.3.part.1. Carleval.d.quæst.5 n.340.* licèt *innumeris seq.* ipse *Carleval.* dicat contrarium servari in Hyspania.

31 Et scias, quòd si sit relictus hæres Clericus, & laicus, & in divisione hæreditatis oriatur quæstio, talis quæstio est determinanda coram Judice Ecclesiastico, *Bert in l.solent ff.de alim.& cibariis leg.*

32 *& Graff.us d.eff.1.n.520.* prout etiam si Clericus, & laicus sint relicti executores testamenti, ipse laicus convenitur coram Judice Ecclesiastico, & non coram Judice laico, *Graffus d. eff.1. n 493.* & dicam infra *cap.seq.nu 7.& cap.35. nu.26.*

33 Sed quæritur, & primò ubi hæres debeat petere jus deliberandi? & dicas, quòd illud debet petere in foro, ubi est major pars hæreditatis, ut colligitur ex *l.si fideicommissum in principio ff.de judiciis,* & docet *D.Carleval.d.quæst.5.n.388.* prout ipse hæres tenetur facere inventarium, & se declarari facere hæredem in loco ubi est major pars hæreditatis, *Angel.de Vbaldis tract. de inventario n.9. & Franc.Porcellus eod.trac.de inventario cap.3. nu. 15.* citat *Angel.in l.1.§.hæc stipulatio, ff si cui plusquam per legem falcid.* & hæres tenetur conficere inventarium in loco, ubi sitæ sunt res hæreditariæ, & non potest illud facere in suo domicilio, *Sebast. Monticulus de inventario fol.mihi 591.nu.34.* sed alii dicunt, quòd Judex domicilii hæredis adeundus est pro inventario, ita *Petrus Franc. de Tondutis de præventione cap.3. n.22.*

34 Secundò quæritur, quid si Baro sit relictus hæres ab aliquo, an ipse possit declarari hæres in cuiria sua Baronali? & puto, quòd sic, nam quando debitum, quòd spectat ad Baronem, est liquidum, Curia Baronalis est competens in cognitione debitores ipsos ad solvendum Baroni, ut dixi supra *cap.9.n.169.* ergò Curia Baronalis est competens in declarando Baronem hæredem, nam declaratio hæredis fit absque contradictorio judicii, & in ipso decreto præambuli non citantur proximiores defuncti, & debitores hæreditarii, *de Franch. decis.204.n.2. Caravit.ritu 181.n.5. Anna alleg.19. & Marant.par.6.rub. rectè concipiatur citatio n 9.* & cum die 15. Martii 1634. decessi: Dominus Marius Galeota instituit hæredem Dom. Josephum Galeotam ejus fratrem Principem Monstaracii, & Dominum status Novi, & ego uti officialis Terræ Novi, & casalium, ac Auditor totius status declaravi ipsum hæredem ex testamento ex supradictis rationibus.

35 Tertiò quæritur, quid si mulier nupta sit relicta hæres, an ipsa pro contractibus defuncti conveniatur in foro defuncti? & dicas, quòd non, sed convenitur in foro mariti, ut dixi in *cap.præcedenti de foro uxoris n.15.*

36 Quartò quæritur, an sicut jurans ratione juramenti possit conveniri coram Judice Ecclesiastico, licèt sit laicus, ut observet juramentum, ut in *cap.fin. de foro comp. in 6.* ita & ejus hæres possit conveniri coram Judice Ecclesiastico ad observandum contractum juratum per testatorem? & dicat quòd non, ut dicam infra *cap. 44.* de foro juramentis, *nu. 15.*

37 Sed sicut, si laicus suscepit onus tutelæ Clerici minoris coram Judicem Ecclesiastico, & coram eo se obligavit reddere rationem, finita tutela, ipse tutor conveniatur coram Judice Ecclesiastico ad reddendum compnta administratæ tutelæ, ut dicam infra *cap.seq.nu.8.* ità & ejus hæres laicus tenetur reddere rationem tutelæ administratæ per testatorem coram Judice Ecclesiastico, ut docet *Rovit. decis.58.nu.12.cum pluribus seq.*

38 Quintò quæritur quid si Neapolitanus sit hæres institutus ab aliquo, an ipse Neapolitanus hæres debeat conveniri pro contractu defuncti, vel in Tribunalibus Neapolitanis, ubi conveniuntur Neapolitani? & videtur dicendum, quòd debeat conveniri in foro defuncti per *text.in d.l.hæres absens in principio ibi (nulloque suo proprio privilegio excusatur) ff.de judiciis,* sed respondemus, *d. l.* loqui de privilegio particulari, & non clauso in corpore juris, secus si hæres sit privilegiatus privilegio universali, & clauso in corpore juris, quia tunc hæres potest suo privilegio uti, ut supra diximus *n. 6.* sed ad istam responsionem potest replicari, & dici, quòd licèt hoc sit de jure communi, tamen in Regno privilegiatus privilegio clauso in corpore juris, si conveniatur ubi hæres pro contractu defuncti, non potest uti suo privilegio in eligendo forum supremum, sed tenetur stare juri in foro defuncti, ut supra affirmavi *nu. 7.* per ritum Magnæ Curiæ 234. sed respondemus, dictum ritum loqui de pupillo, qui est minus privilegiatus, quàm Neapolitanus, nam Neapolitanus potest trahere pupillum in Tribunalibus Neapolitanis, & pupillus non potest petere se remitti ad ejus forum, & è contrario pupillus debet convenire Neapolitanum in Tribunalibus Neapolitanis, & non alibi, ut dixi supra *cap.18.n.7.* sic etiam si pupillus sit laudatus in Auctorem per emptorem, ipse pupillus tenetur defendere ipsum em-

ptorem in judicio, ubi fuit conventus ipse emptor pro re empta. & n q potest eligere Regia Tribunalia, & tamen secus est in Neapolitano Auctore laudato, nam ipse potest petere se remitti ad Tribunalia Neapolitana, & non tenetur defendere emptorem in judicio, ubi fuit conventus ipse emptor pro re empta, ut dixi supra *cap.15. n.4.& 7.* unde apparet, magis esse privilegiatum Neapolitanum, quàm pupillum, ergo dictus ritus loquens de pupillo non debet extendi in Neapolitano, nam in eo debet attendi jus commune, & sic ut ipse, licèt sit hæres, conveniatur in Tribunalibus Neapolitanis pro contractibus defuncti, & non in foro defuncti ex privilegio universali, quæ opinio si sit vera, idem dicerem in curiali hærede instituto, cum ipse curialis in Regno sit etiam magis privilegiatus pupillo ut in *ritu 228.*

39 Sextò quæritur, quid si persona privilegiata conveniat hæredem non privilegiatum in Magna Curia via electionis fori, an ipse hæres possit petere se remitti ad forum defuncti, non obstante electione fori facta per actorem in ipsa Magna Curia? *Præs. de Franch. decis. 553.* dicit fuisse decisum, hæredem privilegiatum conventum in Magna Curia per personam privilegiatam via electionis fori fuisse remissum ad forum defuncti, ergo secus est in hærede non privilegiato, qui non potest petere se remitti ad forum defuncti, sed tenetur stare juri in foro electo via electionis fori per actorem privilegiatum, arg. eorum, quæ traduntur per *Præs. de Franch. decis. 234.*

40 Septimò quæritur, ubi hæres conveniatur pro legatis relictis à defuncto in testamento, in quo ipse fuit hæres institutus? & dicas, quòd convenitur in loco, ubi est major pars hæreditatis, *Capibl. d. prag. 8. p. 1. 2. nu. 147. & D. Carleval. d. qu. 5. nu. 343. cum pluribus seq.* & est ratio, quia hæres adeundo hæreditatem videtur quasi contrahere cum legatariis *§ hæres Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.* & hæres tenetur adire hæreditatem in loco, ubi est major pars hæreditatis, ut dixi supra *num. 33.* ergò ibi videtur quasi contrahere, & consequenter ibi potest convenire à legatariis pro legatis ratione quasi contractus; unde fideicommissum debet peti contra hæredem in loco hæreditatis, *l. unica, C. ubi fideicom. peti oport.* & fideicommissum debet peti, ubi est major pars bonorum hæreditariorum, *l. si fideicommissi, ff. de iudiciis*, de quo latè per *Peregrinum de fideicommissis art. 53.*

41 Immò si legatarius velit compellere hæredem ut pro legato caveat, post hoc facere in foro, ubi est hæreditas, vel major pars ipsius, *l. postquam §. cum quærebatur ver. quare si hæres ff. ut legat. seu fideicommiss. nom. ne caveatur.*

42 Sed si aliqua res certa legata sit, & legatarius potest agere contra heredem pro consequutione rei legatæ, ubi res sita est, si hæres ibi reperiatur, *Carleval. d. quæst. 5 nu. 358. cum pluribus seq.* dummodò hæres conveniatur pro ipsa re legata actione reali, secus si personali, quia tunc hæres non potest conveniri in loco ubi res legata sita est, *Capibl. d. prag. 8. p. 1. n. 147.* sed vide *Carleval. d. qu. 5. n. 359. cu seq.*

43 Et tunc hæres pro legatis convenitur in loco, ubi est major pars hæreditatis, quando ibi reperitur, aliàs non potest ibi conveniri, *Salyc. in d. l. unica, nu. 4. C. ubi fideicom. peti oporteat, Peregrinus d. art 53. nu. 1. & 7. & Carleval. d. qu. 5. nu. 457.*

44 Sic etiam si hæres promittat solvere legata in aliquo loco, ibi potest hæres conveniri à legatariis, licèt ibi non sit major pars hæreditatis, *l. quamvis, §. 1 ff de iudiciis, Pereg. d. art. 53. num. 4. & Dom. Carlev. d. qu. 5. nu. 370.*

45 Idem est si tutor jussit legatum solvi in aliquo loco, nam ibi hæres convenitur, licèt alibi sit major pars hæreditatis *l. quod legatur, l. si fideicommissum in principio, l. si d. & si suscepit §. si libertis, ff. de iudiciis l. cum res, ff. de legat. 1. Pereg. d. art. 53. nu. 6. & D. Carleval d. qu. 5. nu. 371.*

46 Sic etiam si hæres sponte incipiet solvere legatum in aliquo loco, potest ibi conveniri, ut solvat residuum legati, licet ibi non sit major pars hæreditatis, *d. l. fideicommissum § fin. ubi DD. ff. de iudiciis, Pereg. d. art. 53. nu. 3. & Carlev. d. qu. 5. nu. 372. cum plurib. seq.* sed si hæres solvat in aliquo loco unum legatum, vel partem ipsius, non potest ab aliis legatariis conveniri in eodem loco pro aliis legatis sed tenetur legatarius hæredem cōvenire in loco, ubi est major pars hæreditatis, *Jus. in leg. 2. nu. 9. & nu. 10. C. de fideicom. Barb. in d. l. hæres absens in principio. nu. 69. & seq. & nu. 76. ff. de iudiciis & Carleval. d. qu. 5. nu. 379. & seq.*

47 Sic etiam hæres pro legatis potest conveniri à legatariis in domicilio ipsius hæredis, ità *Paul. de Castr. in l. unica num. 2. C. ubi fideicommissum peti opor.* & est in voluntate legatarii convenire hæredem pro legatis, vel in loco, ubi est major pars hæreditatis, vel in loco domicilii hæredis, quod si legatarius conveniat hæredem in domicilio hæredis pro legatis, ipse hæres non potest petere, se remitti ad forum, ubi est major pars hæreditatis, & è contrà, si legatarius conveniat hæredem pro legatis in foro, ubi est maior pars hæreditatis, non potest ipse hæres petere, se remitti ad forum sui domicilii, ità *Carleval. d. qu. 5. nu 386.*

48 Octavò quæritur, quis sit Judex competens cōtrà hæredem laicum pro legatis piis relictis in testamento? & sunt aliqui, qui dicunt quòd Episcopus, & sic Judex Ecclesiasticus sit Iudex competens in cognoscendo de legatis piis etiam contrà laicos, ità *gloss. in cap. relatum, il 1. ubi Abb. de testamentis Marant. in suo speculo part. 4. d. tit. 1 1. nu. 6. in fine, Gr. ffus de effect. Cler. eff. 1. nu. 499.* novissimè *Marcell. de Vulpe in praxi fori Ecclesiastici cap. 10. nu. 10.* citat. *Bald. in l. si quis, C. de Episcop. & Clericis,* & novissimè *Petrus Franc. de Tonsu in tit tract. de præventione cap. 22. nu. 1. cum trib seq.* & Iudex laicus non potest se intromittere in executione legati pii, ità *Diana par. 4. tract. 1 ref 99.*

49 Et per *Sacrum Concilium Tridentin. sess. 22. cap 8. de reformat.* statutum est, ut Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ sint executores omnium piorum voluntatum, & dispositionum tàm in ultima voluntate, quàm inter vivos, quòd si legata pia non adimpleantur per executionem relictum per testatorem infra annum, potestas exequendi devolvitur ad Episcopum, *l. nulli, & auth. ibi posita, C. de Episcopis, & Clericis, cap. nos quidem, & cap. si hæres de testamentis,* & Episcopus potest cogere ad solvendum legata pia etiam officiales sanctæ inquisitionis. *Jo: Franciscus Leonius in Tho-*

fauro

fauro fori Ecclesiastici part.2.cap.2.n.82. & Episcopus potest exequi legata pia etiam contra laicum tertium possessorem, *Ciarlinus controv.forens.28.nu.25.& seq.Gratian.discept. forens.to.1.cap.62.nu.27. & Diana par 5.tract.1.resol.23.*

50 Sed licèt Judex Ecclesiasticus sit Judex competens contrà laicos pro legatis piis, tamen hoc non habet locum pro interesse ipsius legati pii, pro quo interesse ipse Iudex Ecclesiasticus non est competens prout neque est Iudex competens ipse Iudex Ecclesiasticus pro aliis legatis non piis contrà laicos, *Borrel.summa decis.tit.43.nu.117.cum duob.seq. & Carleval.d.qu.5.nu.334.cum duob.seq.*

51 Sed alii dicunt, quòd cognitio legati pii spectat ad utrumquè Iudicem, scilicèt Ecclesiasticum, & laicalem, ita *Tiraquel.de privilegiis piæ causæ, privil.149.& Borrel d.tit.43.nu.120.* immò ipse *Tiraquel.ubi supra privil.150.* dicit, quòd hæc cognitio legati pii contrà laicos spectat tantùm ad officiales laicos Regios, quem sequitur *Borrel.d tit.43. nu.121.* ubi *nu.174.* dicit ipse *Borrel.* quòd pro annua præstatione relicta pro anniversariis defunctorum lis facienda est coram Iudice Ecclesiastico, citat *Hostiens.& Jo.And.in cap.suscepto de foro competenti, & Guidonem Papam in decis.576.num.4.* sed *Riccius coll.215.verb.item laicus*, dicit, quòd laicus pro legato pio non potest conveniri coram Iudice Ecclesiastico, citat *Capp.Tholos.dec.215.*

52 Unde in Regno nostro Neapolitano ad tollendas discordias, quæ oriri solebant inter jurisdictionem Ecclesiasticam, & laicalem, quoad cognitionem legatorum piorum contrà laicos ex conventione facta inter Summum Pontificem, & invictissimum Regem nostrum Hyspanum fuit erectum Tribunal Reverendæ fabricę Sancti Petri, quòd resit in Civitate Neapolitana, & dictum Tribunal regitur per Occonomum Iudicem ordinarium, qui est persona Ecclesiastica, & per consultores laicos, qui in prima, secunda, & tertia instantia sunt officiales Regii electi à domino Prorege hujus Regni. Quòd si ille officialis Regius, qui fuit electus consultor Reverendæ fabricæ, sit creatus Præses Sacri Consilii, vel Regens Regiam Cancellariam, non per hoc amittit jurisdictionem ipsius Reverendæ Fabricæ Sancti Petri, *de Franch.dec.445.*

53 Et hodiè in Regno illud Tribunal est competens pro exequutione legatorum piorum post annum à die mortis testatoris, *Rovit.in pragm.1.nu.2. de legatis piis & in dec.57.nu.13.D.Danza de pugna DD.tom.2 tit.de legatis piis.c.1.nu.11. Novar. sum. Bul.tit.de fabric.Sanct.Petri tom.1. nu.26. Capibl.d. prag 8.part.3.nu.64.& Marcel. de Vulpe d.cap.10. nu.11.* ubi dicit, quòd non per hoc, quod est erectum dictum Tribunal Reverendæ fabricæ, est sublata potestas Episcopis cognoscendi, & exequendi legata pia ad instantiam legatariorum infra annum antequàm Reverenda fabrica manus apponat, citat *Molfes.in summa de ultimis voluntatibus in secunda parte tract.13. cap.5. nu. 209.* sed quòd Episcopus in actu visitationis non possit prævenire in exequutione legatorum piorum post annum dicit *Novarius d. tom.2.tit. de fabrica Sancti Petri nu.27.& seq.*

54 Et dictum Tribunal Reverendæ fabricæ Sancti Petri potest cognoscere de legatis piis, dato quod testator prohibuisset in suo testamento, ut dictum Tribunal non possit se intromittere pro legatis piis ab eo relictis, nam hoc non obstante, adhuc dictum Tribunal est Iudex competens pro dictis legatis piis, *cap.tua nobis, de testam.auth. licèt testator, ubi D.Baldass.de Angelis in suo prato nu.3.C. de Episcopis, & Clericis, Rovit d.prag.1.nu.5.de legatis piis, & Riccius in praxi fori Ecclesiastici part.3.resol 527.* sed si testator dicat in suo testamento ut Tribunal Reverendæ Fabricæ, & Episcopus non se intromittant pro legatis piis ab eo relictis, & si manus apponant tunc, & eo casu volo, quòd legata non sint pia & habeatur, ac si non essent relicta, in hoc casu dictum Tribunal Reverendæ Fabricæ, & Episcopus non possunt se intromittere, *Molfesius ubi supra nu 205.* quem sequitur *Marcel. de Vulpe d.cap.10. post nu.11.* sed contrarium tenent *Novarius Senior.in qu forensi 91.par.1.& Novar.Junior. summa bullarum to.1.tit.de fabrica Sancti Petri nu.11.*

55 Et dictum Tribunal Reverendæ Fabricæ solet mittere Commissarios in partibus huius Regni, qui cognoscunt de legatis piis non excedentibus aureos centum cum voto Consultoris laici, ut constat ex instructionibus dicti Tribunalis Reverendæ fabricæ, & docet *D.Danza d.cap.1. nu.14.& seq.* & dictę instructiones ponuntur per extensum à *Canon.Novar.d.tom.2.d.tit.de Fabrica Sancti Petri, nu.32* & isti Commissarii, si delinquant intuitu eorum officii, sunt subjecti ad Summum Pontificem, & Episcopi locorum non possunt contrà eos procedere, & se intromittere, sed sunt omninò incompetentes per dispositionem Clementis VII.ut testatur *Riccius decis. 97.*

56 Sed scias, quòd quando est relictum legatum confraternitatibus, legatum illud dicitur pium, si in confraternitatibus pia opera expediantur, aliàs non dicitur legatum pium, *Novar. in prax. elect. fori tom.1.sect.2.quæst.56.n.13.* de quo late per *Gabrielem communium conclusionum lib.6.tit.de pia causa conclusione prima, per totam*, & reverenda fabrica Sancti Petri potest cognoscere de legatis relictis istis confraternitatibus, ubi opera pia expediuntur, *Novar.d.quęst.56.post n.10.* citat *Riccium in praxi fori Ecclesiastici part.2.res.353.* & docet *Canon.Novarius summa bullarum to.1.tit.de fabricę S. Petri n.2.& to.2.eod.tit.n.23.* sed alii dicunt, quòd tunc confraternitates laicorũ sunt loca pia, quãdo sunt erectę auctoritate Episcopi, aliàs secus ità *Merolla in theol.morali lib.3.dis.7.c.5.n.226.cum pl.seq.*

57 Sic etiam legatum relictum Monti Misericordiæ, Pietatis, & Pauperum dicitur pium, & de eo cognoscit Rev. fabrica, *Novar.d.sect.2.q.57.n.4.*

58 Legatum quoque relictum Hospitali dicitur pium, *Archid.in cap.si ex laicis 10.quęst.1. Custrens. cons.59.lib.1.Tiraquel.de privileg.pię causę in pręfatione ver.Item relictum hospitali, & Novar. ad Pręs de Franc.dec.565.* & hoc sivè hospitale sit erectum auctoritate Episcopi, sivè non, *Valus.decis.105.n.39.& Novar.d.sect.2.qu.54.n.13.* de quo latè per *Gabrielem d.tit.de pia causa concl.2.per totam.*

59 Sic etiam legatum relictum pro dote dicitur pium, quando est relictum pauperibus, *l.cum is, §.si mulier ff.de condit.& demonstrat. Alex. in l.si constante,*

ſtante, nu.18.ff.ſol.matr. Affl.d.c.371.poſt n.2. Anna ſing.74. & *Can. Novar.d.tit.de fabrica S.Petri n.4 to.1.* & *to.2.eod.tit.n.8.* Quod intellige, ſi dos ſit relicta perſonæ eſtraneæ pauperi, ſecus ſi mulieri conjunctæ, quia tunc etiam ſi ipſa mulier conjuncta ſit pauper, legatum non dicitur pium, ſed potius relictum contemplatione conſanguinitatis, quàm intuitu pietatis, *Decius conſ 120.vol.1.* ſed ſi teſtator relinquat dotem mulieri conſanguineæ diviti pro ejus anima, legatum non dicitur pium, *gloſ. Bald.* & *Paul.de Caſt. in l.illud, C.de Sacroſ.Eccleſ. Marcel.de Vulpe d.cap.10. n.14.* ubi ex hoc infert, quòd non dicitur legatum pium, quando quis fundat montem pro maritandi puellia ſuæ familiæ, etiam ſi dictus ſit erectus pro anima erigentis dictum montem, citat *de Franch.dec.4.n.13.et dec 565.* & ita fuiſſe declaratum per deputatos Reverendæ fabricæ Sancti Petri, & fuiſſe ſtatutum, ut officium dictę Reverendæ fabricæ poſſit procedere ſuper legatis pro puellis maritandia amore Dei ratione animæ factia, non autem affectu ſanguinis, teſtatur *Quaranta ſummabullarum in ver.fabrica S.Petri, Maſcardus de probationibus concluſione 1177.nu. 13.* quos ſequitur *Marcel.de Vulpe poſt dict. n. 14.*

60 Et legatum relictum conſanguioeo pauperi nõ dicitur pium, ſed relictum contemplatione conſanguinitatis, *l.tutor, §.quę tutoribus, ff. de excuſat. tuturum, de Franch.dec.4.n.13.* & *Canon. Novar.ſũmabullarum to.2.tit.de fabrica S.Petri n.5.* niſi legatum ſit relictum conſanguineo dauperi pro anima teſtatoris, vel propter amorem Dei, quia tonc dicitur legatum pium, *Novar.ubi ſuprà d.tom.2.n.4.* ſecus ſi conſanguineus, cui eſt factum legatum, ſit dives, quia tunc dato, quòd ipſi legatum ſit factum pro anima teſtatoris, vel propter amorem Dei, tamen legatum non dicitur pium, *Tiraquel. de privil.piæ cauſæ in prælodio n.14.et 16.de Franch. dec.565.* & *Reg.Ruvit.in prag.1.n.8.de legatis piis,* ſed *Marcel.de Vulpe poſt d.n.14.* & *Præſ.de Franch. d.dec.565.n.5.* dicunt, quòd legatum factum diviti, vel conſanguineo, etiam quòd dicatur fieri pro anima, vel amore Dei. non eſt pium, & *Paul. de Caſt.in d.l.illud n.5.* dicit, quòd ſi quis legat alicui dividiti conſanguineo, vel extraneo, licèt dicat ſe relinquere amore Dei, non dicitur legatum pium, ſed ſi perſona, cui eſt factum legatum, ſit pauper, ſi relictum ſit magnæ quantitatis, legatum non dicitur pium, ſecus ſi ſit modicæ quantitatis.

61 Sic etiam legatum relictum pauperibus cauſa ſtudii dicitur pium, *Abb.conſ.63.vol.2. Novar ſũmabullarum to.2.tit.de fabrica S.Petri n.9.* & *Navar.Senior.in praxi elect.fori to.1.ſect.2. quęſt.15.n.8.* ubi *n.9.* dicit, quòd relictum pro emptione librorum etiam dicitur legatum piom, prout idem tenet, *Graſſus de effectib.Cler.in prælodio n 94.* & *ſeq.*

62 Sic etiam legatum cerarum, & olei pro lampade Eccleſiarum dicitur legatum pium, *Novar.dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 164.*

63 Sic etiam legatum relictam carceratis dicitur pium, *Bal.in l.ſed quod C.de Sacroſ Eccleſ.* & *in l.fin. C.de cuſlodia reurum, Hipp.de Marſ.in tract.crim.§. attingam n.76.* & *in tract.de banniti ver.carcerati n. 14.* & *40.* & legatum relictam pro redemptione eorum, qui ſunt in carcere pro maleficio dicitur pium *Novar. ad Præſ. de Franchis deciſ 565. circà principium,* ubi connumerat alia legata pia.

64 Sic etiam legatum relictum pro alimentis pauperum dicitur pium, *l.nulla, ubi Bart.ff.de alim.* & *cibariis leg.l.ſancimus, C.de Sacroſ. Eccleſ. Affl.deciſ. 252. Capyc.deciſ. 164.n.2. Manſonius de cauſis exequutius amplia.31.n.10. Riccius ad Præſ.de Franch. d.dec.565. Novar.d.to.2. d.tit.de fabrica S.Petri n.6.* & *Merolla in theolog. morali lib.3.diſp 7. cap.5.nu. 97.* nam cauſa alimentorum eſt pia, *Surdus de alimentis tit.8.privil.1.* ubi *privil.9.* latè tractat an Judex Eccleſiaſticus coguoſcat contra laicos pro alimentis, ubi *tit.9.quæſt.3.* diſputat ipſe *Surd.* an a pia cauſa ad alimenta liecat argoere.

65 Sic etiam ſi ſit relictum legatum Eccleſiæ, pro organo conficiendo, vel pro picturis ſanctorum in Eccleſia, legatum iſtud dicitur pium, *Reg. Rovit. d.prag.1.nu.6.de legatis piis, Riccius coll.563.* & *Novar.d.tom.2. d.tit.de fabrica Sancti Petri nu.22.*

66 Sic etiam cauſa funeralis dicitur pia, & miſerabilis, *Maſtril.deciſ.203.nu.8.* ſed invenio *Borrel.in ſumme deciſ.tit.43.n.131.* qui dicit, quòd laici conveniuntur pro expenſis funerum coram Judice laico, & non Eccleſiaſtico, ergo ſi laici conveniuntur pro expenſis funerum coram Judice laico, & non Eccleſiaſtico, legatum non dicitur pium, nam ſi diceretur pium cognoſceret Reverenda fabrica, ſed dicaa, quòd hæres compellitur per Reverendam fabricam Sancti Petri ad erogandaa expenſas funeralea pro defuncto, ſed ſi alius erogavit nomine ipſiua hæredis, & tunc ipſe hæres laicus convenitur coram Judice laico ab erogante ad reſtituendas dictaa impenſaa funerum, & ita puto procedere, opinionem Borrelli.

67 Sic etiam legatum pro libertate ſervorum dicitur pium, *l.unica in fine, C.de commuui ſervor.manum, Everard.in centuria loco 23. Valaſques dec 67.n. 3.* & *Novarius in add.ad Præſ.de Franch.d.dec.565.* & alia legata pia connumerat *Novar. ſumma bullarum tit.de fabrica Sancti Petri tàm in 1.quàm in 2. tom.* ubi *tom.2.n.15.* dicit, quòd fabrica Sancti Petri cognoſcit etiam de intereſſe legati pii.

68 Et advertas, quòd pro legatis piis unuſquiſque poteſt inſtare, ut illa ſolvantur, *Bar. in l.Civitati- ons, n.3.ff.de leg.1.* ſed contrarium tenet *Bal.in auth. ingreſſi, C.de Sacroſanct. Eccl.* & ſecundùm opinionem Baldi ſervari, teſtatur *Anna ſing.307.* verùm Judex in cauſis piis poteſt ex officio inquirere, *Cinus in l.mulierem, C.ſi mancip.ita ſuor. alien. ne præſtit.* quem ſequitur *Matthæus de Afflicto in d.dec. 371.poſt numerum 2.* & in Tribunali revendæ fabricæ obſervatur, ut pro exequutione legatorom piorum procedatur ex officio, non inſtantibus legatariis, quia quilibet de populo agere poteſt pro relictis ad pias cauſas, nam intereſt Reip.ut adimpleantur, *§.ſi verò ſanctiſſimus ver. ſi autem hæres & Auth.de Eccleſ.tit.Reg.Rovit.in Prag.1.n.3.de legat. piis,* & *Novar.d.to.2.d.tit. de fabrica S.Petri, n.29.*

69 Advertas etiam, quòd quando ſunt relicta legata pia Eccleſiis Incurabilium, Annunciatæ, vel aliis Eccleſiis in Civitate Neapolitana ſites, Notarii totius Regni Neapolitani tenentur infra quindecim diea à die ſtipulationis, vel à die aperturæ teſtamenti (ſi ſit clauſum) denunciare administaratoribua dictæ Eccleſiæ ſub pœna unciarum aurei quinquaginta, ut eſt tex. de jure Regn

in

in prag. prim. sub tit. de legatis piis.

70 Advertas quoque, quòd si legatum sit relictum ad certum pium usum, non potest commutari per Episcopum ad alium etiam pium usum, sed tantùm hoc summus Pontifex facere potest, *Clem. quia contingit, de relig. domib.* latè *Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 5. à n. 248. usque ad n. 280.* ubi *à n. 380. usque ad nu. 389.* latè tractat, an Episcopus possit missas ex variis defunctorum legatis relictas ad minorem numerom revocare.

71 Advertas etiam, quòd Episcopus potest disponerere ad pias causas de aliqua modica parte bonorum decedentium ab intestato pro eorum anima, habita consideratione ad qualitatem, & facultatem morientis, & regionis morem, *Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 78. & Novar. in praxi elect. fori to. 1. sect. 2. quæst. 27. n. 9.* sed Episcopus, ubi viget consuetudo, potest facere testamẽtum ad pias causas decedentibus ab intestato, & disponere de quarta parte mobilium defuncti, ut esse statutum per decretum Sacræ Congregationis, testatur *Canonicus Novarius summa bullarum tom. 2. tit. de testamentis ad pias causas decedentium ab intestato per Episcopum faciendis.*

SUMMARIUM.

1 *Administrator convenitur in loco administrationis. Amplia dato, quòd ibi non inveniatur, n. 2. & idem est in quocunquè negotiorum gestore, n. 19. sed potest conveniri in loco domicilii, n. 20.*
3 *Argentarius convenitur in loco administrationis.*
4 *Tutor tenetur reddere rationem suæ administrationis in loco administrationis, limita, ut n. 6.*
5 *Persona privilegiata non habet electionem fori in reddenda ratione administrationis.*
7 *Clericus tutor laici coram quo Judice tenetur reddere rationem suæ administrationis.*
8 *Laicus tutor clerici coram quo Judice tenetur reddere rationem suæ administrationis?*
9 *Clericus tutor laici convenitur tutorio nomine coram Judice laico.*
10 *Balius coram quo Judice teneatur reddere rationem suæ administrationis?*
11 *Officialis in quo loco teneatur parere sindicatui in fine sui officii.*
12 *Erarius ubi teneatur reddere rationem suæ Administrationis?*
13 *Administrator Universitatis tenetur reddere rationem in loco administrationis. Amplia, ut n. 14.*
15 *Baro quolibet anno tenetur providere, ut computa Universitatis videantur.*
16 *Rationales ad videndum computa Universitatis per quem eligantur?*
17 *Administratores Universitatis, finita eorum administratione, tenentur infra decem dies præsentare eorum computa Rationalibus. quòd si præsentant, & posteà se absentent, possunt condemnari, n. 18.*
21 *Regularis exemptus ubi teneatur reddere rationem administrationis ultimæ voluntatis?*
22 *Regia Camera cognoscit de computis quarundam personarum.*
23 *Laicus administrans res Ecclesiæ coram quo conveniatur? & n. 24. & 25. & potest excommunicari, si non præstat eleemosynam prædicatoribus, n. 27.*
26 *Administratio rerum Ecclesiæ ad quem spectet?*
28 *Condemnatus ad reddendum computa potest vigore dictæ sententiæ exequi in eo, in quo apparebit debitor.*
29 *Ratio administrationis semel reddita, an iterum debeat reddi? & num. 30. & habetur pro reddita, quando stat per eum, cui ratio reddenda est, ut non reddatur, n. 31.*
32 *Tutor, finita tutela, an possit compelli ad restituendum bona in inventario contenta, non liquidatis prius omnibus datis, & receptis?*
33 *Administrator officii secularis, si non redditis rationibus, Clericus efficiatur, coram quo conveniatur?*

De foro Administratoris.

CAP. XXIX.

1 Quis ratione administrationis convenitur in loco administrationis, licèt sit alterius fori, *l. hæres absens, §. 1. & l. interdum, §. senator, ff. de judiciis, l. 1. C. ubi de ratiociniis, Caracciol. de fori privileg. remis. quæst. 5. n. 8. cum duob. seq. & Affl. in Const. Reg. Privilegia n. 6.* & est ratio, quia in loco administrationis potest facilius, & plenius, veritas inveniri, tàm per testes, quàm per instrumenta, *l. 2. C. ubi de ratiociniis, & cap. scripturam, ubi Abb. in quinto not. de elect.* & hoc procedit tàm si administratio sit publica, quàm privata, nàm adhuc administrator pro reddenda ratione suę administrationis convenitur in loco administrationis, *l. 1. ubi Bald. & l. 2. ubi etiam DD. C. ubi de ratiociniis tàm publicis, quàm privatis.*

2 Et administrator convenitur in loco administrationis, dato, quòd à loco administrationis reperiatur absens, nam adhuc convenitur in loco administrationis, & ibi debet remitti, *gl. & Bald. in d. l. 1. C. ubi de ratiociniis,* & hoc sivè administratio sit publica, sivè privata, *D. Carleval. de judiciis, to. 1. disput. 2. quæst. 4. num. 171. & Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 2. num. 155.*

3 Undè argentarius in reddendis rationibus sortitur forum loci administrationis, *l. prætor, §. hic etiam, ff. de edendo.*

4 Sic etiam tutor tenetur reddere rationem administratæ tutelæ in loco administrationis, licèt sit alterius fori, *d. l. 1. C. ubi de ratiociniis,* & licèt tutores sint diversorum jurisdictionum, tamen potest pupillus eos convenire in foro loci administrationis, *l. omnes, C. arbitrium tutelæ,* & pupillus non potest dictos tutores convenire coram diversis judicibus, si ipsi tutores petant conveniri coram uno Judice, arg. *l. jurisperitos, §. 1. ff. de excusat. tutorum, Speculator tit. de compet. judic. adit. ver. 46, Marianus Socin. in rub. extrà de foro competenti n. 1.* nisi administratio sit facta separatim, quia tunc est secus, *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 59. nu. 4.*

5 Immò pupillus licèt habeat electionem fori per *l. 1. C. quando Imperator,* tamen non potest eligere Regia Tribunalia pro petendis rationibus administratæ tutelæ ab ejus tutore, *Paschal. de viribus patriæ potest. part. 2. cap. 2. n. 109. Capycius de regimine Reip. cap. 7. §. 10. nu. 26. & Regens Sanfelic. decis. 134.* & è contrario si tutor sit persona privilegiata pro reddendis rationibus suæ administrationis tenetur

netur ſtare juri coram Judice loci adminiſtrationis, & non poteſt eligere Regia Tribunalia, *Capibl.d.tom.2.cap.44.n.4.Carlevil. de judiciis tom. 1, disput.2.quæſt.6 ſect.7 n.651.Thor.comp.dec.tom.2. ver rationes,& Novar.in prax.elect.fori tom. 1.ſect. 4.q.34.nu.* 1. immò ſi Neapolitanus habitat extra Neapolim, & ibi exerceat aliquam tutelam, ibi pro reddendis rationibus ſuæ adminiſtrationis convenitur, & non poteſt adire Tribunalia Neapolitana, *Capibl.d.tom.2.c.53.n.17.*

6 Sed ſi adminiſtrator, ſeu tutor ſit perſona potens pro reddenda ratione ſuæ adminiſtrationis poteſt conveniri in Regiis Tribunalibus, *Escobar de ratiociniis cap.7.n.57.cum ſeq.* ità deciſum, teſtatur *Novar. de privilegiis miſerabilium perſonarum privil.65.num.3.& in praxi elect.fori tom. 1. ſect. 4. quæſt.34.n.8.* & cauſa retinendi redditionem adminiſtrationis in Tribunalibus Regiis, & illam non remittere ad locum factæ adminiſtrationis eſt arbitraria Judici *l.pen.§.priſcus ff de conditionibus, & demonſtrationibus, Novar.d.privileg.65.n.6.& d. quæſt.34.nu.7.* & in quadam cauſa fuit per Sacrum Conſilium condemnatus tutor ad reddendum cõputa ſuæ adminiſtrationis cum reliquorum reſtitutione, verùm diſcuſſio computorum fiat in loco adminiſtrationis, qua facta, tranſmittatur in Sacro Conſilio, in quo decidantur dubia, vt refert *Thor.in ſupplem.deciſ.ver.tutor,fol 646.*

7 Et advertas, quòd ſunt aliqui *DD.* qui tenent, quòd clericus tutor laici, finita tutela, cogatur reddere rationem de ipſa adminiſtratione coram Judice laico, ità *Surd.conſ.396.n.9.lib.3. Graſſus de effect.cler.eff.1.n.934.Caracciolus de fori privileg. remiſ quæſt.24.nu.11.& D.Reg Hect.Capyc. Latro in conſult.103.n.17.lib.2.* quod non puto verum, nam ſi clericus ſit factus Sindicus, ad reddendum computa ſuæ adminiſtrationis convenitur coram Judice Eccleſiaſtico, *Riccius in praxi fori Eccleſiaſtici, reſol.413.part.2.* ergò ità ſi clericus ſit tutor laici ad reddendum computa ſuæ adminiſtrationis convenitur coram Judice Eccleſiaſtico, ut ità deciſum, teſtantur *Rovit. deciſ.20.& 58. num.9.& Thorus comp. deciſ. tom. 2. ver. remiſſio, fol 579.* idem tenet *Riccius in praxi fori Eccleſiaſtici part. 3. reſol.505. Ambroſ.de immunit. Eccl.cap.20.n.54.& ſeq. Anſaldus de juriſdictione part.2.tit.11. cap.28.n. 59.per tex.in cap. irreligioſus 5.diſt.87. & Marta de juriſdictione parte 4.caſu 148.* ubi dicit, idem eſſe, ſi Clericus fuiſſet datus exequutor teſtamenti, nam adhuc ipſe Clericus coram Judice Eccleſiaſtico convenitur, ſequitur *Anſaldus de juriſdictione, part. 2.tit.11.cap.29.n.16. cum pluribus ſeq.& D.Baldaſ. de Angelis in ſuo prato ſuper auth.presbyteros nu.3. C.de Epiſcop. & Clericis,* immò ſi Clericus, & laicus ſint relicti exequutores teſtamenti, ipſe laicus adhuc convenitur coram Judice Eccleſiaſtico, & non coram Judice laico; *cap. Joannes de teſtamentis,* & docent *Anſaldus d.cap.29. n.17. & Graſſus de effectibus Clericatus eff.1.n.493. cum ſeq.*

8 Et è contrà ſi laicus ſit datus tutor Clerico à Judice Eccleſiaſtico, & ſit aſtrictus à Judice laico ad ſuſcipiendum onus tutelæ, in hoc caſu finita tutela, ipſe laicus tenetur reddere rationem adminiſtratæ tutelæ coram Judice laico, & non Eccleſiaſtico, niſi ipſe laicus ſponte ſuſcepit onus tutelæ coram Judice Eccleſiaſtico, & ibi ſe obligavit de reddendo rationem, finita tutela, & prorogavit juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, nam in hoc cauſa ipſe laicus, finita tutela, tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis coram ipſo Judice Eccleſiaſtico, *Rovit,dec.58.n.8.cum plur.ſeq.*

9 Et ſcias, quòd ſi Clericus ſit tutor, curator, vel procurator laici, ipſe Clericus convenitur coram Judice laico tutorio, curatorio, vel procuratorio nomine, *Graſſus d.eff.1.n.948. Anna filius in add.ad ejus Genitorem in ſing.127.* ſequitur *Viſcont.in ſuis concluſionibus ver. Clericus fol.28. Marcel. de Vulpe in praxi judiciali fori Eccleſiaſtici cap.43.nu.26. & Georgius Obrecht de juriſdictione lib.3.cap.20.n.12.* & dicam infra *cap.39.nu.150.*

10 Et advertas, quòd Bajulus, finito baliato, tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis coram Juſtitiario, vel corã Judice delegato dando à Reg. Curia, ita docet *Affl.in Conſt.Reg.minoribus n.18.*

11 Sic etiam, ſi quis exerceat officium Capitanei in aliquo loco, ibi debet conveniri pro reddenda ratione ſuæ adminiſtrationis & ibi debet ſindicari, & non in alio loco, *l.1.C.ut omnes Judices l.2.C.ubi de ratiociniis, l.1.C ubi ſenatores, vel clariſſimi, §. neceſſitatem, auth.ut Judices ſine quoque ſuffragio, Conſt. Reg.volumus,cap Reg. Item ſtatuimus, & cſt prag.1. de ſindicat. officialium, de Leonardis pract. officialium cap.15.n.10.* & dicam infra *cap.33.* de foro officialium *n.19.* niſi locus adminiſtrationis officii non ſit tutus, puta ſi officialis contraxit inimicitias in loco adminiſtrati officii, quia tunc tenetur ſtare ſindicativi in loco tuto convicino, *Affl.deciſ.289. n.19.& ſeq. Campag.cap.Reg. Item ſtatuimus n.49. Aloyſ.de Leo in d.l.1.n.4 C.ut omnes Judices, Carrab. de ſindicatu part.1.n.35. cum duob.ſeq. D.Baldaſ. de Angel,in ſuo prato ſuper legem unicam n.5.C.ut omnes Judices,* ſed multoties vidi practicatum, quòd quando officialis contraxit inimicitias in loco adminiſtrati officii, ſindicatur in Magna curiam, vel in Regiis Audientiis, ut dixi ſupra *cap.9.* de foro ſuſpecto *n.69.* ſed quando non adeſt inimicitia, & tunc officialis tenetur ſtare ſindicatui in loco adminiſtrati officii, dato, quòd ſi perſona privilegiata, nam in hoc caſu non poteſt eligere Regia Tribunalia. *Jacob.Cancer. variarum reſol.lib.3. cap. 12.n.87.* prout è contrario perſona privilegiata in ſindicatu officialium non poteſt eligere Tribunalia ſuprema contrà ſindicandum, ſed eum tenetur accuſare coram ſindicatoribus eligendis per Univerſitatem loci adminiſtrati officii, *Carrab.ſingul. 119.& Novar.in prax.elect.fori to.2.ſect.3.quæſt.10.*

12 Sic etiam erarius, qui adminiſtrat, & exigit fructus rerum feudalium Baronis, tenetur reddere rationem in loco adminiſtrationis, ſed quando erarius renunciat huic favori, & allegat potentiam Baronis, & petat computa videri apud ſuperiores, & tunc poſſunt computa videri extrà locum adminiſtrationis, *Eſcobar de ratiociniis cap.7.n.39.* ſic pluries obtinuiſſe, teſtatur *Capibl. de Baronibus in add.ad prag.16.ad n.82.* ubi dicit, quòd quando cõputa erarii videntur in loco adminiſtrationis, & tunc ipſe Baro eligit Rationales, qui vident computa dicti erarii, niſi ipſe erarius contradicat, quia tunc Baro non eligit Rationales, ut docet *Capibl, de Baronibus d.prag.16.n.82.in fine,& tom.2.cap.91.*

13 Sic

13 Sic etiam Administratores rerum Universitatis conveniuntur pro reddendis rationibus in loco administrationis ità *Capurus de Regimine Reip. c. 7 §. 10 n. 14 & 26. & Amend. ad P. af. de Franch dec. 210. n. 123.*

14 Immò si quis sortiatur forum Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuliæ, si ipse administrat res Universitatis, id reddendum computa suæ administrationis convenitur in loco administrationis, & non potest petere se remitti ad Tribunal Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuliæ, ut per *tex. in l. bar per petuas C. ubi derur. & coh irral.* docet *Novar. in praxi elect. fori tom. 1 sect. 4. quæst. 34. post n. 3.* citat *Ricc. ium dec. 296. n. 3. par. 3.*

15 Et per *prag. 5 §. 20. de administrat. Universitatis*, disponitur, ut in terris Baronalibus Barones quolibet anno teneantur providere, ut computa Universitatis videantur, & idem tenentur facere officiales Regii in terris de mandatibus, undè ipse Baro potest præcipere Sindico, & aliis officialibus suæ terræ, ut reddant computa eorum administrationis, & quòd restituant illud, quòd ex administratis sunt tenentur, *Guid. Papa decis. 631. n. 9.* sequitur *Freccia de sub feudis lib. 2. auctorit. 18.*

16 & licèt de jure communi Baro possit dare Rationales, ut dicit *Anna illeg 130 n. 15 Avend. de exequen. mandatis Princ. part. 1. c. 9. Bovadill. lib. 3 polit. cap. 16. n. 50. Escobar. de ratiociniis cap. 42. & seqq. Cancer. variarum resol. l. b. 3. cap. 3. n. 45 1. & Rovitò. prag. 5. n. 42. de administr.* Universitatis tamen contrarium observatur in toto isto Regno, in quo observatur, quòd Sindici, & Electi successores eligunt duos rationales, qui vident computa prædecessorum sindicorum, *V. sil. ad Afflict. dec. 265. n. 15. & Capiblanc. de Baronib. p. 3. 1:. 2. 3.* & ipsi duo Rationales faciunt literas 1 3 ... icitoriales, quæ deindè exequuntur per ordinarios locorum, ut dicâ *infra cap. 72. n. 12.*

17 Et Administratores Universitatis, finita eorum administratione, tenentur infra decem dies præsentare eorum computa, & scripturas coram rationalibus sub pœna unciarum aurei quinquaginta applicanda curiæ, *d. pragm. 5. § 9 de administr. univers.* ub. § 12. disponitur, quòd successores in administrat one Universitatis tenentur curare, ut infra mensem videantur computa administrationis suorum prædecessorum.

18 Et quando administrator alicujus universitatis in fine sui officii tradit libros suo um computorum illis, qui sunt deputati ad videndum computa, si posteà se absentat, possunt dicti Rationales sine alio processu diffinitivè illum condemnare, *Bart. in l. 1. §. § 1. ff. de administr. rerum ad Civit. pertinent. Paul. de Castr. in l. 2. n. 3. C. ubi quis de curiali, & Caput. d. cap 7. d. §. 10. nu. 18.*

19 Idem est in quocunque negotiorum gestore, qui convenitur in loco administrationis *Gratian. dec. 180. & Novar. in prax. elect. fori tom. 1 sect. 4. quæst. 34. post nu. 2.* ubi dicit, custodes publicos teneri reddere rationem in loco administrationis, in quo exercuerunt custodiam.

20 Et non solùm administrator pro reddenda administratione potest conveniri in loco administrationis, ut diximus, sed etiam potest conveniri in loco sui domicilii ad reddendas rationes administrationis alibi factæ, dummodo libri, & instrumenta asportentur sumptibus, & periculo petentis rationem reddi extra locum administrationis, *Paul. de Castr. in l. prætor ait, § sed hoc constitu. tum ff. de edendo, Socin. consil. 149 n. 4 ver. prædictis tamen limito lib. 1 Novarius d. sect. 4 d. quæst. 34. post d. num. 2. & in roll. super prag. 10. de Commissariis, & Marcel. Calà de modo articulandi glos. 1 § 1. n. 69.* & hoc tanto fortius procedit, si administrator obtulisset rationem reddere in loco administrationis, & dominus fuisset in mora recipiendi hanc oblationem, & administrator posteà contraxisset incolatum in alio loco, quia tunc omnino administrator debet conveniri ad reddendum rationē administrationis in foro novi domicilii ipsius administratoris, & libri, & instrumenta asportari debent sumptibus & periculo ipsius domini ad forum dicti novi domicilii administratoris, *Surdus de alimentis tit. 4. quæst. 47 num. 11. & Escobar de ratiociniis, cap. 7 nu. 5.*

21 Et scias, quòd Regularis exemptus pro reddenda ratione alicujus ultimæ voluntatis convenitur coram ordinario loci, & ipsi rationem reddere tenetur, & à dicto ordinario loci ipse regularis exemptus de mala administratione potest puniri, *clem. 1. de testamentis*, & doret *Trivis. dec. 36. verb. novo lib. 1. Riccius roll. 503 & Ansald. d. cap. 29. n. 17.* sed monachus non potest esse exequutor testamenti absque licentia sui superioris, *cap. religiosus de testam. in 6 clem. unica, eod. titul. & Ansald. d. cap. 19. n. 3.* sed in fratre minore Sancti Francisci, qui non potest esse exequutor testamenti, etiam consentiente ejus superiore, *clem. exivi. §. proinde, & § verum de verbor signif. & Ansald. d. cap. 29. n. 4 & 5.* ubi *n. 7. cum plur. seq.* quòd si ille frater minor Sancti Francisci exerceat officium exequutoris testamenti cum licentia sui superioris, quod per eum fuit exequutum valet, & in aliis monachis, si id, quod voluit testator, fit exequutum per ipsum monachum & non fit oppositum, quòd non interveniat licentia superioris, quod fuit exequutum valet, *Hypp. de Marf. pract. crim. §. sequitur, n. 13.* & omnes regulares possunt esse exequutores testamenti cum licentia eorum superiorum in relictis ad pias causas miserabilium, & conjunctarum personarum, & non in aliis, *l. generaliter, C. de Episcopis, & Cler.* & docet *Ansald. d. cap. 29. nu. 12.*

22 Scias etiam, quòd Regia Camera Summariæ cognoscit de omnibus computis Thesaurariorum, Præceptorum, Arrendatorum, Portulanorum, & aliorum Regiorum ministrorum pecuniariorum Regii patrimonii, *prag 61. §. 3. de offic. procurat. Cæsaris*, sic etiam ipsa Regia Camera cognoscit contrà committentes delicta, & dolum in administratione eorum officii subjecti dictæ Regiæ Cameræ, & cognoscit contrà Arrendatores committentes dolum in administratione eorum officii, *d. prag. 61. §. 5. de off. procur. Cæsar.*

23 Sciat etiam, quòd si laicus administrat res Ecclesiæ, singulis annis, tenetur reddere rationem, & in hoc Judex Ecclesiasticus est Judex competens, ut notatur in *cap. judicatum est 89. dist. clem. quia contingit, §. ut autem, de religiosis domib. Concil. Trid. sess. 22. cap. 9. de reformatione, Graff. de off. cler. off. 1. n. 606. cum plurib. seq.* ubi *n. 610.* dicit ipse *Graffus*, quòd si locus pius sit erectus cum hac conditione, ut

ut administratore non possint compellii reddere rationem coram Judice Ecclesiastico, in hoc casu administratores laici coguntur per Judicem laicos, sed tamen adhuc debet intervenire ordinarius loci, & sic Episcopus, ut in *d.cap.9. Sacri Concil.Trid.* quòd si administrator loci pii sit significatus debitor per Episcopum vigore d. Concilii Tridentini, potest etiam ipse significatus compelli ad solvendum illud, in quo fuit significatus per ipsemet Episcopum, *Riccius in coll.714.& in praxi fori Eccles. part.2.ref.2. Gratian.decis.189.in 2.dubio, Archid.in cap.1.§ fane de censib.in 6. Barbos.de offic. & potest. Episc lib.3.alleg 82.n.33. Merolli in theol. morali lib.3.disput.7.cap 5 n 99. & Marcel.de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclef.cap.11.n.7.& 13.* sed quòd compellatur per Judicem laicum, dicit *D. Danzi de pugna DD.tom.1.tit.de legatis piis, cap.3. n.15.circa finem*, & quòd generalis administrator Ecclesiæ coram Episcopo conveniri debeat, dicunt *gloss.in d.cap.judicatum est Marian. Socin.in c.1.num. 24 de foro compet. & Abb.in cap.2. post nu.6.de foro compet.*

24 Sed Administratores confraternitatum laicorum, in quatum erectione Episcopi consensus non intercessit, nec habeant Ecclesiam, nec campanile, nec cœmeterium, nec sepulturam, & nunquàm in ipsis Episcopus jura Episcopalia exercenit, isti administratores compelluntur reddere rationem administratoris coram Judice laico, & non Ecclesiastico, *Borrell.conf.81*. & in his non est servandū *Trid.sess.22.de reformat.c.9.*

25 Prout etiam laici, qui faciunt negotia mere laicalia Ecclesiarum, cognoscuntur à Iudicibus secularibus, *Borrel summa decis.tit.43.nu.89.*

26 Et administratio rerum Ecclesiæ spectat ad Episcopum, *cap fraternitatis, de donationib.* & laici non habent jus in Ecclesia, nisi ex gratia ordinarii loci, *Abb.in cap.abolendæ, de sepult.* & neque laici possunt deputare ministros in Ecclesia, contradicente Episcopo *Innoc.in cap.cum venerabilis in fine.de except.* & neque illos possunt expellere *cap. contra sanctorum & cap.laici, & cap.inventum est 16. q.7.* sed tantùm Episcopus potest administratores locorum piorum, si male se gerant in administratione, privare officio, & alios substituere, *§.si quis autem.auth.de Ecclef.titulis, Concil.Trid.sess.25. de reform.c 8.* & docet *Genuens in praxi c.17.nu.3.*

27 Et administratores laici rerum Ecclesiæ possunt excommunicari, si nolunt præstare eleemosynam Prædicatoribus, *Ricc.dec.dec.198.par.2. & Genuens. d. pract.c.40.nu.24.*

Et capitulum, sede vacante, potest exigere rationem administrationis piorum locorum, sicut potest Episcopus jure ordinario, *Barbos. de offic.& potest.Episcop.par.3. alleg 75.nu.61. & Merolla in theolog.Morali to.3.disput.7.cap.7.nu.38.*

28 Et advertas, quòd si quis sit condemnatus ad reddendum computa de gestis, & administratis, vigore dictæ sententiæ potest exequi in eo, in quo administrator apparebit debitor, *l.quamvis, ff.de condict.& demonst.* nam reddere rationem, duo continet, scilicet computum dare, & reliqua restituere, & ideo virtute dictæ sententiæ potest exequi, ut ita decisum, refert *Affl.dec.157.*

29 Advertas quoque quòd ratio administrationis semel reddita, amplius reddi non debet, *l.quamvis ubi Bart.ff.de condit.& demonst.Riccius coll.1915.& Aloys.de Leo in l.1.nu.6.C.ubi de ratiocin.* nisi appareat lesio, quia tunc debet iterum reddi, *Borrel.conf. 18.* sed *Reg.Rovit.in pragm.5.nu.44.de administ.universf.* dicit, quòd Regia Camera Summariæ passim destinat Commissarios pro revisione computorū universitatum, etiam nulla apparente lesione, sequitur *Capuan d.cap.7.d.§.10.nu.25.*

30 Quòd si Erarius semel reddat rationem Erarius, non potest Baro petere revisionem, nisi tractetur de claro errore calculi quia tunc super errorem calculi est procedendum, & non in fraudem super revisionem totius administrationis, *Capibl.de Baronib.to.1.super prag.16.nu.104. & seq.*

31 Advertas etiam, quòd ratio administrationis habetur pro reddita, quando stat per eum, cui ratio reddenda est, ut non reddatur, *l.iuro civili, ff. de condict.& demonst.& l.scribis, ff.de contrah.empt.*

32 Et scias, quòd tutor, vel curator, finita tutela, vel cura, antè tamen redditam rationem suæ administrationis non potest compelli ad restituendum bona in inventario contenta, nisi prius liquidat is omnibus datis, & receptis, *Cravetta conf. 275.nu.13.in fine, part.2. Ancharr.conf.285.col.1.& Alex.conf.192.lib 7.* sed contrarium tenet *Socinus conf.24.col.11.vol.1.* & opinionem Socini esse magis communiter receptam, testatur *Petrus de Beniuendis decis 90.*

33 Scias etiam, quòd administrator officii secularis, si non redditis rationibus, Clericus efficiatur, ipse tenetur reddere rationem coram Judice laico, sed deinde compellitur ad solvendum per Iudicem Ecclesiasticum illud in quo fuit declaratus debitor per Iudicem laicum, *de Marinis quotid.resolut.c.53.to.1.*

SUMMARIUM.

1 *Fideiussor convenitur pro fideiussione coram suo Judice competenti, & non potest petere, se remitti ad Judicem competentem sui principalis, & nu.2.3. 10.& 15.limita, ut nu.4.& 5.*

6 *Laicus potest fideiubere pro Clerico coram Judice Ecclesiastico, & nu.7 sed non sic est è contra, nu.8.*

9 *Clericus principaliter potest se obligare penes acta Curiæ secularis.*

11 *Judex Ecclesiasticus potest concedere licentiam Actuario Curiæ secularis, ut capiat fideiussionem Clerici inquisiti in Curia Ecclesiastica.*

12 *Laicus, qui fideiussit pro laico coram Judice Ecclesiastico si efficiatur, Clericus, convenitur pro dicta fideiussione coram Judice Ecclesiastico.*

13 *Fideiussio pluribus modis finitur.*

14 *Laicus fideiubens pro Clerico coram Judice laico non obligatur.*

16 *Fideiussor, si compulsus solvat per sententiam Judicis coram quo erat obligatus, potest coram eodem Judice principalem convenire, & nu.17.sed limita ut nu.18.*

19 *Laicus fideibens cum iuramento potest conveniri coram Judice Ecclesiastico ratione iuramenti.*

De

De foro fideiussoris.

C A P. XXX.

1 SI quis pro aliquo fidejubeat, pro fidejussione prædicta convenitur coram suo Iudice competenti, & non potest petere, se remitti ad forum Rei principalis, nam exceptio declinatoria fori competens principali,non competit ejus fidejussori,*l.si reus,ff.iudicat.solvi,l.sed & si restituatur* §. *t.ff.*
2 *de jud.e.& l.ex person.ff.de fidejus.*unde si quis fidejubeat pro familiari S. Officii Inquisitionis ipse fidejussor non potitur exceptione declinatoria fori dicto Reo principali cōpetente,*Alfons.Guzm.in.*
3 *tract. deevict.q.10.n 61.*sic etiā si laicus fidejubeat pro Clerico, ipse laicus fideiussor Clerici convenitur coram Iudice laico, *l.si reus ff.iudicatum solvi*, & docent *Io:de Arnono problem.79. Ansald. de iur fd.p.3.tit.unico cap.17 à nu.1. usque ad nu.4.Reg. Rov.decis.19 nu.3. & Ambrof. de immunit.Eccles. cap.20 nu.51.* & ipse laicus fideiussor Clerici non potest petere, se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,*Ansald ubi supra.Marian. Socin.in cap.1.n.25. de foro compet Guid.Pap.decis.562.nu 6. Hypp.de Marsil.in rub.de fideiussoribus nu.310.Affl.decis.206. Riccius in praxi fori Eccles.resol.145. part.5.Squillant.de privil.Cler.cap.7.dubitatione 3.nu.85. Graff. de effect.Cler.eff.1. nu 988. Cabal. resol. crim. casu 153.Dom.Reg.Sanfel.c. decis.6 num.6. & Alfons. Guzman.d.qu.10.nu.1.& post nu.10* nisi ipse laicus
4 fidejubeat pro Clerico coram Iudice Ecclesiastico, & se submittat foro Ecclesiastico, quia tunc laicus fideiussor Clerici convenitur pro dicta fidejussione coram Iudice Ecclesiastico, *Genuens.in prac. Arch. Neapol.cap.13,Riccius decis.210.part 2. Dom.Reg. Sanfelic. decis.160. & Caracciolus de fori privilegiat.remiss qu.12.à nu.17. usque ad finem*, &
5 in exequendo deinde contra laicum fideiussorem Clerici Iudex laicus tenetur suum bracchium implorare in favorem Iudicis Ecclesiastici, *D.Dunzi de pugna DD.tom.1.tit.de bracchii concessione,num 4. cum pluribus seq.*licèt *Genuens.d.cap.13.& Squillant. d.cap.7.nu.86.* dicant, quòd Iudex Ecclesiasticus potest carcerare laicos fideiussores Clericorum,& contrà eos exequi absquè licentia Iudicis laici, quando ipsi fideiussores laici se submiserunt foro Ecclesiastico, tamen prima opinio est securior, & sic quòd requiratur licentia Iudicis laici, *D.Reg.*
6 *Sanfelic.d.decis* 160.& laicus potest fideiubere pro Clerico coram Iudice Ecclesiastico,*cap.ex rescripto de iureiurando Riccius d.decis.210.& Capibl.de Ba-*
7 *ronib.prag 8.part.3. num.13.* & laicus prorogando forum jurisdictionem Ecclesiasticam potest coram Iudice Ecclesiastico se obligare, *cap.insolita 11.quaest.1. Vivius decis. 125. num.2. & Borrel. summa decis. tit.41.nu.140.*sed non sic est è contrario,nam Cle-
8 ricus non potest fideiubere pro laico coram Iudice laico, & se submittere iurisdictioni laicali, *Squil.d.cap.7.nu.84.Ansald d.cap.17.nu.19.& 20. Ambros.d.cap.20.à nu.50.usque ad nu.53.& Capibl.d.prag.8.par.3.nu.12.& seq.*licèt Clericus prin-
9 cipaliter possit se obligare pœnes acta Iudicis secularis absq.prorogatione iurisdictionis laicalis, & talis obligatio valet cuius vigore ipse Clericus potest condemnari per Curiam Ecclesiasticam,
10 *Capib.d.prag.3 n.19* quòd si Cleric. se obliget pœnes acta curiæ secularis,& det fideiuss.laicos,ipsi fideiuss.rectè obligantur,& cōtra eos potest incusari dicta obligatio coram Iudice laico, *Borrel.cons.11.*
11 Et Iudex Ecclesiasticus potest concedere licentiam Actuario curiæ secularis,ut capiat fideiussionem Clerici inquisiti in curia Ecclesiastica. & deindè dicta fideiussio non potest incusari in casu contraventionis absquè licentia curiæ Ecclesiasticæ,*Riccius decis.8.part.3.*
12 Et scias, quòd si laicus fideiubeat pro laico coram Iudice laico, si deindè laicus fideiussor efficiatur Clericus in hoc casu ipse fideiussor convenitur coram Iudice Ecclesiastico, *Squillant.d.cap. 7.nu.84.in fine & Gr ff.d.eff.1 nu.1009.* & quando
13 laicus fideiubet de iudicio sisti coram Iudice laico, si posteà ipse fideiussor efficiatur Clericus, fideiussio ipsa finitur,*Cardin. in clem. 1. in quaest.9.de censib* & non potest astringi per Iudicem laicum, coram quo fideiussit, *Riccius ad Prae.de Franch. decis.400.*sic etiam fideiussor de iudicio sisti liberatur si is,pro quo fideiussit, fecit se Clericum, vel Monachum *Cardin.d.ubi supra, Bart.in l.si filius ff. de tutelis,& rationibus distrah Graff.de eff Cler.effect. 51.Boss.pract.crim.tit de carcer.fideius.commit.num. 42 & Squil. de privil. Clericorum, c.15.* ubi dicit quòd si quis fideiubeat de præsentando reum laicum,si ipse reus laicus efficiatur Clericus, ipse fideiussor amplius non tenetur præsentare ipsum reum principalem coram Iudice laico, citat *Muscatel.in pract. fideiuss.part.2. qu.9.nu.41.* & idem tenent *Cabal resol.cr m.casu 190.nu.4. & Ansald d.cap.17 nu.5.cum plurib.seq.*
14 Et advertas, quòd quando laicus fideiubet pro Clerico convento coram Iudice laico de iudicatum solvendo, qui Clericus gerebat se pro laico lata sententia contra dictum Clericum; ipsa sententia non valet, & ideo non potest exequutioni demandari nec contra ipsum Clericum principalem conventum, nec contra fideiussorem laicum, ut ità decisum testatur *de Franch.decis.400.* sequitur *Ansald.d.c.17.nu.17.& 18.*
15 Advertas etiam,quòd si quis fideiubeat pro aliqua persona privilegiata, si ipse fideiussor pro dicta fideiussione conveniatur coram suo Iudice competenti,in hoc casu ipse fideiussor non potest eligere suprema tribunalia,prout potest principalis obligatus,qui est persona privilegiata, *Novar. in praxi elect.foritom.1. sect 3.qu.13.* & non obstat quòd omnes exceptiones,quę reò principali competunt,prosint eius fideiussori,*l.omnes,ff.de except.* nam istud privilegium electionis fori fuit concessum miserabilibus personis ratione earum personæ,& ideo non egreditur personam ipsius miserabilis personæ, undè merito eius fideiussor non utitur tali privilegio electionis fori, quo gaudet eius principalis,*arg.l.exceptiones ff.de except.*
16 Advertas quoquè, quòd si quis fideiubeat pro aliquo coram aliquo Iudice de iudicatum solvendo,si deindè ipse fideiussor solvat compulsus per sententiam ipsius Iudicis,ipse fideiussor potest coram eodem Iudice principalem convenire ad sibi solvendum, quod pro eo solvit, *Reg.Rovit.in prag.63.nu.3.de offic.procurat. Cæsaris.*
17 Undè si accusatus coram Iudice criminali de-

derit fidejussorem de pœna pecuniaria solvenda, facta condemnatione per Iudicem criminalem, ipse Iudex criminalis compellit fidejussorem ad solvendum pœnam, & ipse fidejussor potest implorare officium ipsius Iudicis criminalis, & ipsemet Iudex criminalis potest compellere inquisitum ad restituendum quidquid fuerit solutum per ipsum fidejussorem, *Paul. de Castr. in l. cum vendente, n. 2. C. ubi causæ fiscales*, facit *tex. in l. cum eorum, C. de sentent.* ubi habetur, quòd Iudex Fisci, qui cognovit adversus fidejussores debitoris fiscalis, est Iudex competens ad cognoscendum inter ipsum principalem, & eius fidejussores, qui pro eo coacti sunt Fisco solvere, *Guzman. de evict. quæst. 6 n. 45. Capyc. decis. 197. nu. 1. & Reg. Rovit. in prag. 63. nu. 3. de off. procurat. Cæsaris.*

18 Quod limita, si laicus fidejubeat pro Clerico, & ipse laicus fidejussor conveniatur coram Iudice laico, & ab eo fit condemnatus, nam in hoc casu non potest ipse laicus fidejussor Clerici coram eodem Iudice laico convenire Clericum principalem ad solvendum, quod pro eo solvit, sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum, *Marian. Socin. in cap. si quis Clericus. n. 45 de foro compet. & Graff. de eff. Cler. eff. 1. nu. 987.* licèt contrarium teneat *Vivius in dec 49. nu 7.*

19 Et scias, quòd quando laicus fidejubet cum juramento, ratione juramenti potest pro dicta fidejussione conveniri coram Iudice Ecclesiastico, *Alex. de Nevo in cap. ex rescripto. nu. 11. de jure jurando, & Graffius d. eff. 1. post nu. 989.*

SUMMARIUM.

1 *Feudum non potest alienari absque assensu regio. Amplia usque ad nu. 42. limita à nu 44. usque ad nu. 63.*
64 *Pactum appositum in concessione feudi de non alienando, operatur, ut feudum non possit alienari absq; consensu domini in casibus permissis.*
65 *Emens rem feudalem absq; assensu non debet de facto spoliari à venditore, sed Iudex adiri debet, nu. 66.*
67 *Venditor tenetur restituere pretium emptori, revocato contractu rei feudalis ex defectu assensus, & fructus rei feudalis percepti per emptorem compensantur cum interesse pretii.*
68 *Alienatio feudi est valida, si intervenit regius assensus, licèt venditor dicat de simulatione contractus, et quid si intervenit regius assensus per verbũ fiat ibid.*
69 *Assensus potest subsequi, & præcedere contractum alienationis rei feudalis.*
70 *Assensus impetratus super alienatione facienda, non prodest alienationi factæ.*
71 *Assensus præstitus per Regem in alienatione rei feudalis non extinguitur morte ipsius Regis.*
72 *Assensus præsumitur præstitus ex diuturnitate temporis. & nu. 105.*
73 *Dominus feudi præstat consensũ in alienatione feudi.*
74 *Assensus in alienatione rei feudalis quando præstatur per Regẽ, et quando per Proregem, usq; ad n. 89.*
90 *Assensus realis debet infra annum exequutoriari per Collaterale Consilium.*
91 *Assensus Baronis an sufficiat in alienatione subfeudi? & num. 93.*
92 *Subfeudum an applicetur Baroni, si subfeudatarius committat crimen, propter quod debeat privari feudo?*
94 *Assensus præstitus per Regem super obligatione bonorum feudalium non extenditur ad subfeuda.*
95 *Alienans subfeudum planum, & de tabula absque assensu non potest revocare alienationem.*
96 *Regium Collaterale Consilium in casibus, in quibus Prorex potest assentire in alienatione rei feudalis, mortuo ipso Prorege, potest assentire.*
97 *Bona Ecclesiæ vendi non possunt, & neque super eis potest constitui census, num. 99.*
98 *Assensus cujus requiratur in alienatione rei Ecclesiæ? usque ad nu. 101.*
102 *Moniales quomodo contrahant?*
103 *Solemnitates non requiruntur, quando Papa mandat, bona Ecclesiæ alienari.*
104 *Commissarius pro venditione rei Ecclesiæ debet diligenter servare fines mandati.*
106 *Episcopus in pluribus casibus potest consentire in alienatione rei Ecclesiæ, & nu. 107.*
108 *Introitus Ecclesiarum pauperum possunt uniri per Episcopum.*
109 *Assensus Episcopi requiritur in donatione jurispatronatus, & in ejus concessione, n. 110.*

De foro Regii Assensus in alienatione rei feudalis.

C A P. XXXI.

1 PRo intelligentia hujus capituli est advertendũ, quòd in alienatione, vel inquocunque cõtractu rei feudalis requiritur assensus Regius, aliàs alienatio est nulla, *Conf. Reg. Constitutionẽ divæ memoriæ*, de quo latè *Iul. Clar. § feudum q. 31.* quod amplia, & 2 Primò, ut contrahens possit venire contra factum proprium, & dicere, contractum rei feudalis esse nullum ob defectum assensus, & non per hoc efficitur periurus, ut in *d. Const. Regni Constitutionem Divæ memoriæ, de Frauch. decis. 391.* nam quis potest venire contra factum proprium nullum ipso jure, *l. quemadmodum, C. de agricol. & censitis lib. 11.* & docet *Affl. dec. 335. n. 11.*

3 Secundò amplia, ut non solùm vendens possit alienationem rei feudalis factam absq; assensu Regio revocare, sed etiam, & omnes, *Jo: Thom. de Marinis in tract. de gener. & qualit. feudi ex pacto, §. constit. n. 13. Capibl. de Baron. prag. 4. n. 87.* licèt contrarium teneant *Anna in d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ n. 155 & Freccia de subfeud. auctoritate 1. ver. à regnicolis, lib. 2.* tameo prima opinio est usu recepta, *Reg. Rovit prag. 1. n. 33. de fide memor. & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. n. 31. & tit. 8. § 11. n. 11.*

4 Hinc est, quòd si quis emat rem feudalem cum pacto expresso, ut de pretio ematur quodam corpus, si ipse emptor revocat alienationem per dictam *Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ*, venditor non tenetur pretium dare emptori, sed tantùm illud corpus, quod fuit emptum ex conventione, ut ita decisum testatur *Gizzarel. decis. 29.*

5 Tertiò amplia, ut si contrahentes noluerint revocare alienationem, rei feudalis factam absque assensu Domini, possit ipse Dominus eam revocare *Affl. dec. 265. nu. 67. in fine*, ubi dicit, quòd non sem-

semper Dominus tenetur consentire, nisi in quatuor casibus, ut per *Affl. ibi nu.68.*

6 Quartò amplia, ut non solùm ipse venditor possit revocare contractum rei feudalis factum absque Regio Assensu, sed etiam ejus hæres hoc facere potest, *Affl.in d. Const.Reg. Constitutionem Divæ memoriæ, nu.44.*

7 Sed assensus alienandi feudum concessus feudatario, transit ad ejus hæredes, quando feudum est hæreditarium, secus si ex pacto, & providentia, ita *Freccia de subfeud.lib.3. de differentiis inter feuda ex pacto, & providentia, & feuda hæreditaria, differentia 18. & vide eundem Frecciam in ead. tract. de subfeudis lib.2.auctoritate 1.quæst.5.* ubi *n.9.* dubitat, an licentia vendendi Titio prosit, ut vendi possit ejus hæredi.

8 Quinto amplia, ut in alienatione rei feudalis non sufficiat assensus Regius tacitus, sed requiritur expressus *Iser.in cap.Imperialem, col.6.de probib. feud.alien.per Feder.Affl. & alii in d.Const.Reg.Constitutionem Divæ memoriæ, Reg. de Ponte dec.34. nu. 14.& vide Curtium Juniorem de feudis, part.4 num. 137.* quod intellige in feudo quaternato, nam in feudo plano, & de tabula sufficit tacitus consensus, *Freccia de subfeudis, lib.2.tit.de differentiis feudorum quaternatorum, vel bis, quæ plana, & de tabula nuncupantur, nu.17.& 32.*

9 Sextò amplia, ut feuda non possint obligari, vel pignorari sine Regio assensu, alias obligatio est nulla, *l.Imperialem, in principio, de probib feudi alien. per Feder.& in d.Const Reg. Constitutionem divæ memoriæ, ubi Affl.n.4.& 15.Jul.Clar.s.feudum,quæst. 35.& Curt Jun.de feudis, par.4.nu.95.*

10 Hinc est, quod in generali obligatione non veniunt bona feudalia, *cap. in generali, si de feudo fuerit controver.inter dominum, & agnat.* & docet *Gizzarel. dec.88.* & in generali sermone non continetur feudum, *c.1.§.si in generali, si de feudo defunct. milit.& Affl.sing.477.* & ideò mandatum generale ad omnes causas noncomprehendit causas feudales, *Affl.in cap.1.§.in generali si feudo defunct. militis Affl. sing. 118.n.3. & 4.& alleg.119.n.3. & in sing 328.* ubi dicit, quòd renuncians universaliter omnibus bonis, videtur renunciare feudalibus, & an comprehendantur bona feudalia in generali hæredis institutione, vide *Mastril.dec.86.* sed si instituatur hæres ille, qui debet succedere ab intestato in feudo, nulla facta mentione de ipso feudo, sub ista universitate hæres intelligitur etiam institutus hæres in ipso feudo, *Affl.in Const.Reg. Hec edictali, nu.8.*

11 Immò neque possunt obligari fructus feudi sine Regio assensu, si feudum sit concessum ex pacto, & providentia, secus si feudum sit hæreditarium, cujus fructus possunt obligari sine assensu Regio, *Affl. dec. 26.* & ita intelligo dicta per *Curtium Jur.d.part.4.n.95. in tertia limitatione.*

12 Et non solùm requiritur assensus Regius pro obligatione rei feudalis, sed etiam & pro alienatione deindè facienda, vel adjudicatione ipsius rei feudalis obligatæ per prius cum Regio assensu, aliàs alienatio, & adjudicatio est nulla, *prag. 23, de feudis.*

13 Et scias, quòd si fuit præstitus assensus super hipotecam rei feudalis, dicitur præstitus pro se, & hæredibus quibuscunque, dummodo Fiscus damnum non patiatur, *prag.27.de feudis.*

14 Scias etiam, quòd licet in obligatione feudi requiratur assensus Regius, dixi tamen in remissione dictæ obligationis non requiritur assensus Regius, *Affl.decis.232 & in d.Const Reg.Constitutionem divæ memoriæ num.6. & Freccia de subf. lib.2. author.1.ver.pluribus autem modis, nu.24.*

15 Scias quoque, quòd per *prag.4 §.10.de feudis*, Regius assensus impetrabatur super obligationem rei feudalis in defectum rerum allodialium, seù burgensaticarum, sed hodiè per *prag.7.de feudis*, impetratur Regius assensus super feudalibus simpliciter, & non in defectum burgensaticorum, ut in *d. prag.7.*

16 Et advertas, quòd bona feudalia non possunt exequi, nisi præcesserit eorum obligatio cum assensu, *de Franch. dec.704. n.3. Reg.Rovit.prag.3. n.9.vers.posteà, de ordine judic.* sed fructus bonorum feudalium possunt exequi, dato, quòd non adsit assensus intellige in subsidium aliorum bonorum, & deducta portione necessaria feudatario pro præstando servitio directo Domino, & pro alimonia, & sustentatione vitæ ipsius feudatarii, *Rovit.d.prag.3.n.14.de ord.jud.*ubi *n.16 usque ad finem* dicit, secus esse quoad jurisdictionem feudi, quæ non potest sequestrari, nisi adsit Regius assensus, & *nu.15.* dicit ipse *Rovitus* ibi in *d.prag. 3.* quòd quando creditor sine assensu ex reliquis fructibus non potest satisfieri, potest cogere feudatarium debitorem ad vendendum feudum, ut ex illius pretio possit satisfieri, & idem docent *de Franch.dec. 704.& Fab.de Anna consi.4. n.73.* & à fortiori hæres potest cogi ad vendendum feudum hæreditarium, ut ex illius pretio satisfiat legatariis, & creditoribus assensu carentibus, & ità loquitur *de Franch.d.dec.704 à n.4.usque ad finem*, & feuda possunt in subsidium vendi per curiam pro solvendis debitis feudatarii, licèt dicta feuda non sint obligata cum assensu Regio, dummodò in dicta venditione interveniat assensus Regius *Freccia d. lib.2. auct or.1.ver.pluribus autem modis n.9. cum pluribus seq.& lib.3.ver.quinto n.2.*ubi *n.1.* dicit, quòd potest fieri exequutio super fructibus feudi hæreditarii pro debito defuncti feudatarii, deducto onere feudi, ac etiam deducto ne egeat feudatarius, quod secus est in feudo ex pacto, & providentia, & exequutio sententiæ latæ in actione personali potest fieri super fructibus feudi, & hoc in subsidium, *Petrus Garzia à Toleto in dicto 571.*

17 Et assensus præstitus super obligatione bonorum feudalium extenditur etiam ad feuda futura, ut ità decisum, testatur *Frecc.d.lib.2. auctor.1. qu. 3.* nam in generali obligatione bonorum veniunt bona præsentia, & futura, *L. fin. C. quæ res pignori oblig.poss.*

18 Sed si fit præstitus assensus pro alienatione rei feudalis, vigore talis assensus dictum feudum non potest obligari, vel donari, *Freccia d.auctor.1. qu. 9.& Affl.in d.Constit.Reg.Constitutionem divæ memoriæ n.31.* licèt contrarium teneat *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.8.§.6.per totum*, sed si fit præstitus assensus pro alienatione feudi, potest feudatarius vigore talis assensus dare dictum feudum suo creditori in solutum, & pro soluto, *Freccia d. auctorit.*

*ctorit.1.quæst.18.*ubi *quæst.*19. dicit, quòd debitor non potest dare feudum obligatum cum assensu suo creditori insolutum, & pro soluto absque novo assensu.

Et assensus præstitus super obligationem bonorum feudalium pro sorte principali extenditur etiam, & pro ejus interesse, quod oritur ex moro debitoris. *Pascal.de viribus patriæ potest.part.2.cap.7.n.36 & 54.Surd.de alim.tit.9. quæst.31.n.36. cum plurib.seq.Reg.de Pont.consf.64.n.19.cum plurib.seq. & in decis.34.n.38.& Novarius in decis.149.n.11.* & à fortiori assensus præstitus obligationi rerum feudalium pro venditione annuorum introituum, comprehendit etiam interesse tertiarum, *Reg.de Ponte consf.76.n.6.& seq.& Pascbal.d.c.7.n.45.*

19 Septimò amplia, nam licèt bona mariti dirantur tacitè obligata uxori pro restitutione ejus dotium, *l. unica, & ut plenius, C.de rei uxor. act.* tamen bona feudalia mariti non sunt tacitè obligata uxori pro restitutione dotium, *Riccius coll.217.* immò bona feudalia non possunt obligari pro restitutione dotium, & antephati absque Regio assensu, *cap.Regni 11.* & docet *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.7.§.1.n.1.& 2.*

20 Hoc verùm scias, quòd licèt Regius assensus post mortem debitoris, si per eum sit promissus, non possit impetrari in præjudicium hæredis, *Anna sing.66.* tamen favore dotis assensus super feudalibus potest impetrari post mortem viri, latè *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit. 6.n.1.cum plurib.seq.* & de communi testatur *de Franch. dec. 86. in principio,* ubi dirit, fuisse decisum, quòd si tertius emerit dicta bona feudalia cum Regio assensu, viro vivente, uxor non potest inquietare emptorem, qui habuit assensum priusquàm ipsa uxor haberet, Idem est in privato, nam si quis obligat bona feudalia alicui creditori suo, salvo Regio assensu, & antequàm impetretur assensus, res sit vendita cum assensu Regio, si deindè impetretur Regius assensus per creditorem, ipse creditor non potest molestare emptorem, ut ità decisum, testatur, *Affl. dec. 286.* licèt contrarium teneat idem *Affl in d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ, num.51.*

21 Et favore dotis hæres debitoris non potest revocare hypothecam super rebus feudalibus promissam à testatore, salvo Regio assensu, si Regius assensus non sit impetratus, vivente testatore, ut ità decisum, testatur *Affl. dec.111.*

22 Sed si maritus delinquat, propter quod delictum, feudum debeat applicari agnatis, si est lata sententia condemnatoria contra maritum, agnati possunt revocare hypothecam super rebus feudalibus promissam per maritum, salvo Regio assensu, & uxor non potest amplius impetrare Regium assensum, & ratio est, quia agnati non dicuntur hæredes, secus si non sit lata sententia, quia tunc uxor potest impetrare assensum, *Affl. decis. 385.*

23 Scias etiam, quòd pro antephato non potest impetrari assensus Regius post mortem viri per mulierem super rebus feudalibus, si res feudales sint hypotecatæ pro antephato, salvo Regio assensu, sicut potest impetrari pro dotibus, *Freccia de subfeudis lib.2.auctorit.1.ver.plurib. autem modit, nu.23.de Franch.dec.126.in fine, & dec.620.n.13.& Anna alleg.66.n.19. in qua alleg.* dicit ipse *Anna* fuisse decisum, quòd in subsidium post mortem viri, uxor potest impetrare assensum Regium super feudalibus pro ejus dotibus, pro quibus res feudales, mariti fuerunt obligatæ salvo Regio assensu, per ipsum maritum, ubi ipse *Anna n.18.* limitat in hærede uxoris, qui non potest impetrare assensum super feudalibus mariti pro dotibus uxoris post mortem ipsius mariti, & idem tenet *Freccia d.num.23.*

24 Et assensus præstitis pro restitutione dotium, & antephati super feudalibus per mortem viri, & & in omnem casum, & eventum restituendarum dotium, & antephati, comprehendit etiam casum assecurationis propter inopiam viri, constante matrimonio, ut ità decisum, testatur *Freccia d. auctorit.1.quæst.3.per totum.*

25 Et assensus præstitus per Regem super bonis feudalibus viri pro restitutione dotium, si filius contrahat matrimonium de voluntate patris, & ipse pater quoque obliget bona sua feudalia pro restitutione dictarum dotium, assensus iste præstitus pro obligatione bonorum feudalium viri extenditur super bonis feudalibus soceri in subsidiū, ut decisum, refert *Freccia d lib.2.d.auctorit.1.q.13.*

Et assensus præstitus super feudalibus pro restitutione dotium, dicitur etiam præstitus, & pro ipsarum interesse, *Reg Rovit. in prag.8. n.5.de feudis,& Paschal.de viribus patriæ potest part.2.cap.7. n.37.& 44.*ubi *n.48.*dicit, assensum præstitum super obligatione bonorum feudalium pro dote extendi etiam ad alimenta uxori debita. citat *Surdum de alim.tit.9. quæst.31.*

26 Octavo amplia, nam licèt feudum sit legatum absq; Regio assensu, si illud non sit concessum cum potestate disponendi, legatum illud non valet, neq; quoad extimationem ipsius feudi, *Bald. & Affl. in cap.1 § donare qualiter olim.feud.alien.pote. Anna alleg.126.Anna filius consf.87.vol.1.Amend.ad Prag. de Franch.dec.1.n.1.& Gizzarel. dec. 35.* licèt contrarium teneant *Regens Lanarius consf.80. & Reg. de Ponte consf.88 vol.1.* tamen prima opinio est veram, *Jul Clar.§.feudum,quæst.40. ver. ex hac conclusione,* ubi dicit, quòd feudum non potest legari etiam pro anima, sed *Freccia de subfeudis lib. 3.de differentiis inter feuda ex pacto,& providentia, & feuda hæreditaria,ver.duodecimo* dicit, quòd legato feudo hæreditario, quod non tenetur in proprietate feudi, hæres tenetur præstare extimationem feudi, quòd secus est in feudo ex pacto, & providentia.

27 Nonò amplia, nam si quis donet rem feudalem absque Regio assensu, donatio non valet, etiam quoad extimationem, *Reg.Lanarius consf.3.& Reg. Rovit.in prag.1.n.136.cum plurib. seq.d e tit.abusu,* ubi *in fine,* dirit, hoc etiam procedere, dato, quòd pater donet rem feudalem filio contemplatione matrimonii, absq; Regio assensu, sed si pater donet feudum secundogenito cum assensu Regio, nulla facta mentione primogeniti io assensu, in hoc casu valet donatio prædicta, ut ità decisum, testatur *Reg.Rovit.in prag.1.n.124.de tit.abusu,* late *Reg. de Pont.de potest.Proreg.tit.8.§.10.per totum.et Freccia de subfeud,lib.2.auctor.1.ver superest per totum.*

28 Decimò amplia, ut feudatarius non possit rem feu-

feudalem in dotem filiæ, vel in donationem propter nuptias filio dare absq; assensu Regio, cap 1. §. donare, ubi *Bald.* & *alii qualiter ol m feuda poterant alien. cap. 1. de eo qui sibi, & hered. suis, cap. nuper extra de donat inter virum & uxorem, & est tex. de jure Regni, in cap. Reg. 11 t.* & docent *de Franch. dec. 154. in fine, Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 6. in principio n. 1. & Reg. Rovit. d. prag. 1. n. 156. de tit. abusu*, ubi *n. 162. & seq.* dicit, quòd si feudum fit datum per patrem filiæ in dotem absq; assensu Regio, licèt donatio non valeat, tamen filiæ debetur extimatio ipsius feudi, quam pater tenetur dotare filiam, *l. fin. C. de dotis promis.* secus est in extraneo, qui si det feudum in dotem absq; assensu, neq. extimatio feudi debetur, ut docet *Reg. Rovit.* ibi,

29 Undecimò amplia, nam feudatarius alienans rem feudalem absq; assensu Regio, cadit à jure suo, *cap 1 de probib. alien. feudi per Fed.* & docent *Affl. decis. 265 n. 67. Curt. Jun. de feudis part. 4. nu. 81. & part. 6. n. 4. & Freccia d. auctor 1. in principio*, nisi esset actum inter dominum, & feudatarium, ut ipsi feudatario liceat alienare, quia tunc alienando absq; assensu, non cadit à jure suo, *cap 1. de feudo non habente propriam naturam feudi*, & docet *Jul. Clar. d. §. feudum quæst. 31. ver ulterius*, sic etiam si quis habeat feudum cum potestate alienandi cum assensu Regio, si alienat absq; assensu Regio non privatur feudo, *Affl. in Const. Reg si quis post litem, & Anna alleg. 58. n. 10.* sed si feudatarius alienat rem feudalem. ut burgensaticam, emptore ignorante, adhuc feudum domino applicatur, *Affl. dec. 255.*

30 Sed hodiè in Regno alienans feudum absq; assensu Regio non privatur feudo, ut desumitur ex *d. Const Regni Constitutionem divæ memoriæ*, ubi hoc expressè advertit *Affl. ibi in principio, & n 85. & in decis. 265. n. 67* & est ratio, nam per dictam Constitutionem alienatio rei feudalis absq; assensu est nulla, sed quando contractus est nullus, feudatarius non incidit in pœnam caducitatis, ex quo alienavit absq; assensu, *l. ea quidem. C si mancip. ita fuerit alien. Gr ff. de effect. Cler. effect. 1. n. 305 & seq.* ergò, &c. prout est in emphyteuta, qui si alienat rem emphyteuticariam inrequisito domino, cadit à jure suo, *l. fin. C. de jure emphyt.* & tamen si contractus alienationis sit nullus, propter nullitatem contractus emphyteuta non cadit à jure suo, *Graff ubi supra, Guid. Pap. decis. 590. Surd. decis 5 t. & 220. & Riccius coll. 2447. ver. & etiam* sed de jure feudorum etiam alienatio est nulla, quando alienatur feudum absq; assensu domini, ut *in cap. Imperialem, de probib. feud. alien per Fed.* & docet *Curt. Jun. de feudis d. part. 4. n. 82.* ubi n. 108. dicit, quòd feudatarius privatur feudo, si illud vendat absq; assensu domini, dato, quòd alienatio sit nulla, sed per *d. cap. Imperialem* etiam disponitur, ut feudatarius alienans feudum absq; consensu domini privetur feudo, ut per *d. cap.* tenet ipse *Curt. Jun. d. part. 4. n. 81.* & per *d. cap. Imperialem* etiam disponitur, ut alienatio rei feudalis facta absquè assensu domini sit nulla, ut diximus ergò, &c. sed tamen non recedas à prima opinione, ut in Regno vassallus alienans feudum sine assensu, & illud tradens non privetur feudo, si revocaverit alienationem, ut per *d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ*, docet *Freccia d. auctoritate 1. in principio n. 29.* secus si non revocaverit, quia tunc amittit feudum *Freccia d. auctor. 1. ver. à Regnicolis, nu. 12. & seq.* sed alienans feudum planum, & de tabula absque assensu non potest revocare alienationē, & perdit dictum feudum, *Freccia d. auctor. 1. ver. pluribus autem modis n. 38. cum duob. seq.*

31 Duodecimò amplia, nam si assensus Regius sit præstitus pro alienatione fienda de re feudali intra tres menses à die præstiti assensus, in hoc casu contractus debet perfectè celebrari infra illos tres menses, aliàs assensus, & alienatio est nulla, *prag. 10. de feudis*.

32 Decimotertiò amplia, nam sicut assensus Regius requiritur in alienatione rei feudalis, ità etiam requiritur assensus Regius, si feudum revendatur vigore pacti de retrovendendo apposito in prima venditione facta cum assensu regio, ut desumitur ex *Affl. in d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ n. 5. & ex Præs. de Franch. dec. 48. & 154. n. 2.* sed in contrariũ est veritas, ut dicam infra *n. 57.*

33 Decimoquartò amplia, ut pactum de retrovendendo non possit prorogari absquè assensu Regio in rebus feudalibus, *Camerar. in cap. Imperialem, Anna alleg. 11. n. 19 & Freccia d auctor. 1. q. 17.*

34 Decimoquintò amplia, nam si res feudalis vendatur cum Regio assensu simpliciter, deinde non potest apponi pactum de retrovendendo absq; assensu Regio *Præs. de Franch. dec. 126.* ubi n. 5. dicit, hoc etiam procedere in feudo plano & de tabula.

35 Decimosextò amplia, nam si feudum sit venditum cum pacto de retrovendendo, & in assensu de tali pacto non sit facta mentio, in hoc casu assensus non valet, *Præs. de Franc. decis. 105. in fine, Freccia d. auctorit. 1, quæst. 16. Grammat. decis. 76. Reg. Loffred. cons. 73. n. 1. Reg. de Ponte cons. 21. n. 37. lib. 1. & de potest. Proreg. tit. 8. §. 1. n. 5. & Reg. Rovit. in prag. 1. n. 45. de fide memorialium*.

36 Decimoseptimò amplia, nam licèt de jure communi habens feudum possit sincerè, & sine fraude illud alteri dare in feudum sine assensu regio, *cap. 1. qualiter olim feud. alien poter. Jul. Clar. d. §. feudum qu 32. Reg. de Ponte de potest Proreg. tit. 7. §. 3. nu. 2. & Curt Jun. de feudis par. 4. nu. 83.* tamen hodiè in Regno habens feudum non potest illud alteri dare in feudum absquè Regio assensu, ut ita servari testatur *Affl. in d. Constit. Reg. Constitutionem Divæ memoriæ in principio*, prout etiam emphyteuta rem sibi in emphyteusim concessam non potest alteri dictam rem in emphyteusim concedere, in requisito dominio, *Jas. in l fin. nu. 110. ubi alii DD. communiter, C. de jurib. empht.*

37 Decimooctavò amplia, nam licèt de jure communi feudorum possit fieri transactio de re feudali, si sincerè, & sine fraude fiat absq; regio assensu *cap. 1, de controver. inter vassal. & alium de beneficio Jul. Clar. d. § feudum qu. 38.* latè *Curt. Jun. de feudis par. 4. nu 96.* tamen in Regno transactiones non possunt fieri super rebus feudalibus absquè regio assensu, ut in *d. Const. Reg. Constitutionem Divæ memoriæ, ubi Affl. in principio, & nu. 38. & in decis. 138.* immò transactio facta absquè regio assensu super vitam, & militiam debitam secundogenito non valet, *Affl. dec. 138.* intellige, si sit quæstio inter

ter fratres an vita, & militia debeatur, secus si sit quæstio inter fratres quanta sit ista vita, & militia, quia tunc transactio facta absq; regio assensu valet *Frecc.d.auct.1.ver.plurib.autē modis.n 87. & seq.* & *Affl.in Conſt.Reg.Conſtitut.Divæ memoriæ nu.39.* nā illa vita, & militia dicitur res feudalis, & sicut consanguinei non compelluntur compromittere causam de re feudali per *prag.2. de arbitris*, ita & neq; causam de ista vita, & militia, ut ita decisum testantur *Affl.decis.43.* & *Reg.Rovit.in d.prag.2. nu.36.de arbitris*, & sicut non valet compromissum, & laudum latum ab arbitris in re feudali absquè regio assensu per *d.Conſtit.Reg Conſtitutionem Divæ memoriæ* & de jure communi vide *Jul. Clar.d.§.feudum quæſt.39.* & *Curt.Jun.d. par.4.nu. 98.* ità & neque valet comprom ssum, & laudum de ista vita, & militia, *Affl.dec.138.* intellige, si agatur an debeatur vita, & militia si vel non, secus si agatur quanta sit ista vita, & militia, quia tunc compromissum super hoc factum absq; assensu regio valet, *Affl.d.dec.43.* & *d.dec.138.* & *Freccia d.nu 87.* & *seq.* sic etiam causa dotis de paragio debitæ super feudalibus nuo potest compromitti absquè assensu regio, *Anna conſ.75.*

38 Decimononò amplia, ut feudatarius non possit in testamento disponere absque regio assensu de re feudali ad personam, quæ non est successura in feudo, *Affl.in d.Conſtit.Reg.Conſtitutionem Divæ memoriæ nu.2.3.* & *76.* ubi dicit, hoc etiam procedere, si dispositio esset facta ad pias causas, & idem tenet *Curt Jun.d.part.4.num.125.* & *seq.* & feudatarius de feudo testari non potest, *cap.Imperialem de prohib.feud.alien. per Feder. Franc. March. decis 315.* quod limita in feudo franco, de quo quilibet testari potest, *Capyc.dec.64* sic etiam feudatarius potest testari de feudo hæreditario, & de feudo novo ex pacto, & providentia cum consensu domini, etiam in filiorum præjudicium, *Affl.dec. 11 a.de Franch.dec.1.* & *Riccius coll.2152.* sed assensus regius debet præcedere, ut valeat testamentum, in quo disponitur de feudo hæreditario in alium, quàm in immediatè successurum, *Anna alleg.69.nu 56.* & *Reg.de Ponte de poteſt,Proreg.tit. 8.§.2.nu.10.* & *29.* ubi *nu.25.* dicit, quòd de feudo hæreditario valet testamentum, si instituatur immediatus successor, & idem tenet *Curtius Jun.d. part.4.nu.129.* & ipse *Reg.de Pont.d.§ 2.nu.20.* & *seq.* dicit, quòd successor in feudo hæreditario potest gravari usquè ad concurrentem quantitatem valoris feudi, & si non confecerit inventarium, tenetur ultra vires, aliàs si confecit inventarium, & tunc non tenetur ultrà vires, & idem *R. de Ponte d.tit.8.§.8.nu.1 a.* & *de Franch. dec.1. num. 34.* & *dec.704.*

39 Vigesimò amplia, ut feudum non possit permutari absquè assensu domini, *Curt.Iun.d. par.4.num. 101.* ubi *nu.107.* dicit, quòd feudum neque potest alienari absq; assensu regio propter famis necessitatem, & facta permutatione rei feudalis cum assensu regio cum re burgensatica, ip a res burgensatica non efficitur feudalis, ita decisum, testatur *Freccia d.auctor.1.quæſt 21.*

40 Vigesimoprimò amplia, nam si quis vendat feudum cum assensu regio, & habeat fidem de pretio, cum pacto expresso, ut fu dum illud sit obligatum pro pretio, in hoc casu ista obligatio non valet, nisi interveniat assensus regius, *arg.l.1.in fin. ff de rebus eorum*, & docet *Affl.in d.Conſtit. Reg.Conſtitutionem divæ memoriæ nu 7.*

41 Vigesimosecundò amplia, nam si assensus sit præstitus, ut feudum alienetur Titio, si deindè alienetur Sempronio, talis assensus non valet quoad Sempronium, *Affl.in d.Conſt.Reg.Conſtitutionem divæ memoriæ nu.30.de Franc.dec.153.in fine Riccius ad eum dec.126.* & *Cur.Iun.d.par.4.n.140.*

Vigesimotertiò amplia, nam etiam, quòd vassallus sit Clericus, tamen non potest alienare feudum sine consensu domini, *Graſſ de eff.Cler.eff.2.nu.228.*

42 Ultimò, aliis omissis, amplia, nam si quis habeat actiones super feudum non potest illas tertio cedere absquè assensu regio, *de Franch dec.75.nu.2.* & *3.* & *dec 593. nu 9.* & *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg tit.8.§.11.nu.6.* sed si sit contractum creditum cum assensu quoad obligationem rerum feudalium, si in instrumento adsint clausulæ, cum potestate capiendi, ad vendendum, alienandum, &c. & cum cōstituto, & præcario, in hoc casu tale creditum potest cedi absquè assen su, *Capyc.dec.51.* & *in inveſtitura feudali ver.neceſſitas ver.quæro ſecundo*, sed contrarium decisum referunt *de Franch. d.dec. 593.* & *de Ponte de poteſt.Proreg tit.8.§.11. nu.14. cum pluribus ſequent.*

43 Sed scias, quòd in pluribus casibus in alienatione rei feudalis non requiritur assensus regius, &

44 Primò, quando quis emit feudum à Rege, vel à Regia Curia, quia tunc non requiritur assensus regius, *Paſchal.de virib. patriæ poteſt. par.1. cap.6. nu 60.*

45 Secundò limita, nam non requiritur assensus regius in alienatione feudi, quando ex ipsa alienatione fit melior conditio directi domini, *Reg. Rovit.in prag.4.nu.45.de feudis*, quod non sic est in alienatione rei emphyteuticariæ, in qua requiritur assensus directi domini, licèt ex ipsa alienatione fiat melior conditio ipsius directi domini, *Riccius coll. 2447. in principio*, prout etiam alienatio rei Ecclesiæ facta in evidentem utilitatem Ecclesiæ sine solemnitatibus à jure requisitis non valet *Riccius decis 266.nu.2 par.4.* citat *sex.in cap.fine exceptione 12 q.2.* sed quòd valeat, dicit fuisse decisum *de Franch. decis.35.* & pro opinione *Præſ.de Franch.* faciunt dicta per eundem *Riccium dec.192.par.1.*

46 Tertiò limita, nam si tutor alienat feudum pupilli cum assensu regio, & promittat ratificare facere pupillum, facto majore, in hoc casu, quando pupillus factus major ratificat dictum contractum, non requiritur alius assensus regius, *Affl.decis.285.*

47 Quartò limita, nam si pater refutat feudum secundogenito cum consensu primogeniti, in hoc casu non requiritur assensus regius, & valet refutatio, *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.8 §.10.num. 25.* & *Reg.Rovit.in prag.1. nu.117. de titul.abuſu, ubi nu.seq.* dicit, quòd consensus primogeniti potest procedere, & subsequi refutationem.

48 Quintò limita, nam feudum dicitur tacitè obligatum pro patrocinio præstito per Advocatum ipsi Advocato pro ipso feudo, & in hoc non requiritur assensus regius, *Iſer. in cap.1. de feudo guard.* & *Anna ſing.203.*

49 Se-

49 Sextò limita, nam favore dotium, & antephati mulierum Neapolitanarum valet hypotheca rerum feudalium sine assensu regio, *prag. 2. de feudis, de Franch. decis. 452. & Molfes. de contract. tract. 12. cap. 18. nu. 50.* & dictus assensus dicitur præstitus non solùm respectu mulieris, sed etiam respectu omnium quibus debet fieri restitutio dotium, *R. de Ponte de potest. Proreg. tit. 6. in principio, nu. 32.* & dictus assensus intelligitur præstitus etiam respectu quorumcunque habentium jus super dictis dotibus, *Reg. Rovit. prag. 8. nu. 2. de feudis* ubi dicit, hoc etiam procedere quoad interesse dotis & *nu. 9.* dicit, quòd assensus dicitur præstitus pro dote in feudalibus in favorem mulieris Neapolitanæ in expressa hypotheca, & in tacita, & iste assensus in obligatione feudalium favore dotium mulierum Neapolitanarum dicitur præstitus, etiam si feudatarius careat legitimo successore, *de Ponte d. tit. 6. nu. 34.* ubi *nu. 36. & seq.* hoc extendit etiam quoad feuda titulata; sed hoc procedit quoad feuda quaternata tantùm, & non quoad feuda plana, & de tabula, in quibus non dicitur præstitus iste assensus, *Reg. Rovit. in prag. 8. nu. 6. de feudis. & Freccia de subfeud. lib. 2. tit. de differentiis feudorum quaternatorum cum his, quæ plana nu. 20.*

50 Sed adverte, quòd assensus iste legalis præstitus in favorem mulierum Neapolitanarum, vel exterarum, & nuptarum cum Neapolitanis pro consequutione earum dotium super bonis feudalibus mariti, intelligitur in defectum bonorum burgensaticorum, *Reg. Rovit. in prag. 8. n. 7. de feudis*, aliàs si extant bona burgensatica mariti etiam si illa reperiantur post tertium, non dicitur præstitus assensus super feudalibus, *Reg. Rovit. d. prag. 8. nu. 8. de feud. s*, sed assensum prædictum legalem non esse subsidiarium, dicit decisum *Reg. de Ponte d. tit. 6. in principio nu. 15. cum plurib. seq.* ubi *nu. 14.* dicit, quòd etiam dicitur præstitus assensus in bonis foreti obligatis in instrumento dotali, & idem tenet *Reg. Rovit. d. prag. 8. nu. 4. de feudis*, sed iste assensus in obligatione feudaliũ favore dotis mulierum Neapolitanarum non dicitur præstitus in favorem filiæ naturalis Neapolitani, quæ non fuit orta in Civitate Neapolitana, & mater non erat Neapolitana, ut ita decisum testatur *de Franch. decis. 452.* sed si quis in favorem mulieris Neapolitanæ pro ejus dotis restitutione obligavit omnia sua bona non facta mentione de bonis feudalibus, adhuc dicuntur obligata bona feudalia, & dicitur præstitus assensus regius, *Reg. Sanfelicius decis. 302. & in additione ad decis. 99. & Thor. in supplem. decis. ver. feudalia, fol. 223.*

51 Septimò limita, nam mulier potest feudum in dotem marito suo dare, & assign. re absque regio assensu, *Vivius decis. 229. Surdus dec. 278. & Ricc. coll. 2149.* sed quod tutius sit impetrare assensum quando feudum datur in dotem marito per mulierem, dicit *Iul. Clar. § feudum, quæst. 36. in fine*, & quòd omninò sit impetrandus assensus regius, quando feudum datur in dotem, tenet *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensu regio super dotibus in principio à nu. 1. cum plurib. seq. & est cap. R. 111. ubi de Nigris, num. 12.* sed de jure communi prima opinio potest procedere, quando feudum datur in dotem per uxorem inæstimatum, quia tunc non requiritur assensus, secus si detur extimatum extimatione, quæ facit emptionem, vel cum pacto daberando, quia tunc requiritur assensus, ita *Curtius Iunior de feudis par. 4. nu. 93.*

52 Octavò limita, quando res feudalis est modica, quia tunc potest alienari absque regio assensu, *Affl. dec. 129. au fine*, prout etiam res Ecclesiæ possunt alienari absque solemnitatibus, quando sunt parvi valoris, *cap. terrul. ss 12. qu. 2.*

53 Nonò limita, nam feudatarius potest locare fructus feudi ad modicum tempus absque assensu regio, non autem ad longum tempus *glos. in d. Const. Reg. Constitutionem Divæ memoriæ, & in d. Const. Regni Hac edictali, Camp. ag. in cap. Reg. 111. num. 13. Curt. Iun. de feudis par. 4. nu 92. Vivius dec. 126. nu. 5. Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 1. num. 155. Iul. Clar. d. §. feudum quæst. 33. in principio, & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 3. nu. 19.* prout etiam emphyteuta potest rem emphyteuticariam alteri locare, nunquam sito domino directo, *Iul. Clar. §. emphyteusim, qu. 19.*

54 Hinc est quod feudatarius potest per modicum tempus vendere fructus feudi, absq. assensu regio, *Afflict. in d. Const. Reg. Constitutionem Divæ memoriæ nu. 12.* & licet res litigiosa non possit vendi, *l. lite pendente, C. de litigiosis*, tamen ejus fructus possunt vendi *l. lite pendente C. de litigiosis* tamẽ ejus fructus possunt vẽdi *Affl. in Const. Reg. Eorum fraudibus nu. 33.* nã prohibitus alienare rẽ, non censetur prohibitus alienare fructus dictæ rei *l. in edibus, § 1. ff. de donat. Frecc. de subfeud. lib. 2. auct. 1. ver. plur. autẽ modis, n. 44.* ubi *n. 43.* dicit, quòd feudatar. potest alienare fructus feudi ad modicũ tempus absq. assensu.

55 Decimò limita, nam si testator legat centum Titio solvendis per hæredẽ de fructibus feudi hæreditarii, legatum valet, etiam si non interveniat regius assensus, *de Franch. dec. 1. num. 32. cum duobus seq. Anna consl. 46. nu. 37. & seq. Rovit. prag. 4. à num. 46. usq. ad fin. de feudis.*

56 Undecimò limita, nam si quis obliget bona sua feudalia in favorem Regiæ Curiæ, in hoc casu dicitur tacitè præstitus assensus regius in favorem Regiæ Curiæ, *Curt. Iunior. de feudis par. 4. num. 95. in fine, Afflict. in Const. Regni Constitutionem Divæ memoriæ nu. 36. Reg. Linarius consl. 8. n. 5. & 6. Freccia d. auctorit. 1. qu. 31. & Regens Rov. decis. 83. nu. 19. cum plurib. seq.*

57 Duodecimò limita, nam si assensus sit interpositus in venditione feudi cum pacto de retrovendendo, si fiat retrovenditio vigore dicti pacti, non requiritur alius assensus, *Freccia d. auctoritat. 1. qu. 2. nu. 17. Surdus dec. 321. nu 6. & Riccius ad Præs. de Franch. dec. 126. in fin.*

58 Decimotertiò limita, nam repudiatio feudi valet absq. assensu, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. nu. 36.*

59 Decimoquartò limita, in feudo franco, quod potest alienari absque assensu, *Curt. Iun. d. part. 4. num. 117. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 2. nu. 37. usque ad finem, & Freccia d. auctorit. 1. ver. plurib. autem modis n. 77.*

60 Decimoquintò limita, nam si feudum sit concessum cum potestate alienandi, salvo assensu domini tenetur dominus assentire, & non assentiendo, habetur assensus pro præstito, nisi dominus ha-

 beat

beat justam causam assensum denegandi, *Reg. de Ponte d. tit. 7. §. 3. nu. 13.* & concesso feudo cum facultate alienandi, vel cum clausula cui dederis feudatarius non potest alienare feudum absquè novo assensu, verum dominus tenetur assentire, *Minad. cons. 10. nu. 38. & Reg. de Ponte d. tract. nt. 8. §. 11. nu. 15.* ubi dicit, quòd licèt in his casibus feudatarius alienans rem feudalem absquè assensu non cadat à jure suo, tamen communis opinio est, requiri assensum, & vide *Curt. Iun. d. part. 4. nu. 141.* sed alii tenent, quòd quando feudum est concessum pro se, & hæredibus, & quibuscunque, transit in extraneos, & potest de eo disponi tàm in testamento, quàm inter vivos absque licentia domini directi, ita *Petr. Garzia à Doleto in dicto 575.*

61 Decimosextò limita, nam feudum potest alienari absquè assensu ubi viget talis consuetudo, *Freccia d. au ctor. 1. ver. pluribus autem modis nu. 79.*

62 Decimoseptimò limita, nam feudum potest alienari absquè assensu, quando de eo juxta consuetudinem solvitur tertiaria, seù quarta ipsius pretii, *Petrus Garzia à Tholeto in dicto 525.*

63 Ultimò limita, nam refutatio feudi facta per feudatarium in favorem illius, qui est immediatè successurus in ipso feudo, valet, data, quod sit facta absquè assensu regio, *Reg. Rovit. dec. 72. nu. 65. Dom. Reg. Merlin. controver. forens. tom. 2. cap. 57. nu. 1. cum plurib. sequ. Reg. de Ponte de potest. Prorez. tit. 8. in principio nu. 4. & Affl. in d. Constit. Reg. Constitutionem divæ memoriæ, nu 8 & 16.* ubi post num. 14. dicit, quòd pater potest donare filio suo feudū sine assensu regio, si ipse filius esset patri in dicto feudo immediatè successurus, & n. 15. dicit ipse *Affl.* ibi, quòd si fiat alienatio feudi paterni in agnatum proximiorem successurum, puta si frater primogenitus, qui si non habeat filios, donet fratri secondogenito dictum feudum sine assensu regio, in hoc casu, valet talis alienatio, & omnis contractus factus de re feudali cum immediatè successuro, valet absque assensu regio, cum contractus ipse resolvatur in vim refutationis, *Reg. de Ponte d. tit. 8 §. 1. per totum, & Dom. Merlin. d. c. 57. nu. 15. cum pluribus sequentibus,* & assensus non requiritur, quando fit alienatio feudi in proximè successurum, & hoc sivè feudum sit antiquum, sivè novum, & sivè ex pacto & providentia, sivè hæreditarium, *Freccia d. auctorit. 1. ver. plurib. autem modis nu. 45. & Dom. Merlin. d. cap. 57. nu. 3.* sed si fiat refutatio feudi in proximè successurum, retento usufructu, & tunc requiritur assensus, *Reg. Rovit. in prag. 4. nu. 7. cum plurib. seq. de feudis, & Reg. de Ponte d. tit. 8 §. 3. nu. 1.* idem est si fiat refutatio feudi in proximè successurum cum clausula ex nunc pro tunc, sequuta morte, nam adhuc in hoc casu requiritur assensus, *Reg. Rovit. d. pragm. 4 nu. 7. cum plurib. seq.* rejecta opinione *Reg. de Ponte d. tit. 8 in principio, nu. 2.* contrarium tenentis, sed si sit facta refutatio feudi in proximè successurum, reservato usufructu, absque assensu, si refutans renunciat dictum usumfructum, dicta refutatio remanet simplex & pura, & est valida, daco, quòd non intervenit Regius assensus, & saltim valebit in vim novæ refutationis, *Anna alleg. 35. & 97. & de Ponte d. tit. 8. §. 3. nu. 2. cum plurib. seq.* & refutationes debent registrari in quinternionibus Regiæ Cameræ infra quindecim dies post celebrationem ipsarum *Reg. de Ponte d. tit. 8 nu. 6.*

64 Et scias, quòd si sit appositum pactum de non alienando in concessione feudi, tale pactum operatur, ut feudum non possit alienari absq; consensu domini, etiam in casibus permissis, *Curt. Jun. d. part. 4. nu. 113.*

65 Scias etiam, quòd licèt contractus rei feudalis factus absq; assensu regio sit nullus, tamen emens rem feudalem absq; regio assensu non debet de facto spoliari à venditore, aliàs debet antè omnia restitui, *Affl. in d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ nu. 57.* & ita decisum, testatur *Anna alleg.* t. nisi in possessorio emens confiteatur, non habere assensum, quia tunc, dum ex confessione apparet, emptorem nullum jus habere in petitorio, non restituitur, & ita dicit procedere *decisionem Affl. 196. Anna alleg. 1. nu. 33.*

66 Hinc est, quòd venditor feudi sine assensu, licèt possit revocare contractum, tamen non potest revocare possessionem feudi, quam tradidit emptori, propria auctoritate, sed est necesse, ut adeat Judicē, & ab eo petat, sibi restitui possessionem, *Affl. d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ nu. 82.* & revocationes rerum feudalium ob defectum assensus debent, notificari reo, & à die notificationis capiunt vires *prag. 10. §. 75. de offic. ju. itum.*

67 Scias quoquè quòd revocato contractu rei feudalis ex defectu assensus, venditor tenetur restituere pretium emptori, *Affl. in d. Const. Reg. Constitutionem divæ memoriæ nu. 49. & seq.* & fructus rei feudalis percepti per emptorem compensantur cum interesse pretii, *Reg. Tapia dec. Sacri Regii Consilii 8.*

68 Scias etiam, quòd in alienatione rei feudalis, si intervenit regius assensus, tunc alienatio feudi est valida, licèt venditor dicat, de simulatione contractus, *Affl. decis. 60.* sic etiam si intervenit regius assensus in alienatione rei feudalis per verbum fiat absq; sigillatione, adhuc alienatio non potest revocari, *Affl. decis. 253.* sed hodie post impetratum assensum per verbum *fiat* debet infra biennium assensus ipse sigillari, & impetrari in forma cancellariæ, *prag. 3. de fide memorialium,* aliàs assensus est nullus, *prag. 1. & 2 de fide memorialium,* & post biennium, assignato assensu feudatario, feudatarius ipse debet infra tempus in assensu præfixū, juramentum fidelitatis præstare, *prag. 23. de feudis,* aliàs assensus est nullus, & contractus potest revocari, *Reg. de Ponte cons. 67. lib. 1. & de potest. Prorreg. tit. 4. in principio nu. 16.*

69 Scias etiam, quod assensus regius in alienatione rei feudalis potest subsequi contractum, *Curt. Jun. d. part. 4. nu. 138. Anna alleg. 69 Grammat. dec. 215. nu. 6. & Affl. in d. Const. Regni Constitutionem, divæ memoriæ nu. 80.* prout etiam, nam licet in donatione jurispatronatus requiratur assensus Episcopi, *cap. 1. de iurepatronat. in 6.* tamen dictus assensus potest subsequi donationem ipsam, immò hæredes donatarii jurispatronatus post mortem donatarii possunt impetrare dictum assensum, *Rcc. dec. 224. par. 1.* & quòd assensus regius possit impetrari post factum contractum rei feudalis, est *tex. in l. 1. §. prodest ff. quorum legat. l. si autem plures, ff. de aqua pluvia arcend. Reg. Rovit. prag. 1. nu. 41. de* si-

fide memorial. & ficut dictus affenfus poteft fubfequi contractum rei feudalis, ita & poteft impetrari antè contractum rei feudalis, *Affl.d.nu.*80.

73 Sed affenfus impetretur fuper alienatione facienda, non prodeft alienationi factæ, prout neque affenfus impetratus pro alienatione facta prodeft pro fienda, *Affl.dec.*355.*n.*2.*deFranch dec.*105. *nu.*1. *Anna alleg* 36.*nu.*5. *Riccius ad Praf.deFranch. decif.*126. & *Freccia d. auctor.*1. *qu.*1 t. f.d fi fiat venditio feudi, refervato regio affenfu impetrandoqui erat jam impertratus a Rege, ifte affenfus validat alienationem factam, & non requiritur alius aff. ufus, *Frecc.d.auctorit.*1. *quæft.*33.

71 Scias etiam, quòd fi affenfus fit præstitus per Regem fuper alienationem feudi, & antequam alienetur feudum, moriatur Rex in hoc cafu valer affenfus, & non requiritur novus affenfus fucceffloris, *Freccia d. auctorit.*1.*quæft.*27. prout etiam fi Papa concedat licentiam Epifcopo teftandi, per mortem ipfius Papæ dicta licentia non extinguitur, etiam re integra, *Squillant.de privilegiis Cler. c.*2.*nu.*166. citat *Riccium dec.*309.*par.*3. & *decif.* 126.*nu.*6.*par.*6.

72 Scias quoque, quòd de jure communi ex diuturniate temporis, & fic per lapfum triginta annorum, affenfus præfumitur præftitus fecus in Regno, *Freccia d.auctorit.*1. *qu.*28. quòd intellige in feudo quaternato, fecus in feudo plano, & de tabula, in quo in Regno ex diuturnitate temporis præfumitur affenfus præftitus, *Freccia de fubfeud.lib.* 2.*tit.de differentiis feudorum quaternatorum, cum his quæ plana, & de tabula nuncupantur nu.*32.

Et teftibus deponentibus, rem feudalem fuiffe venditam cum affenfu Regio, non creditur, nam affenfus regius debet probari per fcripturam. *Afflict.dec.*243. *in fecundo dubio Vivius dec.* 240. & *Capibl.de Baronib pragm.*11.*nu.*44. & licèt contrarium teneat idem, *Affl.in decif.*253.*nu.*8. & *in dec.* 398. tamen prima opinio eft vera pro qua facit *tex.in l.*1.*C.de mandatis Principum*, fed affenfus qui debet præftari per Baronem in alienatione fubfeudi plani, & de tabula poteft probari per teftes, *Affl.d.dec.*243.*in fecundo dubio.*

73 His fic prænarratis devenio ad ea, quæ faciunt ad tractatum noftrum, & quæro quis fit Judex competens in concedēdo Regium affenfum in alienatione rei feudalis, & dicas. quòd ipfe dominus, qui dedit feudum alicujus, eft competens in cōcedendo dictum affenfum, qui dominus eft nofter Rex Hifpanus invictiffimus, nam omnia feuda funt conceffa Baronibus per Regem, & ideò ipfe eft competens in concedendo affenfum in alienatione rei feudalis, ut in *d.Conft.Reg.ConftitutionēDivæ memoriæ, nifi de fpeciali noftra celfitudinis licentia.*

74 Sed in Regno noftro Neapolitano adeft Excellentiffimus Prorex, qui repræfentat perfonam Regis, & ipfe quoque in Regno poteft concedere dictum Regium affenfum, exceptis pluribus cafibus, in quibus ipfe Prorex eft incompetens in concedendo dictum Regium affenfum, fed folus Rex eft competens, *prag.*4. *de feudis*.

75 Primus eft cafus, quando alienatio feudi fit Ecclefiæ, univerfitati, vel Monafterio, quia tunc requiritur affenfus Regis, & Prorex eft incompetens in hoc cafu præftare affenfum Regium *d.prag.* 4.§.1.*de feudis*, & talis affenfus nunquam præftatur à Rege, quando univerfitas, Ecclefia, vel Monafterium velit emere feudum, nifi Ecclefia, Monafterium, vel univerfitas ponant rem feodalem extra manum ipfius Ecclefiæ, Monafterii, vel univerfitatis, ut decifum refert, *Reg.Rovit.in prag.* 64.*n.*29. & *feq.de offic.proc. Cæfaris*.

76 Sed hoc limita in obligatione rei feudalis, proqua Prorex poteft præftare affenfum in favorem Univerfitatis, vel Ecclefiæ cum claufula, ut fi deindè deveniatur ad venditionem rei feudalis obligatæ Ecclefiæ, vel univerfitati, res ipfa feudalis vendatur perfonæ habili, *prag.*28.*de feudis*, & docet *Reg.de Ponte de poteft.Proreg.tit.*7.§.8.*per totū.*

77 Et circa hoc fcias, quod fi emphyteuta intentat vendere meliorameata rei emphyteuticariæ Ecclefiæ, vel univerfitatis, in hoc cafu dominus directus non tenetur confentire, nam res perveniret ad manus perpetuas, & effet nam res pervenitet ad manus perpetuas, & eff tfibi præjudicium quòad laudemia nam Ecclefia, vel univerfitas deindè non poffunt illā rem vendere, meritò directus dominus in hoc non cogitur cōfentire, nifi Ecclefia, vel univerfitas ponat rem extrà manū ipfius Ecclefiæ, vel univerfitatis, *deFranc.dec.*659.*et Mastr.dec.*128.nifi in conceffione rei emphyteuticariæ fit appofita claufula pro re, tuifquè hæredibus quibufcunquè, & qu bus dederis, nam tunc dominus directus tenetur confentire, fi emphyteuta velit vendere rem emphyteuticā univerfitati, vel Ecclefiæ, & univerfitas, & Ecclefia non tenetur rem illam ponere extrà manū dictæ Ecclefiæ & univerfitatis, *Ricc.dec.*136.*p.*1.

Et quando feudum poffidetur per Ecclefiam, tunc ipfa tenetur ad relevium Regiæ Curtæ fingulis quindecim annis, *Andreas Capanus de jure relevii part* 4.*quæft.*27.*n.*8. & *Thor. in fupplem.decif. ver.relevium,fol.*523. & ftatutum prohibens alienationem rei feuda is in perfonam Clerici eft validum, ità *Graff.de effect. Cler.eff.*2.*n.*362.

78 Secundus eft cafus, in quo requiritur affenfus Regis, & Prorex eft incompetens, quando feudatarius, qui vult alienare feudum, caret legitimo fucceffore, qui fuccedere debet in ipfo feudo, nam tunc in alienatione rei feudalis requiritur affenfus Regis, & ipfe eft competens in concedendo dictum affenfum, *d.prag.*4 §.2. *de feudis*, fed pro obligatione rei feudalis facienda per eum, qui caret legitimo hærede Prorex eft Judex competens in concedendo affenfum Regium fuper obligatione prædicta, *Reg. Lanarius conf.* 87. fed hoc ceffat attenta claufula apponi folita in affenfibus, qui præftantur etiam in actione hypotecaria, quatenus fcilicèt contrahens habeat legitimum fucceflorem in feudo, *Reg.Rovit.d.prag.*4.*n.*17.*de feudis*, quòd intellige in feudis acquifitis, & non in feudis acquirendis, nam pro feudis acquirendis poteft Prorex affentire in eorum obligatione pro pecunia data ad feudum emendum, dato, quod feudatarius careat legitimo fucceffore, ut ità decifum, teftatur *Reg. de Ponte dec.*4. *d n.*42.*ufq; ad finem*, fequitur *Reg.Rovit.d.prag.*4.*poft n.*39. hic etiam quando dominus feudi habet fucceflorem, fed inhabilem ad procreandum prolem, fed habilem ad fuccedendum in feudo in hoc cafu in alienatione feudi fufficit affenfus proregis, & ipfe Prorex eft

Aa 2 com-

competens in concedendo dictum assensum, *Reg. Rovit. d. prag. 4. n. 18 cum plurib. seq. de feudis*, r. jecta opinione *Reg. de Ponte aliter tenentis in tract. de potest. Proreg. tit. 7 §. 3. à n. 11. usque ad finem*, sic etiam si dominus feudi habeat tantum filium Clericum in minoribus ordinibus constitutum, qui de jure non succedit in feudo, tamen in hoc casu in alienatione feudi sufficit assensus Proregis, nam Clericus ipse potest dimittere habitum, *Reg. de Ponte d. dec. 4 num. 12. usque ad num. 18.* sequitur *Reg. Rovit. d. prag. 4. post num. 39. de feudis*, sic etiam si quis habeat obligata bona feudalia pro suo credito, non potest cedere dictum suum credi tum alicui cum assensu Proregis, dato quod ipse cedens careat legitimo successore, *Reg. Lanarius d. cons. 87, & Reg. de Ponte d. tit. 7. §. 4. n. 1. & § 8. n. 5. & Reg. Rovit. d. prag 4. n. 2. de feudis*, & quando feudatarius caret legitimo successore, & venditur feudum ad instantiam creditorum habentium legitimum assensum, tunc de pecunia perveniendo ex venditione rei feudalis debent satisfieri creditores, & si quid superest, emuntur tot bona loco feudi, *Reg. de Ponte d. dec. 4 in fine. & de pot. Proreg tit. 4 § 7 n. 8.*

79 Tertius est casus, quando alienatio feudi fit in eum, qui aut ipse parum fidelis fuit, aut à non fidelibus originem trahit, nam tunc requiritur assensus Regis, & non Proregis, *d. prag. 4. § 3. de feudis*, quod hodie est correctum, nam nunc casu etiam Proreges hujus Regni sunt competentes in ● standi assensu in alienatione feudi, quæ fit ipsi, qui parum fidelis fuit, vel qui ab infidelibus originem habuit. *prag. 7. de feudis*.

80 Quartus est casus, quando feudatarius instituit hæredem aliquem extraneum, qui non est successurus in feudo, & ex hoc natura ipsius feudi mutatur, nam in hoc casu Rex tantum est competens, in præstando assensum Regium, *d. prag. 4. §. 4. de feudis*, quod procedit, quando feudatarius velit disponere titulo institutionis, secus si titulo legati, quia tunc sufficit assensus proregis, *Reg. de Ponte de potest Proreg. tit. 6 § 1. num. 30. & Reg. Rovit. d. prag. 4. post nu. 2. de feudis*.

81 Quintus est casus, quando feudum, quod ab uno tenetur, & in duos, tres, vel plures insolidum, aut pro parte, vel reservato usufructu, vel dominio transferetur, nam in hoc casu requiritur assensus Regis, & Prorex in hoc assentire non potest, *d. prag 4. §. 5. de feudis*, sed hodie Viceregеs possunt præstare assensum in donationibus de rebus feudalibus factis, reservato dominio, seu usufructu, quando pater, aut mater in casu matrimonii filiis fecerunt donationem suorum statuum, & non in aliis casibus, *d. prag. 7 & 13. de feudis*, & docent *Reg. Rovit. d. prag. 4. n. 5. & Reg. de Ponte. de potest. Proreg. tit. 8 in principio, n. 1. cum duob. seq. & §. 3 n. 1.* sed si quis vendat feudum, habita fide de pretio, cum reservatione dominii pendente solutione dicti pretii, in hac venditione Prorex non potest assentire, sed requiritur assensus Regis, ut per *d. prag. 4 § 5 concludit de Franch. dec. 540.* ubi etiam dicit, quod si sit impetratus assensus, non facta mentione de dicta reservatione dominii, assensus non valet, & non validat contractum, sed contrarium in utroque casu tenet *Reg. de Ponte d. tit. 8. §. 3. à n. 8. usque ad finem, et in cons. 41. vol. 1.* sed licet per *d. prag.*

4. §. 5 de feudis, quando datur feudum titulo donationis cum reservatione usufructus, requiratur assensus Regis, & non valeat assensus Proregis, tamen si fiat donatio feudi cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte, tunc sufficit assensus Proregis, & non requiritur assensus Regis, ut ita decisum in Regio Collaterali Consilio, testatur *Reg. Rovit. d. prag. 4 nu. 15. & seq. de feudis*.

82 Sextus est casus, quando in testamento, vel contractu rei feudalis adest substitutio, quia tunc requiritur assensus Regis, & Prorex est incompetens in tali casu interponere suum assensum *d. prag. 4. §. 6. de feudis*.

83 Septimus est casus, nam quando maxima pars, vel medietas, aut tertia, vel quarta pars feudi alienatur, requiritur assensus Regis, & Prorex est omninò incompetens in concedendo assensum *d. prag. 4. §. 7. de feudis*.

84 Hic est, quod in literis executorialibus rei feudalis apponitur clausula, dummodò per talem executionem nullo modo inducatur divisio feudi, *d. prag. 45. de off. Sacri Reg. Cons.*

85 Et quando est præstitus assensus per dominum pro alienatione rei feudalis, vigore dicti assensus non potest alienari pars feudi, *Curt. Jun. d. part. 4. n. 143 & Freccia d. au. torit. 1. quæst. 6. num. 4.* dicit, quod si Rex dat licentiam feudatario vendendi feudum uni, vigore dictæ licentiæ feudatarius non potest vendere duobus, quod si simpliciter sit præstitus assensus pro alienatione rei feudalis, feudum non potest alienari in duos, sed tantum in unum *Freccia d. au. torit. 1. quæst. 8.*

86 Octavus est casus quando quis possidet feudum ad beneplacitum Regis, & illud vult ab alium transferre, ut mutata persona beneplacitum sublatum esse videatur, nam in hoc casu requiritur assensus Regius, & non Proregis *d prag. 4. § 8 de feudis*.

87 Nonus est casus, nam in alienatione feudi titulati requiritur assensus Regis, & non Proregis, *d. prag. 4 §. 9. & prag. 17. de feudis*, quod procedit sivè feudum titulatum vendatur cum titulo, sivè sine titulo, *prag. 21. de feudis, Reg. de Ponte cons. 1. vol. 1. & de potest Proreg. tit. 7. in principio, n. 1. & Reg. Rovit. d. prag 4. n. 4. de feudis*, sed pro obligatione feudi titulati sufficit assensus Proregis, cum clausula, quod non possit nullo modo deveniri ad illius venditionem absque assensu ipsius Regis, *prag. 26. de feudis, & Reg. de Ponte d. tit. 7. n. 1.* ubi *nu. 2. cum plurib. seq.* dicit, quod etiam in alienatione Baroniæ requiritur assensus Regis, & non Proregis, & expressè legitur in *d. prag. 4 §. 9. de feudis*, ubi etiam habetur, quod in alienatione cujuslibet feudi magni momenti requiritur assensus Regis, quod intelligitur de feudo excedente redditum ducatorum mille, *Reg. de Ponte d. tit. 7. in fine*, sed quod in alienatione feudi magni momenti non titulati hodiè sufficiat assensus Proregis, dicit *Reg. Rovit. in d. prag. 4. n. 3. de feudis*.

88 Ultimus est casus, quando feudum alienatur ab extraneo possidente feudum in Regno, nam in hoc casu requiritur assensus Regis, & non Proregis, *prag. 16. de feudis*, quod procedit, dato quod ipse exterus habitaverit in Regno per decennium, nam adhuc in alienatione feudi facienda per ipsum requiritur assensus Regis, ut ità decisum, testatur

Reg.

Reg. Ronit. prag. 17. n. 2. de feudis, & solet apponi in tali assensu clausula dumodò de pretio ipsius feudi emantur alia bona in Regno per ipsum exterum, *Reg. Ronit. d. prag. 17. n. 1. de feudis*.

89 Sed si exterus habeat actiones super feudum situm in regno, potest cedere illas actiones cum assensu Proregis tantùm, ut ità decisum, testantur *Reg. Ronit. d. prag. 17. n. 4. de feudis, & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 4. n. 6.*

90 Et adverras, quod postquam est impetratus assensus Regis in supradictis casibus, in quibus requiritur assensus Regis, debet ille assensus Regalis infra annum exequutoriari a Prorege hujus Regni, & ab ejus Collaterali Consilio, *prag. 1. de privilegiis infra annum exhib.* quod secus erat de jure communi, quo jure rescripta Principis perpetuò durant, *l. 2. C. de diversis rescriptis*.

91 Advertas etiam, quod in alienatione subfeudi plani, & de tabula sufficit tantùm assensus Baronis, & ipse solùm est competens in concedendo dictum assensum, & non est necesse assensus Baronis, & Regis, *Affl. dec. 243.* sed quòd requiratur assensus Regis tantùm, & non Baronis, tenet *Jul. Clar. in §. feudum, quæst. 32. in fine*, sed prima opinio est vera, *de Fraur. decis. 126. n. 4. & Freccia de subfeudis lib. 2. auctorit. 1. n. 2. & in rub. de differentiis feudorum quaternatorum, cum his quæ plana, &c. n. 6.*

92 Hinc est, quòd si subfeudatarius feudi plani, & de tabula committat crimen propter quod si privandus feudo, in hoc casu feudum applicatur Baroni, & no Regi, *Affl. dec. 282. in secundo dubio*, & hoc dato, quod subfeudatarius committat crimen in Regem, nam adhuc subfeudum planum, & de tabula applicatur Baroni, & non Regi secus si subfeudum sit quaternatum, quia tunc si subfeudatarius delinquat in Regem, subfeudum quaternatum applicatur Regi, *Capyc. dec. 162. n. 8.* de quo latè per *R. de Ponte de potest. Pror. tit. 7. §. 1. à n. 7. usq; ad finem & per Frecciam de subf. lib. 2. auctor. 29. n. 1.*

93 Sed in alienatione subfeudi quaternati secundùm quid requiritur assensus Regis, & Baronis, *Freccia d. lib. 2. auctorit. 1. n. 3. & seq. & in d. rubr. de differentiis feudorum quaternatorum cum his, quæ plana, &c. n. 6. Reg. de Ponte d. tit. 7. §. 1. n. 3. & seq. & de Franch. dec. 154. n. 3.* sed servitium præstatur Baroni, & non Regi, licèt feudum sit quaternatum, *Affl. in Const. Reg. Post mortem in tertio not. & de Franch. dec. 153. nu. 6.*

94 Et assensus præstitus per Regem super obligatione bonorum feudalium mariti pro dotibus, & antephato uxoris non extenditur ad subfeuda, quæ à Barone tenentur, dum non intervenit assensus ipsius Baronis, ut ita decisum, testatur *Freccia d. lib. 2. d. auctor. 1. quæst. 4.*

95 Et licèt alienans feudum absquè assensu possit revocare contractum, & venire contra factum proprium per dictam *Const. Reg. Constitutionem Divæ memoriæ*, tamen hoc non procedit in alienatione subfeudi plani & de tabula, quòd si vendatur absq; assensu Baronis, non per huc contrahentes possunt revocare alienationem, *Freccia d. auct. 1. ver. plurib. autem modis, n. 38. & de Franch. dec. 126. n. 4.*

96 Et in casibus, in quibus Prorex potest suum assensum præstare in alienatione rei feudalis, mortuo ipso Prorege, potest Collaterale Consilium præstare dictum assensum, *Reg. de Ponte de potest. Proreg d. tit. 7. §. 5. nu. 1.*

97 Sed tu scis, quòd bona Ecclesiarum non possunt vendi, *cap. nulli de rebus Eccles. alienan. vel non, & in extravag. ambitiosè, eod. tit. de reb. Eccles. alien. vel non, l. qui officii, §. qui nesciens, ff. de contrah. empt.* 98 *toto tit. Auth. de non alienan. aut permut. rebus Eccles.* quæritur qualis assensus requiratur, ut dicta bona possint vendi, & dicas, quòd solus Papa est competens in assentiendo, ut bona Ecclesiastica vendi possint, *cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. & in d. extravag. ambitiosè.* & docent *Jo: Fraur. Leonius in Thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 15. n. 54. cum duob. seq. Merolla in theolog. morali to. 3. disp. 7. cap. 7. n. 162. cum plurib. seq. & Genuens. in pract. Archiep. Neap. cap. 73. n. 2.* ubi dicit, quod verus intellectus *d. extravag. ambitiosæ est*, ut hodiè etiam in casibus à jure permissis non possint alienari res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, & est ratio, nam dum per Sacra canona sic prohibitum, res Ecclesiæ posse alienari, in hoc casu nullus Episcopus potest dispensare, sed tantùm Summus Pontifex, qui po- 99 test legi canonicæ dispensare. Immò super rem Ecclesiasticam non potest constitui census absq; 100 assensu Apostolico, *Riccius dec. 153. part. 2.* & bona regularium, non obstantibus quibuscunq; privilegiis, prohibentur alienari absquè Sacræ Congregationis licentia, ut per decretum Sacræ Congregationis fuisse dispositum, testatur *Novarius in opusculo novi juris Pontificii conclus. 2. de reb. Eccles. non alienandis, & in praxi elect. fori to. 1. sect. 2. qu. 69. n. 23.* qui testatur, idem esse in bonis religiosis militum Hierosolimitanorum, nam bona commendæ equitum Hierosolimitanorum non possunt aliena- 101 ri absq; sollemnitatibus, *Riccius dec. 266. part. 4.* & consensus monialium non exigitur in alienatione rei Monasterii facta per Abbatissam, si adsit consensus Papæ, *Riccius dec. 64. par. 3.* sed alienatio facta per moniales non valet sine ministri auctoritate, *Cardin. in c. statuimus de transact. Bald. cons.* 102 *109. vol. 4. & Anna sing. 29.* & moniales, quando contrahunt, intervenit minister ordinis *Anna sing. 344.* & moniales contrahunt antè gratas ferreas. & non videntur à Notario, & testibus, *Boer. decis. 223. n. 10. & Anna sing. 346.*

103 Et quando Papa mandat, bona Ecclesiæ alienari, non requiruntur sollemnitates, *Capyr. decis. 16. Anna sing. 373. & Riccius coll. 2054.* nam quando assensus Papæ intervenit in alienatione rei Ecclesiæ, nulla alia sollemnitas requiritur, *Genuens. in pract. Arch. Neap. cap. 73. n. 11.*

104 Et scias, quod si in assensu Apostolico de alienando rem Ecclesiæ sint nominatæ personæ contrahentium, & pretium, & sit commissum alicui, si hoc sit in utilitatem Ecclesiæ, si commissatio videbitur non cedere in utilitatem Ecclesiæ, in hoc casu ipsa res Ecclesiæ non potest vendi alteri non nominato in assensu pro prætio, quod cedat in utilitatem Ecclesiæ, ità *Riccius in dec. 105. part. 3.*

105 Et assensus Apostolicus præsumitur intervenisse in alienatione rei Ecclesiæ ob diuturnitatem temporis, & sic per lapsum triginta annorum, *glos. & Imola in cap. pervenit de emp. & vendit. Riccius dec. 114. par. 2. & Genuens. d. cap. 73. n. 11.* sic etiam si emptor rei Ecclesiæ possideat rem diù alienatam, li-

cèt

cèt in instrumento non dicatur de solemnitatibus adhibitis tamen præsumuntur, *Affl.dec.368. nu.7* sed dictum tempus triginta annorum (quo elapso, præsumitur assensus Apostolicus intervenisse non intelligitur currere vivente eo Prælato, seu Rectore, qui fecit alienationem, immo neque post mortem illius, nisi data, scientia,& patientia cujuslibet Rectoris successoris, *Quaranta summa bullarum, ver.alienatio, n.46. & Merolla in theolog.morali tom.3.disp.7.cap.7. nu. 183.* ubi dicit, quòd si ex inspectione instrumenti clarè appareat, solemnitates non intervenisse, & tunc non præsumuntur intervenisse ex lapsu longi temporis citat *Menoch.de præsum.lib.3.præsum.13.*

106 Sed si Ecclesia velit permutare rem Ecclesiæ cum alia Ecclesia, tunc Episcopus est competens in præstando assensum, *cap.1.extra de rebus Eccles. alien.vel non*,& docet *Merolla in theolog. morali to. 3.disp.7. cap.7. n.176.* ubi *n.seq.* plures alios casus connumerat in quibus non requiritur assensus Apostolicus in alienatione rei Ecclesiæ, sic etiam beneficia possunt permutari cum assensu Episcopi, *Riccius decis.183.part.2.*

107 Sic etiam quando res Ecclesiæ est modica,tunc potest alienari, si hoc sit utile Ecclesiæ, *cap.terrulas 12.quæst.2.* & in hoc Episcopus est competens in præstando suum assensum, & non requiritur assensus Summi Pontificis, *Merolla d.cap.7.n.172. & Genuens.d.cap.73.n.2.& 3.* ubi *n.4.* dicit, quod omne ad arbitrium Judicis remittitur, quæ dicantur res modicæ,& quæ magnæ. & in casibus, in quibus in alienatione rei Ecclesiæ sufficit assensus Episcopi, sede vacante, sufficit consensus capituli, *Merolla d.cap.7.n.161.* sed Vicarius Episcopi in alienationibus, vel translactionibus rerum Ecclesiasticarum non potest suum decretum interponere, *Merolla in theolog.morali tom.3. disp.7. cap.6. n.406.*

108 Et quando Ecclesiæ sunt pauperes, introitus ipsarum Ecclesiarum possunt uniri,& ad hoc faciendum Episcopus est competens, *clem.2.de reb.Eccl. alien.vel non*, sed Vicarius Generalis Episcopi,nisi habeat speciale mandatum in commissione, non potest transferre Ecclesias collapsas nimia ægestate laborantes, *Ricc.dec.310.part.4.& Merolla in th.morali t.3.disp.7.cap.6.n.399.* sic etiam Episcopi beneficiorũ uniones facere possunt, *Conc.Trid.sess. 24.de reform cap.13.Jo:Franc.Leonius in thesau. fori Eccl. p.2.cap 2.n.70.* ubi *n.73.* dicit, quod Episcopi transferre possunt beneficia simplicia,etiam jurispatronatus ex Ecclesiis,quę vetustate,vel alias collapsæ sunt,in alias Ecclesias, sed Vicarius Generalis Episcopi, nisi habeat speciale mandatum, non potest unire beneficia, *Merolla in theolog. morali tom.3, disp.7. cap.6. n.230, cum trib.seq.* prout etiam capitulum, sede vacante, non potest unire beneficia, *Pavin.de potest. capit.sede vacante part.2. q.3.n.17.& seq.* sed contrarium tenent *Genuens. in pract. Archiep.Neap.cap.85.n.25.& Garzia de benefic.part.12.cap.2.n.67.* sed has contrarias opiniones conciliat *Merolla in theolog.morali tom.3. disp. 7. cap.7.nu.144. cum plurib.seq. & præcipuè n.150.*

109 Et ut juspatronatus possit donari laico requiritur assensus Episcopi, aliàs si non intervenit, donatio est nulla, *c.quod autem,& cap.illud de jurepatron.Franc.Ansaldus de jurisdic.part.2.tit.3.cap.1.n. 31.* ubi *n.32.* dicit, quod consensus Vicarii non sufficit,& idem tenet *Merolla in theolog.morali tom. 3.disp.7.cap 6. n.393.* ubi *cap.7.* post *n.44.* dicit, quod neque sufficit consensus capituli sede vacante, sed si consensus Episcopi superveniat, etiam post mortem donantis, donatio reconvalidatur, *Ursil.d.dec.144 lib.2.* & assensus Episcopi in donatione jurispatronatus est validus, etiam si sit præstitus extra Diœcesim, *Riccius dec.7.part 3.*& pater non potest donare juspatronatus filio absquè consensu Episcopi, *Riccius coll.496.744. & 764. Ursil.dec.131. part.2.* & talis consensus Episcopi in donatione jurispatronatus potest præcedere, & subsequi, *Ricc.d.coll.496.744 & 764.* Immò assensus Episcopi potest subsequi in donatione jurispatronatus etiam quando donatarius est mortuus, ita quod hæredes ipsius possunt impetrare assensum ab Episcopo, *Genuens. in prax. Archiep. cap.62.n.21.* sed quando juspatronatus donatur compatrono, vel loco religioso, & tunc valet donatio absq; consensu Episcopi, *d. cap. illud*, & ibi *Ansald.ubi supra à n.33.usq.ad finem, & Riccius d. coll.496.744.& 764.* ubi dicit,quod in antiquis, si non appareat consensus Episcopi, valet donatio jurispatronatus,sic etiam juspatronatus cum universitate bonorum potest donari vendi, vel obligari, *glos.in d.cap.illud in fine.*

110 Sic etiam in concessione jurispatronatus requiritur expresus consensus Episcopi, *Ricc.coll.2157. ver.scias etiã ubi in fine*, dicit, quod consensus Episcopi ex lapsu temporis in concessione jurispatronatus præsumitur intervenisse, & capitulum, sede vacante, potest pare licentiam volenti Ecclesiam edificare, ut aquirat in ea juspatronatus *Lamert.de jurepatron. lib.1.part.2. art.9. & Merolla d. cap.7.d.n.44.*

SUMMARIUM.

1 *Commissarij si delinquant, à quo puniantur? & n.2.*

3 *Delegatus a Principe, vel ad Universitatem causarum potest nuncius creare, & eos ab officio cum causa removere.*

4 *Capitanei justitiæ, si delinquant, puniuntur per Magnam Curiam.*

5 *Commissarij pro functionibus fiscalibus cumpelluntur per Officiales ordinarios observare modum traditum per Regiam pragmaticam in exequendo.*

6 *Commissarijs non possunt eorum commissiones exequi nisi prius illas ostendant Officialibus locorum. Limita ibidem.*

7 *Nuncij Regij, an possint citare aliquem in terra Baronali cum citatione regia absquè licentia Officialis Baronalis?*

8 *Commissarij redemptionum in fine eorum commissionis tenentur parere sindicatui, & idem est in Commissarijs destinatis ad faciendum visitationem rerum aromatariarum nu.9. & idem est in omnibus alijs Commissarijs nu.10.*

11 *Modus visitandi res aromatarias traditur per Regiam prag.*

12 *Commissarij reverendæ fabricæ, si delinquant intuitu eorum officii à quo puniantur?*

13 *Commissarii, & subcollectores Domini Nuncij à*

quo

quo puniri possint ? & nu.14. & quid pro causa civili nu.15. & plura traduntur de istis Commissariis nu.16.

De foro Commissariorum.

CAP. XXXII.

1 OMnes Commissarii, & Nuntii alicujus Tribunalis, si delinquant intuitu eorum officii puniuntur à dictis Tribunalibus à quibus fuerunt destinati Commissarii, vel Nuncii, sed si ipsi Commissarii, vel Nuncii delinquant extra officium, si non sint aliquo particulari privilegio exempti, possunt puniri ab Officialibus loci delicti, *Boer.dec. 9.Foller.pract.crim.rubr.audiantur excusatores num. 143.Bajard.ad Clar.§.fin.qu.35.nu.10.& seq.Guazzin.ad defen.reorum defens.1.cap.39.nu.15.Capibl.de Baronib.prag.8.par.1.nu.227.& seq. & part.2.num. 185.& de Angelis ad Foller. rub.fiat relatio Nuncij nu.46.* immò si quis uti assertus Minister Regius delinquat, si verè non sit talis, tamen adhuc punitur à Regiis superioribus, *D.Reg Sanfelic.decis.63. nu.10.*ubi *nu.11.*dicit, quod si vassallus Baronis, delinquat tempore, quo detinebatur per palatium Magnæ Curiæ extra palatium in Terra Baronis, est puniendus per ipsam Magnam Curiam.

2 Sed quando ipsi Commissarii, vel Nuncii Regii delinquunt intuitu eorum officii, ordinarii locorum tenentur capere informationem, & causam transmittere ad Regios superiores, *Capibl.d.prag. 8 part.1.nu.227.* & est *tex. de jure Regni in prag.3. & 6.de Commissariis*, immò quando ipsi Commissarii, & nuncii Regii committunt delictum grave intuitu eorum officii ordinarii locorum possunt eos carcerare, & ad eorum superiores cõmittere, *Capibl.d.nu.227.* sic etiam ordinarii locorum possunt supradictos Commissarios, & Nuncios Regios carcerare, quando ipsi Commissarii, & Nuncii exequuntur ultra commissa in eorum cõmissione, & tenentur eos transmittere carceratos ad eorum superiores, sed si ipsi Commissarii, & Nuncii Regii exequantur commissa, sed in exequutione excedant modum exequendi, in hoc casu ordinarii locorum possunt tantùm capere informationem, & eam transmittere ad Regios superiores, sed non possunt carcerare dictos Regios Commissarios, & Nuncios, *prag.34.§.12.de off.Magistri Justit.*

In Civitate Avenionensi Commissarii, in eorum commissione delinquentes, puniuntur per supremam curiam, & in statutis Patriæ comitatus ab *artic.221. usquè ad art.228.* & docet *Petrus Francisc.de Tondutis in tract. de prævent. cap.1 §. post nu.27.*

3 Et delegatus à Principe, vel ad Universitatem causarum potest Nuncios, & exequutores creare, *l.2. C.de sportulis*, & ipse delegatus à Principe, vel ad Universitatem causarum potest dictos Nuncios, & exequutores ab eo creatos, & delinquentes in eorum officio, a dicto officio removere, & pecuniariter punire, quod secus est in aliis legatis, *Guazzin.ad defens.reorum def.13.cap.12. nu.3.*ubi *nu.4.* dicit, quod ipsi Judices delegati à Principe non possunt removere exequutores, & Nuncios ab aliis deputatos, etiam quod essent privandi officio pro delicto commisso in causa sibi delegata, sed tantùm possunt ipsos punire usquè ad tres anreos, & omnia supradicta docet etiam *Cabal.resol.crim.casu 262.*

4 Et circitores (*vulgo detti Capitanei di giustitia*) si delinquant intuitu eorum officii, puniuntur à Magna Curia Vicariæ, *D.Reg.Sanfelic.decis.250. & D.Reg.Merlin.controv.forens. tom.2.cap.64.nu.6.*

5 Et quando Commissarii destinati ad exequendum pro functionibus fiscalibus non observant modum in exequendo traditum per *prag.7. de Commiss.* ordinarii locorum sont competentes in compellendo dictos Commissarios ad observandum modum prædictum traditum per *dictam prag.5.* ut dispositur ibi *§.17.& 17.de Commissariis* ubi etiam dicitur, quod officiales locorum tenentur capere informationem de contraventione, & contra ipsos Commissarios destinatos ad exequendum pro functionibus fiscalibus Regia Camera Summariæ procedit, & est Judex competens quãdo ipsi Commissarii delinquant intuitu eorum officii, & ita practicatur in hoc Regno.

6 Et quilibet Commissarius non potest suam commissionem exequi, nec illius exequutionem incipere, nisi prius illam ostendat officiali ordinario degenti in loco exequendę commissionis. *§.eos autem, qui in principio, Auth. de collat.orib. Guazzin. d.def.13. cap.1. nu 5. & Reg.Rovit.in rub. ne quid in loco publico num.3.* licèt contrarium teneant *Boer.decis.8. Scaglon ritu 39 in fine, & Marcell. de Vulpe in praxi judic.fori Ecclesi.cap.19 nu.7.* tamen prima opinio est vera, & in Regno servatur, nisi Commissarius accedat pro capiendo aliquem malefactorem, vel pro aliqua causa ardua, & secreta quia tunc non tenetur ostendere suam commissionem, ne exibitione ipsius fiat præjudicium Fisco *d.prag.3. de Commiss.* sed tenetur eam ostendere in prædictis casibus post exequutam dictam commissionem, *d.prag.34.§.12.de off.Magist.Justit.*

7 Immò Nuncii Regii non possunt citare aliquem in terris Baronalibus cum citatione Regia absquè licentia officialis Baronalis, *Capibl.prag.8.par.1. num.162.* sed contrarium tenet *Foller. pract. crim. rub fiat relatio Nuncii nu.17.*ubi *nu.22.*dicit, quod Nuncius tenetur copiam citationis tradere citato eam petenti, aliàs potest cogi per Judicem illius territorii etiam per capturam personæ, sed *de Angel.ad Foller.in d. rub. fiat relatio Nuncii nu.43. & 45.*tenet, quod Nuncius Regius non potest citare aliquem cum citatione Regia in Terra Baronis absquè ipsius licentia, immò officiales locorum possunt carcerare Commissarios, & Alguzerios exercentes eorum commissiones absque præsentatione dictarum commissionum, *Intrig.cons.30.n. 44.Chartar.decis.68 num.26.Novarius quæst.forensi 8.& 9.par.1. & Caracciolus de fori privileg. remis. qu.34.nu.20.*sed *Muscatel.in praxi Sacri Reg. Cons. par.2.glos.intimata nu.15.*tenet, quod citationes Regiorum Tribunalium possunt notificari in Terra Baronis absque licentia Judicis Baronalis, licèt de Urbanitate Nuncius petat dictam licentiam.

8 Et scias, quod Commissarii Redemptionum in fine eorum commissionis tenentur stare sindica-

catui in terra, ubi eorum commissionem exercuerunt *prag. 6.* quæ incipit *Dom Ioannes de sindit. off.* quam hodiè non reperio in ultima impressione.

9 Scias etiam, quod Commissarii electi ad faciendam visitationem rerum aromatariarum tenentur stare sindicatui in Regiis Audientiis in fine eorum commissionis, ac pendente dicto sindicatu ipsi Commissarii non possunt discedere ab ipsis Regiis Audientiis, *pragmat. 3.*

10 *de sindic. offi. ial.* immò omnes Commissarii tenentur præstare cautionem de redeundo, & post viginti dies redere rationem suæ administrationis, *prag. 2. §. 2. de Commissariis, prag. 6. de off. Sacri Reg. Cons. prag. 5. §. 9. de off. Magistr. Iustit.* & modus visi-

11 tandi res aromatarias, traditur per *prag. 2. de apborma copalis,* & instructiones Commissariorum ponuntur per *Caravitam in ritu* 132. & Commissarii non tenentur committere fraudes, neque extorsiones, ut in *ritu Magnæ Curiæ Vicariæ* 137.

12 Scias etiam, quod si Commissarii Reverendæ fabricæ Sacti Petri delinquant intuitu eorum officii, sunt subjecti ad Summum Pontificem, & Episcopi locorum non possunt contra eos procedere & se intromittere, sed sunt omninò incompetentes per dispositionem Clementis septimi, ut testatur *Riccius dec. 97. par. 3.*

13 Scias etiam, quod si Clerici sint subcollectores, & Commissarii Domini Nuncii Apostolici in hoc Regno Neapolitano sunt exempti à jurisdictione Episcoporum, sed ipsi sunt subjecti ad ipsum Nuntium, non solum durante eorum officio, sed etiam post illud dimissum donec vixerint, ut esse dispositum per breve Gregorii 13. testatur *Marcel. de Vulpe in praxi judiciali fori Eccl. cap. 41. num.* 29 ubi *ver. sed advertendum* dicit ipse *Marcel. de Vulpe.* per Sacram Congregationem Episcoporum negotiis propositam deinde die 10. Martii 1597. fuisse rescriptum ipsi Nuntio, quod subcollectores, & Commissarii de spolio sint exempti à jurisdictione Episcoporum durante eorum commissione, & non ea finita, & derelicta, quam constitutionem Gregorii 13. posuit per extensum, *Canonicus Novarius summa bullarum tom. 2. tit. de subcollectoribus & Commissariis nu. 1.* ubi *nu. 4.* inserit decretum Sacræ Congregationis disponentis, quod subcollectores, & Commissarii de spolio sint exempti à jurisdictione Episcoporum durante eorum commissione, & non ea finita, & derelicta, sed hodiè Commiss. Nuntii etiã derelicta commissione cognoscũtur per ipsum Nuntiũ etiam pro delictis faciendis finita commissione, ut est dispositum per bullã Urbani VIII. editam die 2. Julii 1637. cujus tenorem volui hic inserere, & est, v3.

S. D. N. D. Urbani divina providentia PP. VIII. constitutio super exemptione commissariorum, & subcollectorum Cameræ Apostolicæ Urbanus Papa VIII.

Ad perpetuam rei memoriam aliàs recol. memor. Gregorius Papa XIII. prædecessor noster indemnitati ministrorum Cameræ Apostolicæ, ne ullis molestiis, litibus, vel incommodis fatigarentur opportune providere cupiens. Quod omnes, & singulæ causæ, tunc motæ, & pro tempore movendæ quorumvis prætensorum excessuum, criminum, & delictorum per quoscunquè subcollectores, & Commissarios, tam generales, quam particulares in quibuslibet Provinciis, Civitatibus, & Diœcesibus Regni Neapolitani per nunc, & pro tempore existentem Nuntium Apostolicum, & collectorem generalem deputatos commissorum, ut tunc, & pro tempore existente Nuntio Apostolico in eodem Regno commorante solum, non autem à quibusvis aliis Judicibus, etiam locorum ordinariis non modo durante eorum officio, sed etiam post ipsum dimissum donec viverent audiri, cognosci, & decidi possent. & deberent, statuis, & ordinavit, prædictisque Judicibus, & locorum ordinariis, ne in illis se se quovis prætextu, seu quæsito colore intromittere quoquo modo ullatenus auderent vel præsumerent, districtius inhibuit, prout in suis literis in simili forma brevis sub datam die 4. Januarii 1575 Pontificatus sui anno 3. expeditis plenius continetur. Cumquè postea ut accepimus fuerit à nonnullis pluries dubitatum an prædictæ literæ Gregorii prædecessoris prædicti de prætensis excessibus, criminibus, & delictis durante officio dumtaxat, an vero etiam ex aliis post finitum eorum officium, ut prætenditur, donec viverent, commissis, intelligi deberent, & desuper diversas resolutiones, etiam ad invicem contrarias emanisse asseritur, nos volentes finem huic dubitationi imponere, & attendentes, quod iidem subcollectores, & Commissarij in concernentibus servitium Cameræ, & Sedis Apostolicæ, timidiores, ac negligentiores fierent si sub prædictorum Judicum. & ordinariorum jurisdictione post finitum eorum officium, se relictum iri timerent, & propterea isto metu extraherentur à gerendo, ut debent, eorum officio dubitantes, ne illo finito, prædicti Judices, & locorum ordinarij in illos etiam ex causis mendicatis servirent, quod in non modicum præjudicium Cameræ, & sedis Apostolicæ redundaret. Ideircò motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra Constitutione perpetuo valitura, cognitionem, & decisionem causarum prætensorum excessuum, criminum, & delictorum per prædictos subcollectores, & Commissarios à Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis tàm in Regno Neapolitano, quàm in aliis Provinciis Regni. & locis, etiam speciali nota dignis, & ubiquè terrarum, vel locorum per Nuntios, sivè collectores Apostolicos hactenus deputatos, & pro tempore deputandos quomodocunquè etiam post finitum officium commissorum, ut prætenditur, & patratorum spectasse, & spectare ad nuntios, & collectores Apostolicos pro tempore existentes privativè quoad quoscunquè alios Judices, etiam locorum ordinarios prædictos declaramus, & quatenus opus foret, decernimus, statuimusquè, & ordinamus. Nè autem inde major libertas delinquendi, & excessus committendi eisdem subcollectoribus, & Commissariis nascatur, & ne eorum delicta, si quæ patrata essent, vel patrarentur in postremum impunita remaneant. Volumus, quod collectores Cameræ Apostolicæ nunc, & pro tempore existentes inter statuta per eodem subcollectores, & Commissarios observanda tanquam ab ipsis collectoribus jam edita etiam impressa addant comminationem de eosdẽ subcollectores, & Commissarios privando, hujusmodi privilegio, & illos ordinariæ jurisdictioni submittendo, quatenus post dimissum officium ab excessibus & delictis committendis non se abstineant, quodquè prædicta statuta in Cancellariis Episcoporum, & aliorum ordinariorum retineantur, & sient affixa decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo, quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes vocati, & auditi non fuerint, aut præmissis non consenserint,

seu

seu causæ propter quas præsentes emanarint adductæ, verificatæ non fuerint, aut alia quavis de causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari in jus, vel controversiam revocari ad terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionem in integrum, aperitionem oris, aut quodcunq; aliud juris, vel facti gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu eo impetrato quomodocunquè uti, seu se juvare in judicio, vel extrà nullatenus posse, sed eas semper validas firmas, & efficaces existere, & fore sicquè per quoscunquè Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet quavis alter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum. & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant quatenus opus sit nostra de jure quæsito non tollendo, ac quibusvis aliis Cancellariæ Apostolicæ regulis, nec non Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoquè indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunquè tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisquè efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusquè & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generalis idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenorem præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis illas in suo robore permansuris, ac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisquè contrariis quibuscunquè. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die secunda Julii 1636. Pontificatus nostri anno decimo tertio.

14 Quam Bullam Urbani Octavi inseruit etiam *Canonicus Novarius d. tit. de subcollectoribus, & Commissariis Nuntii Apostolici nu.5.* ubi *nu.7.* dicit, quod subcollectores pro delictis patratis antè officium susceptum, quoad districtionem personalem, & capturam personæ non possunt cognosci ab ordinariis, sed à Nuntio Apostolico ex dictis per *Annam sing.120 & nu.10.* dicit ipse *Novarius* ibi quando subcollectores sint privati officio subcollectoratus ex causa alicujus delicti tunc non gaudent beneficio exemptionis, sed possunt cognosci ab eorum ordinariis pro delictis per eos patratis & *nu.13.* ipse *Novar.* ibi ponit instructiones, quæ dantur Nuntium ipsis subcollectoribus.

15 Immò si commissarius Nuntii se obliget cum pacto, ut possit conveniri in quocunque loco, curia, & foro, si deindè ipse Commissarius conveniatur in alia Curia, quam in Curia dicti Nuntii, in hoc casu potest petere remissionem causæ ad Curiam dicti Nuntii, non obstante tali renunciatione, ut docet *Aloys Riccius decis.38. parte tertia*, sed alii tenent, quod subcollectores pro causis civilibus non gaudent exemptione, sed possunt conveniri coram ordinario loci, ut ita declarasse Sacram Congregationem die 2. Ianuarii 1629. testatur *Novarius d. tit. de subcollectorib. nu.8 & 9.*

16 Et dicti Commiss. Nuntii debēt residere in Diœcesibus in quibus fuerunt deputati Commissarii, alias non possunt exercere eorum commissiones, & neque gaudent privilegio exemptionis à jurisdictione ordinariorum, ut habetur in instructionibus facts ab Illustrissimo, & Reverendissimo Lorenzo Tramalli Episcopo Hyeracensi, & Nuntio Apostolico in hoc Regno Neapolitano editis in anno 1630. *cap.33.* ubi *cap.36.* disponitur, quod si ipsi Commissarii deputati in una Diœcesi se trasferant ad habitandum in alia, vel si ipsi acceptaverint beneficium cum cura animarum, dicuntur ipso facto privati eorum commissione, & habetur etiam in *d. cap.36.* quod si Clericus fingat se esse insignitum ordinibus sacris, & propter hoc sit factus Commissarius Nuntii, in hoc casu ejus commissio est nulla, & in *cap.37.* disponitur, quod si Commissarius Nuntii post habitam commissionem non serviet in actu in exercendo ejus commissionem, sed tamen detineat dictam commissionem causa gaudendi exemptione ab ordinario loci, in hoc casu habetur eque, ac si dictam commissionem non obtinuisset, & faciunt dicta per *Pras. le Franch decis.481. & per Riccium in prax. fori Ecclesiastici part.3. resol.491.* qua dicunt, quod ut matriculatus in arte ...anæ gaudeat foro artis prædictæ ultra matriculam, est necesse, ut exerceat dictam artem, alias non gaudet dicto foro.

S V M M A R I U M.

33 *Sindicatores, elapsis viginti diebus ad porrigeadam querelas, si aon adsunt querelæ criminales, sed tantùm civiles non possunt ordinare, quod ioterim liceat officiali alia exercere officia.*

34 *Officialis, ut possit exercere alia officia, est necesse, ut obtiaeat literas liberatoriales.*

35 *Arma, an deferre possit officialis durante ejus sindicatu?*

36 *Officialis aufugiens à sindicatu habetur pro confesso in querelis contra eum expositis, & debet remitti ad sindicatores, ibidem. & tenetur restituere, quod accepit in officio nu. 38.*

37 *Pœna fidejussionis est Regii fisci, si fidejussio officialis sindicandi sit inensata.*

39 *Iuramentum suppletorium, an detur in materia sindicatus.*

40 *Probationes quæ requiraatur, ut officialis possit condemnari ia siudicatu?*

41 *Officialis tenetur in sindicatu de male gestis per suum Locumtenentem declara, ut ibidem, & nu. 73.*

42 *Locumteneas tenetur stare sindicatui eodem tempore, quo stat sindicatui ejus Capitaneus.*

43 *Vicarius Capitularis an teneatur de facto substituti.*

44 *Officialis tenetur in sindicatu de injustam seatentiam. Amplia, ut ibidem, & nu. 45. Limita, ut nu. 46. & 47. & tenetur in sindicatu, si noluit procedere die feriato, si feriis sit dispensatum, aa. 48. & in pluribus causis excusatur in sindicatu, & connumerantur plura introducta in favorem officialis sindicandi à nu. 49 usquè ad nu. 64.*

65 *Copia querelaram est danda sindicando ejus samptibus.*

66 *Officialis successor non potest intervenire in sindicatu sui prædecessoris.*

67 *Regens, & Judices Magnæ Curiæ siadicantur coram Electis Civitatis Neapolitanæ.*

68 *Judex meretricum in Civitate Neapolitana sindicetur in Magna Curia.*

69 *Præses, & Auditores à quo sindicentur de gestis uti Capitanei ad guerram, & uti delegati? nu. 70.*

71 *Officialis delinquens, finito officio, sed durante causa sindicatus à quo puaiatur?*

72 *Sindicatores non cognoscunt de gestis per officialem extrà officium usquè ad nu. 79. sed cognoscit Judex originis dicti officialis, nu. 80.*

[illegible] *Officialis de eo de quo non fuit sindicatus, pendente tempore sindicatus, potest conveniri perpetuò in sua patria, & si redeat ad idem officium in secundo sindicatu potest quoque conveniri, nu. 82. & post obtentas literas liberatoriales à siudicatoribus potest à quocunquè tribunali inquiri ex officio, de male gestis in officio, non tamen cognitis in causa sindicatus, nu. 83. Limita, ut nu. 84.*

85 *Sindicatores possunt testes citare, & contra inobedientes multam exigere, & eos carcerare, & possunt compellere officialem ad exhibendum processus, ibid.*

86 *Officiales committentes delicta gravia puniuntur tantum per Magnam Curiam. Amplia à num. 87. usquè ad nu. 102. sed limita à nu. 103. usq; ad nu. 112.*

114 *Officiales Regii perpetui à quo puniri possint? & à qao amoveri possint? nu. 115.*

116 *Inquisitores Sancti Officii removentur ab eorum officio per Summum Pontificem tantum.*

117 *Perceptores Provinciales à quo cognoscantur.*

118 *Arreadatores à qao cognoscuntar?*

119 *Vicarius Episcopi à quo punitur, si delinquat, & aa teneatur stare siadicatui?*

120 *Quid de Vicario capitulari? nu. 121.*

122 *Clericus, si sit electus officialis laicorum, & delinquat, a quo puniri, & siadicari possit? & nu. 123. & 124.*

125 *Præsidentes, & alii Officiales Regiæ Cameræ conveniuntur in ipsa Regia Camera.*

126 *Magnus Admiratus maris conveniatur in Magna Curia Vicariæ.*

127 *Officialis Regius electus ad instantiam alicujus debet ab officio removeri.*

128 *Miles non potest esse officialis.*

129 *Accusatus de aliquo delicto, pendente accusatione, officium an exercere possit? & n. 134. & aa possit esse procurator, na. 131.*

130 *Presbyter pendente sua inquisitione, missas celebrare non potest.*

132 *Religiosus pendente sua inqaisitione non habet jus eligendi.*

133 *Baro pendente contumacia, privatur jurisdictione.*

135 *Judex si sit condemnatus de furto, adulterio, vel homicidio, removetur ab officio.*

136 *Baro an possit alium officialem creare, pendente inquisitione officialis?*

137 *Integrari an debeat officialis in officio, elapso anno, pro tempore, qao non exercuit officiam propter suá iaquisitioaem, a qao fuit liberatus?*

138 *Salariam debetur officiali tempore, quo non exercuit officium propter suam inquisitionem, si fuit liberatus, vel propter infirmitatem, nu. 139.*

140 *Audiri debet officialis, quando tractatur, ut ipse removeatur ab officio.*

141 *Comparere quis non potest in Regiis Tribunalibus nomen Universitatis ad porrigeadum capita inquisitioais contra officialem, nisi habeat speciale mandatum.*

142 *Doctor ignarus non potest esse officialis, sed ati suspectus removetur, & hodie examinari debet n. 147. & 149. Limita, ut nu. 150. & quando Auctor fuit approbatus? nu. 149.*

143 *Juris peritus, licet non sit doctor, tamen potest esse consultor.*

144 *Nesciens scribere non potest officialis.*

145 *Illiterati possunt esse de regimine Universitatis.*

146 *Presidentes idiotæ non possunt votare ia puncto juris.*

152 *Auditor Rote Romaaæ debet examinari.*

153 *Actuarii Sagri Regii Coasilii examinari debent.*

154 *Examinari, & approbari debent, qui intendant exercere officiam Advocati, & Procaratoris.*

155 *Sacerdos, ut possit peccata andire, est necesse, ut sit examinatus & approbatus. Sed approbatus ia una Diœcesi noa potest audire peccata in alia Diœcesi, num. 156.*

157 *Vicarias Episcopi, ut quis esse possit, est necesse, ut sit doctoratus, vel professus in jure canoaico.*

158 *Judex esse qais non potest in causa propria.*

159 *Infamis aon potest esse officialis.*

200 *Civis non potest esse officialis in propria patria Amplia à n. 161. usqaè ad n. 184. limita à n. 185. usquè ad n. 198.*

199 *Officialis quis esse non potest, si non paruit sindicatui*

17

De foro Officialium.

C A P. XXXIII.

1 Regula est, quod officialis, durante officio, non potest conveniri nec civiliter, nec criminaliter, sed in fine sui officii debet sindicari de gestis in officio, *l.pars literarum ff.de judiciis, cap.Reg. injunxit rebus, ita tamen, l.2 ff. de in jus vocando, & cap.prohibentur 2.quæst.1.* & est ratio, nam si officialis durante officio posset conveniri ob timorem, & auctoritatem officialis difficile esset partibus invenire Advocatos, & Procuratores, qui defenderent clientes subditos contra officialem, undè merito durante officio officialis non potest conveniri, sed in fine sui officii sindicatur, *prag.1. de sindicat.officialium, Mastril. qui supra dictam rationem affert in dec.270 nu.3. & 4 & de Leonardis pract. officialium cap.9. nu.23.*

2 Quod amplia, & primo etiam si officialis tradat iniuriam seu pœnas in personam alicuius subditi, sed eum non occidat, nam adhuc, durante officio, non potest conveniri, sed expectatur exitus causæ sindicatus, *Viscont.in suis conclus. ver.officialis majoris, col.2.* quem adducit, & sequitur *Thor. comp. dec.tom.2. ver. officialis fol.404.* ita decisum, testatur *de Angelis in add.ad Foller. rub. fiat relatio Nuntii n.32.* sequitur idem *Thor.in suppl.ver.officialib. fol. 453.* sed hæc decisio semper mihi visa fuit dura, immò dum de hoc anno 1649. exercebam officium Capitanei in terra Joihæ fuit contrà me capta informatio per M.C.V.de verberibus,& maletrattamentis in personam Donni Hieronymi Cobelli,& licèt essem innocens,tamen durante dicto officio, fuit latum decretum per ipsa M.C.V. & per S.R.C.confirmatum & dictum defensiones per palatium,& non fuit remissus ad sindicatores, ut in bancha Panseræ, & Augustinus Passus fuit scriba.

3 Secundò amplia, nam si officialis durante officio, sit inquisitus in Magna Curia,de amicitia habita cum bannito ipsius Magnæ Curiæ non aliter eum prosequendo, sed permittendo eum conversari in sua jurisdictione, adhuc causa est remittenda ad sindicatores *Thorus in compendio decisionum, tom.2.ver.rem.ssio,fol.571.* sed hodie per novellam pragmaticam editam à Duce Medinæ sub die 25. mensis Julii 1633 §.2.disponitur,quod quādo Barones habitant extra Regnum, & eorum officiales permittunt in eorum jurisdictionibus, forjudicatos, bannitos, & delinquentes practicari, vel eos receptant fuveant, vel protegant, ipsi officiales puniuntur in ducatis ter mille, & statim privantur officiis, & amplius alia officia exercere non possunt in futurum, quod procedit etiam in officialibus Regis in terris demanialibus,& dixi in *praxi forjud.cap.18. n.6.* sed quando officialis propter delictum privantur officio, potest durante officio, conveniri, ut dicam infra *n,15.* ergò hodiè suprad ita decisio procedere non potest.

4 Tertiò amplia, ut non valeat edictum emanatum tempore officii, ut si quis prætendat aliquid à tali officiali compareat tali die, nam tale edictum non nocet creditoribus cum habeatur respectus officialium, durante officio, ità *Angel in d.l.pars literarum*, sequitur *Carrocius de remediis contra præjudiciales sententias except. 89.*

5 Sed hæc regula limitatur, & primo in causa spolii, pro qua, durante officio officialis potest conveniri, & ipse potest alios convenire, *Mastril. d.dec.270.*

6 Secundò, fallit in causis executivis, & summariis,pro quibus officialis, durante officio, potest conveniri, & ipse potest alios convenire, *Mastril. d.dec.270.n.30.& 48.*

7 Tertiò,fallit in magistratibus habentibus dignitatem absquè administratione, nam ipse potest conveniri durante ejus officio, *l.2.C.ubi Senatores vel clarissimi, Mastril.d. dec.270. num.47.& de Leonardis d.num.23.ver.nono.*

8 Quar-

8 Quartò fallit, nam unus officialis potest convenire alium officialem, durante officio, *l. unica*, ubi *Bart. C. de Fiscal. rer. lib.* 10. *Mastril. d. dec.* 270. *n.* 54.

9 Quinto fallit in magistratibus minoribus, qui possunt conveniri, durante eorum officio, & ipsi possunt alios convenire, *l. nec magistratibus, ff. de judiciis, glos. in d. l. pars literarum ff. de judiciis, Mastril. d. dec.* 270. *nu.* 46. sed hæc limitatio in practica non servatur, nam in dies videmus, etiam officiales minores in fine eorum officii sindicari, ut probatur in *prag.* 5. *de sindicatu officialium.*

10 Sextò fallit in filio, uxore, & patre officialis, qui durante officio ipsius officialis, possunt conveniri, & ipsi possunt alios convenire, ut ita decisum, testatur *Mastril. dec.* 281.

11 Septimò fallit, nam de mandato Regio officialis potest, durante ejus officio, conveniri, *d. cap. Reg. injunxit, ver. ita tamen, de Leonardis d. n.* 23. *& Riccius d. collect.* 2517.

12 Octavò fallit pro debitis ante officium contractis, quia pro istis debitis officialis potest conveniri, etiam durante officio, *d. l. pars literarum, ff. de judiciis, Campag. d. cap. Reg. injunxit, n.* 18. *& de Leonardis d. n.* 23. *ver. tertio.*

13 Nonò fallit in officiali perpetuo, qui potest conveniri durante ejus officio, *l. nisi, § fin. ff. de tutelis, & rationibus distrah. Campag. d. cap. Reg. injunxit, n.* 19. *Capibl. inc. de Baronibus prag.* 6. *n.* 157. *& Caravita ritu* 2. *n.* 28. *& de Leonardis d. n.* 22. *ver. decimo, & ultimo, & Cabal. resol. crim. casu* 101. *nu.* 36.

14 Decimò fallit in officiali ad beneplacitum, qui etiam potest conveniri durante ejus officio, *Caravit. ritu* 295. *num.* 5. *Campag. d. cap. Reg. injunxit, nu.* 20. ubi *nu.* 21. dicit, idem esse in Barone, qui potest conveniri, durante officio, & officialis creatus ad beneplacitum dicitur perpetuus, *Castilan. de intulta cap.* 15. *nu.* 12.

15 Undecimò fallit, ut officialis possit conveniri, durante officio, quando committit delictum propter, quod venit privandus officio, *Grammat. decis.* 40. *n.* 11. *Capibl. d. prag.* 5. *n.* 55. *et* 56. *de Leonardis d. n.* 23. *ver. quinto. Cabal. resol. crim. casu* 76. *n.* 7. *Jul. Clar. § fin. q.* 16. *ver. præterea quæro & Riccius coll.* 2517. prout est si officialis ipse committat furtum, *l. si quis, C. de offic. præfect. prætorio orient.* idem est si committat baratariam, nam propter hoc privatur officio, *l. jubemus, C. ad legem Jul. repet. Boss. tit. de officialibus corruptis n.* 34. *& Ricc. coll.* 2517. & quando officialis inquirit de baratraria M.C.V. provider, quod causa remaneat in dicta M.C.V. & ipse officialis removetur ab officio, *Carrabba de sind. part.* 2. *n.* 94. ubi dicit, quod pro aliis delictis M.C.V. providet, quod officialis ipse remittatur ad sindicatores, & expectetur exitus causæ sindicatus, citat de *Nigris in cap. Reg. item statuimus, nu.* 71. *ver. advertc rub. de sindicatu.*

16 Et quando officialis, Baronalis, durante officio, committit delictum, propter quod deberet privari officio, in hoc casu Baro non est competens Judex in privando, & movendo officialem ab officio, sed in hoc sunt Judices competentes Regii superiores, *cap. Reg. Quod prædicti officiales, quod est in num.* 35. ibi (*& hoc fit de conscientia nostra*) & docet *Capibl. d. prag.* 5. *n.* 76. immò neque Magna Curia potest ammovere officiales, inconsulto Prorege, *cap. Reg. Insuper, quod est in n.* 184. ubi *Campag. nu.* 7. quòd practicatur in officialibus Regiis, & non in Baronalibus quos in dies Magna Curia amovet ab officiis ex aliqua justa causa sine consensu Proregis.

17 Et alios casus pro quibus officialis potest conveniri, durante officio connumerat, *Campag. in cap. Reg.* 132. *n.* 72. *et D. Eliseus Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de officialib. in genere cap.* 5. *per totum.*

18 Et officialis de omnibus causis, & delictis pro quibus non potest conveniri durante officio, & de quibus non debet officio privari, conveniatur coram sindicatoribus, & expectatur exitus causæ sindicatus, ita *Caravita d. ritu* 49. *n.* 26. *& Capibl. d. prag.* 5. *nu.* 55. *&* 62. *& in tom.* 2. *cap.* 23. *nu.* 1. *&* 2.

19 Et ipse officialis de delictis commissis per eum intuitu ejus officii, de quibus non debet privari officio, & non possit conveniri durante officio, debet stare sindicatui in fine sui officii coram sindicatoribus eligendis per Universitatem, ubi officium administravit, *l.* 1. *C. ut omnes Judices prag.* 1. *de sindic. off.* & docet *de Leonardis pract. officialium cap.* 15. *n.* 7. & dixi supra *cap.* 29. *n.* 11. & eli-

20 guntur duo sindicatores, ut in *ritu* 308. & Sindi-

21 cus, & electi eligunt sindicatores officiali sindicando *Capibl. d. prag.* 5. *n.* 160. *&* 184. sed ipsi Sindicus, & Electi antequam procedant ad electionem sindicatorum debent facere monitionem officiali sindicando, ut det infra certum tempus listam suspectorum, *Carrab de sindic. p.* 1. *n.* 35. ubi *n.* 34. dicit, quod si sindicandus dixerit in suo libello præsentato coram Sindico & Electis, quod omnes cives Universitatis habet suspectos, ista suspitio generalis non admittitur.

22 Et sindicatores habent merum, & mixtum imperium contra officialem sindicandum, *Campag. cap. Reg.* 132. *n.* 54. *Rovit. prag.* 1. *nu.* 10. *de sindic. offic. Jacobus Cancer. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 20. & docet etiam *Capibl de baronibus prag.* 8. *part.* 1. *n.* 224. *de Leonardis d. cap.* 15. *n.* 17. *& Carab de sindic. part.* 1. *nu.* 132. & dicam infra *nu.* 98. sed officialis Sindicandus non potest torqueri per sindicatores, *Grammat. voto* 1. *num.* 16. & isti sindicatores procedunt cum voto Consultoris eligendi de locis convicinis non suspecti, ut diximus supra *cap.* 9. de foro suspecto *nu.* 3.

23 Et officialis tenetur stare sindicatui in fine sui officii, ut diximus, immò si officialis sit confirmatus pro anno sequenti in eodem officio non sindicatur pro tempore præterito, sed expectatur finis integri officii, *d. prag.* 1. *in fin. de sindic. offic.* quæ corrigit jus commune in *l. neminem, C. susceptoribus lib.* 10. ut docent *Caravit. ritu* 295. *n.* 6. *Reg. Rovit. d. prag.* 1. *n.* 29. *de sindic. officialium, & de Leonardis d. cap.* 15. *nu.* 11.

24 Et instantia sindicatus officialium de jure communi durat per quinquaginta dies *l.* 1. *C. ut omnes Judices, & §. jubemus, ver. super hoc, Auth. de collatoribus*, sed in Regno nostro durat per quatraginta dies, & viginti dies dantur ad porrigendum querelas, & alii viginti dies dantur ad prosequendum dictas querelas, qui terminus non potest prorogari, nec coarctari per sindicatores *prag.* 4. *de sindic. offic. prag.* 6. *§.* 3. *de composit*, undè est sublata *Const. Reg. volumus*, per quam disponebatur, ut in-

instantia sindicatur officialium duraret per quinquaginta dies secundum jus commune, *de Leonardis d.cap 15 n.12.*

25 Et terminus dierum viginti ad porrigendum quærelas contra officialem sindicandum currit à die depositi officii, & non à die emanati banni, *Novar.quæst.forens.11.part.2. & in prag.1 n 30.de sindic. offic.* sed quod currat à die emanati banni, tenet *Carrab.de sindicatu part.1. n.74. & part.2. n. 102.* sed dictus terminus viginti dierum, qui datur ad porrigendum non currit nisi à die consignationis scripturarum per sindicandum suo prædecessori, *cap.Reg. 216.Sebast. de Neapol.in Cap.Reg. 132.n.5 Campag. ibi n.44.* & terminus dierum viginti, qui datur ad prosequendum currit à die litis contestationis, *Caravit.r in 295.n.22.Carrab.d. p.2.d.n.102* prout etiam videmus in instantia ordinaria in qualibet causa, quæ non currit, nisi à de litis contestatæ, *l.properandum. C. de judiciis.*

26 Et elapso tempore præfixo in edicto sindicatorum ad quærelandum officialem sindicandum, quærelantes amplius non audiuntur ad porrigendum quærelas *Boss.pract.crim tit.de offi.ialib.corruptis pecunia n.31 Jul.Clar.§ fin.quæst.51.verb. hac etiam,de Leonardis d.pract. officialium cap.15.n.52. & Carrab.de sindicatu part.1.n.56.* ubi *d.n.56.cum plurib.seq.* dicit si quis fuit absens, vel si fit advena admittitur ad porrigendum quærelas, etiam elapso termino in banno præfixo, & ipso *Carrab. d. part.1.n 73.* dicit, quod omnes libelli porrecti per quærelantes infra dictum terminum debent præsentari coram sindicatoribus, & Actuario ad tollendas malitias, & fraudes hominum, & dicti libelli sunt subscribendi per sindicatores ad tollendas falsitates, *Jul.Clar. §. final. quæst.53.ver. quintus casus.*

27 Et bannum sindicatus potest emanari de mandato unius, licèt plures sint sindicatores, *de Angelis ad Foller.pract.crim rub. & taliter segerat, nu. 16.* sed in sententia diffinitiva debent intervenire omnes sindicatores, *Carrabba de sind.part.2.n.116.*

28 Et elapsis viginti diebus, qui dantur ad prosequendum quærelas, instantia in causa sindicatus officialium dicitur perempta, & sindicandus molestari non potest, & sindicatores expedientes causas sindicatus post instantiam peremptam puniuntur, *Carrabb.d.n.102. & seq.* & perempta instantia sindicatus officialium, quærelantes condemnantur ad expensas, *Caravit. ritu 248.nu.16. & seq.Carrabb. d.part.2.nu.103.* ubi *nu.108.* dicit, quod quærelantes possunt impetrare insulfationem vitæ spiritus, sed sunt aliqui, qui tenent, quod sindicatores post lapsum tempus quadraginta dierum possunt causam sindicatus expedire, ità *Bald. in l prodcrandum in principio, C.de indicijs per tex. in l.1. C.ut omnes Judices, Troisi.d.prag.1 nu.51.de sindic. off Paris.de Putco de indic. ver.instantia sindicatus c.1.Jacob.Cancer.variar. resol. lib.3.cap.12.n. 78.cum plurib seq.* latè distinguit *Sebast.Guazzinus ad defensam reorum def.1.cap.23. n.10. & seq.* sed in Regno puto primam opinionem esse veram per *d.prag.4 de sind.off.* per quam disponitur, quod terminus dierum viginti ad porrigendum, & viginti ad prosequendum non possit coarctari, & prorogari per sindicatores, quod si ipsi sindicatores procederent, elapsis ipsis viginti diebus, qui dantur ad prosequendum, esset prorogare saltem tacitè dictum terminum, quod est vetitum per *d. prag 4.de sindic.officialium*, ergo elapso dicto termino, non possunt in Regno procedere, & vide *Guzzi. d.n 10. seq. & Caracc.de fori privileg.remis. quæst.50.d.n.19.usq; ad finem*, ubi *n.13.* dicit, quod in Regno Siciliæ instantia sindicatus durat sex menses per capitulum illius Regni 363. quæ triplex est prima dierum quindecim, scilicet ad proponendum quærelas quibus elapsis, amplius quærelæ non recipiuntur secunda, est duorum mensium ad propositas quærelas & processus finiendos, & currit à die litis contestatæ. Tertia, & ultima est sex mensium, quæ currit à die finiti officii etiam sindicatore non existente, vel electo.

29 Et quando officialis exercuit officium per plures annos, & tunc prorogatur supradictus terminus dierum viginti ad porrigendum, & dierum viginti ad prosequendum pro rata temporis, quo exercuit plus anno, ut desumitur ex *d. prag. 4.* & docet *Rovit d prag.1.n.30.& seq.de sind. off.* ubi hoc ampliat sive officialis exercuit officium per plures annos unica commissione, sivè cum pluribus, nam semper tempus debet prorogari pro rata temporis, quo plus anni exercuit idem tenet *de Leonardis pract.officialium cap.15.n.13.* contrà *Caravitam rit.295.n.39.&* contrà *Carrabam de sind.part.1. nu. 42.* asserentes, quod si officialis exercuit officium cum pluribus commissionibus debet sindicari, ac si plura habuerit officia, si verò habuit unam commissionem, & finito anno, fuit toleratus per alium annum, & tunc debet sindicari pro uno anno, tamen contrà *Carav.* tenet *Rovit. d. n.30.* & quod si officialis exercuit officium per plures annos debeat prorogari terminus prædictus pro rata temporis, quo plus exercuit, est *cap Regni, quod est in nu.132.* prout è contrario si officialis exercuit minus anni & tunc terminus viginti dierum ad porrigendum, & viginti ad prosequendum debet breviari pro rata temporis, quo minus exercuit, ut in *d.cap.Reg.132.&* docet *Carrabba d part.1.n.41.*

30 Et officialis durante tempore sindicatus, non potest discedere à loco in quo officium administravit, *§ 1. Auth de adminis. l.1.C.ut omnes Judices Caracciolus d.quæst.50 n.11.& Rovit.prag. 1.n.64.de sind.off.* intellige si habeat quærelas criminales, alias si civiles tantum & potest discedere, relicto procuratore, *d.l.6.quod si intra,C. ut omnes Judices* & docet *Carrab.de sind.part.1.n.169.* dummodò de novo præstet fidejussorem de stando juri,

31 & judicatum solvendo, *Muscatel.in prax. fidejussoria part.1.modo 14.n.9.&* officialis potest sindicari per Procuratorem in causis civilibus, vel criminalibus civiliter intentatis post viginti dies, qui dantur ad porrigendum quærelas, nam per illos viginti dies, qui dantur ad porrigendum quærelas, officialis non potest discedere à loco administrationis, *Sebast.de Neap. in cap.Reg.132.nu.6.* & probatur in *d.l.1. C. ut omnes Judices*, alias discendendo, terminus ipse ad porrigendum quære-

32 las non currit, *Carrab.de sind. part.1. nu.166.* & elapsis illis viginti diebus ad porrigendum, si non extant quærelæ criminales, sed tantum civiles sindicandus potest discedere, relicto Procuratore in-

instructo, *de Amicis cons.139 nu.13. Campag. cap. Reg. Item statuimus num.46. Bajar.ad Clarum §. fin. quæst.21.n.11.Carrab.sing.199. Baldas. de Angel.in*

33 *suo Prato super d.l.1.n.10.C.ut omnes Judices*, & licèt postquam sunt elapsi viginti dies ad porrigendum quærelas, si non adsint quærelæ criminales, sed tantum civiles sindicatores possint concedere licentiam officiali sindicando, ut possit discedere, relicto procuratore instructo, tamen ipsi sindicatores non possunt dicere, quod interim liceat dicto officiali sindicando exercere alia officia, pendente sindicatu causarum civilium, sed tantum hoc spectat ad Regem, & suos Regios officiales. *Campag.cap.Reg.Item statuimus n.61.de sindicata, Carrabba in tract.de sind.part.1. nu.172. cum*

34 *plurib.seq.* immò non sufficit, ut officialis stet sindicatui per tempus à jure statutum, ut possit alia officia exercere, sed requiritur, ut obtineat literas liberatoriales, ut in *ritu 295. ubi Carav.t.n.13.*

35 Et officialis sindicandus, durante tempore sindicatus, non potest arma deferre, *Campag. cap. Reg.ut inter subjectos n.39.rub.de prohibitia portatione armorum, Carrab.d.par.1 n.91 cum plurib.seq.& Farinac.pract.crim.tit.de varys,ac diversis criminibus quæst.108.n.102.* sed de urbanitate, & convenientia toleratur, & permittitur asportatio armorum per siodicandum tempore, quo parer sindicatui, *Anna in repet.Const.Reg. Si quis aliquem, n.27. & seq.*& novus officialis potest concedere licentiam sindicando arma deferendi tempore sindicatus, *Affl.in Const.Reg Intentionis nostræ n.18.& seq. & Danza de pugna OD.tom.2.tit.de armatione per campaneam cap.14.n.44. cum duob. seq.* sed quòd officialis non possit arma deferre infra tempus sui sindicatus, tenet *Paris de Puteo de sindic.ver.officialis cap.1.n.4.* alias si deferat, punitur ab officiali successore, & non à sindicatoribus, *Campag.d.cap. Reg.ut inter subjectos, n.40.*

36 Et officialis aufugiens à sindicatu habetur pro confesso, in omnibus quærelis contra eum expositis. *Farinac.pract.crim.tit.de indiciis,& tortura qu. 48.n.81.& seq.*& providetur, quod ipse sindicandus asporteeur invitus ad parendum sindicatui coram sindicatoribus, *Carraba de sind.part. 1 n.211.cum plurib.seq.*ubi post *n.214.*dicit, quod si sindicatus convolaverit ad superiores non dicitur fugere, & officialis aufugiens ab officio debet remitti pro delictis in officio commissis ad sindicatores. *Caracciol.de fori privil.remissione quæst.50. n.1.cum duob.seq.* sed alii dicunt, quod quando officialis aufugit à loco officii, potest ubiq; puniri pro delictis in officio commissis, ità *Farinac.pract. crim.tit.de inquisitione, q.7.n.18.per text.in l.nullus, C. de fenteut.*

37 Quod si officialis, finito officio, aufugiat, & fidejussor condemnetur ad pœnam in fidejussione contenta, pœna illa est Regii Fisci, & non Universitatis, *Anna alleg.53.n.22. Boer.dec.124.nu.8. Carrab.de sind.part.1. unm. 219.*

38 Et officialis aufugiens ab officio, non dato sindicatu tenetur restituere, quod accepit in officio, & convenitur, actione furti, *Auth. si verò,C.ut omnes Judices.* & quando officialis aufugit, non dato sindicatu, contra eum statur juramento damni passi § *Jubemus,ver.si verò contingerit, Auth.de collatoribus,*& docent *Boss. pract.crim. tit. de officialib. corruptis, Pariuac.d.quæst.48.n.77.& seq. Jul.Clar. §.fin.quæst.64.verb.præterea Sebast.de Neap.in cap. Reg.Item, quod in omni n. 5.* & vide eundem *Sebast. de Neap.in cap.Reg.132.n.12.*ubi dicit, quod si officialis aufugiat ante administrationem finitam, & tunc per fugam dicitur probatum, quod malè accepit, si verò aufugit post administrationem finitam, & post transactum tempus sindicatus, & tunc fuga nihil probat, si verò antè tempus sindicatus, & tunc semiplenam facit probationem, nisi sindicandus esset custodibus traditus, & aufugiat, quia tunc fuga plenè probat, & vide *Campag. d. cap. Reg.132. num.49.*

39 Et officialis, si accipiat aliquid, quod accipere non potest, & non constat de acceptio, & tunc testatur ejus juramento, vel juramento ejus per cujus manus dicitur recepisse, quod si officialis recusat jurare, & tunc statur juramento partis, ut in *d cap.Reg. Item quod in omni*, sed in materia sindicatus non dari juramentum suppletorium dicunt *Carrab.de sindicat. par.1. nu.210. & Paris.de Puteo de sindic.ver.probatio,cap.2.nu.1.& nu.4.*nam probationes contra officialem debent esse evidentes, nisi officialis aufugiat, *Bossus tit.de oppositionib. contra testes nu.59 & Paris. de Puteo d cap.2.nu.1. 3 & n.6.*& quod non credatur mediatori asserenti officiali dedisse pecuniam nomine quærelantis, dicit *Carrab. d.part.1. nu.190.* sed idem *Carrab. in add.ad finem suæ operis sindicatus nu.113.* dicit quod extorsio commissa per officialem potest probari per mediatorem bonæ famæ eum sit difficilis probationis, & potest probari per præsumptiones ubi *nu.116.*dicit ipse *Carrab* ibi, quod si contra sindicandum probatur tractatus per prius velle ab infinito tot ducatos pro tali inquisitione, tunc extorsio probatur per mediatorem bonæ famæ, & vitæ.

40 Sed veritas est, quod prius debet probari fama officialis si sit bona, vel mala, quæ si sit bona, & de excessu sit convictus per duos testes, vel tres, & ipse officialis non probat contrarium, sed tantùm frustratorias apponat dilationes, & tunc condemnatur, si verò sit probatum, quod ipse officialis sit malæ famę, & tunc nulla sibi inquisitionis copia data condemnatur. Quod si acceptum per Officialem sit probatum per unum testem bonæ famæ, & tunc eum juramento suppletorio quærelantis, officialis potest condemnari, & maximè si quantitas non sit magna, & dans sit honesta persona, sed si acceptum per Officialem non possit probari, neque per unum testem, & tunc si officialis sit malæ famæ si concurrant aliquæ conjecturæ per jus ramentum dantis probatur acceptum, & maximè si dans sit bonæ famæ, quòd secus si officialis sit bonæ vitæ, & famæ, & quærelans malæ famæ, quia tunc per juramentum dantis, officialis non potest condemnari, sed si dans sit bonæ famæ, & tunc si quantitas accepti sit modica, & tunc potest probari per juramentum dantis, prout hæc omnia probantur in *cap. Reg. vulgatis. quod est in nu.260.*

41 Et Capitaneus tenetur in sindicatu de malè gestis per suum Locumtenentem creatum ab ipso, *l. ad similitudinem,C.de Episcop.& Cler. Jacob. Cancerius variarum resolut.lib.3.cap.12.nu.188. Capibl. tom.*

to.2.cap.18. nu.12. & seq. Parif. de Puteo de sindic. ver. substitutus, cap.2. nu.1.2.5. & 10. in fine, Rovit. in prag.1. nu.53. & 55. de sindic. offic. ubi nu.56. dicit ipse *Rovit.* quod secus est si Locumtenens sit creatus à Barone, sed si Capitaneus exhibeat Locumtenentem, & ipse Locūtenens solvendo sit, Capitaneus non tenetur in sindicatu, dato, quod Locumtenens sit creatus ab ipso Capitaneo, *Parif. de Puteo d.nu.10. in fine, & Rovit. d. prag.1. nu.63. de sindic. officialium*, & Capitaneus tenetur in sindicatu de male gestis per suum Locumtenentem creatum ab ipso civiliter, & non criminaliter, si ipse non participavit *Capibl. d. cap.18. nu.14.* sed si quis teneat officium à Regia Curia cum facultate substituendi, & de culpis substituendi teneatur principaliter, si substitutus committat aliquam fraudem in officio substituens tenetur insolidum de ipsa fraude, & non excusatur exibendo substitutum, ut ita decisum testatur *Rovit. dec.79.* & officiales Regiæ Cameræ destinati super administrationibus jurium fiscalium competentium Regi in beneficium jus patrimonii substituentes alios officiales in dictis officiis etiam cum cautione de bene administrando, tenentur pro substitutis in casu male administrationis, *Thor. in supplem. dec. vers. officiales, fol.456.*

42 Et Locumtenens tenetur stare sindicatui eodem tempore, quo paret sindicatui ejus Capitaneus, *prag.5. de sindic. off.*

43 Sed Vicarius capitularis, cui est data potestas à capitulo alium substituendi, si alium substulit, non tenetur de facto substituti, *Riccius dec.168. part.2. & in praxi fori Ecclesiastici p.1. dec.480.* & an Vicarius capitularis possit alium substituere dicam infra hoc *eod. cap. nu 243. in fine.*

44 Et officialis tenetur in sindicatu de injusta sententia, etiam si condemnatus ab ipsa sententia non appellavit, *Annasingul 48. in fine, Rovit. d. prag.1. num.42. de sindic. offic. & Petrus Garzia à Toleto in dicto 46.* nam condemnatus non videtur approbare sententiam injustam ex eo, quod non appellavit, quoad Judicem, qui male judicavit, *l. ab eo, C. quomodo & quando Judex, Sebastianus de Neap. cap. Reg.132. nu.17.* quod si condemnatus appellavit, appellatione pendente, debet expectari exitus causæ appellationis, & interim sindicandus debet cavere de se præsentando coram sindicatoribus, decisa causa prædicta appellationis, licet possit condemnari in futuro eventu *Carrab. de sindic. in par.2. nu.10.* ubi etiam dicit, quod si causa appellationis sit deserta adhuc tenetur Judex in sindicatu, si illa sententia erat, iniqua citat *tex. in cap. sæpe de appellat.* idem tenet *Sebast. de Neap. d. nu.17.*

45 Immò officialis tenetur de injusta sententia dato, quod sit confirmata in causa appellationis, *Rovit. d. pragm.1. d. nu.42. & 44. de sindic. off.* & dato quod pars condemnata appellationi renunciavit, nam adhuc Judex tenetur de iniqua sententia, *Rovit. d. prag.1. nu.43. de sindic. off.*

46 Sed advertas, quod assessor, & non officialis, seu Gubernator tenetur in sindicatu pro injusta sententia, *l.2. C. quod quisque juris, & est cap. Reg. Item caveant Justitiarii, ver. in quo casu ubi Campag. n.9. & in c. R. In accusatis ver. Inst.* ubi dicitur nisi dolus, & fraus Gubernatoris arguatur, quia tunc ipse Gubernator etiam tenetur in sindicatu, & docet *Carrab. d. par.2. nu.18.*

47 Sed officialis non tenetur in sindicatu de sententia iniqua per ipsum lata, si cum non fuit exequutus, *Rovit. d. prag.1. nu.38. de sindic. off & de Leonardis d. cap.15. nu.23. in fin.* ubi nu 24. dicit, quod Auditores, & Judices non tenentur reddere rationem de omnibus sententiis ab eis latis, sed tantùm de illis, quarum fuerunt Commissarii electi, citat *Grammat. cons.54. & Vivium decis.27. nu.9.* idem tenet, idem *de Leonardis d. pra.2. cap.3. nu.56.* & Judex condemnans aliquem ad mortem injustè licèt ipse quoquè teneatur pœna mortis, *cap. Reg. si juste*, tamen hoc intelligitur exequuta sententia, *Petrus Garzia à Toleto in dicto 346.*

48 Et scias, quod si per Protegem sit dispensatum quo ad ferias, & Judex noluit procedere, in hoc casu Judex ipse tenetur in sindicatu, quia feriæ sunt introductæ in favorem litigantium, & non Judicis, *Anna sing.192.*

49 Sed excusatur officialis si non expedivit causam infra tempus statutum, si non fuit interpellatus in expediendo processum, *Novar. in coll. super d. prag.1. nu.22. de sindic. off.* citat *Cartar. dec.22.* & ideò excusatur officialis si causam non determinavit ex quo ipsi officiali non fuit exhibitus processus, *Caval. dec.6. par.1. Novar. d. coll. super d. prag. 1. nu.27.*

50 Et licèt Judex procedens contrà aliquem ad capturam injustè, teneatur in sindicatu pœna arbitraria, & ad medietatem salarii, *cap. Reg. Item caveant justitiarii* & ipse Judex teneatur etiam pena injuriarum, *prag.1. de Custod. Reorum*, & docet *Monticel. pract. crim. reg.12. nu.10. Guazzin. ad defens. Reorum defens.5. cap.2. nu.1. Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & Carceratis qu.27. à nu.135. usquè ad nu.141. & Campag. d. cap. Reg. Item caveant instit. iarii nu.8. & 11.* & ipse Judex teneatur carcerato actione in factum ad interesse, *l. fin. ubi Alex. in add. ad Bart. C. de pœna Judicis, qui male iudicat. l. si Judex ff. de variis, & extraord. cognit. Campag. d. nu.11. in fine, Guazzin. d. cap.2. nu.3. & Farinac. d. qu.27. nu.42.* tamen hoc fallit si officialis aliquem carcerari fecisset pro modica coërcione, *Pegner. decis 82. Novar. in coll. super d. prag.1. nu.10. de sindic. off.* sed *Carrab. de sindic. par.2. nu.55.* dicit, quod officialis tenetur in sindicatu etiam pro modica carceratione.

51 Sic etiam Judex carcerans aliquem iniustè, & contra ordinem non tenetur ad damna, expensas, & emendas, nisi eum carceravit ad vindictam, vel ob aliam fraudis suspicionem, *Cabal. resol. crim. casu 86.* quem sequitur *Rovit. in prag.1. nu.5. de Custodia Reorum.*

52 Sic etiam si Judex carcerat aliquem injustè, & deindè ipse carceratus obtinear, ut excarceretur cum cautione de se præsentando toties quoties, per talem cautionem per eum præstitam censetur approbasse carcerationem, & propter hoc Judex de hoc non potest sindicari, *Thom. Ferrar. cautela 14. nu.3. & Monticel. d. reg.12. nu.11. & Guazzinus ad defens. reorum def.5. cap.2. num.7. Rovitus prag.1. nu 47. de sindic. off.* sed quod Judex carcerans aliquem injustè teneatur in sindicatu, dato, quod

quod reos sit habilitatus de se præsentando toties quoties, tenent *Jacob. Caucer. variarum resol. lib.2.cap.2.nu.172.& seq.& lib.3.cap.17.nu.105. & Farin.d.q.27.nu.150.*

53 Undè si quis sit carceratus de facto antè captâ informationem, & antè eam sit examinatus, quamvis cautionem obtulisset, tamen dicitur gravatus, & per viam gravaminis potest adire Judicem superiorem, *Thor.comp.decis.to.3. ver.carceratus,fol.126. Novarius in coll.ad d.prag.1.num.4.de Custod.reorum.*

54 Et licèt officialis iurans observare privilegia Universitatis, si non observavit teneatur in sindicatu pœna periurii, & quidam officialis fuit exiliatus per aliquod certum tempus pro tali causa, ut dicunt *Carrab.de sindic.part.2.post nu 99 & Novar.in coll.ad prag.1.nu.12.cum plurib.seq.de sindic. off.* ubi nu. 15. dicit ipse *Novar.* licèt secus sit pro Consuetudine non observata per officialem, tamen si officialis die feriato juravit observare capitula, & privilegia universitatis contraveniat, non efficitur perjurus, *Cavalcan.decis.9.par.1.Novar.in coll.147.nu.2.in antiqua impressione,& Thom. Ferrat.cautela 3.*

55 Sic etiam ad defensam officialis in suo sindicatu,si sit inquisitus de extorsione traditur cautela, & sic,quod antè litem contestatam, vel antè sententiam non animo confitendi delictum, sed ad redimendum propriam vexationem pecuniam extortam deponat,quia tunc excusatur, licèt secus sit in crimine barattariæ, & in aliis criminalibus atrocioribus, *Vivius dec.146.Boer.dec.153. Novar. in coll.ad d.prag. 1. nu.18.de sindic.off. Cabal. in suis resol.crim.casu 56.& Didac.de Mari ad Gramat.dec. 40.nu.18.*

56 Et in favorem officialis sindicandi acta quæ fiunt per actuarium sindicantium tàm respectu officialis sindicandi, quàm quærelantium, debent fieri gratis,*l.in sacris propè finem, C.de proxim.Sacr. Scrin.Rovit.d.prag.1.nu.2. de sindic.off. Guazzin. ad defensam reorum defens.1.cap.23. post nu.13. & de Leonardis pract.officialium cap.15. nu.15.* & acta in causa sindicatus possunt fieri die feriato,*Paris. de Puteo de sindic.ver.feriæ,cap.1.nu.2. & Rovit.in prag 1.nu.8.de sindic.officialum, & Carrab. de sindicatu par.1.nu.29.*

57 Et licèt regula sit, quod qui non habet in aere luit in corpus *l.1.§.fin ff.de genis,& l.si quis id quod ff.de jurisd. omn.iud.* tamen officialis condemnatus in sindicatu licèt non habeat in aere, tamen non luit in corpus, *Jul.Clar.in pract.crim.§.fin.q.95. ver & scias,Rovit.d.prag.1.nu.50.de sindic.off.* immò officialis si non sit solvendo non carceratur, sed tenetur in quantum facere potest, *Paris.de Puteo de sindicatu verb.Judices ad sindicandum qui sunt, c. 2 nu.19.Hipp.de Marsi.tract.de Bannitis ver.carceratis nu.58.& Carrab.de sindic.par.2.nu.123.*

58 Facit etiam in favorem officialis sindicandi, nam in causa sindicatus debent servari sollemnitates *legis libellorum ff.de accusat.* aliàs si non fuerunt servatæ,sindicatus debet liberari, *Nov.dec. 234* & quando libelli criminales sunt præsentati absq; sollemnitatibus, *d.l.libellorũ*,debent reiici, & sindicãdus debet liberari,*Carrab.de sindic.par.a. nu.5.& seq.* sed accusator non tenetur exprimere diem commissi delicti, sed tantum tenetur exprimere annum,& mensem commissi criminis, *Thom. Trivis.decis.20.lib.2.* sed in Regno non est necesse exprimere tempus delicti in libello juxta formam *d.l.libellorum, Afflict.dec.250.& Aana alleg.111.*& neque in causis minimis, debet servari sollemnitas,*l.libellorum,Carrab.de sindic.par.1.nu.145.* ubi *par.2.nu.4.* dicit,quod in libello civili non debent poni clausulæ,*d.l.libello.*

Et libelli quærelarum contrà sindicandum sunt præsentandi coram sindicatoribus,& Actuario, & ab ipsis sindicatoribus sunt subscribendi, ad evitandam fraudem,ità *Carrab. de sindicatu par.1. nu. 73.*& querelæ contra officialem reiiciuntur, sed dies in præsentata sit facta in abaco, & non per extensum,*Carolus Rota in florileg pract.conclus.conclus.14.nu.60.& seq.* nam præsentata in comparitionibus debet fieri in scriptis & per extensum,& non in abaco.*prag.79.§.8.de off.Sacr.Reg.Cons.prag. 22 §.80.de off Jud.* sed quòd si præsentata in comparitionibus sit facta in abaco, judicium non dicatur nullum,dicit *Thor.in supplem.decis.ver.nullitas fol.342.*

59 Et quando officialis est inditiatus inditiis sufficientibus ad torturam in causa sui sindicatus pro aliquo delicto, pro quo habeat locum tortura, potest ipse officialis sindicandus obiicere, quod sindicatores non possunt eum torquere,*Grammat.voto 1.nu.16.* & à fortiori sindicatores prohibentur procedere ad sententiam mortis, & ad membri mutilationem contra sindicandum,*Carolus Rota in florileg. pract. conclus.conclus.14.nu.52.* ubi dicit, quod debent denunciare causam Magnæ Curiæ ad hoc, ut ab ea provideatur,si vel velint ipsi,vel non proferre capitis condemnationem,citat *Sebast.de Neap.in cap.Reg.132. nu.22.*

60 Sic etiam in favorem officialis sindicandi facit illud dictum, quod est in ore omnium officialium sindicandorum, & sic, quod hodiè ex communi Consuetudine Judices non sindicantur, nisi de dolo,barattaria, & extorsione, *Joseph Ludovicus dec.Lucens.1.nu.50. & decis.3.nu.39. Reg. Rovit. d. prag.1.nu.39.de sindic.off.Jul.Clar. pract.crim §.fin. quæst.72.nu.3.in fine,de Leonardis pract. off. cap. 15. nu.23 & Guazzin. ad defensam reorum, def.1.cap. 23.nu.8.& def.35.cap.10.num.2. & def.36.cap.20. nu.15.* ubi dicit,quod officialis non sindicatur hodie pro iniquis sententiis, prout de jure sindicabantur,ut diximus supra *nu.44. & seq.* licèt contrarium teneat *Carrab.de sindic.par.2.nu.13.* ubi dicit, quod licet de Consuetudine pro sententiis malè,aut iniquè prolatis officialis non sindicetur nisi de barattaria furtis,extorsionibus, & concussionibus, tamen præfata consuetudo cum iniustitiam inducat non est observanda, ut dicit ipse *Carrab.ibi*, sed ego teneo primam opinionem,& sic quòd talis consuetudo sit observanda.

61 Et officialis non tenetur in sindicatu ex levi culpa,sed tantum de dolo, *Bart. in l.observare §. proficisci qu.15.& 18.de off.Proconf.Jas.in l.1.C.ut omnes Judices,Jacob.Caucer.variar.resol.lib.3. cap. 12.nu.171.& Bossius pract. crim.tit.de officialib.corruptis.nu.26.*

62 Advertas etiam in favorem officialis sindicandi

di, quod si aliquis accusat officialem sindicandum de tirannia, vel sbacattaria, si suam quærelam non probat, punitur pœna mortis, *§. ex diverso, ubi glos. Anthent. ut Iudic. sine quoq; suffrag. Boss. pract. crim. tit. de iniurijs nu. 38. & in tit. de officialib. corruptis pecunia nu. 37.* & quod quærelans indebitè officialem, si à dicta quærela officialis sit absolutus, quærelans teneatur actione injuriarum, dicit *Parif de Puteo de sindicatu ver. iniuria officialis cap. 1. num. 1.* sed Secretarius Provinciarum Calabriæ Citrà, & Vltrà varios excessus de Præside Provinciæ nunciavit Regiis superioribus, & capta informatione de dictis excessibus dictus Præses fuit absolutus, & eum ipse Præses instasset contra dictum Secretarium, ut puniatur de calumnia, & ad expensas & interesse dictus Secretarius fuit habilitatus cum cautione in forma, *D. Reg. Saufelic. dec. 54.* sequitur *Thor. in supplem. decis. ver. accusator, fol. 2.*

63 Et quærelantes tenentur præstare cautionem de reficiendis expensis, si petitum sit per sindicandum in casu succumbentiæ, & eorum personas legitimare, quod si ipsi quærelantes non præstant d. ctam cautionem expensarum, & non legitiment eorum personas infrà terminum præfixum per sindicatores declarantur pro desistentibus, & amplius non audiuntur, *Carrab. de sindic. par. 1. nu. 86. & seq.*

64 Facit etiam in favorem officialis sindicandi, nam si plures quærelant officialem in ejus sindicatu, & dictus officialis sit liberatus, & quærelantes sint simpliciter condemnati ad expensas, quilibet quærelans tenetur insolidum pro dictis expensis, ut decisum refert *Reg. Rovit. in prag. 1. num. 65. de sindic. off.* quod fecus est extra materiam sindicatus, nam si plures conventi sint condemnati simpliciter ad expensas, unusquisque dicitur condemnatus pro rata sua *Iacob. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 21. nu. 30. verb. & sic in fine,* licèt contrarium teneant *Boer decis. 310. nu. 6. & Zippul. in prag 5. §. 4. nu. 9 de admnis. Vniver.* tamen prima opinio est vera, prout etiam si plures obligati insolidum fiut simpliciter condemnati, intelliguntur cõdemnati pro rata *l. 1. C. si plures una fent. & l. Paulus, l. 2. ff. de re iudic.* unde si unus illorum reorum sit effectus non solvendo, alii non tenentur pro rata spectante dicto reo non solvendo, *l. 1. & 2. C. si plures una sent. et d. l. Paulus,* & docet *de Framb. d. c. 680.* immò si sint plures Rei obligati insolidum, & nonnulli ipsorum conveniantur, si simpliciter sint condemnati, in hoc casu intelliguntur condemnati pro rata, habito respectu ad omnes obligatos, & non ad conventos tantùm, ut decisum refert *Affl. decis. 215.*

65 Sed licèt copia primæ portionis sit danda reo sumptibus actoris, *prag. 5. de ordine judic.* & docet *Anna sing. 152.* tamen copia quærelarum civilium est danda sindicando sumptibus ipsius sindicandi, *Carrab. d. part. 1. num 88.*

66 Et contra officialem sindicandum sindicatores electi per Universitatem, & consultor sunt Judices competentes, ut diximus suprà *nu 8. & seq.* & in ipso sindicatu officialis sindicandi non potest intervenire officialis successor sindicandi in hoc Regno, *Reg Rovit. d. prag. 1. nu. 13. cum plurib. seq. de sindic. off. Caravit. ritu 295 num. 15. & seq. & Carrab. d. part. 1. nu. 33.* & licet contrarium videatur determinare, *cap. Regui, ibi (ad respondendum coram successoribus)* tamen cap. illud procedit de jure antiquo, nam per illud *cap. officialis* sindicabatur successorem, prout etiam erat dispositum per *Const. Revolumus,* sed hodie per *d. prag. 1. de sindic. off* Officiales debent sindicari per sindicatores eligendos per Universitatem, & ideo hodiè successor officialis non potest intervenire in sindicatu sui prædecessoris, *Camp ig. ind. cap Reg. 132. nu. 71. & de Leonard. pract off. cap. 15. nu. 7. & seq.*

67 Sed Regens, & Judices Magnæ Curiæ tenentur stare sindicatui coram electis Civitatis Neapolitanæ, *prag. 2. de sindic. off.*

68 Sic etiam Judex Tribunalis meretricum, quod residet in Civitate Neapolitana in fine sui officii sindicatur per Magnam Curiam, *prag. 6 §. 6. de meretricibus.*

69 Sed ad sindicandum Præsidem, & Auditores Regiarum Audientiarum mittitur Commissarius per Proregem hujus Regni, *prag. 3. de off Justit. R. Rovit. d. prag. 1. nu. 6. de sindic. off & Caput de regim. Reip. cap. 7. §. 9. nu 64.* & tenentur illi Præsides, & Auditores præstare cautionem in Regia Camera Summariæ de parendo sindicatui, finito officio, *d. prag. 3. de off. justit.* & Præsides, & Auditores tenentur per quinquaginta dies stare sindicatui coram dicto Commissario, *d. prag. 3.* sed quòd per quattraginta dies teneantur stare sindicatui, dicit *Carrab. de sindic. par. 1. nu 44.*

70 Et Præses de his, quæ fecit admodum belli non tenentur stare sindicatui, *Hipp. de Marsil. l. quæstionis modum nu. 65 ff de quæstionib. Montcleon. in praxi arbitr. par. 5. nu. 19.* & in Regno sindicatores, qui mittuntur per Proregem ad sindicandum prædem Provinciæ non possunt cognoscere de commissis, & omissis per Præsidem vigore potestatis militaris, quam habuit uti Præses, sed ipsi sindicatores quæ eas respicientes potestatem illam remittunt ad Proregem *Joan. Grandis de bello exulum prædicamento pati, quæst. 3 speciali 50. nu. 2.* sed hodiè Præses de his, quæ gessit uti Capitaneus ad guerram tenetur stare sindicatui coram sindicatoribus, & idem est in Auditoribus Capitaneis, & Assessoribus Regiis, qui tenentur stare sindicatui coram sindicatoribus de his, quæ gesserunt uti Capitanei ad guerram, vel uti delegati, vel si exercuerunt aliquam commissionem alicujus Tribunalis, *pragm. 10. § 30. de off. iudicum.* Immò officiales omnes, si habuerunt commissionem Capitanei ad guerram, adhuc tenentur in sindicatu de gestis in dicta commissione, & sindicatores cognoscunt de prædictis, & officiales sindicandi non possunt dicere, a dicta egisse uti Capitanei ad guerram, *prag. 7. de sindicat. off.*

71 Et advertas, quod si officialis, deposito officio, sed duránte causa sindicatus delinquat, nõ punitur per sindicatores, sed punitur per officialem successorem, *Riccius in praxi fori Eccl. part 2. ref. 141. & de Nigris in c. Reg. 239. n. 40. & seq.* nisi officialis ipse sindicandus delinquat corã sindicatoribus in exercitio sindicatus, quia tunc potest puniri per ipsos sindicatores, *Carrab. d. p. 1. n. 88. & de Nigris d. c. 239. n. 42. Guazzinus ad defens. reorum def. 1. cap. 23. n. 4. & Parif. de Puteo de sindic. verb. Judices ad sindicandum*

qui

qui sint cap. 1.*n.*3.sed in *cap.*2.*n.*8. dicit ipse *Paris. de Puteo*, quod sindicatores cognoscunt de delicto commisso per officialem, finita causa sindicatus, & sic ipse *Paris.de Puteo*, se contradicit.

72 Et sindicatores electi ad sindicandum officialem cognoscunt de omnibus delictis officialis sindicandi, & hoc sivè delicta sint facta intuitu officii, sivè non, dummodò sint facta durante officio, nam si sint facta antè, vel post, & tunc cognoscit ordinarius loci, ut ità servari de consuetudine, testatur *Jul.Clar.pract.crim.* § *fin.quæst.*35.*ver. sed. hoc incideater, Amod.de sindicatu nu.* 171. *Bajard.ad Clar.quæst.*38.*n.*89.*Guazzin.d cap.*23.*num.*16.*& de Leonardis pract.off.cap.*15.*n.*9. sed veritas est, quod isti sindicatores sunt Judices competentes in cognoscendo de gestis in officio per officialem sindicandum intuitu ejus officii, secus de gestis extra officium, *Bald.in l.*2.*n.*2.*C.ubi de ratioc.Hipp.de Marsil.in l.fin.n.*172.*ff.de jurisdict. omn.jud. Ascia determ.*92.*Carav.ritu* 49.*in fine, Novar.in coll.ad prag.* 1.*n.*19.*& seq.de sindic.off. Didac.de Mari ad Gramat. dec* 40.*n.*17.*Campag.in cap.Reg.ut inter subjectos.nu.* 43.*Carrab.d.par.*1.*nu.*97.*& seq. Tuscus litera S.conclus.*273.*n.*2.*Guazzin.d cap.*23.*n.*5. *Paris.de Puteo tract.de sind.v.r. Judices ad sindicandum qui sint cap.* 1.*n.*6.*&* 8.*& cap.*2.*n.*19.*in fine,& n.*23.prout etiam

73 nam licèt officialis teneatur de malè gestis per ejus Locumtenentem creatum ab ipso, ut dixi supra *nu.* 41. tamen intelligitur de malè gestis in officio,& non extrà, *Paris de Puteo de sind. ver.substitutus, cap.*2.*n.*10 *Roman.cons.*11.*&* 338.*Farinac. pract.crim.quæst.*24.*n.*55.*& Capibl.de Baron.tom.*2.

74 *cap.*18.*n.*15. & quando officialis in principio officii præstat fidejussorem de parendo sindicatui in fine officii, fidejussor tenetur de malè gestis, vel ministratis in officio circa officium ministrandum, non autem pro aliis extrà officium factis, *Ludovic. Roman.cons* 434 *Hipp.de Marsil.in l.fin.nu.*169 *ff. de jurisdict.omn jud.& in rub.de fidejussorib. n.*182. nisi fidejussio latè in omnem causam esset facta, *Jacob.*

75 *Cancer.variar.resol.lib.*3.*cap.*12.*n.*131. ut in simili, nam licèt officialis teneatur in sindicatu de gestis per ejus famulum, *Sebast.de Neap. in cap Reg.in accusatis,n.*12. *& Farinac.pract crim.tit. de variis, ac diversis criminib.q.*111.*art.*8.*n.*141. tamen hoc intelligitur de gestis per famulum intuitu officii, & non extra, *Paris.de Puteo d.cap.*2. *n.*20. *Guazzinus ad def.reor.def.*33.*cap.*2.*n.*3.*de Angelis ad Foller.rub. notatos capiat de persona n.*51.*& seq.Campag. d.cap. Reg.ut inter subjectos, n.* 41. *cum duob. seq. Farinac. pract.crim.tit.de delictis,& pœnis,quæst.*24.*n.*53.*cum plurib.seq.& Boss.pract.crim.tit de furtis,n.*55.ubi *d. n.*55.*& seq.* dicit, quod ipse officialis per exhibitionem famuli liberatur,& idem tenent *Reg.Rovit. dec.*79.*n.*26.*Paris. de Puteo de sindic. ver. familiaris, sivè familia potestatis,cap.*1.*n.*5. *Farinac. d.quæst.*24. *n.*50.*& d.art.*8.*n.*145. *Monticel.pract. crim. reg.*7. *n.*44.*& Ferrat.cautela* 49.*n.*1. intellige quando famulus deliquit non culpa Prætoris, secus si ejus culpa, quia tunc Prætor exhibendo famulum non liberatur, *Boss tit.de carcerat.fidejus.commict. nu.*37. *& seq.& Guazzin.d.defens.*33.*d.cap.*2.*post.n.*5.*verb. & si,ubi d.n.*5. dicit,quod si officialis consequutus sit aliquid de gestis per ejus famulum extra officium, tamen ipse tenetur.

76 Et Capitaneus tenetur de delictis factis per suum famulum pœna pecuniaria, & non capitali, *Ferrat.d.cautela* 49.*n.*1.*& Guazzinus d.def.*33.*cap.* 2.*n.*2.ubi post *n.*7.*ver.& licèt*, dicit, quod & si in aliquibus casibus officialis non teneatur ad pœnam pro delicto famuli, tamen tenetur illum exhibere ad instantiam damnum passi, quod si eum non exhibeat, cum posset, tenetur ipse officialis ad pœnam, secus si non possit reum exhibere, & non fuit particeps ejus fugæ,quia tunc ad nihilum tenetur, & ipse officialis tenetur jurare, quòd sine dolo desinit possidere famulum, & si recusat jurare potest condemnari, *Farinac.d.q.*24. *num.*95. *& seq.*

77 Et officialis non potest tenere maleficos pro famulis,sed debet tenere viros bonæ famæ, & vitæ, aliàs punitur amissione salarii unius anni, & alia pœna arbitraria, *cap.Reg.*243.& neq; officialis debet tenere fratrem, vel filium rixosum,aliàs potest expelli, *Danza de pugna DD.tom.*1. *tit.de officialib. in genere cap.*8. *num.* 2.

78 Et sindicatores procedentes in causis nõ intuitu officii agitatis per Officialem sindicandum puniri possunt pœna usurpatæ jurisdictionis, *Campag. d.cap.Reg.Inter subjectos,n.*4.*& Carrab.de sind.p.*1. *num.*101.

79 Et quod magis est, Officialis sindicandus non potest prorogare jurisdictionem sindicatorum pro causis extrà officium agitatis. *Carrab. d.part.*1.*nu.* 104. *& seq.* & ideò coram sindicatoribus non fit reconventio, ut dixi supra *cap.* 13. de foro causæ reconventionis, *nu.*10.*in fine*.

80 Sed officialis de excessibus extrà officium factis potest molestari in sua patria,& in loco originis, *Guazzinus d.defens.*1.*d.cap.*23.*nu.*12.

81 Et officialis de eo, de quo non fuit sindicatus, pendentes tempore sindicatus, potest conveniri perpetuo in sua patria, *Rovit.prag.*1.*n.*52. *de sind. off.* licèt contrarium teneat, *Jul.Clar.§.fin.quæst.* 51.*ver.hoc etiam*,tamen opinio *Rovit.est ver.Cepol. cautela* 214.*n.*2.*& Ferrat.cautela* 14.*n.*10.

82 Immò si ipse officialis redit ad eadem officium, in secundo sindicatu potest conveniri de non cognitis in primo sindicatu, *Danza de pugna DD.tom.* 1.*tit.de officialibus genere cap.* 6.*n.*5.

83 Et omnes officiales potest obtentas literas liberatoriales à sindicatoribus possunt à quocunquè Tribunali inquiri, etiam ex officio de male gestis in officio,non tamen cognitis in causa sindicatus, *prag.*6.*de sindic.off.in ultima impressione facta de anno* 1633.& docent *Regens de Ponte dec.*26.*Balbus dec.* 220. *& Muta in dec.*4.

84 Quod si sindicatores processerunt per viam Generalis inquisitionis,& Officialis sit liberatus, in hoc casu ipse officialis non potest amplius inquiri, *Regens de Ponte d.dec.*26.*& Rovitus prag.*2.*n.*25. *de sind.offic.*

85 Et non est prætermittendum scire, quod sindicatores electi ad sindicandum officialem possunt testes citare,sed contrà ipsos non possunt multam exigere si ipsi testes fuerunt inobedientes ad cõparendum,sed per ordinarios loci coguntur, *Carav. ritu* 295. *n.* 28. sed quod ipsi sindicatores possint multam exigere contrà testes inobedientes, & eos carcerare, tenent *Rovit. d. prag.* 1. *nu.* 12.*de sindic. off.*

off. Carrab. d. part. 1. nu. 131. & Borrel. conf. 85. centuria 1. immò sindicatores possunt compellere officialem; & Actuarium, ut exhibeant processus pro sindicatu officialis, *Carrab. d. part. 1. n. 128. & 134.*

86 Et hæc quando officialis convenitur coram sindicatoribus in causa sindicatus, sed quando officialis committit delictum grave, propter quod debeat privari officio, & durante officio possit puniri, & tunc cognoscit Magna Curia Vicariæ, & ità procedit, *ritus 49. 51. & 61.* per quos tres ritus dicitur illa vulgata regula in Regno, quod de delictis officialium sola Magna Curia Vicariæ cognoscit. & est *cap. Reg. 184.* & docent *de Franch. dec. 407. & Regens Susclic. dec. 66 n. 1.* idem est in Regno Siciliæ ultra Farum, in quo de delictis officialium etiam sola Magna Curia cognoscit, ut docet *Mastril. dec. 147. n. 24.*

87 Quod amplia, & primò dato quod officialis finivit officium, nam adhuc de delictis commissis in officio sola Magna Curia cognoscit, atq. eorum, quæ traduntur per *Præs. de Franch. dec. 403.* & ità expressè tenent *Afsl. in Const. Reg. Magister Justitiarius, Capibl. d. prag. 5. n. 61. & in prag. 8. par. 1. n. 229. & Caravit. ritu 49. n. 25.*

88 Secundò amplia in officialibus Baronalibus, de quorum delictis sola Magna Curia est Judex competens, *Mastril. dec. 147. n. 27.* nam ritus prædicti procedunt tam in officialibus Regiis, quam Baronalibus, *cap. Reg. injuxit, ver. necnon Caravit. d. ritu 49. n. 3. cum plurib. seq. de Franch. dec. 274. nu. 8. dec. 407. n. 1. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. in princ. nu. 3. Rovit. rub. de officialibus n. 8. & Reg. Sanfel. d. dec. 66. n. 1.*

89 Sed ipsa Magna Curia non potest procedere contra officiales Provinciales absque licentia Proregis, *Capibl in rub de Baronib. n. 20 & in d. prag. 5. n. 59. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de præeminentia Regiæ Audientiæ capitulo primo nu. 26. & Rovit. de officialibus nu. 10.*

90 Undè licèt Regiæ Audientiæ possint etiam cognoscere contrà officiales delinquentes, ut docent *Capibl. d. prag. 5. n. 70. Caravit. d. ritu 49 in fine, & in ritu 54. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de præeminentia Regiæ Audientiæ per totum, & Novar. dec. 79.* tamen intelligitur de officialibus Baronalibus, non autem Regiis, contrà quos officiales Regios, Regiæ Audientiæ non possunt procedere, sed tantum procedit Magna Curia, *Danza, ubi supra, n. 67. & Novar. d. dec. 79. n. 6.*

91 Et quo infertur, quod Præses Provinciæ non potest punire Auditores, & alios officiales Regiæ Audientiæ, ut docent idem *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de officio Præsidis cap. 2. per totum*, ubi dicit ipse *Danza*, quod Regia Audientia non potest procedere contra Advocatum Pauperum, sed tenetur relationem facere Regio Collaterali Consilio, & ipse *Danza d. tit. de off. Præsidis, cap. 1.* dicit, quod neque Præses Provincialis potest procedere contrà Advocatum Fiscalem, & Secretarium Regiæ Audientiæ, sed ipse Præses tenetur relationem facere dicto Regio Collaterali Consilio, ut etiam dixi supra *cap. 17. n. 23.* & Justitiarius non potest punire Judicem, assessorem sibi datum à superiore delinquentem in sua Provincia, sed tantum tenetur Principi denunciare, *l. ordinariorum præfectos, C de offi. præfect. vigil.* & docet *Afsl. in Const. Reg. Justitiarii per Provincias, num. 9.*

92 Tertiò amplia, ut non solum officiales primarum causarum, sed etiam, & secundarum causarum comprehenduntur in dictis ritibus, unde si Judex secundarum causarum delinquit, de ejus delicto sola Magna Curia cognoscit. *Capibl. d prag. 5. n. 60.* quod procedit etiam in officialibus tertiarum causarum, *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officia. lib. in genere cap. 4. n. 6.*

93 Quartò amplia, dato quod officialis sit vassallus Baronis, nam adhuc si delinquat non potest puniri per Baronem, sed punitur per Magnam Curiam, *Caravit. d. ritu 49. post n. 13. & Capibl. prag. 8. p. 1. n. 229.*

94 Quintò amplia, ut remissio officialis Baronalis delinquentis in terra Baronis ubi administrat officium non debeat fieri ad ipsum Baronem, licèt ipse Baro habeat amplissima privilegia cognoscendi de delictis omnium delinquentium in ejus terra, ut ità decisum, testatur *Didacus de Mari ad Gram. ad dec. 40. n. 5.* quem sequitur *Thor. comp. dec. tom. 2. ver. remissio fol 582. & Reg. Sanfel. d. dec. 1. n. 1.*

95 Sextò amplia, nam si officialis delegatus delinquat, adhuc sola Magna Curia cognoscit, *Capibl. d. prag. 5. n. 76.* & quid sit de jure communi, vide *Alb. in cap. fin. n. 12. de foro compet. & Alois. de Leo in l. 1. n. 14. C. de off. divers. judic. & Riccium in praxi part. 3. resolut 492.* & tunc Magna Curia cognoscit de delicto Judicis delegati, quandò delictum est commissum intuitu officii, aliàs si extrà, & tunc cognoscit Judex ordinarius loci delicti *Boer. decis. 9. Guazzin. ad defensam reorum def. 1. cap. 10. n. 5 & def. 13. cap. 7. n. 1. Caracciol. de fori privileg. remis. quæst. 35. Cappel. Tholos. decis. 423. & Bojard. ad Clerum, §. fin. quæst. 38 nu. 39.* ubi dicit, quod non potest puniri, nisi finita delegatione, idem tenet *Guazzin. d. c. 7. n. 2.* & dicit ibi ipse *Bojard* quod ipse nunquam vidit in facto, quod ordinarius puniat delegatum Principis in suo territorio delinquentem, de quo vide *Cabal. casu 53.*

96 Septimò amplia, nam si arbiter juris delinquat intuitu ejus officii, sola Magna Curia cognoscit, de quo vide *Capibl. d. pragm. 5. n. 74.* ut in simili nã si in generali indultu sit exceptuatum crimen cõmissum per officialem hæc exceptio comprehendit arbitrum delinquentem, *Reg. Rovitus pragm. 5. n. 39. de abolit.*

97 Octavò amplia, in sindicatoribus electis ad sindicandum officialem, nam si ipsi sindicatores delinquant intuitu eorum officii, adhuc sola Magna Curia cognoscit, & Curia baronalis est incompetens, ita in specie tenet *Camillus Borrellus conf. 85. n. 14.* ubi non nullos Doctores allegat *Horat. Montan. controver. forens. controver. 69. & Thor. in supplem. dec. ver. remissio f. 531.*

98 nã ipsi sindicatores dicuntur habere merum, & mixtum imperium, *Paris. de Puteo in tract. sindicatus ver. Judices ad sindicandum qui sint, cap. 1. n 9* & docet etiam *Campag. c. Reg. 132. n. 54. Bald. in sua pract. tit. de jurisdictione quæst. 11. Rovit. prag. 1. n. 16. de sindic. off. Jacob. Cancerius variarum resol. lib. 3. c. 12. n. 20.* ubi n. 169. dicit, quod sindicatores si dolosè male judicaverint possunt sindicari, secus si culposè, quia tunc non possunt sindicari.

99 No-

99 Nonò amplia in Actuario de cujus delicto sola Magna Curia cognoscit, *Anna sing. 48. Gizzarel. decis. 24. Rovit. rub. de officialibus n 4. & decis. 72. nu. 50.* sed contrarium tenent *de Franch. decis. 407. Caravit. d. ritu 49. n. 22. Foller. pract. crim. rubr. audiantur accusatores n. 138. Carrabba de sindicat. parte 1. n. 161. & seq. Thor. comp. decis. tom. 2. verb. actuarius fol. 6. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialibus in genere cap. 3. in fine*, qui dicit ita pluries obtinuisse in Regia Audientia Montisfusculi.

100 Decimò amplia, nam delictis commissis per magistrum mercatum tempore, quo exercet jurisdictionem in nundinis, sola Magna Curia cognoscit, ut dixi supra *cap. 21.* de foro nundinantium, *nu. 15.*

101 Undecimo amplia, nam si cum familia officialis associentur alii cives forsan ad capiendum malefactorum, & delinquant, in hoc casu sola Magna Curia cognoscit, *Rovit. rub. de officialib. n. 5.* prout etiam resistens illis subditis donec sunt cum familia curiæ punitur, ac si dictis familis resisterent *Jo: Grandis de bello exulum in prædicamento, situs quæst. 3. n. 7. in fine. & Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de persona post nu.* 10 ubi *nu.* 11. dicit, quod officialis tenetur de eo, quod fit per vassallos convocatos ad capturam delinquentium.

102 Quod si famulus officialis delinquat, an ipse possit puniri ab ipso officiali, dixi supra *cap. 9. n. 24.* & vide *Capibl. d. prag. 5. n 69.* qui tenet, quod Magna Curia Vicariæ sit Judex competens, movetur ex doctrina *Rovit. d. rub. de officialib. n. 5.*

Sed regulam suprapositam, & sic de delictis officialium, solam Magnam Curiam cognoscere, limita.

103 Primò, quando Baro habet potestatem cognoscendi de delictis officialium, quia tunc Baro potest cognoscere, *Caravit. d. ritu 49. n. 15. Capibl. d. prag. 5. n. 63. & Novar. d. dec. 79. n. 3.* immò si Baro habeat potestatem cognoscendi de delictis spectantibus ad Magnam curiam, adhuc ipse Baro potest cognoscere de delictis officialium, durante officio. *Reg. Tapp. decis. Sacri Consilii* 11. & *Reg. Sanfel. d. dec. 66. n. 6.* prout habent hoc privilegium Princeps Bisiniani, & Sulmonis, qui possunt cognoscere de delictis officialium ad instar Magnæ Curiæ, *Capibl. d. prag 5. n. 63. & Reg. Sanfelic. dec. 345. part. 3.* hoc idem privilegium habet Princeps Venusii in Terra Montisfusculi, qui etiam potest cognoscere de delictis officialium, ut testatur *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de remissionibus causarum c. 1. n. 2. &* 11.

104 Secundò limita, nam licèt Baro non possit cognoscere de delictis officialium, tamen si officialis delinquat, Baro potest capere informationem, & dictum officialem carcerare, & deindè tenetur informationem, & carceratum transmittere ad Magnam Curiam, *Mastril. dec. 188. n. 28. cum duob. seq. & Capibl. d. prag. 5 n. 62. & d. prag. 8. part. 2. n. 186. & tom. 2. cap. 23. n. 7. & seq.*

105 Tertiò limita, nam si Sindicos, Electi, vel Baiuli delinquant, etiam intuitu eorum officii, cognoscuntur per Baronem in cujus territorio delinquærunt, & non per Magnam Curiam, nisi isti delinquant in actibus jurisdictionalibus quos exercent ex privilegio, vel consuetudine, quiam tunc sola Magna Curia cognoscit, *prag. 49. quæ hodi est 47. de off. Magist. Just.* sic etiam Regiæ Audientiæ possunt cognoscere contra istos, quando ipsi delinquunt in actu jurisdictionis, *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialibus in genere cap. 2.* & quòd Bajulus delinquens puniatur à Barone, dicit *Rovit. rub. de officialib. n. 11.*

106 Sed si Judex Bajulorum delinquat intuitu officii debet cognosci à Magna Curia, vel Regia Audientia, & non à Barone, ut videtur concludere, *Capibl. d. prag. 5. nu. 68. & seq.* & dixi supra *cap. 26.* de foro Bajulati, *nu. 23. in fine.*

107 Quartò limita, nam Magna Curia non cognoscit de delictis officialium supra numerariorum, *Novar. in prax. elect. fori tom. 1. sect. 4. quæst. 35. n. 7.*

108 Quintò limita, nam in tantùm Magna Curia cognoscit de delictis officialium, inquantum delicta sint commissa intuitu eorum officii, aliàs si non intuitu eorum officii, & tunc Baro potest cognoscere, ut desumitur ex *d. ritu 49.* & docet *de Franch. dec. 274. & 407. Gizzarel. dec. 24. num. 11. Capibl. d. prag. 5. part. 2. n. 185. & Rovit. rub. de officialib. n. 4. in fine.*

109 Hinc est, quod in tantum officialis criminalis potest punire officialem civilem delinquentem, in quantum ipse officialis civilis delinquat extra officium, *Semp. Ascia determinat. 107. post n 6. & Bajard. ad Clarum, § fin. quest. 38. n. 10. & quæst. 35. n. 9.* aliàs si delinquat intuitu ejus officii, & tunc sola Magna Curia cognoscit, *Andreas Capanus de jure adohæ. quæst. 47. n. 22. Capibl. d. prag. 5. n. 74. & d. prag. 8. part. 2. n. 295. & Campag. cap. Reg. Illustri nu. 29.* citat *Capyc. dec. 27. in 2. dubio, de Franch. dec. 274. n. 5. Jacob. Cancer. var. res. lib. 2. c. 2. post n. 80. in ultima impressione*, & è contrario si officialis criminalis delinquat non intuitu officii, si tamen committat delictum, quod cognoscere possit officialis civilis, ipse officialis civilis cognoscit, secus si delictum sic commissum intuitu officii quia tunc est secus, *Jacob. Cancer. d. c. 2. post n. 80.*

110 Hinc est, quod si Judex secundarum causarum delinquat extrà officium, Judex primarum causarum cognoscit. *Capibl. d. prag. 8. par. 2. n. 187.* & facit *tex. in cap cum inferior, de majoritate, & obedientia*, & semper quando Judex major delinquit in terra Baronis non intuitu ejus officii, potest Baro ipsum punire, *l. in officiales, C. de off. rectorum Provinc. D. Reg. Merlin. tom. 1. controvers. forentium cap. 69. nu. 12. Caravit. d. ritu 49. n. 14.* ubi dicit ipse *Caravit.* secus si delinquat intuitu ejus officii, idem tenent *Guazz. tract. ad defensam reorum def. 1. cap. 39. n. 15. & Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, num. 143.*

111 Hinc etiam est, quod in generali indulto, si sit exceptuatum crimen commissum per officialem, intelliguntur si sit commissum intuitu officii, aliàs secus, *Rovit. prag. 5. n. 39. de abolitionibus.*

112 Hinc etiam est, quod si nuntii, & commissionati Regii delinquant intuitu eorum officii, Regii superiores cognoscunt, aliàs si non intuitu eorum officii, & tunc cognoscit Judex loci delicti, ut dixi *cap. præcedenti numero primo.*

113 Et tunc quis dicitur in officio delinquere, quando favore, colore, authoritate prætextu, vel contemplatione officii delinquit, *Bal. in l. 2. in fine, &*

ibi

ibi Salyc.C.ubi de ratioc.rgi oport. Farinac.tit.de delictis,& pœnis q.19.n.44.Catalan.de indulto cap.42. n.12.Mastril.de indulto cap.40.n.9.& de Angelis in add.ad Foller.rubr fiat relatio Nuntii post n.46. sed quando est dubium, an delictum fit commissum intuitu officii, vel ex odio particulari est præsumendum commissum fuisse ex inimicitia particulari, ut excludatur majus delictum, *Mastril.de indulto cap.36.n.22.& d cap.40.n.10.*

Et quando officialis delinquit ante captam possessionem, & tunc non cognoscit Magna Curia, *D. Reg. Hector Capyc. Latro consult.130. lib. 2.& Thoria supplem.dec.verb.remissio, fol.*549.

114 Et advertas,quod officiales Regii perpetui non non possunt puniri per Proregem,sed ipsi visitantur per Visitatorem mittendum per regem,*prag. 11.de off.judicum*, & isti officiales Regii perpetui visitantur singulis quindecim annis, *Capiblanc.d. prag 6.n.154.& seq.* & isti officiales Regii perpetui non possunt prorogare jurisdictionem judicum inferiorum,immò neq; possunt prorogare jurisdictionem Proregis, *Capibl.d.prag.8. part.1.nu.107. & seq.Carleval.de judiciis disput.2.quæst.8.sect.3.nu. 112.& sect 5.n.1233.& de Angelis ad Foller.rub. audiantur excusatores n.43.* sed ipse Prorex potest cognoscere contra officiales Regios perpetuos supra numeratos, *Novar.prax.elect. fori tom.1.sect. 4.quæst.35 n.8* & Proregi non licet inquirere, carcerare, vel interdicere Regentes Regiam Cancellariam,*D.Reg Sauful dec.62.*sequitur *Thor.in suppl. dec.ver. Prorex, fol.50.*

115 Advertas etiam, quod Prorex non potest amovere officiales creatos a Rege ab eorum officio, etiam finito tempore officii, nisi adventu successoris missi à Rege, vel causa mala administrationis, *prag.11.§ 17.d.off.* vel propter delictū,propter quod officiales creati a Rege possunt amoveri a Prorege, *Capyc.dec.121.n.20.Capibl.d.prag.5.nu.156.* & vide *Reg.Tappia decis.3.* & quod officiales perpetui non possunt amoveri,inquiri,& suspendi per Proregem, est tex.de jure communi in *l fin.C.ubi Senatores,vel clarissimi,& in l.si gravius,C.de dignit.lib.12.*& docet *Capibl.tom.2. cap.2.nu.9.*& vide *de Angelis in add.ad Foll.rub.fiat relatio Nuntii n.48.*

116 Advertas etiam, quod solum Papa est Judex competens in removendo Inquisitores ab eorum officiis ex aliqua justa causa, *Eimericus in directorio inquis. part. 3. quæst. 9. & 10.*& Inquisitor removetur ab ejus officio si sit negligens in extirpando hæreticos ab eorum jurisdictione, *cap.excommunicamus,§.fin extrà de hæreticis,* sic etiam Inquisitor removetur ab eis officio propter ignorantiam, infirmitatem, vel senectutem, *Eimericus d. part. 3. quæst. 12. nu. 5.*ubi *nu. 1.* dicit, quod Inquisitores si sint regulares quoad ea, quæ concernunt eorum religionem sunt subiecti eorum superioribus, *cap. cum ad Monasterium, extrà de statu monacorum*, quo verò ad ea, quæ concernunt officium Inquisitionis sunt tantum subiecti à Summo Pontifici, *Eimericus d. quæst. 12. nu. 2.*

117 Advertas quoq; quod Perceptores Provinciales,etiam si delinquant extra eorum officium, non possunt puniri per Regias Audientias, sed Regiæ Audientiæ tenentur capere informationem, & eam transmittere ad Proregem, quod si delictum sit grave propter quod Perceptores veniant puniendi pœna relegationis, & tunc Regia Audientia potest procedere etiam ad capturam,*prag. 10.§.42. de officio Judicum*, & de delictis extrà officium commissis per Perceptores sola Magna Curia cognoscit,*prag. 61.§.20. de offic. Procurat. Cæsaris*, sed de computis Perceptorum Regia Camera Summariæ est Judex competens, ut dixi supra *cap. 24. nu. 21. & in cap. 29 nu 22.*

118 Advertas etiam, quod si Arrendatores delinquant circa eorum exercitium, & administrationem eorum officii, debent cognosci,& puniri per Regiam Cameram Summariæ, *pragm. 61. § 5. de offic. Procurat. Cæsaris*, secus si extra officium delinquant,quia tunc cognoscit M.C.V. *d.prag.61.§. 20.* sed vide,quod dixi supra *cap.24.circ.a fin.n.23.*

119 Sed quæritur,& primò quid si Vicarius Episcopi delinquat à quo puniatur, & quis sit Judex competens contra eum,& dicas, quod si Vicarius Generalis Episcopi suffraganei delinquat,punitur per Archiepiscopum Metropolitanum, *cap.1. de offic. Vicarii in 6.* quod intellige si ipse Vicarius Generalis delinquat intuitu ejus officii, aliàs si extrà,& tunc punitur ab Episcopo,*cap.1 § nec etiam, & §.fin.de foro compet.in 6.*& docent *Genuens. pract. Archiep. Neap.cap.86.num.2.in antiqua impressione, Riccius in praxi fori Ecclesiastici resolut.22.nu.7.par. 3.Guazzinus ad defensam reorum defens 1.cap.39.nu. 19.Merolla in Theolog.morali tom.3.disp 7. cap.6.n. 314 & 318.& de Marinis quotid.resolut cap.18.*& Archiepiscopus potest excommunicare Vicarium Episcopi suffraganei subsistente rationabili causa *cap.1.ubi glos.de offic.Vicarii in 6.& Merolla in theolog.moral.lib.3.disp.7 cap.5.n.545.* & quando Vicarius Generalis Episcopi suffraganei delinquit intuitu officii,non solùm potest puniri ab Archiepiscopo Metropolitano, sed etiam potest puniri à Vicario Generali ipsius Archiepiscopi, dato, quod ipse Archiepiscopus sit præsens, *Merolla in theolog.morali to.3.disp.7.cap.6 nu.367. cum plurib. seq.*ubi *nu.371.*dicit, quod Vicarius Episcopi habet jurisdictionem in Prælatos inferiores,qui Episcopo subsunt.

120 Et licèt aliqui teneant, quod Vicariis Episcopi teneatur stare sindicatui, prout tenet *Campeg.cap. Reg.132.in principio,& Covar.pract.q.1.c.4.*tamen Sacram Congationem judicasse, Vicarium Episcopi non teneri stare sindicatui, restatur *Capibl.d. prag.5.nu.154.& 184.*& ita mandasse Gregorium decimum tertium observari pro Vicario Tarentino, testantur *Merolla in theolog. morali to.3. disp. 7.cap.7.nu.329.Genuens.d.pract.Archiep. Neap.cap. 71.Marcel.de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici c.44.nu.19.& Canon.Novar. summa bullarum to. 2.super d.Bullam Gregorii XIII. tit.de sindicatu Vicarii nu.1.*ubi *nu.3.*dicit secus esse, si adsit consuetudo in contrarium in aliqua Diœcesi, quia tunc Vicarius tenetur stare sindicatui juxta dictam Consuetudinem.

121 Sed Vicarius Capitularis,qui exercuit officiū, sede vacante, tenetur stare sindicatui de gestis in officio coram Episcopo ad eandem Ecclesiam vacantem promoto,*Concil.Trident.sess.24.de reformat.cap.16.* & docent *Riccius in praxi fori Ecclesiastici par.1.dec.481.& idem Riccius in dec.s.291. par. 4.& Merolla d.nu.329.*

122 Se-

122 Secundò quæritur, quid si Clericus sit electus officialis laicorum, & delinquat, à quo Iudice sit puniendus, *Ricclus in praxi par.3.resol.313.* dicit, quod Clericus officium Judicis criminalis exercens inter laicos amittit privilegium Clericale, & alii dicunt, quòd si Religiosi militares sint electi officiales laicorum, tenentur stare sindicatui coram Judice laico, & ab eo possunt puniri pœna pecuniaria, & non corporali, ita *Carleval.de judiciis to.1.disput.2.qu.6. sect.3.nu.453.* immò alii tenent, quòd si Clericus exercuit officium inter laicos, debet stare sindicatui coram sindicatoribus laicis, ita *Cavensis in ritu 235.nu.13.& Caravit.d.ritu 49.nu.15.in ultima impressione,* sed veritas est, quòd Clericus, qui fuit creatus officialis laicorum, debet in fine sui officii parere sindicatui coram Iudice Ecclesiastico, prout tenent *Anna sing.408. & sing.460.de Franch.dec.479.nu.4.& ibi Riccius in add.& idem Riccius in praxi resol.413. par.2. Gramat.voto 18.Julius Clarus,§.fin.quæst.36.ver.quæro pone, Carrab.de sindic.par.1.nu.105.cum duobus seq & n.116. Cabal.resol.crim.casu 64.Ambros.de immunit.Ecclesiastica cap.20.nu.54.Decian.tract.crim. lib.4. cap.9. nu.143.Guazzinus ad defensam reorum def.1.cap.23. nu.6.Campag.cap. Regni item statuimus nu.43. rub. de sindic.Grassus de effect.Cleric.effect.1. nu.848.cum pluribus seq.* & hæc ultima opinio de jure est magis communis, *Dom. Danza de pugna DD to.1. tit.de qualitate officialium cap.3.nu.10.& seq.* nam Clericus per exercitationem officii inter laicos non amittit Clericatum, ut desumitur ex *cap. Reg. Ut cum nihil commune habeant,* & quod Princeps secularis non possit punire Clericum delinquentem ratione officii sibi ab ipsomet Principe concesso tenent, *Farinac.pract.crim.qu.8.nu.98. Marcel de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici cap.43. num.25. Ansaldus de jurisdict.par 2.tit.11. cap.27. Diana in suis moralibus resolut.par.1.tit.de immunitate Ecclesiastica resolut.19.& part.4.tract.1.resolut.39 Covar.pract.quæst.cap.33.post nu.6 & Tartag. in pract. crim.cap.7.ver quinto ampha,* & licet *Grammat. in Constit.Reg.lib.1.ver. duodecimo fol.28. Bovadil.in politico lib.2.cap.18.nu.99.in fine,& Giurba consf.15. nu.23.* dicant, quod si officialis, durante officio, efficiatur Clericus, de gestis in officio à sindicatoribus sit puniendus, Clericali privilegio non obstante, tamen in praxi contrarium servari, testantur *Dominus meus Baldax. de Angelis in suo Prato super l.Officiales,& super l.si quis Curialis nu.2.C.de Episcopis,& Clericis,& Squillant.de privil.Cler.cap.7.nu.88.* prout etiam, nam licet Notarius efficiatur Clericus, desinat esse Notarius, tamen si ipse conficiat instrumentum falsum, punitur à Iudice Ecclesiastico, *Mastril.dec.159.*

123 Sed si Clericus officialis laicorum ter sit monitus à Iudice suo Ecclesiastico, ut desinat ab administratione officii, si noluit desistere in hoc casu, ipse Clericus pro delictis factis in officio, punitur per Iudicem laicum, *cap.Sacerdotibus ne Clerici, vel Monaci, Decian.d.n.143.* intellige pro delictis commissis intuitu officii, secus pro aliis extrà officium commissis, nam pro ipsis punitur coram Iudice Ecclesiastico non obstantibus tribus monitionibus sibi factis, ut desistat, ita *Grassus d.effect.1.nu.854.ubi nu.851.verb.& hæc secunda,* dicit, quod Iudex laicus potest privare Clericum de officio obtento inter laicos, idem tenent *Jul.Clar.d.quæst.36. ver.quæro pone, Ansald.c.27.nu.17. cum plurib.seq. Mastril.decis.159.nu.17.& Marcel.de Vulpe d.cap 43.nu.25.*

124 Et in multis Regnis est statutum, ut familiares Sancti Officii cognoscatur ab ipso Sancto Officio, & Judex secularis sit incompetens, si ipsi familiares sint electi officiales laicorum, & delinquant intuitu dicti officii, adhuc cognoscuntur à dicto Sancto Officio *Cancer.var.resol.lib.2.cap.2. n.33.& 329.* licet secus sit statutum in Regno Siciliæ, & Hispaniarum, ut testantur *Giurba consf. crim.69. nu.27.Carleval.de judiciis tom.1. dispur.2. quæst.6. sect.6.nu 515.cum plurib seq.& Ansald.de jurisdict.par.2.tit.11.cap 6 nu.1 cum duobus seq.*

125 Tertiò quæritur Præsidentes, & alii officiales Regiæ Cameræ Summariæ, ubi conveniantur, & quis sit Judex competens prædictorum, & dicas, quod ipsa Regia Camera est Iudex competens, ut in *l.pen.& ibi gl.f.C.ubi causæ Fiscales,* ità decisum testatur *Regens Rovit. decis.74.& Thor.in supplem.decis.ver.officiales fol 455.*

126 Ultimò quæritur de causis Magni Admirati quis cognoscat, & sit Iudex competens, & dicas, quod sola Magna Curia cognoscit, & est Iudex competens, intellige de causis, quæ non rangunt officium Magni Admirati, aliàs secus, nam Magna Curia Vicariæ non potest privare officio dictum Magnum Admiratum, Rege inconsulto, *Rovit. prag.1.nu 3.& seq.de titulorum abusu, & Magna Curia cognoscit contra* omnes habentes unum ex septem officiis, *de Ponte de potest.Proreg.tit.7.§.7. nu.6.Reg.Tapia decis.Suprem Senat. Italiæ 3.nu.37. & Dom.Reg.Merlin. controver.forens.tom.2. cap.64. nu. 2.* & de jurisdictione Magnæ Curiæ, latè scripsit *Jul.Mastrill.* cujus scripta inferuit *D. Reg. Sanfelic in fine decis.290.*

Sed hic opportunè est videre de his, qui non possunt esse officiales, & de his, qui ab officio debent removeri, & multæ sunt personæ, &

127 Primo is, qui fuit electus officialis Regius ad instantiam cujuscumque personę dicitur inhabilis, & debet ab officio removeri, *pragm. prima 3.& 21. de officialibus*, nam officium non debet concedi prece, vel pretio, *cap.Reg.item Iustitiarii*, quod est in *nu.36.* Hinc est quod per *prag.3. de contumacibus*, est provisum, quod personæ Regnicolæ non possint accedere, nec mittere personas ad Suam Majestatem causa impetrandi officia.

128 Secundò miles non potest esse officialis, sed militiæ vacare debet, ut probatur in *prag.1. §.4. de off.judicum*, sed si fuit electus officialis, & exercuit officium tenetur stare sindicatui coram sindicatoribus, & non potest petere se remitti ad Iudicem militarem, *l fin.C.de jurisd.omn.jud.* sed de jure communi miles potest esse officialis, *l.certi, C.de judiciis* contra *Carrabam de sind.par.1.nu. 112.* prout etiam miles de iure communi potest esse arbiter, *Blanc. de compromisso qu.2.nu.8.* sed miles non potest esse procurator etiam pro coniuncto, *l. militem.Cod.de procurat.*

129 Tertiò ille, qui durante officio est accusatus de aliquo

aliquo delicto, pendente accusatione, officiū exercere non potest, *Giurba conf.44. Grammat. conf.crim. 10.nu.2.* & est *tex.in l.si quos, C.de off.præfect.prætorio orientis, Campag.cap. Reg.132.post nu.72.* & ab officio (in hoc casu) officialis removetur per Regios superiores, & non à Barone *cap. Reg.35.ibi (& hoc fit de conscientia nostra)* & docet *Capibl. de Baronibus prag.5.nu.76.* immò neque Magna Curia potest amovere officiales, inconsulto Prorege, *cap. Reg.184.ubi Campag.nu.7.* Quòd practicatur in officialibus Regiis, secus in Baronalibus, quos in dies Magna Curia amovet ab officiis ex aliqua iusta causa sine consensu proregis, ut in dies videmus in hoc Regno practicari, & officialis potest ab officio amoveri etiam die feriato per superiores, *l.a. ver.offi i.ff.de feriis, Paris.de Puteo de sindic.ver.feriæ c.1.nu.2.* & accusatus tantum non debet ad novos honores promoveri, *l.reos criminis, C.de dignitat.lib.10.& in l.unica.C.de Rei post lib.10. Reg. de Ponte de potest.Proreg. tit.3 §.5. num.3.* & quod officialis committens in officio furta, & barattarias possint dignitate privari, dicit, *Capyc.decis.121.nu.18.*

130 Sic etiam si Presbyter sit inquisitus, pendente sua inquisitione, non potest celebrare missas, etiā si sit habilitatus pro dicta sua inquisitione, *cap. accusatum ubi DD.de simonia cap.venerabilis, ubi etiam DD. le off.deleg.* & docet *Genuens.pract. Arch Neap. cap.33.nu.12.in antiqua impressione*, & quod dicit presbytero sit deneganda licentia celebrandi missas, pendente eius inquisitione, dicit semper fuisse obsérvatum, *Riccius dec.264.par.2.* licèt ipse *Genuens.d.nu.12.* dicat, quod conceditur dicta licentia, quando delictum est leve, vel grave, sed con star de innocentia, licèt causa adhuc non sit finita, dummodò non adsit scandalum.

131 Sic etiam accusatus de crimine, quousq; pendet processus, non potest esse procurator alterius, *l. reum criminis 6.C.de procurat.*

132 Sic etiam religiosus, pendente sua inquisitione, non habet vocem activam, & sic ius eligendi *Ricc. dec.327.par.3.*

133 Sic etiam si Baro delinquat, & propter delictum sit eff. ctus contumax, privatur iurisdictione, pendente contumacia, ut dixi in *praxi forjudic.cap. 15.n.30. & seq.*

134 Sed in tantùm officialis removetur ab administrationem officii, pendente inquisitione, si durante officio, sit accusatus, in quantùm sit accusatus de crimine commisso in officio, *Jo. Grand. de bello exulum prædicamento pati quæst.3.speciali 96. n.2. Reg.de Ponte decis.25. Grammat.conf crim.10. nu.2. Cabal.resol crim casu 76. Præs.de Franch dec.8.& D. Reg.Merlin.controvers.forens.tom.2. cap.28. nu.9.& 11.* ubi *n.11.* dicit, quod etiam requiritur, ut ex ipso delicto sit privandus officio, & de dicto delicto aliquid substantiale appareat esse probatum, & quod judicium suspensionis intentetur ante litis contestationem, secus si sit accusatus de crimine commisso extrà officium, quia tunc, pendente accusatione potest exercere officium *Guazzin.ad defens.reorum def.8.cap.23.n.15.& Reg.Rovit.in prag. 13. n.12. de officia lib.* & ita puto procedere dicta per *Annam in sing. 370.* & officialis delinquens in officio, & dignitate, *l.si aliquid. C de suscept, & Arch.lib.10.l.Judices, C.de dignit.lib.12.* & docet *Catal.in.de indulto cap.42.n.6.* ubi *n.7.* dicit, quod ipse officialis delinquens in officio privatur etiam salario dicti officii, citat *tex.in l. ordinariorum, C.de cohortal.lib.12.*

135 Et quando Judex est fur, adulter, vel homicida, & de talibus criminibus sit condemnatus, in hoc casu non potest esse officialis, & si fuit electus, & tunc ab officio removetur, secus si non fuit condemnatus, ut dixi in *praxi forjudic. cap.15. n.23.* ubi *n.14. & 16.* dixi, quod si pro delicto quis sit bannitus, vel contumax, non potest esse officialis.

136 Et intra istud tempus suspensionis, infra quod officialis non potest exercere officium propter inquisitionem Baro non potest alium officialem creare, durante anno, sed alium sui loco subrogaro potest, *R.de Ponte dec.25. & Capibl.de Baron. tom.2.cap.23.nu.10. & seq.* sed si officialis sit per sententiam remotus in totum ab officialis sit per sententiam remotus in totùm ab officio propter delictum, & tunc Baro potest alium officialem per annum creare, *Capiblanc. tom.1.super prag.5.n.94.* & idem est si officialis sit suspensus ab administratione officii propter inquisitionem, & sit elapsus annus à die captæ possessionis officii, nam tunc Baro potest alium officialem creare, *Fontanel. de pactis nuptial. tom 1.claufsul.2.glos.10.n.102. & Capibl.d.cap.23. n.12.* secus si annus non sit elapsus, quia tunc Baro non potest alium officialem creare, ut diximus, & hoc dato, quod officialis sit per sententiam in totum privatus, & à dicta sententia sit appellatum, nam adhuc pendente appellatione, Baro non potest officium providere, *Capiblanc.d.cap.23.n.14.*

137 Et officialis, si se defendendo sit elapsus annus & accusatione pendente, non exercuit officium, si sit liberatus, non est integrandus in officio ad tantundem temporis, quantum stetit impeditus ab administratione, faciunt dicta per *Præs.de Franch.decis.45* ità in specie *Capiblanc. d.prag. 5. n.87.* & ideò officialis, qui non potuit exercere officium intra annum, non debet exercere officium in sequenti anno, excluso Judice, qui pro dicto anno sequenti fuit electus, ut ita decisum, testatur *de Franch.decis.419.* & docet *Capiblanc.tom. 2.cap.24.* sed quando officialis est liberatus, licèt

138 propter suspensionem non exercuit officium, tamen debet habere salarium sibi promissum à Barone, *l.ex causa ff.de re milit.Capibl.d.prag 5. nu.89.* & quod salarium debeatur officiali suspenso, & deinde restituto ad idem officium ex justitia, nisi alius eo tempore inservierit, dicit decisum *Donat. Anton.de Marinis quotid.resol.cap.310.in nova impressione, & Thor.in supplem.decis.ver. salarium fol.*

139 593. prout idem est si ipse officialis maneat infirmus, nam tempore infirmitatis adhuc ipsi currit salarium, si ipse officialis maneat in loco officiis, secus si sine licentia discessit, quia tunc ipsi non debetur salarium, durante infirmitate, *Capibl. d.prag.5.nu.91. Caravit.ritu 7.nu.2.& Paris de Puteo de sindic.ver.salarium cap.3.nu.3. & cap.6.post n. 1.* sed famulo infirmo non debetur salarium, durante ejus infirmitate, *Vivius commun.opinion.lib.2. opin.108. Mausonde causis execut.ampli at.32.num. 46.& Cabal.resol.crim.casu 294. nu.423.* ubi *num. præcedenti* dicit, quod miles infirmus suum debet habe-

habere salarium, sed officialis privatus officio propter delictum perdit salarium etiam pro tempore, quo administravit, ut dicam infra hoc *cap. n.327.* & Episcopus tenetur dare salarium suo Vicario Generali, dato quod dictum salarium à principio non sit promissum, *Merolla in theolog.morali tom.3.disp.7.cap.6.n.415.& seq.* ubi *cap.7. n.324.* dicit, quod Vicarius capituli, sede vacante, debet habere salarium, quod salarium non debetur dicto Vicario ex bonis capituli, sed ex bonis Episcopatus vacantis; & salarium promissum officiali, eo mortuo antè finitum officium, integrum debetur hæredibus ipsius officialis, *l.diem functo, ff. de off. assess.* & facit *text.in l.post duos, C.de Advoc.diver.judicorum*, & docet *Paris.de sindic.ver.salarium cap. 6.n.1.* sed de consuetudine debetur salarium hæredibus officialis mortui pro rata temporis, quo vixit officialis, *Capibl.de Baron.tom 2.cap.22.n.13.* & salarium si sit promissum officiali de proventibus faciendis, salarium debetur, dato quod non sint facti proventus, *Caravit.ritu 9.n.3.*

140 Et officialis, ut removeatur ab officio infra annum ex aliqua legitima causa, debet hoc fieri, audito ipso officiali, *Bart.& Salic.in l fin.C. ubi senat. vel claris, Reg.de Ponte decis.25. num. 7. & Gallup. pract.S.R.C.part.1.cap.1.n.17* ubi *n.18.* dicit, quod est satis strictè procedendum in materia remotionis ab officio,

141 Sed advertas, quod quis sub pœna ducatorum sexcentum non potest comparere in Regiis Tribunalibus nomine Universitatis ad porrigendum capita inquisitionis contra officialem, nisi habeat speciale mandatum ab ipsa Universitate, *pragm.3. de procurat.* vel aliquam Epistolam subscriptam manibus sindici, & electorum cum sigillo Universitatis, *d.prag.3.§.2.& 3.* aliàs si non habeat mandatum, Judex non debet recipere capita inquisitionis, *d.prag.3. §.4.* & Sindicus, & electi non possunt facere mandatum alicui ad porrigendum capita inquisitionis contra officialem, nisi congregata Universitate, more solito, & facta conclusione cum distinctione capitum inquisitionis, & deinde in mandato debet inseri tenor colloquii, *d. prag.3 §5.& 6.* quòd si privata persona porrigat capita inquisitionis contra officialem si sit præsens debet subscribere dicta capita, vel subscribi facere ab ejus Advocato, vel Procuratore, *d. prag.3.§.7.*

142 Quartò Doctor ignarus non potest esse officialis, sed ut suspectus removetur, *d.l.si quos, C.de offic. præfect.prætorient.* & dixi supra *cap.9. num.76.* sed qui non est Doctor potest esse officialis, licèt sit ignarus, *l.certi juris, C.de judiciis*, sed debet habere consultorem, qui sit Doctor, *Cinus, Bald.Salyc.& Jas.in d.l.certi juris, Thor.in suppl.dec.verb.officialis fol.452.& Capibl.to.2.c.17.n.1.& est prag.52.§.1. de off.magis, Just.prag.18.de offic.cap.Reg. Item quod prædicti Justitiarii, & Capitanei,* & aliud *c.Reg.* quod incipit, *Item quod in cognitionibus, quod est in n.46.et est aliud c.Reg. in n.280.* & docet *de Leonardis pract. officialium cap. 14. n.11.* ubi dicit, quod Præsides Provinciarum possunt esse illiterati, quia habent assessores, quorum consilio possunt facere justitiam citat *glosam in Auth.de judicib. ver. habentium, & Affl.in Const.Reg. Judices ubique in 2.not.* & idem tenet ipse *de Leonardis d.pract.cap.2.n.75.* ubi *n.81.* dicit, quod Præsides Provinciarum tenentur sequi consilia eorum judicum aliàs privantur officio, & nullus debet eligi in officialem, nisi sit peritus in jure, *20.dist.in principio, ubi glos. ver. scientia, & Ponte de potestate Proregis tit.3. §.5.n.11.* ubi *n.10.* dicit quod tria destruunt Rempublicam, non prudens neq; digestum consilium, privatum commodum, & latens odium circa *Alber. in l.1.C.de Justin.C. confir.* & ex perversione justitiæ regna subvertuntur, & ad aliorum dominium transferuntur, *cap. sciscitatis 7 q.1. de Ponte d.§.5.n.19.* & dicam infra *cap. 46. in fine*, & quando adest ordinarius consultor, & tunc officialis ejus consilium habere debet, aliàs potest ipse officialis habere consilium cujuslibet Doctoris, *Capiblanc. de Baronib.tom.2.cap.17. n 1.*

143 Et quis quamvis Doctor non sit, si tamen sit jure peritus potest esse consultor, vel assessor, *Borrel. de magistratuum edictis lib.1.c.8.n.39.Capiblanc. de Baronib.prag.3.n.213.& seq.* sed necesse est, ut sit licentiatus in jure, ut possit esse consultor, *Capibl. in add.ad d.n.213. & seq. Dinzi de pugna Doctorum to.1.tit.de facultate Doctorum c.2.n.7.8.& 31.*

144 Sed si quis nesciat scribere, vel legere, sed tantum sciat facere signum crucis non potest esse officialis dato, quod habeat consultorem, *Capibl. de Baronib.tom 2 cap.17.n.11.& Novar.de gravam. vasal.tom.1.gravam.189.*

145 Sed illiterati possunt esse de regimine Universitatis, *l.expertes, C. de decurionibus lib. 10. Rovit. pragm 5.n.21.de administrat.Universitatis.*

146 Et scias, quod Præsidentes Idiotæ Regiæ Cameræ Summariæ non possunt vocare in puncto juris, *prag 58.de offic.procurat.Cæsaris.*

147 Et hodie per novellam *pragm. editam de anno 1631.quæ est 23.de officialib.* Doctores non possunt exercere officium Capitanei, Judicis, & Assessoris, nisi sint examinati, & approbati, quod etiam erat olim dispositum per *cap.Reg.273. ver. quo de cætero*, ubi etiam habetur, quod quis non potest exercere officia, nisi prius sit examinatus, & approbatur à Prothonotario, vel ab ejus Locumtenente, & ab aliquibus de consilio, *de Leonardis d. cap.14.d.n.11.& cap.2.n.66.* sed per *d.prag. 23.* debet examinari à Regia Juncta, in qua intervenit unus Regens Regiam Cancellatiam, unus Præses Regiæ Cameræ Summariæ, & unus Consiliarius Sacri Regii Consilii, & quomodo reperitur ipse Doctor examinandus sufficiens, ita approbatur, quod si non reperiatur sufficiens reprobator, & remittitur ad studeondum, & cum erit peritus providebitur de officio, ut in *d.cap.Reg.273.& in d. prag.23.* nam semel reprobatos potest iterum examinari, & approbari, *Anna alleg. 123.* secus si sit reprobatus ob delictum, quia tunc non potest iterum doctorari, *l.Judices, C.de dignit.& l.illud, C.de suscept.lib.12.* latè *Capyc.decis.121.n.17.Rovit.rub. de scolaribus doctorandis n.19.* sic etiam Episcopus, qui propter ignorantiam cessit Episcopatum, si postea studet, potest Episcopatum petere, *cap. post translationem, verb.item si quis, de renunciat.Anna d. alleg.123.*

148 Et per *prag. 14. de officialib.* etiam Regiæ Audientiæ cum interventu Advocati Fiscalis possunt

Dd exa-

examinare, & approbare Doctores ad exercendum officia Baronalia tantum, & quis debet examinari in sua Provincia,& deindè approbatus in sua Provincia potest officia Baronalia exercere, & in alia Provincia arg.*pragm*.78 § 5.*de offic.Sacri Reg.Consil*.ubi dicitur, quod si quis fuit approbatus in una Provincia, & sic in una Regia Audientia ad exercendum officium Procuratoris, potest dictum officium exercere, & in alia Provincia, vigore dictæ approbationis.

149 Et ego Doctor Angelus Scialoya examinatus fui in Regia Iuncta,& fui approbatus ad officia Regia ex melioribus, & fuit die 17. Iunii 1633. & interuenit Dominus Regens Tappia, & D.Consiliarius Andreas Provenzanus, ætatis meæ annorum viginti sex,& doctoratus fui die decimaseptima Decembris 1631. ætatis meæ annorum viginti quatuor, quo die, qua doctoratus fui Mons Vesuvii magnam ruinam fecit, sed tenes hoc in bonum finem, & semper hoc est mihi memoriæ infixum.

150 Sed *d.prag*.23.limito nō procedere in officialib. delegatis à Principe, qui non debent examinari, & approbari,& non examinati,& approbati possunt eorum officium exercere, arg.*l.quidem* 57.*in fine ff. de re iudic* & docet *gloss.in d.l.certi iuris,C.de iud*.

151 Hinc est, quod *d.pragm*.23. procedit tantum in officialibus Baronalibus, & in iudicibus Magnæ Curiæ, & non in aliis supremibus officialibus, qui eliguntur per Regem, ut probatur in *d.prag*.23.

152 Et Auditor Rotæ Romanæ, non obstante examine facto, tēpore sui doctoratus, debet iterū examinari tempore, quo assumitur ad dignitatē auditoratus, *Bald.in cap.scriptum col.2.de elect*.ubi dicit idem servari Romæ in Auditoribus Sacri Palatii, sequitur *de Leonardis pract.officialium cap.2.n.67.& cap.6.n*.17. ubi dicit, quod Regii Consiliarii non examinantur, & nequè tenentur satisdare, prout alii officiales inferiores.

153 Sic etiam Magistri Actorum Sacri Regii Consilii debent examinari, & approbari, *prag*.13.§.3. *de officialibus prag*. 24. *de off. Sacri Regii Consilii*, & probatur in *d.c.Reg*.273.*in fine*.

154 Sic etiam, ut quis possit exercere officium Advocati, & Procuratoris in Regiis Tribunalibus est necesse, ut sit examinatus,& approbatus, ut diximus supra *cap*.17.*de foro curialium n*.7.

155 Sic etiam quilibet sacerdos etiam regularis non potest peccata hominum audire, nisi sit examinatus, & approbatus ab ejus Episcopo, vel parrochiale beneficium habeat, *Concil.Trid.sess*.23.*de reformat. cap*. 15. sed Episcopus absquè examine potest approbare Sacerdotem in confessione, nam examen non requiritur de essentia, sed tantum sufficit approbatio Episcopi, *Riccius in praxi resol*. 21.*part*.2.

156 Sed confessarius approbatus in una Diœcesi, non potest in alia Diœcesi confessiones audire, *Danza in suis considerationibus super d.prag*.23. *consideratione* 13.*n*.59.*&* 61.quas considerationes ponit in fine sui tractatus de pugna Doctorum in tomo primo, & Sacerdos approbatus pro una Parrochia, si habeat deindè aliam Parrochiam, debet iterum examinari,& approbari, *Riccius decis*.374.*n*.9.*part*.4.*& Danza ubi supra consideratione* 12.*n*.53.*cum seq*.

157 Et ut quis possit esse Vicarius Episcopi, debet saltim esse doctoratus, vel professus in iure canonico, *Concil.Trid.sess*.24 *cap*.16.*de reformat.Merolla in theolog morali tom*.3.*disp*.7.*cap*.6.*n*.31. & sufficit si sit doctoratus ex privilegio, *Riccius decis*.272.*n*.7.*part*.4. sic etiam doctoratus in Sacra Theologia potest etiam esse Vicarius Episcopi, *Riccius decis*. 305.*part*.4.ubi post *n*.13.dicit, quod causæ à sede Apostolica vicissignari possunt committi, qui si necesse sit, possunt eligere consultorem, citat *text.in cap.statutum §.assessorem, de rescript.in* 6. & esse dispositum per Constit. Leonis X. testatur *Merolla in theolog.morali to*.3.*disp*.7. *cap*.6 *n*.31. *in fine* ubi ex hoc infert, Vicarium Episcopi posse esse non Doctorem dummodo sibi eligat consultorem, & ipse *Merolla*, ibi dicit, quod Vicarius foraneus potest esse non doctoratus, & a *n*. 32. usquè ad *n*. 46. dicit ipse *Merolla*, quod monachus regularis potest esse Vicarius Episcopi cum licentia sui superioris.

158 Quintò ligatores non possunt esse Judices in eorum causis, cum hoc sit prohibitum, *l.unica,C. ne quis in sua causa Judices*,& dixi supra *cap*.9.*num*.1. *cum plurib.seq*.

159 Sextò infamis non potest esse officialis, *l.cassius, C. de senatoribus, & in l.c.C. ad legem Juliam de vi privata, & in l*.2.*C.de dignitate lib*.12.quod si fuit factus officialis potest removeri, *cap. infamibus de reg.jur.in* 6.latè *Capib.d.prag*.5 *n*.169.*cū plurib.seq*. sic etiam infamis non potest esse de regimine Universitatis, etiam in defectum aliorum, sed tantùm spurius potest esse de regimine Universitatis in defectum legitimorum, *Rovit.prag*. 2. *n* 9. *&* 10.*de adminis.univers*.& an spurius possit esse officialis, vide *Capibl.prag*.5.*n*.178.sed infamis potest esse arbiter *l Pedius* 7 *ff de recept. arbitris*. ubi etiam habetur, quod libertinus etiam potest esse arbiter, sed infamis potest esse arbiter voluntarius, qui eligitur voluntate partium, secus arbiter juris, nam infamis nō potest esse arbiter juris, *Blanc. de compromisso*, *q*. 2.*n*. 13. sed infamis assemptus per Regem in suum consiliarium dicitur infamiæ restitutus, *Jo: Aloys. Catal.de indulto cap.t.n*.89.

160 Septimò civis non potest esse officialis in propria Patria, *l.si eadem ff.de off.assessorum*, & docet *Thes.dec*.268.*n*.1. quod amplia, &

161 Primo in incola, quæ in loco, ubi larem constituit non potest esse officialis, *l*.3.*C.de divers.off. lib*.12.*Const.Reg Justitiarii per Provincias*.

162 Secundo amplia, ut civis non possit esse actuarius in sua Patria, ut ita decisum, testatur *de Franch.dec*.98.*Afflict.in Const.Reg.Justitiarii per provincias in* 1. *not.Capibl. prag*.3. *n*.219. *& Riccius Coll*.1358. immò Civis non potest esse Actuarius in sua Patria, dato quod habeat Actuarium consocium advenam, *Danza de pugna DD,tom*.1.*tit.de offic.actuarii nu*. 14. *& Novar. de gravam. vassallorum tom* 1. *gravam*. 203. *n*.7. sic etiam Civis non potest esse scriba in sua patria, *Novar.decis*.59.

163 Tertiò amplia, nam Locumtenens ad longum tempus non potest esse in sua Patria, *de Franch. d.decis*.98. quod secus est in locumtenente ad modicum tempus, *Afflict.in Const.Reg.Magistri Camerarii n*.10.*Capibl.d.prag*.3.*n*.218.*&* 223. *Rovit.prag*. 5.*n*.3.*&* 4.*de sindic.offic*,& ita procedit opinio, *Pacif*.

rif. de Puteo de sindic. ver. substitutus, cap. 2. n. 4.

164 Et Locumtenens non potest exercere ultra quindecim, vel viginti dies, ita decidunt, testatur *Capibl. d. prag. 3. n. 217. & in d. prag. 5. n. 16.* quod intellige, si Locumtenens sit creatus a Capitaneo, aliàs si à Barone, & potest exercercere ultrà quindecim dies. *Rovit. prag. 1. n. 54. & 56. & in prag. 5. n. 3. & 4. de sindic. eff. Capibl. d. prag. 2. nu. 223.* sed Locumtenens, quamvis pro modico tempore esse debeat, tamen ex causa potest excedere mensem, & multum tempus, si ordinarius officialis erit impeditus propter infirmitatem, vel suspensus sit ob inquisitionem, *Fontanel. de pactis nuptialibus clausula 4 glos. in parte. 1. n. 100.* secus si impedimentum officialis possit evitari, quia tunc Locumtenens non potest exercere ultra viginti dies, ut docet *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 18. n. 7. cum plurib. seq.*

165 Et Locumtenens creatus à Capitaneo non potest exercere merum imperium, prout potest exercere Locumtenens creatus à Barone, *Merolla in theolog. morali lib. 3. disp. 7. cap. 3. nu. 71. & Rovit. d. prag. 5. nu. 5. & 7. in fine,* ubi *nu. 6.* dicit, quod si Locumtenens gerat aliquem actum post regressum Capitanei acta sunt valida, & idem tenet *Giurba decis. 9. nu. 7.* Hinc est, quod si in Tribunalibus collegiatis sit commissa causa alicui ob absentiam ordinarii Commissarii causæ, commissio non expirat per reditum Commissarii antequam ipse Commissarius accedat ad Tribunal, *Rovit. decis. 61.* sequitur *Danza de pugna doctorum tom. 2. tit. de absentia cap. 1. nu. 7.* & tunc Locumtenens creatus à Barone potest exercere merum imperium, quando hoc in commissione ipsi fit concessum, *Campag. cap. Reg. quia de Vicariis num. 11.* & dum Locumtenens creatus ab officiali non habet merum imperium non potest aliquem torquere, quia potestas torquendi est meri imperii, *Foller. in pract. criminali 3. parte 3. partis, ver. & si confitebuntur nu. 76.*

166 Et licèt regulariter nullus officialis possit exercere per substitutum, ut habetur in pluribus *prag. situatis sub tit. de administrat. & quod personaliter serviant, & est cap. Reg. Item, quod prædicti officiales, & aliud,* quod incipit. *Quia de Vicarij,* & docet *Reg. Sanfelic. decis. 362. nu. 1. cum tribus seq.* immò nec etiam Actuarius potest servire per substitutum, *d. cap. Reg. Item, quod prædicti officiales,* sed potest tenere aliquem, qui loco ipsius se subscribat *Caravit. ritu 37. nu. 1. Danza de pugna DD. to. 1 tit. de offic. Actuarii, nu. 32.* & licèt dicta jura Regni prohibeant per substitutum, jurisdictiones exerceri, tamen non negant ad tempus licere ex aliqua justa causa, *Capyc. decis. 152. Guidon Papa decis. 234. Capibl. d. prag. 3. nu. 222. Paris. de Puteo de syndic. ver. substitutus, cap. 1. nu. 3. & cap. 2. nu. 3. & Reg. Sanfel. decis. 362. nu. 6. & 9.*

167 Immò Capitaneus potest creare Locumtenentem, dato quod ipsi non fit data potestas in commissione creandi Locumtenentem, *Capibl. dicta prag. 3. nu. 220. & 222.* sed Locumtenens creatus à Barone præfertur Locumtenenti creato à Capitaneo, *Rovit. dicta pragm. 5. nu. 5. de syndic. Offic. Boer. decis. 152. Amen. ad Præs. de Franch. dec. 98. nu. 14. Riccius coll. 2035. & Capibl. tom. 2. cap. 18. nu. 11.* & Locumtenens creatus à Barone non potest amoveri per Capitaneum, *Paris. de Puteo de syndic. ver. substitutus, cap. 2. nu. 10.* ubi *nu. 6.* dicit, quod Locumtenens non potest alium Locumtenentem creare, sed quod Locumtenens creatus à Capitaneo præferatur Locumtenenti creato à Barone, tenet *Novarius de gravam. vasal. tom. 2. gravam. 85.* ubi *gravam. 84.* dicit, quod Capitaneus non potest creare Erarium, vel Actuarium in suum Locumtenentem.

168 Sed circà hoc quæritur, quid si moriatur Capitaneus ante finitum officium, an Locumtenens creatus à dicto Capitaneo possit exercere, & *Alberic. de Rosat. in l. quæsitum. ff. de tutelis,* tenet quod Locumtenens ipse potest exercere quousque poterat exercere Capitaneus, sed *Boer. decis. 149. nu. 15* dicit hoc non servari, sed tantum ipse Locumtenens potest exercere quousque Baro provideat de alio Locumtenente, faciunt dicta per *Danzam de pugna DD. tom. 1. tit. de Officialibus in genere. cap. 7. in principio,* ubi dicit, idem esse si officialis fit privatus officio, nam adhuc ejus Locumtenens potest exercere, ut dicit ibi *Danza nu. 12. cum seq.* Et quod Locumtenens creatus ab officiali per ejus mortem non perdat officium, tenet *Faber in §. item si adhuc Inst. mandati Amend. ad Præs. de Franch. decis. 255. nu. 4.* nam si Locumtenens potest exercere in absentiam Capitanei, potest etiam exercere propter mortem ipsius, nam mortuus dicitur abesse, *glos. in cap. si delegatus ver. abesset, de officio deleg. in 6. de Franch. decis. 255 nu. 2. ubi nu. 4.* dicit, esse conclusum, quòd aliquo officiali creato, & in ejus absentiam altero, mortuo isto, primo loco creato hic in locum ejus subrogatus in casu absentiæ officium exercebit etiam in casu mortis, & idem tenent *Giurba decis. 9. Riccius coll. 1056. & Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 3. nu. 73.* ubi *nu. 74. & seq.* dicit, quod si officialis habeat potestatem à Barone creandi Locumtenentem, si eum creavit, & deinde decedat officialis, in hoc casu Locumtenens potest exercere, secus si non habebat potestaté constituendi Locumtenentem.

169 Quæritur etiam, quid si aliqua causa sit commissa per Magnam Curiam alicui Capitaneo, nulla facta mentione de Locumtenente, an Locumtenens possit illam causam exercere, & dicas, quod si Locumtenens fit creatus à Barone, & potest, quod secus est si fit creatus ab ipso capitulo, quia tunc in illa causa delegata Locumtenens non potest se intromittere, *Boer. decis. 151.*

170 Quæritur etiam quid si causa sit commissa Capitaneo, an eo mortuo ejus successor in ipsa causa se intromittere possit, & dicas, quod sic, secus si causa sit commissa Capitaneo, & expresso proprio nomine ipsius Capitanei, quia tunc successor non potest in illa causa se intromittere, *cap. quantum Abbas, de off. Judicis delegati.*

171 Undè delegatio facta à Papa alicui Vicario Episcopi per obitum ipsius Vicarii, vel remotionem ab officio non expirat, sed transit ad Vicarium successorem, *Genuens. pract. Arch. Neap. 33. nu. 1. in antiqua impressione,* ubi in fine illius cap. dicit ipse *Genuens.* quod Episcopus non potest se intromittere in causa delegata à Papa suo Vi-

cario, & hoc etiam si causa esset commissa Episcopo, vel Vicario, quia si literæ sint præsentatæ uni eorum, alter non potest se intromittere, & dicit ipse *Genuens.* ibi, quod quando delegatus Papæ subdelegat causam, & subdelegatus incipit procedere, non potest per delegatum causa avocari, nisi subdelegatio sit facta cum potestate avocandi causam in quacunque parte litis.

172 Sed commissa Episcopo, vel ejus Vicario non possunt expediri per Vicarium capitularem, sede vacante, ut dicam infra *nu.* 250.

173 Et Vicarius licèt non possit sibi constituere alium Vicarium, tamen si sit absentandus ex aliqua urgenti causa, potest sibi Vicarium facere, ut docent, *Capyc. decis.* 151 *nu.* 4. & *Merolla in theologia morali to.* 3. *disput.* 7. *cap.* 3. *nu.* 72. & *cap.* 6. *num.* 136. & 138 ubi *nu.* 141. & *seq.* dicit, quod Vicarius Generalis potest alium substituere, si habeat potestatem substituendi, & Vicarius Capitularis non potest alium Vicarium substituere, nisi ad breve tempus, & ex magna causa, & non nimis frequenter potest alium sui loco substituere, nisi habeat potestatem à capitulo alium substituendi, *Genuens. pract. Arch. Neap. cap.* 85. *n.* 13. & *Merolla d. disp.* 7. *cap.* 7. *n.* 306. & *seq.*

174 Et absente Episcopo, Archidiaconus efficitur Vicarius Episcopi, ipso jure *cap. 1. de off. Archid. Marant. d. part.* 4. *d. dist.* 5. *n.* 7. *Jo: Franciscus Leonis in thesauro fori Ecclesiastici part.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. *ver. quinta est*, & *Marcel de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici cap.* 44. *n.* 30. ubi dicit, quod mortuo Episcopo, sede vacante, infra illos octo dies intra quos capitulum tenetur eceare Vicarium capitularem, Archidiaconus potest administrare jurisdictionem, & idem tenent *Sborz. de Vicario Episcopi lib.* 1. *quæst.* 61. *Foller. in Constit. Reg. pervenit n.* 75. & *Novar. summa bullarum rubr. de capitulo sede vacante n.* 16. sed infra istos octo dies capitulum debere administrare dicunt *Barbos. de officio, & potest. Episc. part.* 3 *alleg.* 54 *n.* 163. & *Merolla in theolog. morali tom* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *n.* 261. & *seq.* & hodiè potestas Archidiaconi, quam habet, ut absente Episcopo efficiatur Vicarius Episcopi, recessit ab aula, *Merolla d. disp.* 7. *cap.* 3. *n.* 65. & *cap.* 7. *n.* 8. ubi *cap.* 6. *n.* 491. & *seq.* tenet quod Vicarius Generalis Episcopi præcedit Archidiacono, & idem tenet *Jo: de Arnono in sing.* 28.

175 Sic etiam Prorex in causa infirmitatis, vel absentiæ potest Locumtenentem sibi creare, *Rovit. rub. de adminis. & quod personaliter serviant num.* 8 *cum seq.* & *in prag.* 24. *de off. Sacri Regii Cons.* & vide *Capyc. d. dec.* 151. idem tenet *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. 5. 6. *n.* 1.

176 Sic etiam Regens Magnæ Curiæ potest sibi creare suum Locumtenentem in casu absentiæ, ut in *ritu* 278. *ubi Caravit. n.* 1.

177 Sed Judex, qui habet jurisdictionem mandatam à Papa Locumtenentem sui loco constituere non potest, nisi hoc expressè in commissis habeat, arg. *cap. relatum, & cap. licèt, de off. deleg.* & docent *Thomas Trivisanus decis.* 66. *num.* 1. *lib.* 1. & *Borrel. summa decis. tit.* 41. *num.* 290.

178 Sic etiam Syndicus, & electi Universitatis ex causa non possunt facere substitutum, quia adsunt aliæ collegiæ, qui valent interim exercere, ut docet *Capibl. de Baronib. tom.* 2. *cap.* 18. *in fine*, sed *Carrab. de Syndic. par.* 2. *n.* 175. dicit, quod Syndicus, & Electi non possint servire per substitutum, tamen secus est ob infirmitatem, vel absentiam non affectatam.

179 Quartò, quod dixi Civem non posse esse officialem in sua patria, amplia in Commissario, qui non potest destinari in sua patria, *d. l.* 3. *C. de diversis off. lib.* 12. *Rovit. prag.* 9. *n.* 4. *de officio judicum*, ubi ipse *Rovit* etiam dicit, quod neq; quis potest destinari in Commissarium in loco, ubi officium exercuit, & cum annis præteritis in hoc statu Terræ Novi fuisset creatus Auditor dicti Status Doctor Carolus Longobardus, & postea dictus Doctor Carolus advenit in dicto statu uti Commissarius expeditus per Perceptorem, fuit per Regiam Cameram Summariæ ordinatum, quod desistat à dicta commissione, & quod in futurum non destineur Commissarius in dicto statu à dicto Perceptore, & fuit ordinatum, quod sic observari faciat Auditor dicti status, & quod Commissarius possit allegari suspectus, & docet *Guazzin. ad defensam reorum defens.* 13. *cap.* 10. ubi post *n.* 2. dicit, quod solo juramento Commissarius potest allegari suspectus, & dixi supra *cap.* 9 *n.* 144.

180 Quintò amplia in eo, qui non est de Civitate, sed est de suburbiis, nam ipse neq. potest esse officialis in ipsa civitate, *Borrel. de magistratuum edictis lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 3. & *Riccius decis.* 84. *n.* 8. *part.* 3. & idem puto esse in eo, qui est de Casalibus alicujus terræ, qui non potest esse officialis de dicta terra, & suis casalibus nam esset officialis in propria patria, nisi dictum casale sit separatum quoad jurisdictionem, quia tunc potest esse officialis de dicta terra, & reliquis casalibus, nam in hoc cessat ratio, quod sit officialis in sua patria, & hoc dato, quod ipsa terra, & dictum casale habeant territorium promiscuum, & in commune, nam si oriretur aliqua questio, quoad communitatem ipse officialis redderetur suspectus tantum, & causa ipsa potest alteri delegari.

181 Sextò amplia, ut quis non possit esse Advocatus Fiscalis in sua Provincia a qua originem habet, *Bovadil. tom.* 1. *politic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 25. *Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de off. actuarii nu.* 30. sed de Consuetudine servatur contrarium, ut testatur idem *Danza de pugna DD. tom.* 2. *tit. de off. Fisci cap.* 1. *per totum*.

182 Septimò amplia, ut civis non possit esse assessor in sua patria, *Paris. de Puteo de syndicatu verb. assessor cap.* 1. *incipiens an potestas n.* 16. *Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de officialibus in genere cap.* 6. *nu.* 30. *cum seq.*

183 Octavò amplia, ut quis non possit esse Præses illius Provinciæ, ubi tenet feuda, *Mastril. de magistrat. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 3. & *Capibl. prag.* 5. *nu.* 166. & est ratio, nam feudatarius dicitur habere domicilium in loco feudi, ut dicam infra *cap.* 49. *de foro rei feudalis in fine*.

184 Nonò amplia, ut quis non possit esse officialis in loco, ubi habet majorem partem suarum fortunarum *d. Const. Reg. Justitiarii per Provincias*, ubi *Affl. n.* 2.

185 Sed hoc, quod civis non possit esse officialis in propria patria limita, & primo in Civitate Nea-

Neapolitana, in qua cives possunt esse officiales, quia adest præsentia Principis, *DD. ad Capicium decis.168. Capibl.in d. prag 5. n.167. & ibi idem in add.ad d.nu 167. de Franch.decis.479.in princip.& Riccius coll.1358. in fine.*

186 Secundò limita, nam oriundus potest esse officialis in Civitate Romana, *Lices tantummodò, C. de off.prætoris.*

187 Tertiò limita, nam civis potest esse officialis in sua patria cum licentia Principis, *l. fin. C. de crimine sacrileg. l.nulli, C.de officio Rectoris.*

188 Quarto limita, nam quis potest esse Judex delegatus in propria patria, ita *Paris. de Puteo de sindicatu ver.substitutis cap.2.n.4.*

189 Quintò limita in viro eminentissimæ scientiæ, & bonitatis, qui potest esse Officialis in propria patria, *Affl.in d.Const.Reg.Justitiarii per Provincias post n. 1.*

190 Sexto limita, nam quis non prohibetur esse officialis in loco, ubi duxit uxorem, si tamen ibi incolatum non fecerit, *Affl.in Const Reg.Justitiarii per Provincias in 2.not. & Capibl.de Baronib.to. 2.cap. 25. n.13.*

191 Septimò limita in terris minimis, in quibus civis potest esse officialis, *Thes. dec. 268. Affl. in d. Const. Reg. Justitiarii per Provincias, Riccius ad Præs.de Franch.d.dec.98.et Capibl.d.prag.3.n.226.* ubi *n. 229.* dicit, quod Baro non tenetur constituere assessorem assistentem in terris parvis, sic etiam licet civis non possit esse actuarius in sua patria, ut diximus supra *n.162* tamen secus est in locis parvis, in quibus civis potest esse actuarius, *Novar.decis.54.& Petra ad Gramm. decis.34.n 28.*

192 Hinc est, quòd licèt quis non possit esse officialis de duobus locis, *arg.l 5.C.qui milit.poss.lib.12.* tamen si loca sunt parva, & uni alteri annexa, potest esse, *Rovit.in rubr.de adminst.& quod personaliter serviant n.4. & neque Caravit. ritu 2. n 32. ver tertio limita, & Capibl. d.prag.3.n.226.*

193 Hinc etiam est, quod licèt officialis non possit fungi officio actuarii, & capitanei, tamen hoc non habet locum in locis minimis, ut dixi in *praxi forjud. cap.1 2.n 41.*

194 Hinc etiam est, quod licèt quis non possit habere duo beneficia *Concil.Trid.sess.21. cap.17.* tamen hoc locum non habet, quando beneficium est parvum, & non sufficiens ad victum, & ad sustentationem vitæ beneficiati, quia tunc potest habere aliud beneficium, dummodò utrumque personalem residentiam non requirat. Quòd procedit etiam si quis habeat beneficium, quod deductis sumptibus, & oneribus, parum remaneret, quia tunc etiam potest aliud obtinere, *Riccius dec.253.part.3.* quod si quis habeat plura beneficia, quorum unum est sufficiens ad vitæ sustentationem, non est tutus in foro conscientiæ, nisi fructus convertat in causam piam, non obstante, quod obtinuit beneficia illa cum dispensatione, *Riccius decis 260 part.3.& decis 243.n.1.part.4* & Consuetudo Neapolitanarum Ecclesiarum est, ut quis possit tenere plura beneficia simplicia ad victum insufficientia, & talis consuetudo est valida, nisi esset magna beneficiorum coacervatio, & nimia pluralitas beneficiorum, quia tunc beneficiatus non est tutus in conscientia, *Riccius decis.269.part.3.* & Episcopus, non potest dispensare ad duo beneficia, seu cappellanias incompatibiles, idem *Riccius decis.105.part 4.* & beneficia dicuntur incompatibilia ad effectum, ut simul retineri non possint, quando utrumque requirunt residentiam continuam, secus si temporalem, & certis diebus, quia tunc non inducitur incompatibilitas, ex quo beneficiatus potest onus utriusque adimplere, *Riccius decis. 311. part. 4.*

195 Et solus Papa potest dispensare in pluralitate Episcopatuum, aut quorumcunque aliorum beneficiorum curam animarum habentium, aut personalem residentiam requirentium, quæ sunt incompatibilia, *cap. sanctorum 70. dist. cap. de multis. de præbendis, cap ordinarii, de offic.ordin.in 6.Conc.Trident sess.7. de reformat.cap.2. 4. & 5.* & solus Papa potest dispensare ad plura beneficia, quamvis simplicia, *Concil.Trident. sess.24. de reform.cap.17. ità Jo: Franciscus Leonius in thesauro fori Ecclesiastici part. 2.cap 8. n.6.& 7.*

196 Et obtinens plura beneficia cum dispensatione tenetur ostendere dispensationem prædictam ordinario loci, *cap ordinarii de offic.ordin.in 6.Concil. Trid.sess.7.cap.5.de reform.Riccius coll.607.& 889.* hoc tamen fallit si quis per decennium possideat plura beneficia, quia tunc non tenetur ostendere dispensationem ordinariis locorum, nam dispensatio in hoc casu præsumitur ex cursu decem annorum, *Navarius cons.20.de præbendis,* intellige si ultrà cursum decennii adsit communis reputatio, quod adsit dispensatio in obtinente plura beneficia, *cap. illud de præsumptionibus, Achil. de Graffis decis.1.tit de præsumptionibus, Ludovic.decis. 57.n.8 & seq.& Novar.decis.142.*

197 Sic etiam Monachus non potest esse Abbas de duobus monasteriis, *cap.fin. in fine de religiosis domibus.*

198 Et scias, quod Parrochus non potest esse Vicarius Episcopi, ut fuisse statutum per Sacram Congregationem, testantur *Quaranta summa bullarum ver.capitulum sede vacante, nu.15. in fine fol. 190. ver. idem erit observandum, & Merolla in theolog.morali tom.3.disp.7.cap. 6. cum plurib.seq.* ubi *cap.7. n.191.* dicit, quod neque Parochus potest esse Vicarius capituli, sede vacante nam quis prohibetur exercere duo officia diversa, nam Parrochus dum tenetur continuo residere in sua Parrochia ad administrandum Sanctissima Sacramenta, non potest vacare Vicariato, unde merito hoc fuit statutum, quod secus est in Parrocho Cathedralis Ecclesiæ, nam ipse in dicta Diœcesi potest esse Vicarius, dum ibi residendo potest ipsis duobus officiis vacare, *Riccius decis.319. par.4.*

199 Octavo, qui non stetit sindicatui in loco, ubi officium exercuit non potest esse officialis in alio loco, *l.neminem, C.de suscept.& arcar. lib. 10. & est ritus Magnæ Curiæ in n.295.Rovit.prag.5.n.19. de Baronib.& Carraba de sindicat.part.1.n. 172.* quod si fit creatus officialis alterius loci, & tunc potest removeri ab officio, dato quod deinde habeat literas liberatoriales ab Universitate, ubi officium exercuit, *Rovit.d.prag.5.nu.25.de Baronibus,* &

& non solum officialis tenetur stare sindicatui pro gestis in officio in fine sui officii, sed etiam actuarius tenetur stare sindicatui, *l. Consiliarios, C. de assessoribus, l. officio, C. de numeral. lib. 11. Anna sing. 48. Caravit. d. ritu 295. n. 19. & Carrabba de sindic. part. 1. n. 164. & part. 2. n. 143.* nisi sit solitum, actuarios non sindicari, quia tunc non sindicantur, *Capibl. prag. 5. n. 184.* prout est in Actuariis Magnæ Curiæ, Sacri Regii Consilii, & Regiæ Cameræ Summariæ, qui non sindicantur ex quo sunt perpetui, *Caravit. ritu 295. n. 19.* sed visitantur à Generali Visitatore, *Carrabba d. part. 1. nu. 166. & part. 2. num. 147.*

200 Sic etiam Bajulus tenetur stare sindicatui, *pragm. 1. §. 4. de officio Bajuli pragm. 3. §. 1. eodem tit. de off. Bajuli prag. 5. de sindic. off. Anna sing. 48.*

201 Sic etiam Auditores, & Locumtenens etiam modici temporis tenentur stare sindicatui, *prag. 5. de sindic. off. Capibl. d. prag. 5. n. 182.*

202 Immò si quis non præstat cautionem de parendo sindicatui non potest recepi in officialem ab Universitate, *prag. 1. §. 6. & prag. 5. de off. judicum,* & docent *Capibl. d. prag. 5. n. 179. & Carrab. de sindic. part. 2. n. 171.* & quis fidejubens simpliciter pro officiali de parendo sindicatui, videtur fidejubere pro interesse tantum, & non pro pœna ex maleficio imposita *l. fidejussores 69 ff. de fidejussoribus l. 1. C. de periculo eorum lib. 11.* & videtur fidejubere pro causis agitatis circà officium, & non extra, ut supra diximus *n. 74.* & dum officialis in ingressu officii præstat fidejussorem de parendo sindicatui, finito officio, non potest carcerari, nisi justa causa superveniat, puta si sit inquisitus officialis de capitali, quia tunc potest arrestari, *Jacob. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 12. num. 17.*

203 Et quando officialis non potest invenire fidejussorem in loco officii potest præstare cautionem in Regiis Tribunalibus, quæ in subsidium debet admitti, *prag. 41. de officio Procurat. Cæsaris, Capiblanc. d. prag. 5. nu. 178.* sed omnes officiales Regii tenentur præstare dictam cautionem in Regia Camera, *prag. 3. de off. justit.* intellige de officialibus Regiis ad tempus creatis, & non de perpetuis, nam officiales Regii perpetui non tenentur præstare cautionem de parendo sindicatui, sed per certa temporum intervalla visitantur, *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. 3. §. 5. num 18. & ejus prag. 11. de off. Judic.* & dixi supra *nu. 114.*

204 Et Rex non potest remittere officiali, ut non stet ad sindicatum, *Affl. in Const. Reg. Volumus, Campag. in cap. Reg. 132. post n. 56.* ubi *nu. seq.* dicit, quod valet pactù factù cù officiali, ut ipse non teneatur stare sindicatui, intellige, quoad culpam, & negligentiam, & non de aliis criminibus, aliàs esset remittere delictum futurum, quod leges abhorrent, sed quod Rex possit mandare, ut talis officialis nò teneatur stare sindicatui tenet *Sebast. de Neap. d. cap. Reg. 132. nu. 43.* sed prima opinio est magis æqua, & communis, sed tantum Princeps potest dispensare super tempus sindicandi, & illud abbreviare, ut dicit *Capibl. d. prag. 5. nu. 187.*

205 Sic etiam Princeps potest dispensare, ut officialis, qui non statit sindicatui in loco officii possit alia officia exercere, dummodò deinde pareat sindicatui in utroque loco, & ita vidi multoties practicatum, & dispensatum, & quod Rex possit dispensare, ut officialis, pendente sindicatu, possit alia officia exercere, dicit *Carrab. de sindic. parte 1. nu. 173.* ubi *nu. 175. & 176.* dicit, quod sindicatores non possunt concedere licentiam sindicando, pendente sindicatu causarum civilium, ut ipsi sindicando liceat discedere, & alia officia exercere, quando non adsunt querelæ criminales, & dixi supra *nu 34.*

206 Et non sufficit, ut officialis stet sindicatui pro tempore à jure statuto, ut possit alia officia exercere, sed requiritur, ut ob ineat literas liberatoriales, ut in *d. ritu 295.* ubi *Caravit. nu. 13.* & dixi supra *nu. 34.*

207 Et non sufficit, ut officialis obtineat literas liberatoriales à sindico, & electis Universitatis, viva voce, non electis sindicatoribus, & non emanatis bannis, nam tales literæ liberatoriales sunt nullæ *d. prag. 1. de sindic off. ibi, & si aliter fuerit sindicatus absolutus pro absoluto non habeatur,* & docet *Carrab. de sindic. part. 1. nu. 21.*

208 Et officialis si sit condemnatus in sindicatu non potest redire ad idem officium, vel ad aliud in eodem loco, *Rovit. d. prag. 1. nu. 51. de sindic. officialium, Capnius de regimine reip ub cap. 57. §. 9. num. 63. & Carrab. de sindic. par. 2. in add. nu. 27.*

209 Et officialis, qui injuriam infert subditis, removetur ab officio, & amplius officia exercere non potest, *Constit. Reg. Eos tantum, §. fin. Campag. cap. Reg. 532. in fine.*

210 Sed quæritur quid si officialis in causa sindicatus sit liberatus in prima instantia, an appellatione pendente, possit exercere alia officia, & puto, quod sic, nam sententia in causa sindicatus contrà officialem mandatur exequutioni, non obstante appellatione, ut in *d. prag. 1. de sindic. offic.* quod procedit etiam respectu querelantium, nam si ipsi fuerunt condemnati ad expensas, sententia mandatur exequutioni, non obstante appellatione, *Rovit. d. prag. 1. nu. 3. in fine,* ergo mandatur etiam exequutioni quoad exercenda officia, nam sicut à sententia lata contrà officialem in sindicatu non datur appellatio ad finem retardandi exequutionem ipsius sententiæ, ut diximus, & est *cap. Reg. Vulgaris in fine, & est tex. de jure communi in l. nulli, C. quorum appell. non recip. cap. ei qui appellat. §. nulli 2. qu. 6. Rovit. prag. 10. num. 6. de offic. magistri Just. Maranta in suo speculo parte 6. rub. & quandoquè appellatur nu. 204. & 302.* ita à sententia lata in favorem officialis neque datur appellatio ob naturam correlativorum, *Guazzinus in tract. ad defensam reorum def. 36. cap. 10. post nu. 3.* nisi dicatur de nullitate, quia tunc per nullitatem impeditur exequutio sententiæ in causa sindicatus, *Carrab. de sindicat. part. 2. nu. 120.* & quod pendente appellatione fuerunt expedite provisiones per M. C. V. ut liceat sindicando alia exercere officio, dicit *Carrab. de sindic. par. 1. nu. 176.*

211 Nonò, qui emit officium non potest illud exercere, nam commissio est nulla, *§. 1. & 2. Auth. ut Judices sine quoque suffrag. cap. Reg. 36. 37. 216. & 276. prag. 4. & 23. de Baronib. pragm. 2. de officialib.* & vendens officium dicitur committere, *Capibl. d. prag. 4. nu. 13. de Baronib.* immò officialis non potest accipere actuariam, ne sub specie actuariæ ema-

ematur officium, *d. prag.23. de Caronib.* & quod emens officium præsumitur habere animum furandi, *Mastril.dec.238.nu.2.& Novar.in coll.146. num.1. in antiqua impressione.*

212 Et officialis in ingressu officii tenetur jurare, quod nihil dedit, nec promisit pro habendo officium *d.cap.Reg.37.& 276.& est prag.4.de officialib.*& docent *Boss.pract.crim.tit.de ambitiosis nu.6. de Leonardis pract.officialium cap.6. n.10. & Jul. Clar.pract.crim.§ simonia ver. præterea*, & officialis ipse in ingressu officii tenetur etiam jurare, quod Deum,& justitiam habebit præoculis,& omnibus conquerentibus justitiam ministrabit sine fraude *Const. Reg. Inter cætera*, & docent *de Leonardis d. cap.6.n.11.*ubi etiam dicit ipse *de Leonardis*, quod officialis in ingressu officii tenetur jurare, quod pure, & sine fraude, non amore, nec odio, nec preces, nec timore justitiam ministrabit, *Constit. Reg.Puritatem*, tenetur etiam jurare de observando constitutiones capitula, & pragmaticas Regias, *Campag.d.cap.Reg.Item recipiant n.13. & est aliud cap.Reg. in num.285. ubi etiam Campag.& de Leonardis d. cap. 6.* sic etiam officialis in ingressu officii tenetur jurare de observando ejusdem loci privilegia, statuta, & Consuetudines, *prag.4.de officialib.* & tale juramentum remicti non potest, *Mising.observat.76.cent.2.& Novar. col.147. n.1.* sed *Danza depugna DD. tit. de officialibus in genere cap.8.n.30.tom.1.*dicit *prag.4.*procedere in officialibus Regiis, secus in Baronibus.

213 Et novo Baroni potest denegari possessio si recusat jurare de observando privilegia concessa à suis prædecessoribus, *Capibl.tom.2.cap.35.n. 8.& seq.*& facta confirmatione non intelliguntur confirmata ea, quæ non fuerunt in usu, ut docet *Capiblanc.in add.ad.prag.8.part.3. in add.ad n.135.*

214 Sic etiam officium magistri jurati non potest vendi, sed gratis debet concedi, & nequè potest vendi cum membris Bajulationis, *cap.Reg.151.*& Magister Juratus habet facultatem crimina denunciandi, & omnes malefactores explorandi, *DD.in l.divus,ff.de custod.reorum Campag.cap.Reg. Ad quietem.& de Franch.dec.43.*quòd si perscutari neglegerit,vel dissimulaverit, uti prævaricator punitur, *Menoch.de arbit.jud. casu 323. & Boss.tit. de denuntiat.num.17.* & etiam si delinquentes sint consanguinei Magister Juratus tenetur illos capere, & denunciare, *Decius,& Cagnol.in l.culpa caret, ff.de regulis juris.*& Magister Juratus tenetur prosequi,& capere omnes malefactores,& contumaces, & tenetur Civitatem nocte custodire, *tot.tit. ff.de officio præfect.vigilum Capibl.tom.2. cap.70.n. 6.*& de jure Regni Magister Juratus tenetur superioribus nunciare crimina, & malefactores capere, *cap.Reg.Ad quietem,ubi Campag.num. 9.* dicit, quod Magister Juratus tenetur excubias facere de nocte in Civitate, sed Capitaneus loci potest mictere suam familiam cum magistro jurato de nocte, & de hoc ipse magister juratus conqueri non potest, ut decisum refert *Capibl. d. tom. 2. d. cap.70.nu.16.& seq.*citat *tex.in argumentum.in l. si ita legatus, §. dominus proprietatis, ff.de usu, & habit.*& ibi ipse *Capibl.d.cap.70. n.20.& seq.*dicit, quòd universitas potest eligere custodes ad custodiendum nemora Universitatis absquè consensu Baronis, sed ipsi custodes non possunt carcerare, vel pignotare,damnum dantes absque mandata officialis.

215 Sic etiam officium sollicitatoris Fisci Regiæ Cameræ, & officium Procuratoris Magnæ Curiæ Vicariæ non potest vendi, *prag.11.§.52.& 59.de off.*

216 Sed officium Bajulationis,& Portulaniæ potest vendi, *Capibl.prag.4.n.55.de Baronibus Novar.coll. 30.n.4.& Danza de pugna DD.tom.1.tit.de officialib.in genere c.11.n.7.cum duob.seq.*

217 Sic etiam actuaria potest vendi, sed Baro non potest affictare dictam actuariam una cum proventibus civilibus, vel criminalibus, *Amend. ad Præs.de Franch.dec.526.nu.18. Capibl.d.prag.4.nu. 57.Reg.Costantinus in l.1.C.de pœnis fiscalib.lib.10. nu.17.& Capiblanc.tom.2.cap.20. num.16.*& pœnæ contumaciæ non possunt vendi, *pragm. 29. §.12. & pragm.37.§.17.de off.Magistri Justit.*

218 Sed hodiè quasi omnia officia Baronalia,& Regia venduntur, & plus offerenti conceduntur, & ex hoc veniunt omnia mala, & propter hoc Regnum istud ruit, & exhortor omnes, ut hoc non faciant, sed personis dignis dicta officia conferant, & ego laude Dei exercui officium Solofræ, & habui de provisione ducatos sexaginta. Secundo exercuit officium Piscariæ, & habui de provisione ducatos sehtuaginta duos. Tertio exercuit officiũ Bisiniani,& habui de provisione duc.sexaginta,& ultimo exercui officium Pisticii,& habui ducatos septuaginta duos, immò mihi fuit solutum salarium per alios, quatuor menses, quibus exercui officium plus anni in dicta terra Pisticii, & licèt Princeps, & Summus Pontifex possint vendere officia tamen ea vendentes non rectè agunt, *de Ponte de potest.Proregis tit.3. in princ.n. 9.& seq.* ubi *n.8.* dicit,quod non possunt vendi officia, quæ habent justitiæ administrationem,aliàs secus,& idem *de Ponte dec.16.nu.17. cum pluribus seq.& dec.37. n.13.& n.15.*

219 Sed licèt qui emit officium debeat ab officio removeri, tamen omnia acta facta per ipsum officialem, qui emit officium antequam fuit remotus sunt valida, *Capiblanc. d.prag.4. n.69.& seq.*

220 Decimò, excommunicatus non potest esse officialis, *cap. ad probandam, de re judicata cap. suscitatus de rescript.cap.pia de sentent. excomm.lib.6.* & docet *Rovit.in prag.1.n.5.de Eccles.personis*, prout nequè excommunicatus potest esse arbiter, *Blanc. de compromisso quæst.2. n.9.* Nisi inter excommunicatos, intellige quando eligitur voluntate partium, secus si vigore statuti,quia tunc excommunicatus non potest esse arbiter juris etiam inter excommunicatos, *Blanc. d.quæst.2.num.10.* ubi *in duob. numeris seq.* dicit, quòd si excommunicatus reputatus pro non excommunicato, vel quod non sit publicè excommunicatus potest esse arbiter, & Judex efficitur incapax ad judicandum, si sit declaratus excommunicatus, & ejus potestas, & jurisdictio suspenditur in tempus habilitatis,& absolutionis, *glos.in cap.suscitatus ver. infamum de rescriptis, Guazzinus ad defensam reorum def.1.cap.22. n.5.* & excommunicatus publicè non potest esse Judex ordinarius, nec delegatus, & omnia per eum gesta sunt nulla, *Bajard.ad Cla-*

rum,

rum § fin.quæst.43 n.20.& Judex excommunicatus non potest alteri jurisdictionem suam delegare, *glos.in cap. 1. de off.Vicarii Georgius Obrechti de jurisdictione lib.4.cap.2.n.11.*sed si causa sit delegata antè excommunicationem, jurisdictio delegata non expirat, si post delegationem excommunicetur delegans, *glos.in d. cap.1.de off. Vicarii, Borrel. summa dec.tit.41.n.271.* quod intellige si delegans excommunicetur post delegationem, re non integra, secus si reintegra, puta si delegatus non incepit cognoscere in causa, quia tunc non potest delegatus procedere, dato quod sit delegatus antè excommunicationem factam in delegantem, *Abb.in cap. licet de offic. deleg. Squillant.de priul. cler.cap.2. nu.118.& Marant. in sui speculo part.4. dist 5.n.75.* ubi dicit, quod excommunicato Episcopo, suspenditur jurisdictio ejus Vicarii donec Episcopus absolvatur, & idem tenet *Jo:de Arnono problema 78.*citat *cap. Romana de off. Vicarii in 6.* & hoc quoad causas cęptas; quam non cęptas, dicit *Squillant.d.cap.2 n.119.* & dixi supra *cap.12. n.105.*& excommunicato Vicario, statim dicitur suspensa jurisdictio Subvicarii creati ab ipso Vicario, *cap.1. de offic.Vicarii in 6.Sbrozza de Vicario Episc.l.3.quest.18. n 6. & 14 & Merolla in teolog. morali tom.3. disp.7. cap.6. n.489.* & suspenso, vel excommunicato capitulo, suspenditur jurisdictio Vicarii ipsius capituli, sede vacante, *Merolla in theolog.morali tom.3.disp.7.cap.7.n.302. cum duob. seq.*ubi *n. 304.* hoc ampliat, etiam si Vicarius capituli sede vacante, sit electus à Metropolitano post octo dies ob negligentiam ipsius capituli, nam adhuc, suspenso capitulo dicitur suspensa jurisdictio dicti Vicarii, sed jurisdictio Judicis ordinarii non finitur per excommunicationem factam in personam constituentis, ut neq; finitur per mortem ipsius constituentis, etiam re integra, ut docet *Marant.d.disp.5.n.61.& n.75.*ubi *n. 62.* dicit ipse *Maranta*, quod jurisdictio Vicarii extinguitur morte Episcopi, & devolvitur ad capitulum, sede vacante, & dixi *d.cap12.d.n.105.*& quod jurisdictio Judicis ordinarii non expirat per mortem constituentis, etiam re integra, est *tex.in l.venditor,§ fin ff.de iudiciis,*& docet *Georgius Obrechti de iurisdictione lib.4.cap.8.n.11. & seq.*sed alii dicunt, quod si Baro sit excommunicatus ejus officialis non potest cognoscere, ita *Jo:de Arnono in problema 78.*

221 Sed reperio aliquos *DD.* dicentes, quod si quis sit factus officialis, & pendente officio, decedat Baro, qui eum creavit, ejus successor stare dicto officiali, & eum amovere non potest, durante anno, ita *Capibl.d.prag.5.n.110. Viscont. & Riccius ad Præs.de Franc. decis.216.* qui dicunt hoc procedere si ipse officialis reperiatur in possessione officii, ut dicit *Rovit. cons.81.* aliàs est secus, ut docet idem *Capibl.d.prag.5.n.166.& in tom.2.cap.26. n.1.& 7.*quod si Baro videns feudum esse devolutarum ad aliam personam provideat officium in personam alicujus non finito anno officialis prædecessoris, in hoc casu puto, Baronem teneri ad interesse successori, nam prædecessor non potest colligere fructus immaturos in præjudicium successoris, *de Franch.dec.96.in fine,*& ideò male faciunt illi (salva pace bonorum) qui videndo adventum successoris mittunt novos officiales non finito tempore predecessorum in fraudem Proregis successoris, & mittunt eosdem officiales unum alteri, adhoc, ut tempus officii currat a die novæ possessionis & in hoc casu puto, quod Prorex successor, capta possessione, potest cum Collaterali Consilio amovere dicto officiales, & ordinare, quod unusquisq, eorum redeat ad primum officium, ut tenet *de Franch. dec.393. num.5.*

222 Et scias, quod si officium bidelli sit concessum alicui ad vitam per magnificum Cancellarium, ipso magnifico Cancellario, expirat dictum officium, & potest novus creari, ut ita decisum, testatur *de Franch.dec 165.* prout etiam si Archiepiscopus faciat Actuarium ad vitam per mortem Archiepiscopi expirat officium actuarii, *Afflict. decis. 101.*sed per mortem Regis potestas Proregis non expirat, *de Ponte in tract.de potest.Proregis tit.7. §. 6.num.4.*

223 Sed antequam quis sit declaratus excommunicatus potest officia exercere, arg.eorum, quæ tradit *Dominus Hipp.de Marf.pract.crim.§. agredior, n. 110.*ubi dicit, quod omnis exequutio est suspensa contra excommunicatum antequam sit declaratum, ipsum esse excommunicatum, ubi *n.108.*dicit ipse *Hypp.de Marf.* ibi, quod Notarius committens falsum propterquod ex forma statuti sit privatus officio tabellionatus, tamen potest conficere instrumenta, antequam sit privatus officio tabellionatus per sententiam Judicis.

224 Undecimò, Bannitus non potest esse officialis, *Rovit.d.prag.1.n.5.de Eccles.personis,& Anna sing. 52.*& dixi in *praxi forjud.cap.15 n.14.cum plur.seq,*

225 Duodecimò hæretici, credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, & ipsorum filii usq; ad secundam lineam paternam, ad primam verò maternam non possunt esse officiales, vel aliqood habere beneficium, si patres hæretici ante mortem, Ecclesiæ reincorporati non fuerint, *cap. statum.& cap. quicunq; §. hæretici, de hæreticis, in 6.* quod habet etiam locum in filiis natis anteqoam eorum patres effecti essent hæretici, *Franciscus Pegna ad Eimericum in directorio inquisitorum, par. 2.quæst.114.ver.omissas tamen,*ubi *ver.anceps* dicit, quod filii hæreticorum efficiantur iohabiles ad obtinendum beneficia, sed non privantur beneficiis habitis antequam eorum patres essent hæretici, idem tenet *Carerius pract.crim.tit.de hæreticis ver. expedito, n. 28.* & filii hæreticorum relapsorum sunt inhabiles ad officia, quamvis eorum parentes convertantur, & admittantur ad ecclesiastica sacramenta pœnitentiæ, & eucharistiæ, *Franc. Pegna ad Eimericum d.par.3. quæst.115. ver. oppositam,* ubi *ver. patre damnato* dicit quod filii hæreticorum, qui damnātur ob contumaciam adhuc sunt inhabiles ad officia, & beneficia obtinenda. Et credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum sunt excommunicati, quod si per annum duraverint in excommunicatione sunt infames, & oon possunt exercere officia, *cap. excommunicamus, lo primo, § credentes, de hæreticis.*

226 Decimotertiò, consanguinei Baronis non possunt esse officiales in terra ipsius Baronis, prout neq; consanguinei Episcopi possunt esse

Vi.

Vicarii in Diœcesi ipsius Episcopi, *Capiblanc. d. prag.5.num.168.* & ita observandum esse testatur *Dom.Danza de pugna DD.tom.1.tit. de qualitate officialium nu.* 85. sed tunc consanguineus Baroois non potest esse officialis in terra Baronis, quando inter Baronē & vassallos sunt lites in Sacro Regio Consilio pro gravaminibus illatis, per ipsum Baronem, suis vassallis, aliàs secus, *Dom. Regens Sanfelic.decis.63.n.35. & seq.& in decis.316.*

327 Decimoquarto, consanguinei officialium Regiorum usque ad tertium gradum non possunt eligi in officiales à Baronibus, nisi prius obtenta licentia à Protege, *pragm.5.§ fin.de muneribus officialium pragm. 5. de officialibus.*

328 Decimoquintò, officiales in Regno debent esse annales, *Afflict.sing 369. Mastril. dec.188.in princ* & ideò Baro non potest creare officialem ad beneplacitum, *Mastril.d.dec.288.n.7. Capibl.prag.5. n.9.de Franch dec.409. nu.1. & de Ponte de potest. Proregis tit.3.in princ.nu.2.* & successivè si aliquis exercuit officium per annum in aliquo loco, pro sequenti anno in eodem loco officium exercere non potest, *cap.Reg.* 173.202.234.& 283. & est *Const.Reg.Occupatis nobis, & in Const.Reg. Judices ubiquè locorum, prag.5. de Baronib. prag.1.§ 1. & 2.& prag.2 §.4.& 5.de officio judicum*, & est tex. *de jure communi in l.nemiaem, ubi Bare.C.de suscept. lib.10.* sed finito officio ipse officialis compellitur exercere jurisdictionem donec veniat ejus successor, *prag.4. & 10. de off. Judic. & in d.cap.Reg. 234.de Franch.dec.393. n.3.* & est tex. *de jure communi in l.meminisse, ff.de officio Proconsf.& in l.1.§. administrationem autem C.ut omnes Judices*, & docet *Merolla in theolog.morali lib.3. disp.7. cap.13. post n.105.* aliàs si discedat, non expectato successore, efficitur inhabilis ad exercenda alia officia, *d.pragm.4 & 10.de off judicum*, quæ funt in viridi observantia, ut testatur *Caravit. ritu 7. in fine*, & per *d.cap.234.* officialis qui non expectat successorem, finito officio, punitur in sex uncias aurei.

229 Sed Auditores Provinciales, qui sunt biennales, ut infra dicam *nu.239.* elapso biennio, statim expirat eorum commissio, & fiunt tanquam privatæ personæ, *prag.3. de officio justic.* sed in practica servatur, ut etiam Auditores Provinciales teneantur expectare successorem.

230 Ut in simili videmus, nam licèt Abbatissa non possit esse ultra triennium per Bullam Gregorii XIII. tamen elapso triennio, tenetur expectare successorem, *Canonicum Novar.in summa bullarum super d.bullam tit.de Abbatissa nu.9. tom.t.*

231 Quod si Baro dolosè non provideat de successore officiali, in hoc casu superior potest mandare officiali, quod nō exerceat, & Baro alium eligat, & interim Locumtenens exerceat, *Font.mel.de pactis connub.tom.1.fol.153.clausula 4.glos.10. num. 99. & Capibl. in add. ad pragm. 5. in add. ad num. 140.*

232 Et advertas, quod officialis si sit salariatus, pro tempore, quo stetit in officio extra annum, in expectando successorem potest petere salarium pro rata temporis, ita *Capyc.decis.125. Capiblanc. d pragm.5.nu.140.Camp.ag.in cap.Reg.234.Paris.de Puteo de sindic.ver.salarium cap.2.nu.5.& Jo.de Arnano problema 20.*

233 Et officialis anni præteriti non potest confirmari pro anno sequenti, etiam sub quæsito aliquo nomine Commissarii, aut Locumtenentis, *glos. in l.1.C.de privileg.scolar.lib.12.* ita decisum, testatur *Afflict.sing.479.* quòd amplia etiam Universitate consentiente, nam adhuc non potest confirmari *d.prag.1.§.1.& prag.2.§ 4.de off. judicum.*

234 Immò si unus frater exercuit officium Capitanei in aliquo loco, in sequenti anno non potest eligi in officialem alter frater in eodem loco, *Capibl. d.pragm.5.nu.139.* & faciunt dicta per *Canonicum Novar. in summa bullarum super dictam Bullam Gregorii XIII.tit. de Abbatissa nu.6. tom. t.* ubi dicit, quòd Abbatissa non potest eligi ultra triennium per dictam bullam, & elapso dicto triennio, non potest eligi soror carnalis ipsius Abbatissæ prædecessoris in eodem Monasterio.

235 Et officialis, finito anno, non potest esse Judex secundarum causarum pro sequenti anno in eodem loco, ubi anno præterito fuit Judex primarum causarum, *de Franch. decis. 479. Mastrill. decis. 188. num. 12. & idem Mastrill. de magistrat.lib.1.cap.23.nu.61. & num.65. & part.2. lib.4.cap.17. nu.19. & Riccius coll.317.* ubi dicit, ipse *Riccius*, fidejussorem datum ab officiali pro primo anno non teneri pro anno sequenti, si is fuit confirmatus, citat *Vivium decis.129.* & est tex. in arg.in *l.Lucius Titius, §.Paulus ff.de administr. tutor.& in l si cum ermet, C.locati, & in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.locati*, idem tenent *Caravit.ritu 293.nu.20.& Rovit.prag.1.num.32. de sindic.off.* intellige si interveniat nova commissio, & nova possessio, aliàs si nulla data alia commissione, & nova possessione, officialis continuet in exercendo officium per alium annum, in hoc casu fidejussor non liberatur, *Muscatel.in praxi fidejussoria part.1. modo 14.num.13.cum plurib.seq. Thorus compendio decis.tom.2. ver. fidejussor de præsentando circa medium fol.239.& de Leonardis pract.officialium c.15. nu.14.*

236 Sed in terris parvis, qui potest esse officialis ultrà annum, & docet *Capiblanc. de Baronibus prag. 3.post nu.229.& in prag.5.nu.158.*

237 Quòd si officialis intrà annum velit discedere ab officio, & eum renunciare, etiam consentiente Barone, reluctante tamen Universitate, non potest discedere, & officium derelinquere, *de Franch.decis.409.Reg. Tappia ad sui Regni super prag.5. de Baronib.*

238 Et licèt regula sit, quod singularis successor non teneatur stare colono, *l.emptorem, C.de locato, & conducto*, latè *Covar.variar.resol.lib.2.cap.15.per totum* tamen si aliqua terra vendatur, emptor non potest amovere officialem creatum à venditore, durante anno, dum officiales debeant esse annales, quod intellige, si ipse officialis cæpit possessionem officii, aliàs secus, *Capiblanc.de Baronib.tom.t. prag.5. num.106.& 110.& in 2.to.cap.26.nu.t.& 7.Regens Rovit.cons.81. & Viscont. & Riccius ad Præf.de Franch.decis.216.* sic etiam conductor alicujus terræ cum jurisdictione tenetur stare officiali, *Thor.in suppl.ver.officiali fol.453.Franch.dec. 216.Ozasc.dec.82.& Capiblanc.d.cap.26. nu.9.* ubi *nu.6.* dicit, quod sequestrata jurisdictione Baronis ob ejus contumaciam, officialis, qui reperitur in

possessione infra annum removeri non debet.

239 Sed quæritur, an Judex secundarum causarum debeat esse annalis, & dicas, quod Auditor Provincialis est biennalis, *pragm.3.de off.Justit.pragm.1. §.1.& prag.2.§.4. de off.Judicum*, & licèt Prorex faciat commissionem Auditoribus, pro uno anno tantum, tamen deinde Auditores ipsi exercent officium per biennium, *Vivius decis.129.num.5.& de Leonardis pract.officialium cap.5.nu.72.* sed Auditor secundarum causarum Baronis, dicit *Capiblanc.d prag.5.nu.77.* sed de jure debet esse annalis, sed dicit fuisse decisum, posse esse biennalem, & dicit ab hac sentententia fuisse reclamatum, sed non vidisse verbum factum, sed quod debeat esse annalis, dicit decisum *Donat.Anton.de Marinis quotid.resol.cap.284. nu.5. & 6. in nova compilat.* sequitur *Thor.in supplem.decis. verb. Judex fol. 316.*

240 Sed Præsides Provinciales sunt triennales, ut in *d.pragm.1.§.1.& d.prag.2.§.4.de officio Iudicum.*

241 Et Advocatus Fisci de jure debet esse biennalis, *l.sancimus 12.C.de advocatis diverf.judiciorum*, sed de Consuetudine est perpetuus, *Caravit.ritu 17. Capiblanc.d.prag.5. nu.84. & de Leonardis pract. officialium cap.3.nu.27.*

242 Sed Vicarius Episcopi potest ad nutum revocari, etiam juramento non obstante, *Geminian.in cap.1.de offic.Vicarii nu.6.Franc. March.decis 796. to.1.Capiblanc.d.pragm.5. nu.153. & Merolla tom. 3.disp.7.cap.6. nu.44.& seq.*

243 Hinc est, quod Vicarius creatus per capitulum sede vacante, potest per eundem capitulum ad nutum revocari, *Riccius decis.178. & decis.305.n. 5.part.4.* sed hodiè aliter esse determinatum, & dispositum per Sacram Congregationem super negotiis Episcoporum præpositum, & pluribus capitulis rescriptum, ut nequeant amovere Vicarium capitularem sine causa approbata ab ipsa Sacra Congregatione, quam in tali casu certiorari debere, aliàs revocationem, & amotionem esse nullam, testantur *Riccius coll. 1602 in fine, Quaranta in summa bullarum ver. capitulum sede vacante nu.3.in fine, & Marcel. de Vulpe in prax.judicialis fori Ecclesiastici cap.44. nu.23.* & quod Vicarius capitularis costitutus à capitulo, sede vacante, non possit revocari absquè causa dicit *Genuens.pract.Arch.Neap. cap.84. nu.4.* sed quòd capitulum possit ad libitum revocare Vicarium à se electum, tenent *Sborz. de Vicario Episc. lib.3. quæst.32.nu.7.Farinac.decis.202. & Merolla in theolog.morali tom.3.disput.7.cap.7. à nu.265. usquè ad nu.273.* ubi *nu.274.* hoc ampliat, dato, quod capitulum jurasset cum non revocare, nam adhuc potest eum ad libitum revocare, & à *n.275.usquè ad nu.284.* hoc etiam ampliat, dato, quod ipse Vicarius sit electus ab Archiepiscopo Metropolitano post octo dies ob negligentiam capitali, nam adhuc capitulum potest dictum Vicarium revocare, sed nunc est serviendum quod hærede Congregatio mandavit, ut jam dictum est.

244 Et capitulum, sede vacante, potest eligere in Vicarium personam extraneam, & extrà gremium ipsius capituli, *Aloys.Riccius in decis.180. part.4.& in praxi fori Ecclesiastici part.1. dec.482.*

245 Et capitulum, sede vacante, infra octo dies tenetur creare Vicarium, *Concil.Trid.sess.24. cap.16.* & potest duos Vicarios creare, si adsit immemorabilis consuetudo duos eligendi *Riccius decis.193.part.4.Genuens.d.cap.84 nu.1. & Merolla d.cap.7.nu.240. & seq.* sic etiam Episcopus potest in sua Diœcesi duos creare Vicarios, *Riccius in praxi fori Ecclesiastici resol.199. par.2. & Merolla in theolog.morali to.3.disp 7.cap 6. nu.79.* prout est in Diœcesi mea Caputaquensis, in qua unus Vicarius residet in terra Salæ, & alter in terra Novi mea patria, & hoc est propter magnitudinem illius Diœcesis, & quando sunt duo Vicarii Generales Episcopi, si causa committatur Vicario Generali cui ipsorum censeatur facta commissio, vide *Squillant. de privileg. Cler.cap.1. num. 201.*

246 Et Archiepiscopus supplet negligentiam capituli, sede vacante, si non eligit Vicarium capitularem infrà octo dies, vel non ideoneum, *Concil. Trident.sess.24.de reformat.cap.16.Genuens.d.pract. cap.86.nu.7.* ubi *nu.3.* dicit, quod Archiepiscopus compellit Episcopum, ut constituat sibi Vicarium, & dicam infra *cap.35 nu.4.* & quando Ecclesia est Metropolitana, vel exempta, & capitulum negligens sit in creando Vicarium infra octo dies, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta Vicarium constituit *d.cap.16. Concil. Trident.* sed elapsis dictis octo diebus capitulum potest purgare moram, & Vicarium eligere, antequam eligatur à Metropolitano, vel à suffraganeo antiquiori, *Riccius collect.2602. & Merolla d.cap.74 nu.227.usquè ad n.237.* ubi *nu.238.* dicit, quod si transactis dictis octo diebus reperiantur duo Vicarii electi, unus à Metropolitano, aut à suffraganeo antiquiori, & alter à capitulo, ille præfertur qui prius tempore electus fuit, quod si electi reperiantur eodem die, electus à Metropolitano, vel à suffraganeo antiquiori præfertur.

247 Et capitulum, sede vacante, habet privilegium cognoscendi de causis quemadmodum habebat Episcopus, eo vivente, *Riccius decis.273. par.4. & Genuens.in d.pract.cap.85.* nam capitulum, sede vacante succedit in jurisdictione ordinaria *cap.1. de majoritate, & obed.Jo:Franc.Leonius in thesauro fori Ecclesiastici par.1.cap.10.num.7.* ubi *nu.8.* dicit, quod Vicarius à capitulo sede Episcopali vacante deputatus eandem jurisdictionem, quam habebat Vicarius Episcopi, & capitulum sede vacante succedit in omni jurisdictione Episcopi, *Merolla in theolog.morali to.3.disput.7. cap. 7.n.1.cum pl.seq.*

248 Undè sicut Vicarius Generalis Episcopi potest unam, vel plures causas delegare, *glos.in cap.1. verb.ipsius, de off.deleg.in 6.Barbos. de auctoritate Episcopi alleg.54.n.101.part.3. Thomas Trivis.dec. 19.lib.1.& Novar.dec 104.nu.1.* ita & Vicarius capitularis potest unam, vel plures causas delegare, *Novar.dec.104.*

249 Et Vicarius capitularis potest continuare jurisdictionem donec novus Episcopus cæpit possessionem, *Novar.decis.223. nu.6.* & docet *Marcel.de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici cap. 44. nu.32.*

250 Sed capitulum, sede vacante, licèt succedat in jurisdictione ordinaria, ut dixi, tamen non succedit

dit in jurisdictione delegata, *Merolla d.cap.7.nu. 15.& seq.*ubi *nu.60.& seq.*hoc ampliat etiam in jurisdictione delegata Episcopo à canone, in qua non succedit capitulum, sede vacante,& Vicarius capituli,sede vacante, non potest exequi dispensationes directas à Pontifice Vicario Generali Episcopi,*Merolla d. cap.7.nu.295. cum plurib.seqq.* immò omnia commissa Episcopo, vel ejus Vicario non possunt expediri per Vicarium capitularem sede vacante, *Squillan.de privileg. Cler.cap.2. nu.199.& seq,Merolla d.cap.7.nu.294,Riccius dec. 44.par.1.Maranta in suo speculo part.4.dist 5.nu.71. Genuens.d.cap.84.nu.12.& Jo:Franc. Leonis num.8. ver.quarto,ubi ver.secundo,*dicit, quòd Vicarius capitularis non potest exequi literas Apostolicas Vicario Generali Episcopi delegatas, & neque capitulum sede vacante, potest dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus,prout potest Episcopus, *Jo:Franc. Leonius d. nu.8.ver.octavo*, & dicam infra *cap.39.nu.19.* sic etiam licèt capitulum sede vacante, succedat in jure visitandi Diœcesim, ut docet *Abb.in cap.cum olim nu.2.ver.sed indistinctè de majorit. & obed.*tamen capitulum sede vacante, non succedit in jure visitandi monasteria, nec loca empta, quę visitat Episcopus authoritate Apostolica vigore *Concil.Trident.Io:Franc. Leonius d.nu.8, verb. decimo,& Merolla d.cap.7.nu.50.*ubi à *num.248.usquè ad nu.258.*dicit, quod facta electione Vicarii capitularis, non censetur translata tota jurisdictio in ipsum Vicarium privativè ad ipsum capitulum.

251 Sic etiam capitulum, sede vacante, non potest cognoscere de causa feudali,*Hostiensis,Anchar.& Marian.Soccin. in cap.verum de foro compet. Jo: Franc.Leonius d.nu.8.ver.7.*

252 Sic etiam capitulum sede vacante, neque succedit in collationem beneficiorum *cap.2. ne sede vacante,Marian,Soccin.d.capitulo verum, in glosa prima,& ibi Anchar.nu.4.de foro compet. Jo:Franc. Leonius d.nu.8. ver.3. & Merolla in theolog.morali to.3.disp.7,cap.7.nu.89.cum plurib.seq.* ubi n.95. hoc limitat in confirmatione electi ad beneficium,& in institutione electi ad beneficium,& in institutione præsentati, nam capitulum sede vacante potest electos confirmare,& instituere presentatos ad beneficia à portionis,*cap.cum olim,de major.& obed.cap.1.de instit.in6.*

253 Et scias, quod si quis dicat de nullitate deputationis Vicarii capitularis, nullitas non potest proponi coram eodem capitulo, sed debet proponi coram superiore capituli,per quem si electio sit declarata nulla potest capitulum iterum se congregare, & alium eligere, *Quaranta summa bullarum,verb.capitulum sede vacante, in fine, & Marcel.de Vulpe d.cap.44.nu.31.* & quæ facere possit capitulum, sede vacante, vide *Genuens.d.cap. 85.per totum.*

254 Et capitulum succedit in jurisdictione Episcopi,sive ipse Episcopus sit mortuus morte naturali,sivè sit captus ab infidelibus,*cap.si Episcopus, de suppl.neglig.prælat.*ubi *glos.ver.mortem*, dicit idem esse si Episcopus renunciavit Episcopatui, vel si sit depositus, nam adhuc capitulum succedit in ejus jurisdictione, & idem est si Vicarius Generalis Episcopi decedat, ipso Episcopo existente in remotis,*Merolla to.3.disput.7.cap.7.nu.6.& seq & Genuens.d.cap.84.num.11.* ubi dicit, quod capitulum potest constituere Vicarium, quando Episcopus est absens in remotis.

255 Sed Episcopus,si sit suspensus à divinis tantum potest jurisdictionalia exercere *cap.sacro, de sent. excomm.Abb.in cap.cum dilectus,l.ultimo nu.20.ver. unde in hac materia,de Consuet.Anna alleg.71. nu.6.* in qua alleg. dicit suisse decisum ipse *Anna*, quod si Episcopus sit suspectus à divinis,& ipsi sit delegata causa à sede Apostolica, ipse Episcopus potest dictam causam alteri subdelegare, & subdelegatus potest procedere in dicta causa.

256 Sed advertas, quod Judex Bajulorum debet esse annalis, *Anna sing.369. & in alleg.15.* prout etiam ipse Bajulus debet esse annalis, *prag.1.§.nec possit,& prag.3 §.1. de officio Bajuli.*

257 Sic etiam Sindicus debet esse annalis, *Anna d. sing.369.& alleg.15.* sed ipse sindicus potest confirmari pro anno sequenti,nemine recusante tempore confirmationis, *de Franch.decis.609.*quod si recusat Baro,non potest confirmari, *Anna d.alleg. 15.* nam Baro dicitur civis, *de Franch. dec.197. & est prag.12.de Baronib.* sed si tempore confirmationis nemo recusavit, si post confirmationem nonnulli recusant,non retractatur confirmatio, *Anna d.alleg.15.in fine*,& ita decisum, testatur *de Franch.decis.609.* licèt contrarium videatur concludere idem *de Franch.decis.264.*

258 Quod si quis fuit sindicus pro uno anno, non compellitur exercere idem officium nisi elapso quinquennio, & ad diversum officium per triennium, *l.2.C.de muneribus, & honoribus non continuandis lib.10.de Franch.dec.210. nu.3. & d.decis. 264.*& potest in hoc contradicere tàm ipse Sindicus,quàm Universitas *Capiblanc.de Baronib.pragm. 10.nu.119.Novar.decis.37,nu.2. & Rovit. in prag. 2.nu.15.de administ.univers.*ubi limitat non procedere si sumus in locis minimis in quibus non sint alii idonei,idem tenent *Capiblanc.prag.10.nu.119. Thor in supplem.decis.ver.officialis, fol.452.& Novar.d.decis.37.nu.3.*ut in simili, nam licet Advocati non possint compelli ad suscipiendum onus personale *l.fancimus 6.C.de Advocatis divers. judiciorum,Guid.Papa decis.88.* unde Advocatus pauperum excusatur a munere, & officio electatus Regiminis Universitatis,ut ita decisum, testatur *Novar.decis.220.*tamen quando non reperiuntur alii idonei, & tunc Advocati non excusantur, *glos.in d.l.fancimus*, ut etiam, nam licèt minores non possint esse de regimine Universitatis,tamen ob defectum majorum possunt esse, *Rovitus prag. 5.n.29.de administr. univers.*ubi *n.28*,dicit,quod si pater fuit Sindicus pro anno,potest esse Sindicus, vel etiam ejus filius pro anno sequenti, etiam non elapso triennio, vel quinquennio, & de jure communi vide *glos.in l.1. ver.continuare, C.de muneribus non continuandis lib.10.*& vide etiam *Thorum comp. dec. tom.2.verb. electio fol.175.& Rictium dec.290.n.18.part.2.* qui tenent contrarium, & sic, quod filius non possit admicti ad idem officium, quod exercuit ejus pater intra triennium si sit diversum, vel quinquennium si sit idem officium, sed prima opinio *Roviti* est vera *Novar. dec.*

dec.40.licèt ipse *Novar.* citet *Rovit.* & *R. crium* in contraria opinione, quam ipsi sunt. & vide *Pasch. de virib. patriæ potestatis part.4. cap.fin. n.t. in fine.*

259 Sed quis potest cogi ad administrandum aliud officium intra triennium, si primum, quod exercuit fuit parvum, *glos. in d.l. divus verb. continuet, ff. ad municipales*, & docet *Novar. decis.37. num.9.*

260 Sic etiam qui fuit catapanus pro uno anno, potest esse sindicus pro anno sequenti, *Capibl. de Baronib. prag.10. nu.121.*

261 Sed alii officiales, qui habent jurisdictionem debent vacare ad idem officium exercendum in eodem loco tanto tempore, quantum dictum officium exercuerunt, *prag.1.§.2. & prag. 2. §.5. de officio judicum*, sed officialis finito officio si parvit sindicatui statim potest eligi in officialem alterius loci, *Mastril. decis.188. n.11.* ubi *n.12.* dicit secus esse in eodem loco, *de Franch. dec.479. n.6.*

262 Sed scias, quod electio sindici est facienda per Universitatem, & non per Baronem, *prag. 10. de Baronibus prag.2. de administrat. Universit. de Franch. dec.210. & Campag. cap. Reg. Item collatores n.4. & in cap. Reg. Gravamina n.79.* & potest fieri electio sindici, & aliorum administratorum Universitatis etiam die feriato, *Novarius in coll. ad prag. 4. n.31. de administ. Univers. & Thor. in supplem. decis. verb. parlamenta fol.465.*

263 Sed Universitas non potest se congregare ad sindicum, & electos faciendum absque officialis præsentia, *de Franch. dec.446 & Campag cap. Reg. Item collatores n.4.* ubi dicit quod si electio sindici sit facta, non congregata Universitate, vel congregata, sed non in loco solito electio est nulla, citat *tex. in l. actuarios*, ubi *Bart. C. de novo act. lib. 12.* sic etiam electio sindici est nulla, si non vocantur omnes, qui interesse habent, *Anna sing. 161.*

Et quando non adest officialis, sufficit, ut Universitas congregetur de mandato senioris dictæ Universitatis, *Jo. de Arnono cautela 36.*

264 Quod si unus officialis habeat civilem jurisdictionem, alter verò criminalem, præsentia Judicis criminalis requiritur, *de Franch. decis.388. Capibl. de Baronib. prag.10. n.98. et in prag.8. p.2 n.260.* sed quod requiratur præsentia officialis, civilis tenent *Capyc. decis.27. in quinto dubio, & Campag. in cap. Regni Illustri n.41.* ubi *n. seq.* dicit, quod officialis criminalis præfertur in præcedendo officiali civili, citat *Capyc. in d. decis.27. in 6. dubio*, & quòd in parlamentis debeat intervenire officialis civilis, & non criminalis, tenet *Anna sing.368.* & hoc dato, quòd Ecclesia sit domina jurisdictionis civilis, nam adhuc in parlamentis intervenit officialis civilis, *Anna alleg.52. & Danza de pugna DD. tom.1. tit. de officialibus in genere cap.8. nu. 43. cum pluribus seq.* & ita observatur in valle Novi mea patria, qui casalis valli aliàs delli cornuti eft Santissimæ Annunciatæ Civitatis Neapolitanæ.

265 Et in omnibus parlamentis debet intervenire præsentia officialis, *l.2. C. de decurionibus Capyc. d. decis.27. n.22. Anna d. alleg.52. n.77. & in sing.367. & de Franch. dec.446. n.1 & 2.* nisi esset faciendum parlamentum contra officialem, quia tunc Universitas potest esse congregare absque præsentia officialis, arg. eorum, quæ traduntur per *Regentem Tappiam decis.10. Consilii supremi Italiæ*, ita in specie tenet *Campag. d. cap. Reg. gravamina n. 110. ver. quarto limita*, ubi dicit ipse *Campag. d. n.110.* quòd si in parlamento non interveniat præsentia officialis, vel si sit factum absq; ejus licentia, actus est nullus, sed Universitas non tenetur ad pœnam, si Universitas sit congregata ad bonum finem, nisi extat bannum penale, ut Universitas non se congreget absq; licentia officialis, vel ejus præsentia, quia tunc vigore banni tenetur ad pœnam, nisi de tali banno fuisset facta reclamatio, quia tunc neq; tenetur ad penam, & ibi *ver. quinto limita*, dicit ipse *Campag.* quòd si sit factum parlamentum, ex quo sindicus dicit habuisse licentiã ab officiali, si deindè hoc officialis negat, universitas non tenetur ad pœnam, & creditur illis de regimine asserentibus, habuisse licentiam ab officiali in faciendo parlamentum, licèt officialis ipse hoc neget, idem tenent *Montuar. in prag.2. n.274. de administ. univer. & Danza de pugna DD. tom.1. tit. de officialibus in genere cap.8 n.40. cum seq.*

266 Et parlamentum in dubio censetur gestum cum interventu, & præsentiã officialis loci, *Novar. decis.71.*

Et quando parlamentum fit contra Baronem sufficit tantum, ut petatur licentia ab officiali, nam potest fieri deinde parlamentum, dato, quod non interveniat præsentia officialis, dummodò loquatur de causis contra Baronem tantùm, & non de aliis causis, ita *Anna sing. 367.* sed hodiè, quando cives velint facere parlamentum contra Baronem, debent habere recursum ad superiores, & narrare, quod Universitas intendit se congregare pro habendo recursum contra Baronem, vel officiales, & à dictis Superioribus expediuntur provisiones, quod pro dictis litibus contra Baronem, Universitas possit se congregare absq; præsentia officialis, petita tamen licentia ab officiali, licèt non obtenta, ita *de Franch. decis. 446. post n.2.* ubi *n.3.* dicit, quod in Civitate Neapolitana Sedilia, & Platea popularis congregantur absque licentia superioris, sequitur *Reg. de Ponte de potest. Proregis.t.2.§.7 n.16.* ubi *n.1 cum plur. seq.* dicit, quod Civitas Neapolitana non potest mittere Legatum, seu Ambasciatorem ad Regem absq; licentia Proregis, *n.7. & seq.* dicit ipse *Reg. de Ponte* ibi, quod si licentia sit petita à Prorege, & injustè denegata, potest mitti delegatus ad Regem, & *n.10.* dicit, quod legatus potest mitti ad Regem absq; licentia Proregis contra ipsum Proregem idem tenent *Reg. Tappia d. dec.10. Reg. Sanfel. dec.135. & Thor. in supplement. dec. vb. legatum 363.* & licèt vassalli non possint prohiberi ne vadant ad Regem, *Lucas de Penna in l.1. C. ut nemo ad suum palat. lib.11.* tamen Barones non possunt mittere ad Regem pro eorum negotiis inconsulto Prorege, & sine suis literis, *l.3. & l. fin. C. de legat. lib.10. Minad. in Const. Reg. in aliquibus in rub. ver. comitum & Baronum n.55.* ubi *n.56.* dicit, quod Barones non possunt se congregare sine licentia Viceregis, & debent se congregare in loco publico, citat *tex. in d.l. fin. et l. si quis decurio, C. de decur. lib.10.*

267 Et in parlamentis præferuntur originarii Cives Incolis, etiam si Incola essent magis idonei, & inter originarios præferuntur, qui habent filios, iis qui non habent, ita *Menoch. de præsumpt. præsumpt.*

*sumpt.t.2.n.5.& seq.lib.5.*inter habentes filios est præferendus dinnior meritis, & facultatibus, *l.ad subeunda. C. de decurionib.lib.10.* sic etiam præferuntur Nobiles, ut in *Auth. de defensoribus civitatum in principio. Rovit.d.prag 2. n 3. cum pluribus seq.de administrat. universit.* sed rixosi, & tumultuantes sunt expellendi à parlamentis, *Jo: de Arnono sing. 57.*

268 Sic etiam impositio assisæ spectat ad universitatem,& non ad Baronem *de Franch.dec.511.*licèt contrarium teneant *Regens de Ponte consf.105. & Anna sing.60.& in allegat. 52.n. 78.*

269 Sic etiam creatio magistri jurati in terris demanialibus spectat ad Universitatem, *cap. Reg. Item statuimus, quod officium in n. 131.* & in terris Baronum spectat ad Baronem,*cap. Reg. Ad quietem, de Franch.decis.43.Anna alleg.52. n.67.& de Leonardis pract.officialium cap.4.n.27.* sed in Civitate Bisiniani nominantur quatuor personæ per Universitatem, & deindè unus ipsorum confirmatur per principem illius Civitatis. Et quando nominatio spectat ad Universitatem, & confirmatio ad Baronem, & aliquis fit nominatus per Universitatem, potest Baro replicare Universitati,ut iterum nominationem faciat, nam facta non placet, & potest Baro usq; ad tertiam vicem replicare, *Rovit. d.prag.2.n 43. de administ. univers. & Amend.ad Præs.de Franch.decis.210.n.34.* quod intelige, quando nominati per Universitatem sint habiles, aliàs si inhabiles, & tunc Baro potest replicare toties, quoties habiles nominentur, *Capibl.in tom.2.cap.67.nu.12.& seq. & Danza de pugna DD.tom.1.tit.de privilegiis Baronum cap.2. nu. 13. cum pluribus seq.* & qui habet potestatem nominandi, si nominavit, non potest deindè variare, *Visil.ad Affl. dec.146. n 1.& Thorus compend. dec.tom.1.ver. nominandi fol.360.col.2.*

270 Et scias, quod erarius debet esse annalis, *Franc. March.dec.202. Capibl.de Baronib.prag.16. n.88.*& postquam Baro elegit aliquem in erarium,nó potest illum mutare propter pecuniam, *c.Reg.Item, quod prædicti officiales,quod est in n.35. ubi Campag. n.13.*& ipse Baro de Consuetudine,& non de jure potest creare erarium, *Carav.ritu 45.n.6.*sed quod vassallus teneatur suscipere procurationē bonorū feuda um seu Baronis,dicit *Freccia de subfeud.lib. 2.au.Lr.37.* immò vassallus est obligatus ad conservationem fructuum perceptorum ex re feudali ex industria sui Baronis, sicut est obligatus ad conservationem fructuum feudi non perceptorum ex industria Baronis, *de Franch. decis.125.* & ipse erarius tenetur servire Baroni intus jurisdictionem,& non ultra, ut dicam infra hoc eodem *cap.n.359.*

271 Et Baro potest compellere illum, qui fuit Sindicus Universitatis ad exercendum erarium pro sequenti anno,*de Franch.dec.210.in fine,& Riccius coll.317.*

272 Sed circà hoc quæritur quid si pater sit erarius Baronis, an filius compellatur eodem tempore exercere officium Sindici,vel electi Universitatis, & videtur dicendum, quod non per *prag.5.§.16 de administrat.Universit.& per legem 3.C. de filiisf.m. lib 10.*ubi habetur, quod eodem tempore non possunt eligi pater, & filius in regimine Universitatis aliàs electio est nulla, sed contrarium puto verius,nam officia sindici,vel electi Universitatis sunt diversa ab officio erariatus, ut dicit *de Franch.decis.210.* & non obstat si dicatur, quod quis non potest exercere duo officia,ut supra diximus, sed pater,& filius pro una reputantur persona, *§. 1.Auth.de jure jurando à moriente præstit.* ergo pater,& filius non possunt duo officia exercere, nam respondemus quod quis potest exercere duo officia compatibilia *Capiblanc.to.2.cap.72.nu.24.* prout est in casu nostro,maximè,quod pater, & filius fictè pro una persona reputantur, non autem verè,nam in effectu duæ sunt personæ,& facit à simili, quod supra diximus *nu.258.* quod si pater fuit sindicus pro uno anno, potest esse sindicus, vel electus ejus filius pro anno sequenti, etiam non elapso triennio, vel quinquennio, & cum casus evenit in mea Patria(pro qua sanguinem effunderem) ego uti consultor decrevi, ut filius administret officium erariatus,nō obstante,quod ejus pater erat electus Universitatis, per *textus in l.tria onera,ff.de excusat.tutor.*

273 Sed ubi electio erarii spectat ad Universitatem in tali casu datur vacatio ad alia officia pertinentia ad Universitatem, & est limitatio ad *Præs.de Franch.decis 210.* ut dicunt *Capyc.dec.118. nu.2.& Capiblancus to.2.cap.72.num.22.& seq. & Novar.dec.37.nu.11.*

274 Et quando Universitas nominat erarium non idoneū, ipsa Universitas tenetur de mala administratione, si erarius non sit solvendo *l.1.C.de periculo nominan.lib.11.* & probatur in *d. cap. Reg. Item collatores,ubi Campag.nu 8.*nam mala electio eligenti est imputanda, ut *Inst. quibus modis re contrahit.obl.§.præterea,*& docent *Gizzarell.dec.31. & Thorus compend.decis.to.2. ver. nominatio, fol. 382.& in suplem.decis.ver.Universitas fol.656.*citat *de Marinis quotid. resol. cap. 342.* quod secus est quando Baro habet potestatem eligendi,& eligit, quia tunc Universitas non tenetur, *Capiblanc. de Baronib prag.16. nu.97.*

275 Sic etiam, si sindicus prædecessor nominat suum successorem, qui deindè approbatur ab ipsa Universitate (prout fit in mea Patria) sindicus ipse prædecessor non tenetur de mala administratione nominati, *Rovit. pragm.2. num.23. de administrat. Universitatis.*

276 Scias etiam, quod Actuarius etiam debet esse annalis, *Caravit.ritu 295.n.19.& est cap.Reg. In n.283.Anna.d.sing.369. & Rovit.d.prag.5. n.1. de off.judicum,* ubi *n.10.* dicit, hoc non procedere, si finito anno Actuarius pareat sindicatui,quia tunc potest confirmari pro anno sequenti.

277 Sed Actuarius curiæ meretricum in Civitate Neapolitana est triennalis, & non potest esse deindè Actuarius in ipsamet curia, nisi elapsis tribus annis, *prag.6 § 9.sub tit.de meretricibus.*

278 Et scias, quod Actuarius Provincialis in fine sui officii tenetur consignare omnes scripturas suo successori per inventarium lucidum, & clarum, & successor tenetur facere apocam de recepto, & nullus Actuarius admittitur ad exercendum aliam actuariam, nisi ostensa dicta apoca de recepto, *prag.10.§ 5.de offic.judicum,* & tempus ejus sindicatus non currit, nisi consignatis di-

ctis

ctis scriptutis, *cap.Reg.226.*& Actuarius Provincialis in fine sui officii tenetur consignare suo successori per inventarium omnes libros, processus, fascicula, & omnia acta in ejus manus perventa, durante sua administratione tam spectantia partibus privatis, quàm Fisco, cum interventu Advocati Fiscalis, & Magistri Cameræ, si ambo residcant in Provincia, aliàs unus illorum, qui est præsens debet intervenire *prag 6 §.9. de off.just.*

279 Et Actuarius Bajularis Curiæ Civitatis Neapolitanæ debet tenere omnes scripturas, & processus registratos, & inventariatos, & in fine sui officii debet scripturas, & processus consignare cum eodem inventario conficiendo in præsentiam novus Judicis ejusdem Bajularis curiæ, ut in *prag. 3.§.6.de officio Bajuli.*

280 Sic etiam Judices Portulanorum, & ponderum debent esse annales, ut docent *Capiblancus in d. pragm.5. num.76.de Baronibus,* & ibi *Novar. num. 4. & Thor.in supplem.decis.ver.Judices fol.317.*

281 Et officialis debet esse annalis, ut diximus, qui annus incipit currere à die captæ possessionis. & non a die datæ commissionis facit *text.in l.tali, ff. de jure dotium, de Franch.decis.393.& Capibl. prag. 5.n.19.& seq.* & ipse officialis tenetur expectare successorem, ut diximus *n.228.* qui successor antè præsentationem suæ commissionis non potest exercere jurisdictionem, *Anna allegat. 143. & Guid.Papa dec.501.* nam ut plurimum in commissione dicitur (data prius cautione per ipsum officialem de parendo sindicatui in fine sui officii) quæ conditio si non sit apposita, intelligitur apposita cum si sit de jure, ut supra diximus *n.202.* & jurisdictione data sub conditione non potest exerceri, nisi purificata conditione, *Oltrad.consil.41. et 175. Rovit.consil.68.n.16.vol.1. Puteus dec.419.n.1. et Borrel.sũma dec.tit.41.n.287.* idem est in Episcopo, qui non potest exercere jurisdictionem ante captã corporalem possessionem Episcopatus, ut docent *Squill. de privil. Cler. cap.2.n.16.Barbos.in l.divortio part.2.n.50 ff solut.matr.& Merolla in theolog.morali tom.3. disp.7.cap.7.n.326.* ubi dicit, quòd non expirat potestas capituli, sede vacante, donec novus prælatus adeptus fuerit possessionem, citat *Pavin.de potest.capit. parte 2.quæst.10. num.10. & Gratian.discept.forens.tom.1.cap.127.num.45.*

282 Et officialis prædecessor antequam novus officialis capiat possessionem officii potest aliquem liberare, & decreta facere *de Franch. dec.393. & de Ponte de potest.Proreg.tit.7.§.6.n.15.* sed ipse officialis prædecessor non potest cancellare quærelas ex abrupto in præjudicium sui successoris, *Campag.in cap.Regni 9.nu.7.*

283 Et officialis successor tenetur exequi jussiones factas suo prædecessori à superioribus officialibus, *§.& hoc vero jubemus Auth. ut nulli judic.* & docet *Rovit.in prag.2.n.3. de off. judicum,* & mortuo Judice ejus successor tenetur agitare causas, ut reperiuntur, & non deouò eas incipere, *l.mortuo Judice, ff.de judiciis,* undè exequutio facta vigore literarum exequutorialium expeditarum per Judicem mortuum, vel mutatum, tenet *Bart. in l.fundi in fine, ff.de acquir.poss.de Franch.dec.405. Covar.pract.quæst.cap.11.n.1.* & mandatum de capiendo, expeditum à Judice mutato, vel mortuo potest mandari exequutioni *Riccius dec.253. part. 2.& Genuens.pract.Archiep.Neap.83 num.2.*& dicam infra *cap 72.num.51.*

284 Et mortuo officiali Regio, ejus assessor potest exercere officium ipsius officialis Regii, & mortuo assessore, Gubernator potest alium eligere in locis conciunioribus donec aliter fuerit provisum per Proregem, *prag.10.§.15. de off.judicum.*

285 Decimosextò officiales in Regno debent esse regnico & non advenæ, *cap.Reg. ut cum nihil commune habeant,* & docent *Reg. Tappia in Constit. Reg Occupantis nu.5.& de Franch.decis.479* & vide *prag. unicam de officiorum provisione, seu distribut. faciunda regnicolis, & exteris.* Hoc tamen fallit in personis Hispanis, qui possunt esse officiales in Regno, ut docet *Capibl.d.prag.5.nu.123.*

286 Decimoseptimò, Clericus non potest esse officialis in terris laicorum, quod si universitati constet, talem esse Clericum, illum non potest recipere in officialem *d.cap, Reg. Ut cum nihil habeant,*& docet *de Franch. dec.479 & est pragm. 1. de Ecclesi.personis, & est tex.de jure canonico in cap. 1. & in cap. sed nec, & in cap. Clericis, ubi glos.extra ne Clerici, vel monaci cap.penult.in fine, de vita, & honestate Cler.l.placet, C.de Episcop. & Clericis,* & docent *Affl.in Constit.Reg.Clerici n. 1.& Ansaldus de jurisdict.part.2.tit.11. cap.30.nu. 1.cum pluribus seq.* nam miles Christi, non potest esse miles seculi, ita *Anna alleg.98.n. m 1.*& latè *Grassus de effect. Cler.effect.13.nu.1.cum duobus seq.* ubi *nu.4.* dicit, quod neque Clericus in minoribus constitutus potest esse officialis inter laicos.

287 Immò si officialis electus, qui cœpit possessionem officii reperiatur Clericus, dato, quod deindè ipse Clericus renunciet Clericatui, tamen est ab officio temovendus, nam commissio, & possessio ei data est nulla per *d.pragm.1. de Eccles personis,*& consequenter non potest reconvalidari per renunciationem, *arg.l.quæ ab initio, ff.de regul.juris,* ut in simili, nam debitor, & habens litem cum Universitate non potest esse administrator Universitatis, aliàs electio est nulla, *prag.5.§.17. & seq.de administrat.univers.*& est *tex.de jure communi in l.1.C.de debitoribus universitatis lib.11.* & tamen si fit electus, & deinde solvat debitum, vel finiatur lis, adhuc electio est nulla, & removetur ab administratione, *Rovit.d.pragm.5.nu.30. de admist.univers,* ut etiam est, nam si quis non paruit sindicatui in loco ubi officium exercuit, si fit creatus officialis alterius loci, & capiat possessionem, si deindè obtineat literas liberatoriales præteriti officii, adhuc temovetur ab administratione novi officii, ut supra diximus, *nu.199.* unde merito in casu nostro officialis est removendus propter Clericatum, non obstante renunciatione facta post cœptum officium, nam habilitas in officiis consideratur tempore electionis, *l.sed, & si 9.ubi glos ff.de recept arbitris, cap.si eo tempore de rescr ip. in 6.Anna sing.232.Riccius dec.343. nu.3.par.4.& Rovit.decis.82.nu.10.* & tempus electionis consideratur, an electus habeat aliquod defectum, *cap. dudum lo 1.ubi glos.de elect. & Affl.decis.210.nu.3.* quòd confirmatur alia ratione, nam tu scis, quod laicus non potest præsentari in beneficium Ecclesiasticum, *Mencoh.de arbitrariis judic.casu 201.n.33.*

&

& *Riccius decis.307.nu.1.par.3.* quod si fuit præsentatus laicus, & ipse laicus post præsentationem efficiatur incontinenti Clericus, talis præsentatio est nulla, *Grassus de effect. Cler. eff.15.n.10. & seq. & Riccius dec.343.n.5 part.4.* nam tempore, quo quis obtinet beneficium debet esse Clericus, & non laicus, *cap. ex literis de transact. cap.2. de instit.* sed ipse *Grassus in d. tract. de effect. Cler. eff. 1. n.1188.* dicit, quod si quis obtinuit beneficium tempore, quo non erat ordinatus, si posteà ordinatur gaudet beneficio Clericali uti Clericus beneficiatus, citat *Ursil. ad Affl. dec.24.n.19.* & ipse *Grassus d. eff.1. n.1190.* dicit, quod si collatio beneficii fiat in personam inhabilem, propterquod collatio sit nulla, si tamen superveniat dispensatio, per quam persona fit habilis, convalidatur collatio, & dicam infra *cap.36. n. a11.* ergo si Clericus sit electus officialis laicorum dato, quod deindè renunciet Clericatum non valet commissio, & possessio sui officii, & ita fuit decisum in causa mea in Regio Collaterali Consilio de anno 1634. die 8. Junii, quando eram Gubernator in Terra Solofrae procedes Stefanum de Giorno, & hoc fuit in fine officii, sed considerent omnes, quod non fui amotus, nisi propter Clericatum, nam si fecissem aliquam barattariam, libenter inimici mei eam opposuissent, sed omne accepi in bonum finem Laus Deo.

288 Sed in hoc casu cautela traditur officiali si aliàs casus eveniet, & sic ut dicat, se renunciasse Clericatum antè habitam commissionem, & possessionem officii, vel quod nunquam incessit in habitu, & tonsura. & quod non servit in divinis, propter quod non dicitur Clericus juxtà *Conc. Trid sess.23. cap.6. de reformat.* & petat terminum ad hoc probandum, quia tunc, lite pendente est manutenendus in possessione officii, & nihil potest innovari, ut in *tit. extra ut lite pendente Capiblanc. d. prag.5. n.203. & in prag.10.n.120. de Baronibus.* ut in simili, nam si nulliter sit facta electio sindici, qui incepit exercere officium sindici, pendente nullitate, non est removendus ab officio, secus si non incæpit possidere, *de Franc. decis 419.n.1. Rovit. prag. 2.n.43. de administrat. univers. Capiblanc. d. prgm.10. n.120. & Reg Sanfelic. decis.63. n.41. & seq. & in decis.326.n.7. usq; ad finem,* de quo vide *Tor. in supplement. verb. nullitates fol.451.* & interim antè finitur tempus officii, quàm ipsa lis, & ita sis cautus si aliàs casus eveniet, & licèt *Muscat. in praxi civili Sacri Consilii part.2. glossa competens in add. ad literam C. quem sequuntur citati per Riccium ad Pres de Franc. d. d. decis 479.* dicat, quod Clericus primæ tonsuræ dimisso Clericatu, etiam per renunciationem formiter factam in manibus ordinarii non possit exercere officia jurisdictionalia inter laicos, tamen ejus opinio potest procedere, quando Clericus cœpit possessionem officii, nam licèt deindè renunciet Clericatui, tamen est ab officio removendus, ut supra dixi, secus si renunciavit Clericatum antè captam possessionem officii, & antequam fuit creatus officialis, quia tunc potest esse officialis, cum cesset ratio dicti *cap. cum nihil habeant, & dicta pragm.3. Eccles. personis,* & ratio est, quod ideò Clericus non potest esse officialis, quia deindè dictus Clericus non potest conveniri coram Judice laico, nam hæc ratio cessat, dum Clericus antequam fuit creatus officialis renunciavit Clericatum, ergò, & ipse *Muscatel.* allegat *d. cap. Reg. Et d. prag.1. & de Franch. d. decis.479.* quæ jura simpliciter asserunt, Clericum non posse esse officialem inter laicos, undè eum intellige, si Clericus renunciet Clericatum post captam possessionem, & cum pluries accidisset casus, quod Clerici essent electi officiales inter laicos, & in capienda possessione contrà ipsos fuisset oppositum de Clericatu, illum renunciaverunt, obtinerunt novam commissionem, & illeternut, quod stante renunciatione, & nova commissione ipsis traderetur possessio officii, & pro parte Universitatum fuit oppositum de dicta doctrina *Muscatelli,* quam approbabant nonnulli dicentes, quod ipse Clericus, qui renunciaverat Clericatum, poterat, capta possessione reassumere habitum, durante officio, in quo casu gauderet foro Ecclesiastico, ex traditis per nos supra *cap.7.n.56* & sic militaret ratio *d. prag 1 de Ecclesiasticis personis, & d. cap. Reg. Ut cum nihil habebit,* undè meritò *Muscatel.* dixit, quod ex *d. prag 1.* fuit approbata sua consultatio in Sacro Consilio, sed dico, quod si hoc esset, etiam laicus non posset esse officialis inter laicos, nam ipse quoquè posset ordinari durante officio, sed quia laicus potest esse officialis inter laicus, ergo idem esse debet in eo, qui renunciavit clericatum antè captam possessionem officii, dum renuncians, clericatum non gaudeat foro Ecclesiastico, ut dicam infra *cap.36.n.59.* sed habilitas in officiis consideratur tempore electionis, ut supra diximus, ergo, &c. & ipse *Muscatel* dicit, quod sua consultatio fuit approbata in Sacro Consilio, sed non dicit, quod ita fuit decisum in ipso Sacro Consilio.

289 Quando laicus officialis efficiatur Clericus, statim dicitur vacare officium, *Capibl. d. pragm.5. n.120.* prout etiam si laicus sit factus arbiter, & posteà efficiatur Clericos, statim cessat esse arbiter, & compromissum expirat, *l. non. distinguemus, § sacerdotio, ubi glos ff. de recept. arbitris.*

290 Sed advertas, quod officiales Regii perpetui non possunt se Clericari absq; licentia superioris, *l. officiales, & Auth. ibi posita. C. de Episc. & Clericis,* & docet *Lucas de Penna in l. quidem ignaviæ, C. de decurionibus lib.10.* ubi dicit hoc non procedere, si ipse officialis Regius perpetuus velit ingredi religionem claustralem, quia tunc non requiritur licentia superioris, sequitur *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit.3 §.7.n.15.*

291 Sic etiam nequè Monachus potest esse officialis laicorum, *Guid. Pap. decis.563. Novar. in coll. super d. pragm.1. n.7. de Eccles. personis* ubi dicit, quod Monacus non succedit in Castris cum jurisdictione, *Affl. dec.320. & 324. & Capyc. dec.31.* quod si Notarius efficiatur monachus non potest amplius exercere officium Notarii, *glos. in cap. ut officium §.1. ver. promissa, de hæreticis, lib.6. Grass. de effect. Cler. effect.8. n.15. & Rovit. rub. de notariis n.5.* & quando Notarius efficitur Clericus, si posteà conficiat instrumenta Judex laicus potest facere publicum edictum, ut non conficiat instrumenta, aliàs sint nulla, *Mastrill. dec.159.* sed alii dicunt, quod Judex laicus requirere debet Episcopum, ut

dictum

dictum Clericum in tali exercitio prohibeat, ità *Diana part.5 tract.1.resolut.84.in fine*.

292 Sic etiam, si feudum possideatur per Ecclesiasticam personam, neque Clericus potest eligi officialis laicorum, *Anna sing.460.Rovit.d.prag.1.nu.2.& ibi Novar.nu.10 de Eccles.personis, Graffus de effect.Cler.eff.1.nu.512.Ricciis coll.3889.& Thor. in supplem.decis.verb. Barones fol.64.* immò si Episcopus habeat jurisdictionem temporalem debet committere causam criminalem laico, tàm in prima, quàm in secunda instantia, *Guazzin.ad def.reorum def.13.cap.12.nu.13.*

293 Immo neque Clericus potest exercere officium Actuarii in officiis laicorum, ut docet *Rovit.in prag.5.nu.16.de off.judicum.*

294 Sic etiā neque Clericus potest esse Portulanus, *cap.Reg.2.§.& quia comperimus*, & neque Clericus potest esse Bajulus, vel Judex ipsius Bajuli, *Const.Reg. Clerici*, & docet *Campag.in cap.Regquia, de Vicariis nu.14.* sic etiam Clericus neque potest esse Locumtenens Judicis laici, *Graffus d.eff.1.nu.507.*

Sic etiam neque miles Divi Joannis Hierosolymitani, Alcantaræ, & Calatravæ possunt esse Judices ex laicorum, *Graffus d.eff.1. nu.109.& eff.13.nu.5.& Novar.in praxi elect. fori tom.1.sect.2.quæst.69.n.25.& in coll.super d.prag.1.nu.2.de Eccles.personis*, & quod miles Divi Joannis Hierosolymitani non possit esse officialis laicorum est *tex.in d.prag.1. de Eccles.personis.*

295 Sic etiam neque personæ Ecclesiasticæ possunt esse assessores Judicis secularis generaliter in omnibus causis civilibus, *Marcel.de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici cap.33.num.15.& Graffus d.eff.14.nu.8.* ubi *nu.9.* dicit, quod persona Ecclesiastica potest esse Judex delegatus ad unā causam inter laicos, etiam si causa sit criminalis, dummodò non veniat imponenda pœna languinis; quia tunc est secus, ut dicit *Graff ibi, & in eff.1.nu.504.* undè Princeps laicus potest delegare unam causam criminalem Clerico, *Jul.Clar.§ fin.quæst.41.verb.quæro quid è contrario.*

296 Et sic versa vice laicus non potest esse Vicarius Episcopi, sed tantùm Clerici possunt esse Vicarii Episcoporum, *cap.decernimus ubi, Abb.num.12.de judiciis, Graff.tract.de effect.Cler.eff.18.Jo: Franc. Leonius in thesauro fori Ecclesiastici par.1.c.11.nu.1.Ansald.de jurisdict.par.2.tit.11.cap.31.nu.21.& seq.citat.cap.in nova actione 16.qu.7.* & idem tenet *Merolla in theolog.morali 10.3.disput.7.cap.6.nu.23.* immò neque Clericus conjugatus potest esse Vicarius Episcopi, *glos.in cap.unico, de Cler.conjug.in 6. Merolla d.cap.6. num.26. Clarus pract.crim.§ fin.quæst.36.ver. & hæc quidem, Borrel.summa decis.tit.8.num.20.Ricciis in praxi part.2, resol.262.Squillant.de privil. Cler.cap.1.post nu.11. & c.2.nu.12.& Graffus d.eff.18 nu.2. & 3.* ubi *nu.4.* dicit, quod neque laicus potest esse Vicarius Episcopi, dato, quod sit magnæ santimoniæ, & vitæ integgerrimæ, & Episcopus faciens laicum Vicarium, punitur *Graffus d.effect.18.nu.7.* sed alii dicunt, quod Episcopus faciens laicum suum Vicarium in spiritualibus electio non est nulla, sed intelligitur constitutus assessor, ita *Jo: de Arnono commentario 45.* sic etiam Bigamus non potest esse Vicarius Episcopi in spiritualibus, *Abb.in cap.2.num.2.de Cler.conjug.Marcel.de Vulpe in praxi judic.fori Ecclesiastici cap.45 num.7.& Merolla d.cap.6.nu.25.* sed qui habet primam tonsuram potest esse Vicarius Episcopi, *Jo: Franc. Leonius d.num.1. Merolla d.nu.23. & Graffus d.eff.18.nu.8.* ubi *nu.9.* dicit, quod laicus potest esse assessor Vicarii Episcopi, etiam in criminalibus contrà Clericos, & idem tenet *Merolla in theolog. morali lib.3.disput.7.cap.5.n.87.& d.c.6.n.23.* ubi *cap.7.n.189.* dicit, quod Vicarius capitularis necessario non debet esse in sacris constitutus, & *nu.11.* dicit ipse *Graffus*, quod Summus Pontifex potest dispensare, ut laicus sit Vicarius Episcopi, & quod laicus possit esse assessor Judicis Ecclesiastici, tenent *Riccius in praxi fori Ecclesiastici resol.511.part.3. Ansald. d.c.31.nu.23. & idem Graff.eff.1.nu.567. & num.868. Barbosa de off.& potest.Episcopi par.3.alleg.108.nu.6.Squillant.de privil.elect. cap.2.nu.54.in fine, & Carroccius de remediis contra præjudiciales sententias except.138.nu.2.* citat *Decium in cap.2.nu.2.de Judiciis.*

297 Et Clerici Episcopi, & cæteri Prælati possunt esse legati Principis, *cap.cum parati, de appellat.*, & docet *Ansaldus d.cap.30.nu.51.* & è contra personæ Ecclesiasticæ possunt mitti in legatos ad suam Majestatem, *Reg. Tappia decis.10. in ultimo dubio decisionis Consilii supremi Italiæ, Graffus de effect.Cler.effect.61.nu.2. & in eff.13.nu.7.* dicit, quod Clerici possunt esse Consiliarii Principum, idem tenent *Jo: Franc. Leonius in thesauro fori Ecclesiastici par.3.cap.4.nu.11. & seq.& Ansald. d.cap.30.nu.52.* sed de electione legati mittendi ad Suam Majestatem facta per Civitatem in personam equitis Hierosolymitani non fuisse habitam rationem per Supremum Consilium Italiæ, dicit *Dom.Reg.Sanfelic.decis.135.nu.21.* sequitur *Thor. in supplem.decis.ver.electio fol.182. qui contrariatur in ver.legatus fol.362.*

298 Sic etiam miles Sancti Jacobi potest esse officialis laicorum, *Danza de Pugna DD.to.1.tit.de qualitate officialium cap.1.nu.83.* prout vidimus in personam Andreæ de Ianuario Regentis Regiam Cancellariam, cujus anima requiescat in pace, cui omnes nos de casata Scialoya multum debemus.

299 Sic etiam persona Ecclesiastica potest esse Vicerex in Regno Neapolitano, ut pluries vidimus Cardinales fuisse electos Vicereges hujus Regni, & docent *Riccius ad Præs.de Franch.d.dec.479.Novar.d.coll.super d.prag.9.num.9. de Eccles. personis, & Diana in suis moralibus resol.part.3.tit.de immunit. Ecclesiastica resol.5.* licèt contrarium teneant *Foller.in Constit.Reg. Clerici quoquè nu.10. Graff.d.effect.13.nu.6.& Baldas.de Angelis in suo prato super Auth.sed neque nu.6.de Episcop.& Cler.* ubi dicit, nisi concurrat licentia superioris Ecclesiastici, consensus Principis, quia tunc potest esse Vicerex.

300 Sic etiam Clericus potest esse arbiter inter laicos, *l.non distinguemus, §.sacerdotio, ubi gloss.ff.de receptis arbitris, Blaue.de compromisso qu.2. num.3.& Rovit.in rub.de arbitris nu.12.in fine*, ubi à *nu.2.usquè ad d. nu.12.* quærit an monachus regularis possit esse arbiter, & quod monachus non possit esse arbiter absquè licentia sui superioris aliàs lau-

laudum ab eo prolatum sit nullum, nisi ipse monachus sit superior, quia tunc non requiritur licentia alterius superioris, dicit *Thor in supplem. decis. ver. laudum fol.* 337. & si Clericus sit electus arbiter inter laicos, & coram eo incidat quæstio spiritualis in jure consistens potest ipse Clericus arbiter de ea cognoscere, *Blanc. de compromisso qu.* 4. *nu.* 8.

301 Et advertas, quod si Clericus ignoranter sit electus officialis laicorum, omnia acta per ipsum facta sunt valida, *l. Barbarius ff. de off prætoris*, ut in simili licèt Clericus non possit esse Notarius, *Constit. Reg. Instrumentorum rubur, ubi Affl. nu.* 36. & docet *Mastrill. decis.* 159 *nu* 1. *cum plurib. seq.* & si Notarius efficiatur Clericus non potest amplius exercere officium Notarii, *Reg Rovit. in rubr. de Notariis n.* 5. ubi in ultima impressione, dicit, quòd potest complere, & signare instrumentum antè Clericatum scriptum in protocollo, citat *Barbosam in eap. sicut nu.* 4. *ue Clerici, vel monachi*, tamen si ignoranter Clericus sit factus Notarius, omnia instrumenta per eum facta sunt valida, *Affl d. Constit. Reg. Instrumentorum robur nu.* 20. & docent de *Franch. decis.* 339. *in fine, & Mastrill. d. decis.* 159. *n.* 9. sic etiam licèt, qui emit officium debeat ab officio removeri tamen omnia acta per ipsum officialem facta valent, ut dixi supra *nu.* 219 sic etiam licèt per mortem delegantis expiret jurisdictio delegati, re integra, ut dixi supra *cap.* 12. *nu* 96. tamen si delegans moriatur re integra, & ignoretur mors delegantis, si delegatus procedat, acta sunt valida, *Bonacin. de legib. disput.* 10. *quæst.* 2. *par* 1. *nu.* 2. & *Squillant. de privil. Cler. cap.* 2. *nu.* 124. ubi *nu. seq.* dicit idem esse in actis factis per Vicarium, Episcopo mortuo, si mors Episcopi ignoretur, & omnia gesta per officialem publicè reputatum pro tali, valent, etiam si ipse fuerit incapax officii *Foller in prag. de forindicatis post nu.* 26. & latè *Meroll in theolog. morali lib.* 3. *disput.* 7. *cap.* 3 *à nu.* 88. *usque ad nu.* 185. ubi *cap.* 4. *nu.* 241. *cum plurib. seq.* dicit idem esse in Iudice delegato, citat *text. in cap. infamis* 3. *qu.* 7.

302 Advertas etiam, quod Clericus exercens officiũ in criminalibus, licèt mors, vel membri mutilatio sequuta non sit, tamen efficitur irregularis, *Franc. Marthus decis.* 396. & *Riccius coll.* 2141. ubi etiam dicit, quod si Clericus sit publicè concubinarius, & celebrat, vel divinis se immisceat, efficitur irregularis, *Guid. Pap. dec.* 558.

303 Decimooctavo Baro non potest exercere jurisdictionem de per se, sed debet creare officialem qui eam exerceat *Freccia de subfeudis lib.* 2. *auctor.* 13. *nu.* 7. *de Franch. dec.* 511. & *Carrab. de sindic. par* 2. *nu.* 53. ubi hoc limitat non procedere in partibus Lommardiæ, ubi Baro potest exercere merum & mixtum impedium, sic etiam Episcopus potest per se ipsum administrare justitiam non constituendo Vicarium, *Riccius prax. part.* 1. *resol.* 362. sed *Genuens. in pract. Arch. Neap. cap* 86. *nu.* 3. dicit, quod Archiepiscopus Metropolitanus compellit Episcopum, ut constituat sibi Vicarium, sed contrarium alii tenent, ut dicam infra *cap.* 35. *nu* 4. undè vera est illa opinio, quod Episcopus non tenetur sibi constituere Vicarium Generalem, ut etiam tenent *Puteus decis.* 43. *lib.* 2. *Riccius coll.* 1662. & *Merolla in theolog. morali to.* 3. *disput.* 7. *cap.* 6. *n.* 68. *cum plurib. seq* licèt contrarium teneat *Jo. de Arnono sing.* 52. sed si ipse Episcopus velit sibi constituere Vicarium, & tunc potest illum cõstituere absq; consensu capituli, *Borrel. resol.* 91. *n.* 21. & *seq.* & *cons.* 30. *n.* 22. & Baro non solum tenetur creare Iudicem primarum causarum, sed etiam secundarum causarum, si eas habeat, *Freccia de subfeud. lib.* 2. *auctorit.* 13 *à* 7 & *auctorit.* 16. *n.* 7. & *de Leonard. pract. off. cap.* 5. *u* 30. *in fine.*

304 Immò Baro non potest facere commissionem Capitaneo cum clausola, quod non possit procedere, ipso Barone inconsulto, nam talis conditio deletur, & habetur pro non apposita, *Amend. ad Præs. de Franch. d. decis.* 511. *post n.* 8. sequitur *Capibl. de Baronibus prag.* 6. *n.* 180. *cum seq.* & *Novar.* 305 *quæst forens.* 164 *post n.* 3 *tom.* 1. & Baro non potest carcerare suos vassallos inconsulto officiali, *cap. Reg. Amplius nulli, quod est in n.* 192. nisi officialis sit absens, & quis committat crimen publicum, quia tunc potest capi, & carcerari à Barone, & per duos dies detineri, & deindè statim tenetur carceratum mittere ad officialem, *cap. Reg. Amplius.*

306 Et Baro non potest expedire rescripta, dicendo officiali facias sic, sed tantum potest justitiam excitare, *Capibl. de Baronibus prag.* 3. *n.* 122. & *prag.* 8. *part.* 1. *n.* 158. & *seq* & *tom.* 2 *cap.* 52 *n.* 1. & 2.

306 Et neque Baro potest mandare, ut Capitaneus in aliqua causa non se intromittat, ut docet *Novarius d. qu. forens.* 164. & *in tract. de gravam. vassal. to.* 2. *gravam.* 295, & neque ipse Baro potest aliquam causam avocare officiali ordinario, & alteri illam delegare absque causa, ut dixi supra *cap.* 7. *nu.* 19.

307 Et Baro non potest exercere merum & mixtum imperium in suis terris, *cap. Reg.* 284. nisi à Rege ipsi Baroni sit concessus, vel legitima præscriptione quæsitum, *prag.* 5. *de Baronibus, Campag. d. cap. Reg.* 284. *n.* 2. ubi *n.* 3. dicit, quod Baro habens merum, & mixtum imperium, non debet illo male uti, aliàs de eo potest privari, & dicit de hoc esse Regiam pragmaticam, quę incipit *Mandamus etiã.*

308 Et neque Baro potest cognoscere de causis spectantibus ad Regia Tribunalia, & pro illis compositiones facere *d. cap. Reg.* 284.

309 Et creatio officialium Regiorum in Regno spectat ad Proregem hujus Regni, sed ipse Prorex non potest providere officia Regia, in quibus est constitutum salarium officiali ultrà ducatos centum, *prag.* 1. *de officiis ad Regiam Majest.* sed hodie per *prag.* 2. *eod. tit.* connumerantur officia providenda per Proregem, & providenda per regem; & præcipuè officiales Regii perpetui in Regno non possunt creari per proregem *DD. in l.* 2. *C. de officio præfect. pretorio August. Capibl. de Baronib. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 19.

310 Et officia antequam vacent non possunt provideri, *Rovit. rub. de officiis ad Regia Majest. n.* 7. quod hodiè malè servatur à Baronibus hujus Regni, & malo faciunt providendo officia antequam vacent, nam propter hoc officialis, qui reperitur in officio pro stipendiatur per cives considerantes, officium esse provisum, & successorem esse venturum.

Et creari officialem in aliquo loco non est actus jurisdictionalis *Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 64. in fine.*

311 Decimonono, fœminæ non possunt esse officiales, ut probatur in *l. 2. ff. de regulis juris, & in l. cum prætor ff. de judiciis, Caravit. ritu 1. n. 30. cu duob. seq.*

312 Et fœmina non potest esse curatrix mariti declarati prodigi, ut ita decisum, testatur *de Franch. dec.* 348. & uxor non est legitima administratrix sui viri, prout est è contra, *Guid. Pap. decis.* 445. *Mastril. decis.* 131. *n.* 17 prout neque fœmina potest esse curatrix furiosi, *l. is cui bonis, ff. de curat. furios. Anni sing.* 191.

313 Sed licet fœminæ non possint exercere officia, tamen possunt habere feuda *Capibl. in rub. de Baronibus, n. 42. & seq. Caravit. d. ritu 1. n. 33. DD. in cap. dilecti de arbitris & in l. fin. C. de recept. arbitris*, & ipsæ fœminæ possunt instituere Vicarios Generales à suis viris habentibus feuda, *Caravit. d. ritu 1. n. 34 & Capibl. d. rub. de Baronib. n. 48.*

314 Sed quæritur an fœminæ possint esse arbitratrices, & dicas quod non *l. fin. C. de recept. arbitris c. p. dilecti, extra de arbitris*, licet contrarium teneat *Bart. in l. in multis, ff. de statu hominum*, tamen opinio *Bart.* potest salvari quando in contrarium adest consuetudo, quia tunc fœmina potest esse arbitratrix, *d. cap. dilecti, et Rovit. in rub. de arbitris, in fine*, dicit, quod fœmina potest esse arbitratrix, sed non arbitra, sed prima opinio est communis, pro ut neque Hermafroditus, si magis incalescit in sexu fœminino potest esse arbiter, secus si incalescat magis in sexu masculino, quia tunc potest esse arbiter, arg. *l. quæritur, ff. de statu hominum, Blanc. de compromisso quæst. 2. n. 40.* ubi dicit, quod si uterque sexus equaliter appareat in eo, ita ut non possit judicari, qui sexus magis prævaleat, in hoc casu potest esse arbiter.

315 Vigesimo, servus non potest esse officialis, *l. servus, C. de judiciis, & d. l. cum prætor, ff. de judiciis*, quod si per errorem sit electus, in hoc casu acta per ipsum facta valent, *Barbarius ff. de officio prætoris*, sic etiam neque servus potest esse arbiter, *l. pedius 7. §. in servum ff. de recept. arbitris.*

316 Vigesimoprimò impubes non potest esse officialis, *d. l. 2. in fine, ff. de reg. juris d. l. cum prætor*, ubi *glosa* explicat, quæ ætas requiratur, ut quis possit esse Judex, & quod requiratur ætas decem, & octo annorum, est *text. in l. quidam ff. de re judicata*, sed quòd requiratur ætas annorum viginti, ut quis possit esse officialis, dicit *de Leonardis pract. officialium cap. 14. n. 12. citat text. in cap. cum vigesimum, de offic. deleg.* & Princeps non potest dispensare, ut impubes possit esse officialis, *glos. in l. cum prætor, § fin. ver. impubes, ff. de judiciis, Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 24 n. 14.* ubi dicit secus esse in adulto, in quo potest dispensare, ut possit esse officialis, sic etiam impubes non potest esse arbiter, *l. sed & si 9 ff. de receptis arbitris*, sed ut quis possit esse arbiter debet excedere annum vigesimum, *l. eum lege Julia, ff. de recept. arbitris*, & neque minores possunt esse de regimine Universitatis, *Rovit. prag. 5. n. 29. de adminis. univers.* sic etiam scriba, qui scribit depositiones testium in materia criminali debet excedere annum decimum octavum, *prag. 37. § 1. de off. Magistri Justit.* & quis non potest esse tutor, nisi excedat annum vigesimum quintum, *l. fin. C. de legitima tutela*, & ut quis possit esse inquisitor hæreticæ pravitatis, debet attingere quatragesimum annum, *clem. nolentes, de hæreticis*, sed ut quis possit esse Commissarius Inquisitoris debet esse annorum triginta *Franciscus Pegna ad Eimericum in directorio inquisitorum part. 3. quæst. 2.* & procurator ad negotia debet esse annorum viginti septem, sed procurator ad lites debet esse ætatis annorum vigintiquinque, *cap. qui generaliter, § fin. de procur. t. in 6.* & docet *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de procuratoribus cap. 1. in fine verb. sed se offert*, & mares debet esse ab annis vigintiquinque usque ad annos sexaginta, *§. Constitutionem de qualitate & ætate pupil in usibus feud.* sed de Consuetudine hoc non observari, testatur *Cabal. resol. crim. casu* 294. *n.* 47. & ut quis possit esse Judex delegatus debet excedere annum vigesimum, *Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 4. n.* 205. sed Vicarius Episcopi debet excedere annos vigintiquinque, *cap. cum in cunctis. §. inferiora, ubi Abb & Dec. n. 5. de elect. & Merolla d. disput. 7. cap. 6 n. 30.*

317 Vigesimosecundò, surdus & mutus non possunt esse Judices, *d. l. cum prætor ff. de judiciis*, nam isti natura impediuntur esse officiales, dum non audiunt, & non possunt loqui, sic etiam mutus, & surdus non possunt esse arbitri, *l. sed, & si 9. ff. de receptis, arbitris.*

318 Vigesimotertiò, furiosi non possunt esse officiales, *d. l. cum prætor*, quod intellige si perpetuò sint furiosi alias possunt esse officiales, *l. cum furiosus ff. de judiciis*, sic etiam furiosus non potest esse arbiter *d. l. sed, & si 9. 1.*

319 Vigesimoquartò, cæcus non potest esse officialis, *Capiblanc. de Baroniib. tom. 2 cap. 17 num. 12.* sed tunc cæcus non potest esse officialis, quando est cæcus utroque lumine, secus si uno tantum, quia tunc potest esse officialis, prout vidi practicatum in personam Pauli Laurentani Terræ Atripaldæ, qui erat cæcus uno oculo, & fuit electus Judex in Civitatem Aquilæ, & postea fuit electus in Auditorem in multis Regiis Audientiis, sic etiam cæcus utroque lumine non potest esse arbiter, secus si sit cæcus uno lumine tantum, quia tunc non potest esse arbiter, *Blanc. de compromisso quæst. 2. n. 30. cum duab. seq.* sed si non cæcus sit factus Judex, & facto Judice, efficiatur cæcus, ipse cæcus potest officium continuare, *l. cæcus ff. de judiciis*, secus si à principio sit cæcus, quia tunc non potest esse Judex, *glos. in d. l. cæcus*, sed *text. in l. si quos, C. de off. præfect. prætorium orientis*, dicit, quod officialis propter longam infirmitatem removetur ab officio, ergo si removetur, si efficitur cæcus utroque lumine, unde ego intelligo, *text. in d. l. cæcus procedere*, quando quis est cæcus uno oculo tantum, secus si utroque, sed cæcus utroque lumine potest esse de Regimine Universitatis, *l. infamia, ubi glos. C. de decurionibus lib. 10. Rovit. pragm. 5. n. 27. de administrat. Universitate.*

320 Vigesimoquintò, judeus factus christianus non potest exercere officia publica, *glos. in cap. constituit ver. qui ex judeis 17. quæst. 4 Rovit. pragm. 1. n. 12. de judeis*, & à fortiori judeus non potest esse Judex,

dex, *cap.Reg.109.ubi Sebast. de Neap. & Campag. n.10.* & est *text. de jure communi in l. Judei Romano, C. de judeis*, sed judeus potest esse arbiter inter judeos, non autem inter christianos, *d. l. Judei Romano Blanc. de compromisso qu. 2. n.20.* sic etiam judeus potest esse Judex inter judeos, non autem inter christianos, vel inter christianum, & judeum, inter quos judeus non potest esse Judex, *l. si qua, C. de judeis, Blanc. d. tract. de comprom. sso d. quæst. 2. n.20. ver. preterea, Guazzinus ad defensam reorum def. 1. cap. 22. & seq.* & neq; judeus potest admitti ad officia publica, *l. fin. C. de judeis cap. nulla 54. dist. Campag. d. cap. Reg. 109. n. 12. & Jo: Franc. Leonius in thesauro fori Ecclesiastici part. 4. cap. 4. n. 28.* sed judeus potest esse procurator christianorum, *l. Judei, C. de judeis, Freccia de præsent. just. parte 13. quæst. 2. n. 6.* sed non potest esse Advocatus, *Caravit. ritu 106. n. 3. Campag. d. cap. Reg. 109. n. 11.* immò Judei facti christiani adhuc non possunt admitti ad publica officia *glos. in cap. constituit ver. qui ex judeis 17. quæst. 4. Tiraquel. tract. ress inte causa l. unt 11. n. 11. & Rovit. d. pragm. 1. n. 12.*

321 Vigesimo sextò, si officialis committat baraptatiam p iva ur officio, *l. jub mus, C. ad legem Juliam repetun. arum, Riccius coll. 3517. & de Leonardis pract. officialium cap. 14. n. 29.* ubi *n seq.* dicit, quod officialis ex del cto, officio privatus non debet admitti ad aliud officium.

322 Vigesimoseptimo, ætate descripti non possunt esse officiales, & neque infirmi, & propter infirmitatem, durante officio, officialis potest removeri, *cap. Reg. Item quod prædicti officiales*, quod est *in n. 35.* sed senex potest esse de regimine Universitatis, *Caputaq. de Regimine Reipub. cap. 3. n 90. & Novarius in praxi elect. fori to. 1. sect. 2. quæst. 2. n. 7.*

323 Vigesimo octavò, si Judex torqueat aliquem post interpositum justam appellationem, vel si torqueat aliquem, qui non debebat torqueri ex ipso crimine, puta si ex dicto crimine non veniebat imponenda pena ultra relegationem, sed minus, vel si Judex suam exequatur sententiam contra condemnatum, appellatione pendente, si de hoc Judex sit condemnatus redditur inhabilis ad exercendum alia officia, *cap. Reg. Si justè*, immò officialis privatur officio, si sit crudelis in torquendo delinquentes ultrà mudum, *B rt. & Bald. in l. fin. §. Dominorum ff de his, qui sunt sui, vel alien. juris, d. Leonardis pract. offi cilium cap. 14. n. 22.* & officialis propter nimiam severitatem potest officio privari, ut dixi supra *cap. 8. n. 105.*

324 Vigesimonono Regnicola doctoratus extrà Regnum per rescriptum non potest esse officialis in Regno *prag. 2. & 5. de scolarib. doctorandis.*

325 Sed quæritur, an filius possit esse officialis, & dicas, quod sic *d. l. cum prætor in fine, ff. de judiciis, & l. filios, C. de decurionibus lib. 10.* quòd procedit etiam dissentiente patre *l. pater tuus, C. quando provocare non est necesse*, in quo casu pater non tenetur, de mala administratione ipsius filii, *arg. tit. C ne filius pro patre*, sed si filius capiat possessionem officii patre præsente, & non contradicente, si filius malè administrat, pater ipse tenetur pro mala administratione ipsius filii, *arg. l. 2. ff. de municip. & arg. l. 1. C. de filiisf. l. lib. 10.* & pater tenetur pro filio officiali, si ei assistetit in officio, *l. fin. ubi DD. C. de decurionib.* & docet *Paris. de Puteo de sindic. verb. filiusfamilias cap. 1. n. 5.* sic etiam filiusfamilias potest esse de regimine Universitatis, *l. filios in potestate, C. de decurionibus lib. 10. Rovitus prag. 5. n. 22. de administr. Univers.* quòd si sit creatus, patre præsente, & non contradicente, & tunc pater tenetur pro mala administratione filii in subsidium, *d. l. 2. & l. libertus, §. filium ff. ad municip. & l. filiusfamil. ubi glos. ff. de administ. rerum ad civit. pertin. D. Reg. Sanfel. decis. 161.*

326 Et scias, quod qui non potest esse officialis, neque ipsi potest causa aliqua delegari, ut docet *Georgius Obrechti de jurisdictione lib. 4. cap. 4. nu. 12.*

327 Scias etiam, quod supradictæ personæ, quæ non possunt esse officiales, si officium exercuerunt possunt petere salarium a Barone ipsis promissum, *l. titio cum esset ff. ad municip. Bald. in l. non dubium in, 16. opposit. C. de legibus, & de Franch. decis. 175. in fine*, sed officialis privatus officio propter delictum perdit salarium, etiam pro tempore, quo administravit *Rovit. prag. 13. nu. 1. de officialibus.*

328 Scias etiam, quod debent eligi in officiales homines fideles, Deum timentes, & honorem Domini diligentes, qui servent manus mundas & soliciti sint officia exercere, & sint homines conditionis talis, qui magno non sint subulti favore, & respectum non habeant, nisi ad Deum, & Reginalem honorem, & eorum conscientiam, & causam non lædant, *cap. Reg. 273.* & quis eligi non debet in officialem, nisi sit persona habilis ad exercendum officia *cap. Reg. 121.* & qui habet malum nomen non debet eligi in officialem, sed debet eligi, qui habet nomen bonorum, *arg. l. sed si ex improviso & l. non omnes, §. B rbaris ff. de re militari*, & docet *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 5. nu. 4. & seq.*

329 Et advertas, quod si opponatur per aliquem quod officialis electus non possit esse officialis hoc non potest cognosci per ipsum officialem, sed cognosci debet per Regios superiores *Jul. Clar. § fin. qu. 43. ver. unum tamen*, & desumitur ex *cap. Reg. 35.* ut in simili videmus in arbitre, qui non potest cognoscere si opponatur, quod non potest esse arbiter, *Blanc. de compromisso qu. 2. nu. 67.* quod intellige, si capta possessione officii per officialem opponatur, quod ipse non possit esse officialis, quia tùc Regii superiores de hoc cognoscunt, & interim officialis potest exercere officium *Covar. var. resol. lib. 1. cap. 16. nu. 11. Anna consil. 87.* sed antè captam possessionem cives possunt ipsi denegare possessionem ex aliqua justa causa, *Capiblanc. d. pragm. 3. nu. 103. & 104. & 161.* sed si major pars decurionum, vel civium officialem recipiat, & minor pars contradicat, in hoc casu non debet supersederi in dando possessionem dicto officiali, sed dicto officiali est danda possessio, & deindè coram superiore debet discuti, si objecta subsistat, *Fontanell. de pactis nupt. clausula 4. glos. 10. part. 1. nu. 90. & Capiblanc. to. 2. cap. 25. nu. 1. cum plurib. seq.* ubi *nu. 6.* dicit, quod si major pars opponat, lis debet agitari expensis Universitatis, si verò minor pars opponat lis debet fieri suis expensis, sed si obtinebit, recuperat ab Universitate, citat *Fontanel. ubi supra, & Vivium decis. 42.*

VIDIMUS de his, qui officiales esse non possunt, cum videamus de iis, quæ ipsis officialibus

Ff 2 pro-

prohibenter,& pono regulam,quod multa officialibus sunt vetita de jure. &

330 Primò, prohibetur officiali, mutuam pecuniam feneri suis subditis dare *l. principalibus*, *ff. de rebus creditis*, *& in l. eos*, *C. si certum petatur Constit Reg. Communiter*, & nequè officialis potest accipere mutuam pecuniam à suis subditis litigantibus coram ipso, *d. l. principalibus l. 195. C. si certum petatur, prag. 2. in fine de muneribus official.* & docent *de Leonardis pract. officialium cap. 2. num. 57. & seq. Caball. resol crim. casu 195 & Capiblanc. de Baronibus prag. 4. nu. 37.* sed ipse officialis potest gratis, & absquè usura mutuam pecuniam accipere à suis subditis non litigantibus coram eo, *D. Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 3. per totum, ubi nu. 18.* hoc limitat in mercatoribus, & negotiatoribus, a quibus officialis non potest mutuam pecuniam gratis accipere, citat *Caballum resolut. crim. d. casu 195. nu. 4.* & reddit rationem ipse *Carleval.* ibi, quia cum istis mercatoribus, & negotiatoribus ob damnum emergens, & ob lucrum cessans licitum sit in mutuo aliquid accipere ultrá sortem, ut docent *Divus Thom. 2 2. quæst. 78. art. 2. ad 1. Sotus de justitia, & jure lib. 6. quæst. 1. art. 3. Lessius de justitia, et jure lib. 2. cap. 20. dubit. 10 et seq. Molin. de justitia tract. 2. disput 314. et seq. Navar. in manuali cap. 17. num. 211 et seq. Covar. lib. 3. variarum resol. cap. 4. nu. 1. et seq. & Jo: Baptista Lupus de usuris comment. 1. §. 6. num. 101. et seq.* si Iudex ab eis accipit gratis mutuam pecuniam remittitur ipsi officiali licitus quæstus, qui ex dicto mutuo potest exigi, & ipsa remissio, ac renunciatio dicti liciti quæstus habet vim donationis, ut docet *Bart. in l. si fraudator in principio, ff. quæ in fraudem creditorum, Bald. in rubr. C. de revocandis ijs, quæ in fraudem nu. 7. Tiraquel. in l. si unquam verb. donatione largitus num 173. et seq. C. de revoc. donat. Covar. lib. 2. variarum resol. cap. 4. nu. 8.* sed officiali non potest donari, ut infra dicam, ergò, &c. immò ipse *Carleval. ibi nu. 17.* dicit, quod officialis non potest accipere gratis mutuam pecuniam à suis subditis, qui fuit de proximo litigaturi coram eo, citat *Bajard. ad Clarum, § fin. quæst. 73. nu. 30. & Cabal. d. casu 195. nu. 6.* ubi ipse *Cabal. ibi nu 7.* dicit quid si Iudex accipiat pecuniam a litigante lata sententia, an puniri possit, & arbitrio Iudicis esse remittendum concludit, habita ratione summæ mutuatę, & commodi inde percepti, & qualitatis personarum, ac quantitatis temporis post finitam causam decursi, & Regius Doanerius Dohanæ Menepecum Apuliæ accepit magnam pecuniarum quãtitatem à suis subditis, & inquisitus de hoc fuit liberatus, quia erat officialis perpetuus, & accepit dictam pecuniam palam, & bona fide intervenientibus publicis cautelis, & pro suis necessitatibus, ut solveret debitum Regiæ Curiæ, ut testatur *D. Reg. Sanfel. dec. 170.*

331 Et Rex non potest compellere subditos suos ad sibi mutuandum pecuniam, *cap. Reg. 115. in fine, ubi Sebast. de Neap. nu. 5.* sed Universitas tempore necessitatis potest compellere cives ad sibi mutuandam pecuniam cum obligatione illorum de regimine de restituendo dictam pecuniam infra certum tempus, *Capiblanc. sing. 119. & in 2. tom. c. 47. num. 4.*

332 Secundò prohibetur officiali acceptare donationes ipsi factas à suis subditis, immò donatio facta officiali à suis subditis non valet, *l. 1. Provincias, C. de contractibus officialium, pragm. 1. & 2. de muneribus officialium*, nisi sit facta donatio officiali propter ejus bene merita, quia tunc donatio facta officiali valet, *l. Lucilius 27. ubi Bart ff. de donat. Rovit. prag. 1. nu. 7. de muner. offic. Capiblanc. prag 4. nu. 41.* & debet constare de meritis *Tiraquell. in l. si unquam, C. de revocan. donat. fol. 144. nu. 54. Capiblanc. de Baronibus prag. 4. num. 41.* sic etiam consanguinei usquè ad sextum gradum possunt donare officiali consanguineo, *Alber. in l. 1. C. de ad legem Jul. repet. Boer. decis. 163. & Capiblanc. d. prag. 4. nu. 43. & est prag. 5. §. 3. de munerib. offic.* sic etiam officiali potest aliquid legari, & potest ipse hæres institui a suis subditis, *l. non dubium, ubi Bart. C. de testam. de Franch. decis. 493. Rovit. d. prag. 1. nu. 4. de munerib. offic. Capiblanc. d. prag. 4. n. 42.* nisi subditus sit carceratus, quia tunc non potest Iudicem hæredem instituere, *Boss. pract. crim. tit. de carcere nu. 23.*

333 Tertiò officiales Regii debent esse contenti eorum salario, & nihil in donum recipere possunt ab Universitate, & ab aliis personis subditis, aliás privantur ipso facto ab officio, & puniuntur pœna quinquaginta unciarum aurei, & Universitas, & alii, qui donaverunt officiali puniuntur in uncias aurei centum. *prag. 1. de muneribus off. prag. 3. de trigesimis; & salario prag. 4. §. 1. de off Judicum.*

334 Et donatio facta per Universitatem Baroni est ipso jure nulla, *Campag. cap. Reg. gravamina nu. 97.* nam Universitas prohibetur donare aliquid alicui, *pragm. 5. § pen. de adminis. univers.* sed ipsa Universitas potest aliquid donare alicui propter benemerita *Capiblanc. de Baronibus prag. 8. part. 3. nu. 166. ubi in add.* dicit ipse *Capiblanc.* quod in Regno in ratiociniis deindè non admittitur talis donatio facta propter benemerita, nisi adsit Regius assensus, & quod constet, tamen donationem fuisse factam cum effectu propter benemerita, & quod donatio cum effectu sit remuneratoria.
Quod si sit donatum aliquid Baroni ab Universitate ex eo, quod ipse Baro a Prorege obtinuerat, ut licentiarentur milites, qui in ipsa Terra Hospitabantur, ista donatio non est remuneratoria, cum ipse Baro de jure divino, naturali, & positivo vassallos ab omni oppressione, onere, & calamitate liberare tenetur, ut defendit *Capibl. to. 2. cap. 11.* sed Universitas potest dare, & Baro accipere pro camera reservata facienda habita consideratione Universitatis dantis, & quantitatis donandæ, ut ità pluries decisum testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 6. nu. 21.*

335 Et Universitas non potest se congregare sub pœna ducatorum mille, & alia pęna arbitraria ad concludendum causa faciendi aliquam donationem de bonis Universitatis, sed prius hoc obtinere debet à Prorege, & posteà conclusionem tenetur mittere Proregi qui deinde dispensat, quam quantitatem Universitas possit donare *prag. 8. de adminis. Univers.* & hoc procedit, dato, quod Universitas velit donare piis locis, *prag. 12. de adminis. univers. quæ emanata fuit de anno 1629.*

336 Sed Universitas potest donare Principi, etiam

ea

ea non congregata, *Rovit.d.prag.5.nu.38.de admi- nis.univers.* ubi *nu.39* dicit ipse *Rovit.* quod Universitas potest donare comestibilia alicui officiali in transitu moderate tamen, idem tenet in *pragm.1.nu.11.de munerib.off.* sed per *cap.Reg.Itē, quod Justitiarii,quod est in nu 39.& per prag.1.de off.Justit.* disponitur, ut officialis non possit recipere ab Universitatibus,nec esculenta, nec poculenta,cum Universitas nihil habeat in commune ut in *d. cap.Reg.38.* & Auditores non possunt aliquid recipere pro victu à Provincialibus, *d. prag.1.de off.just.*

337 Quartò officiales Regii non possunt recipere trigesimam, nec sportulas à litigantibus pro decisionibus causarum, sed debent esse contenti eorum salario, *pragm.1. de trigef.& salario pragm. 6 §.22.de off.judicium*. quod amplia, dato, quod officiales Regii sint arbitri, cum licentia superioris, nam adhuc non possunt trigesimam recipere à litigantibus, *prag 7. §.3.de off. iudicium prag. 6.§.1.de trigef.& salar.in prætermissis, Rovit. prag. 1.num.32 de arbitriis*,& neque possunt aliquid recipere à litigantibus etiam candelarum nomine, *pragm.4.de trigesimis, & salario d.prag.6.§ 22.de off iudicium*, & Judex non potest aliquid recipere pro visura processus, *Caravit.ritu 14.num.1.* ubi *Scaglionus num.2.* dicit, quod Judex neque candelas recipere potest, & docet *Carrab. de sindicatu parte 1.num.76.* immò delegatus, qui commissa est dispensatio matrimonialis,non potest aliquid recipere pro labore, *Riccius decis.259.par.2.* nam istę prohibitiones militant etiam in Judice delegato, *Aucharr.consf.201.* cujus contrarium voluit *Bolog.in rubr. ff.de off.eius cui mandata est jurisd. num.44 & Rovit.d pragm 1 num 9.de munerib.off.* de quo vide *D.Carleval. de judiciis tom.1. disput.4.* & de jure communi officiales habentes sufficiens salarium à publico, nec esculenta; nec poculenta accipere possunt, *Rovit pragm.1 num.3. de munerib off.*

338 Limita tamen, ut Prorex possit concedere facultatem officialibus accipiendi ultrà eorum salarium pro causis delegatis extrà obligationē sui officii, dummodò licentia sit subscripta à Regentibus Regiam Cancellariam, *pragm.5. de trigef.& salario in prætermissis.*

339 Limita etiam in officialibus Baronalibus, qui ultrà eorum salarium recipiunt sportulas secundum loci Consuetudinem pro decretis, *Caravit.in ritu 14.num.2.in fine*; & officiali debet solvi salarium per Baronem, & non per Universitatem, *Campag.cap.Reg.Gravaminus num.111.*

340 Quintò, prohibitum est officialibus recipere munera à litigantibus, latè *Farinac.pract. crimin. tit.de variis, ac diversis criminibus qu.111. art. 10. à num.235.usque ad nu.260.* nam ipsa munera sæpè, evertunt justitiam; & excæcant oculos sapientium, & acceptatio munerum prævaricatio veritatis est, *cap.qui rectè 11.quæst.3.* ubi *text.in fine*, dicit,quod qui excutit manus suas à muneribus, habitabit in cęlis,sed qui est iste, & laudabimus eum, immò neque officiales possunt recipere à litigantibus aliqua munera etiam à spontè dantibus sub pęna privationis officii, *cap.Reg.25.182. & 277.& in ritu 14.* & docet *Rovit. in pragm.1. nu.6.& 11.de muneribus officialium*. Amplia etiam in Fisco, qui neque potest munera accipere ab inquisitis, ut in *ritu 19.& in pragm.12. § 6.de officialibus, de Leonardis pract. officialium cap.3. num. 35.* licèt contrarium substineat de jure communi *Marcel·Maurus alleg.77.* amplia etiam, ut Judex neque cum licentia Proregis possit recipere munera etiam sub quæsito colore laborum, *pragm. 12.§.13.de officialibus*, quæ pragm.non comprehendit Regentes Regiam Cancellariam, *Rovit.ibi nu. 1.quæst.2.Rovit.est pragm.11.de off.*

341 Sed hoc limita de jure communi, quo jure officialis potest accipere à litigantibus parva munera, *l.solent,§.fin.ff.de off.Proconsulis. Boss.tit. de officialibus corruptis nu.3.* idem erat dispositum per *cap.Reg.227.* quod secus est hodiè per *pragm. 2.de munerib. offic.* per quam prohibetur officialibus,ut nihil recipiant à litigantibus, & ab aliis eorum subditis, etiam si sint commestibilia, vel parvi valoris,nec per se,nec per interpositam personam sub pœna pro prima vice suspensionis officii,& pœna dupli quod accepit, & pro secunda vice sub pœna privationis officii in totum, & per *d.prag.2.* sufficiebant tres testes singulares ad probandum istam contraventionem, sed deinde per *pragm.4.de muneribus off.* est prohibitum officialibus,ut ipsi non recipiant munera, & commestibilia etiam parvi valoris nec per se, nec per intermediam personam a suis subditis litigantibus, vel ab eorum consanguineis litigantium coram ipsis officialibus, & à non litigantibus per *d prag. 4.* possunt officiales recipere res parvi momenti, ut sunt volatilia,feræ,fructus (paucis tamen vicibus)& per *d prag.4.* ad probandum istam contraventionem requiruntur quinquè testes etiam singulares,dummodò sint bonæ famæ,& vitæ, & per *prag.5.§.3.de muneribus off.* in volatilibus, quæ possunt donari officialibus à non litigantibus non includuntur pulli,caponi, etiam d'india, & in fructibus non comprehenduntur fructus, qui emuntur,nam Judex potest recipere à non litigantibus fructus quos donantes colligunt in eorum viridariis. Et neque officiales possunt recipere à non litigantibus zuccarum,cannelas,ceras,oleum & alia commestibilia, quæ solent conservari in dispensa.

342 Sed omnia supradicta(quæ prohibentur recipi per officiales) possunt recipi per officiales à suis consanguineis, *Boss.tit.de officialib. corruptis nu.3. prag.5 §.3. de muner. offic.* sic etiam possunt recipi per officiales ab aliis in quorum causis officiales ipsi de jure removentur suspecti in judicando, dummodò hoc non fit in fraudem, puta si isti tales recipiant munera à litigantibus,& deinde dicta munera mittant officialibus, quia tunc tam officiales, quàm isti consanguinei puniuntur, *d. prag.5. § 3. de muneribus offic.* ubi etiam habetur, quod officiales possunt inter se mittere parva munera, sed *Capibl.d.pragm.4.nu.39.* dicit, quod licèt hoc sit prohibitum per supradictas pragmaticas tamen de Consuetudine officiales possunt à non litigantibus recipere munera parvi momenti, prout erat dispositum de jure communi, ut supra diximus,& *Capiblanc.d.prag.4.nu.21.* dicit, quod licitum est officiali recipere aliqua munera

si

si non habet solitum salarium, sic etiam inquisitores possunt exigere expensas ab inquisitis, si ipsi inquisitores non habeant stipendia sufficientia ad eorum officium exequendum, *Emericus in direct. inquis. part.3.qu.104.* & quòd officiales non habentes salarium de publico, vel minus sufficiens, possint licitè esculenta, & poculenta recipere, dicit *Paris.de Puteo de Syndic.ver.poculenta,& esculenta cap.2.nu.8.*

Sic etiam affictator Gabellæ Meretricium in anno potest recipere duo munera, quæ non excedant carolenos tres, & quolibet mense potest accipere carolenos duos, *prag.6.§.3.de meretricibus,* sed Judex dicti tribunalis nihil recipere potest ultrà ejus salarium *d.prag.6.§.6 de meretricibus,* & de jure communi Judex potest recipere munera à litigantibus post sententiam, & sententia ipsa non dicitur venalis, *Hipp. de Marsil.in l.1.n.5.& 6. ff.ad leg. Cornel.de falsis. & in sing.190. incipiente Judices Thom. Trivis.decis.49.n.40.lib.2.& Boss. pract.crim.tit.de officialib.corruptis n.4.* & idem est in teste, qui si post depositionem aliquid detur ipse testis non incurrit aliam pœnam, *Hipp. de Marsil. d.l.1. d.n.5.* sed si quis prætextu amicitiæ, vel familiaritatis Judicis aliquo sibi dato, vel promisso promittat petentibus negotii eventum, vel Victoriam iste talis punitur, *l. qui explicandi de accusat.* & docent *Cabal. resol. crim. casu 67. & D. Reg. Sanfel. decis.45.*

343 Sextò Regens, & Judices Magnæ Curiæ Vicariæ non possunt convitari ab Actuariis, vel aliis officialibus inferioribus, *prag.12.§.10.de officialib.*

344 Septimò Judices, Actorum Magistri, & Perceptores Provinciarum non possunt facere mercaturas, & cambia, *prag.1.de mercat. off. prag.14. §.2.& 5.de officialib.prag.1.§ 5.de off.Procurat.Caesaris prag.6.§.4.de trigesimis,* & hoc fuit statutum ne officiales ex causa negotiationis corpore, & mente essent impediti, & non possint vacare negotiis aliorum, quibus deputati sunt, *Novarius coll.130.n.2.* sed alia affertur ratio, & melius, nam si hoc esset, quod officialis posset negotiari inducerectur timor in subditos, & officiales possent vilius emere, & carius vendere in damnum subditorum, & contrà publicam utilitatem, ità *Danzs de pugna DD.tom.1.tit.de officialibus in genere cap. 8.n.9.* & mercatura non solum officialibus est prohibita, sed etiam militibus, *Rovit.d.prag.1.n.3.de mercat. off.* est etiam prohibita mercatura Secretario Regni, & Scribis mandarorum, *d. prag. 14. §.2.de officialibus, & in prag.2.de officialib.Novar. d.coll.130.n.3.* sic etiam est prohibita mercatura Clericis, *cap.fin.de vita, & honest.Cler.cap.1.& cap. prædicator 16.quæst.1.cap.1.14.quæst.4.cap.negotiator 88.dist. Conc.Trident. sess.22.de reformat. cap.1.* sed si officialis emat aliqua ob proprium usum, & posteà, aliqua superveniente causa, dicta bona vendat hoc casu non dicitur facere mercaturam, *Novar.d.coll.130.n.3.* ubi *n.4.* dicit, se excusasse quèdam Clericum in Curia Archiepiscopali Neapolitana à negotiatione illicita, qui emerat aliquam rem pro suo usu, & deindè illam vendidit, nova causa superveniente, & *n.5.* dicit ipse *Novar.* ibi, quod etiam Clericus non punitur ex una negotiatione tantùm, & *n.6.* dicit ipse *Novar.* ibi, quod officiales, & Clerici habentes propria animalia, vel fructus ex suis possessionibus possunt illos vendere, *Novar.* sequitur *Danzs de pugna DD.d.cap.8.n 10.eum pluribus seq.* ubi *n.15. & seq.* dicit ipse *Danza*, quod mercatura est prohibita officialibus exerceri, tàm per se, quàm per intermediam personam; & probatur in *d.prag. 1.de mercat.off.* & arg. *l.pupillus, §. item ipse ver.sed si per interpositam, ff. de auctoritate tutorum,* & non solùm officialibus Regiis est prohibita mercatura, sed etiam officialibus Baronalibus est prohibita dicta mercatura, *d.prag.14.§.5.de officialib.*

345 Octavò officiales non possunt contrahere compatratum cum aliquo, in loco, ubi officium exercent, nisi officiales sint consanguinei, qui de jure propter consanguinitatem removentur ut suspecti in judicando, *pragm. 8. de officialib.* & hodiè usquè ad tertium gradum, sed nihil possunt recipere, *pragm.6 §.3.de trigesimis, & salar.in prætermissis,* sed hodiè officiales posse compatrarum contrahere, non obstante *d.pragm. 8.* quam non esse in usu, testatur *Danzs de pugna DD.tom.1. tit. de officialibus in genere cap.8 n.22.* & de jure compatratum non potest contrahi per Procuratorem, licèt secus sit de Consuetudine, *Cappel. Tholos.dec.157.Riccius col.2098.*

346 Nonò, officiales non possunt esse tutores, Balii, vel Procuratores alicujus absquè licentia Proregis, *prag.3.de off.judicum,* & neq; possunt esse Advocati in aliqua causa, ut in *ritu 11.* nisi cum licentia Regis tantùm, *pragm.1.§.10.& pragm.9. §.5.de off.jud.prag.7 §.1.et pragm.39.§.8.de off.Magistri Justit. pragm.6.§.2.de triges. & salar.in prætermissis,* quod si ipse officialis interveniat ut Advocatus cum dispensatione Regia non debet sedere in loco solito, sed post omnes alios suos posteriores, ut docet *Præs. de Franch. decis. 138.*

347 Sic etiam nec Actuarii possunt esse Procuratores, nisi pro eorum causis, & causis consanguineorum, *prag.16. juncto §.3. de offi. Magistri Justitiarii pragm.30.§.4.eodem tit.de off.Magistri Justit.* & docent *Caravit.in ritu 11.n.8. & Danzs de pugna DD. tom.1. tit.de officio actuarii cap.1.n.33.*

348 Sic etiam Advocatus Fiscalis non potest esse Advocatus alicujus privati, *prag.37.§.8.de off.Magistri Just sublatis ritibus 11.& 18.* contrarium disponentibus, sed Advocatus pauperum potest patrocinari contra curiam, & contra omnes pro omnibus, sed non potest patrocinari contra pauperes, & aliàs personas miserabiles, ut in *ritu 23.* sic etiam Advocatus Universitatis non tenetur præstare suum patrocinium civibus particularibus ejusdem Universitatis in casus propriis, & nequè prohibetur advocare contrà ipsos cives particulares, *Rovit.rubr.de postulando n. 12.* ubi *n. 14.* dicit, quod si Advocatus efficiatur hæres partis adversæ, potest postulare contra suum clientem, citat *text.in l.fin.ff.de postul.cap.infamis, §. tria 3. quæst. 7.* & Procurator Universitatis eligitur, congregata prius ipsa Universitate, *Rovit. rubr. de Procurat. n. 40.*

349 Sed supradicti officiales, qui non possunt esse Procuratores, si fint facta Procuratores cum facultate substituendi, & substituant, in hoc casu valet substitutio, si sit facta in personam habilem, *Mastril.dec.264.*

350 De-

350 Decimò officialis non potest esse arbiter, *l.sed, & §.§.si quis Judex,ff.de arbitris prag.7.§ 3 de off. Jud.quæ secundum Rovit.est 9.& est alia,prag.6.§. 1.de trigesimis, & salario in prætermissis*, & docet *Navarrus coll.151.nu.3.* quod si quis privatus sit electus arbiter, & postea efficiatur officialis, in hoc casu expirat compromissum.*Blanc.de compromisso quæst.2.nu.49.* sed de jure canonico officialis potest esse arbiter,*cap.cum tempore, cap.cum olim, cap.cum à nobis,& cap.ex parte, de arbitris, & cap. nisi essent,de præbendis*, & docet *Bart.in d.§.si quis Judex*,sic et.â de jure civili Judex ordinarius potest esse arbiter inter non suos subditos, *l.si qui ex consensu,C. de Episcop.audientia*, & docet *Alex.in l.1.§ & post operis,nu.2.ff.de novi operis nuntiat*.sic etiam de jure civili officialis potest esse amicabilis compositor inter suos subditos ex ambarum partium consensu,*glos.in d § si quis Judex, & ibi DD.*& docent *Guid.Pap.dec.69 n.1.& Gramat.dec. 9.nu.1.*sic etiam Judex delegatus potest esse arbiter, *Host.in tit.de arbitris,§.2.ver.posset*, & *Blanc.d. qu.2. nu 50.* sic etiam de jure civili potest causa compromitti in Principem per suos subditos, *c. cum inter,de elect.*& docet *Blanc.d.qu.2.nu.44.*hinc dicit *Grammat.d.dec.9.* quod Sacrum Consilium, quod repræsentat personam Regis,compellit partes ad compromittendum in ipsum Sacrum Consilium,& *Anna sing.114* dicit, quod compromissum potest fieri in posse Judicis ordinarii,& una vice dicit ipse *Anna ibi*, quod causa fuit compromissa uni Consiliario, & alia vice altera causa fuit compromissa toto Sacro Regio Consilio, sed nescio,si hæc opinio *Anna* in Regno hodiè possit subsistere, cum per *d.prag.7.§ 3.* expressè sit prohibitum officialibus Regiis,& præcipuè Consiliariis Sacri Regii Consilii, ut non possit esse arbitres,vel amicabiles compositores, sed fateor, quod *d.prag.*loquitur in causis feudalibus, sed *d.pragm.6.§.1.de trigesimis, & salario in prætermissis*,loquitur Generaliter in omnibus causis, undè hodiè causa non potest compromitti in Sacrum Regium Consilium,*Rovit.dec.95.nu.19.*

351 Undecimò,omnes Consiliarii, & alii officiales Sacri Regii Consilii non possunt exercere officia non dependentia à Rege absquè licentia Proregis *prag.16.de officialibus,& prag.3. de off. Judicum.*

352 Duodecimò, Præses Sacri Consilii,& Locumtenens Regiæ Cameræ, & Regens Magnæ Curiæ non possunt sibi ipsis causas committere,ut *in rit. 16.prag.7.§ 1.de off.Judic.*

353 Decimotertiò, officiales prohibentur destinare eorum consanguineos usque ad tertium gradum inclusivè in Commissarium contrà aliquem sub pena ducatorum mille,*prag.9.§.5. quæ hodie est 7. de officio Judicum*, & hoc etiam olim erat prohibitum per *c.Reg.36.*quod etiam loquitur in famulo,ut ipse non possit destinari Commissarius ab offi ... & neque quis potest destinari Commissarius in loco,ubi officium exercuit,*Rovit.d.prag. 9.nu.4* & dixi supra *nu.179.*

354 Decimoquartò,officiales Regii non possunt nec per se,nec per interpositam personam petere officium à Baronibus litigantibus coram ipsis, & non litigantibus in personam eorum consanguineorum, & amicorum, *prag.5.de officialibus prag. 5.§.5.de muneribus off prag.7.§.4. de off.judic. Capibl.prag.4.nu.14.* & neque possunt petere commissiones ponderum, & mensurarum à Rationalibus officinæ monetalis,*prag.12.§.3.de officialibus.*

355 Decimoquintò,nullus officialis potest concedere licentiam alicui de petendo eleemosinam, sed tantū hoc Proregi est reservatum *prag 2.de elem. non petendis*, & quis intus Civitatem Neapolitanam non potest petere eleemosinam indutus vestibus albis, & cum facie celata, sub pœna mille ducatorum,& alia pena arbitraria, exceptis tamen illis, qui sunt confraternitatis alborum Cappel æ Sanctæ Mariæ Succurre Miseris, *pragm. 1.de eleemosinis non petendis*, & vide *prag.2.de personatis*,ubi habetur, quod nemo in Civitate Neapolitana,& ejus subu bis, & casalibus potest ire indutus uti confrater vestibus longis albis, vel cujuslibet coloris, & cum facie celata absquè licentia Regentis Magnæ Curiæ, exceptis confratribus in publicis possessionibus.

356 Et circa hoc scias,quod mendicantes, qui persona sunt validi, puniuntur ad triremes per quinquennium,quod si sint fœminæ fustigantur,& exulant per quinquennium, *prag.1.de mendicantibus*, ubi *Rovit.*dicit esse *text. de jure communi in l.unica, C.de mendic. validis lib.12.* & docet *Cabal. resolut. crim.casu 178.nu 8.*prout etiam puniuntur mendicantes,qui se ipsos,aut filios debilitaverunt,ut mēdicare possint,*Cabal.d.casu 178 nu.9.& seq.& Riccius decis.284.nu.4.& seq. part.2.ubi in fine*, dicit, quod puniuntur,qui cum habitu religioso,qui tales re vera non sunt, medicant per Civitatem Neapolitanam absquè licentia, & quærentes eleemosinam pro pauperibus, vel aliis locis piis absquè licentia superioris sunt excommunicati.

357 Decimosextò Gubernatores,& Auditores Provinciales,& alii officiales Regii non possunt recipere bestias ad æquitandum, vel portandum victualia,vel alia onera,nisi soluto competenti salario, & quod dictæ bestiæ sint ad dictum usum destinatæ,& solitæ locari,*prag.4.§ 5. de off.justit.*

358 Sic etiam vassalli tenentur servire Baroni cum eorum animalibus juxto mediante salario, *Const. Reg. Sic nostra servitia, cap.Reg. Gravamina, & cap.Reg.Quod nullus officialis, pragm.1. de salario eorum*, quod non procedit quando Baro habet propria animalia, quia tunc vassalli non tenentur servire Baroni cum eorum animalibus, *de Franch.decis.211.* & de servitio præstando per vassallos Baroni vide eundem *de Franch.dec.152. & 526.*

359 Et Etarius tenetur servire Baroni intus ejus jurisdictionem,& non ultrà, *Guid.Papa decis.68.Capiblanc.de Baronib.prag.16.nu.94.& Riccius decis. 223.part.3.*

360 Sic etiam vassalli non tenentur servire Baroni extrà eorum jurisdictionem, *Freccia de subfeudis lib.2.auctoritate 30. nu.2.& Vincentius ex Anna sing.560.*nisi ipsi vassalli ad id teneatur ex privilegio,vel ex Consuetudine legitime præscripta, *Cā. pag.cap.Reg.Gravamina nu.30.*

361 Et is tenetur servire Baroni cum ejus animalibus,qui est solitus animalia locare, accepta mercede,*l.pœn.C.de cursu publ lib.12.Rovit.d.pragm.1. nu.1.de salario eorum*, & olim vassalli servientes

Bar-

Baroni cum eorum animalibus, sivè animalia essent asinina, sivè mulina debebant habere granum unum pro quolibet miliario, & hoc tàm pro accessu, quam pro recessu, *l. utimur*, *ubi Bart. ff. de sepulcro violato*, nisi in recessu redirent vassalli cum animalibus oneratis, quia tunc debent habere integrum salarium, *de Franch. d. decis.* 152. sed hodiè solvuntur octo denarii pro quolibet miliario absquè animalibus, sed cum curru solvitur unus carolenus pro quolibet miliario, & cum animalibus, si animal portat summam ponderis rotulorum centum quinquaginta, solvuntur pro quolibet miliario denarii duodecim, si verò cum animalibus asinis solvuntur sex denarii pro quolibet miliario, quod si sit bestia mulina, quæ non potest portare summam centum quinquaginta rotulorum, & tunc solvuntur novem denarii, *prag.* 2. *de salario eorum*, & Baro ad tenetur solvere dictum salarium antè servitium, vel post, vel medietatem prius, vide *Manticam de contractibus libro quinto*, *titulo sexto*, & quod medietas salarii debeat solvi per Baronem vassallis antè accessum, & alia medietas in recessu, dicunt *Novar. in coll. ad prag.* 1. *nu.* 18. *de salario eorum*, *& Thor. in supplem. dec. ver. salarium*, *fol.* 589.

362 Et scias, quod si de Consuetudine vassallus teneatur servire Baroni propriis expensis, in hoc casu vassallus nihil pro servitio habere debet, *d. cap. Reg. Gravamina*.

363 Et obligationes servitiorum personalium, non constituuntur absquè assensu Regio, *Campig. d. cap. Reg. Gravamina nu.* 17. ubi *nu.* 19. dicit, quod ad præscribenda servitia personalia requiritur præscriptio centenaria, & *nu.* 37. dicit ipse *Campag.* ibi, quod Baro tunc potest cogere vassallos ad ipsum serviendum, quando tractatur de negotio curiæ, secus si de negotio privato, *d. cap. Reg. Quod Justitiarii* ibi (*pro servitio curiæ*) ad quod dictum contradicit, *Lucas de Penna, ut ibi per eum*.

364 Et Baro non potest capere animalia ad centimulos destinata, & ipsis uti ad vecturam, *cap. Reg. Item Justitiarii*, *& subofficialis*, *quod est in n.* 53.

365 Et Magistri Portulani non possunt accipere bestias aliquorum pro servitio curiæ nisi soluta mercede, *cap. Reg. Item Magistri Procuratores*, *quod est in n.* 67.

366 Et quando curia velit facere nova vascella, vel alia reficere, vel facere alia opera, quis non potest compelli ad illud faciendum pro certo pretio, sed pro justa mercede per aliquem extimandam, *cap. Reg.* 134.

367 Et manuvolatus potest capere animalia alterius pro justitia consequenda, *Afflic. in Const. Reg. Omnes officiales*, *n.* 3. *& Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de officialib in genere cap.* 11. *n.* 50. ubi dicit ipse *Danza* hoc procedere salario mediante de jure, sed dicit hoc nunquam vidisse observatum, sed semper manuvoltum, cepisse animalia gratis, citat *Cinum in l. si locus*, *ff. quemad. ser. amitt.* & dixi in *praxi forjudic. cap.* 26. *n.* 17.

368 Decimoseptimò Judex, durante officio, non potest contrahere matrimonium in loco in quo officium exercet, *l. si quis officium* 38. *ff. de ritu nupt. & est Const. Reg. Communiter*, *& alia Const. Reg. Justitiarii per Provincias*, quod puto etiam procedere de jure Canonico, quo jure matrimonia debent esse libera, *cap. gemma de sponsalib.* sed in officiali, & subdito cadit metus, *l. qui officii*, *ff. de contrah. empt.* ergo, &c. sed contrarium esse de jure canonico, dicunt *Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de officialib. in genere cap.* 8 *n.* 4. *de Leonardis practica officialium cap.* 14. *n.* 13. *cù duob. seq. Capibl. de Baronib. prag.* 9. *n.* 49. *& Cabal. res. crim. casu* 200 *n.* 66.

369 Fallit tamen in sponsalibus, quæ durante officio per officialem contrahi possunt *d. l. si quis officium*, quod intellige de jure communi, secus in Regno nostro in quo officialis, durante officio, neque sponsalia contrahere potest, *d. Const. Reg. Communiter*, sed *d. Const. Reg. Communiter*, quoad sponsalia non servatur, sed servatur jus commune, *Regens Tapp. ad jus Reg. super d. Const. Communiter*, *& Capibl. inc. de Baronib. pragm* 9. *n.* 49.

370 Septimò limita, si per prius erant contracta sponsalia, quia in hoc casu durante officio, officialis ipsam sponsam in uxorem ducere potest *d. l. si quis officium*, *§ veterem*.

371 Tertio limita in filia, quam pater officialis, durante officio, potest maritare cum suo subdito, *d. l. si quis officium*, *§. fin.* quod secus est in filio officialis, qui vult ducere uxorem in loco, in quo pater jurisdictionem exercet, quia in hoc casu pater prohibetur consentire, *l. qui in Provincia ff. de ritu nupt.*

372 Et officiales Hispani, & eorum filii in Regno non possunt contrahere matrimonium, Rege inconsulto, *pragm.* 20. *de officialibus*.

373 Et hodie Barones possunt contrahere matrimonium absque assensu Regio, dummodo non contrahant matrimonium cum infidelibus *cap. Reg.* 111. *&* 118. sublata *Const. Reg. Honorem*, *& alia Const. Reg. Frandibus*, quæ contrarium disponebant, & sic, Barones non possunt contrahere, matrimonium absquè assensu Regis, nam *d. Const. Reg.* sunt sublata per *d. cap. Reg.* ut docet *Capibl. d. prag.* 9. *n.* 47. & ipse Baro non potest impedire matrimonia contrahenda inter subditos *d. prag.* 9.

374 Prohibetur etiam Baroni tenere Fiscum, *Bossius pract. crim. tit. de Fisco post n.* 7 *& Anna sing.* 220. sed tantum potest tenere curiæ coadiutorem, *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. *§.* 4. *n* 60. *cum plur. seq. Merolla in theolog. morali tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 1. *dubio* 6. *n.* 138 *& Capibl. de Baronibus tom.* 2. *cap.* 38. nisi hoc ipse Baro habeat in privilegium, quia tunc potest tenere Fiscum, prout habet Princeps Bisiniani, *Capibl. tom.* 1. *super prag* 8. *part.* 1. *n.* 234. sic etiam Episcopus potest tenere Procuratorem Fiscalem *Julius Clar. pract. crim.* § *fin. qu.* 80. *ver. in hac autem*, *Peregr. de jure Fisci qu.* 2. *Ricciius in prax. & Jo. Franc. Leonius in thesauro fori Ecclesiastici part.* 2. *cap.* 1. *n.* 17 licèt contrarium teneant, *Bossius pract. crim. tit. de Fisco n.* 9. *& Reg. de Ponte d. §.* 4. *n.* 69. tamen prima opinio est communis, *Covar. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 11. sed Antonius sola super *Constit. Sabaudiæ tit. de gratiis in Const. Abusus glos.* 2. *n.* 3. *fol. mihi* 196. dicit, quod Episcopus non potest tenere Procuratorem Fiscalem, nisi ipsi hæc auctoritas sit concessa Consuetudine, vel aliquo privilegio, ubi *n.* 6. dicit ipse *Ant. Sola*, quod Fiscus Principis, vel Reipublicæ dicitur semper esse solvendo, *l.* 2. *ff. de fundo dotali*, secus

secus esse in Fisco particularium dominorum, ut dicit ipse *Ant. Sola*, & ipse curiæ Baronalis debet in omnibus audiri aliàs acta sunt nulla, *Capibl. in add. ad d. n. 234.* citat *Mastrill. de intulio q. 36. n. 16. & Avend. de exequendis mandatis Princ. fol. 81.* & in causis regiorum officialium justitiam administrantium in locis demanialibus, ubi resident Regiæ Audientiæ, intervenit Fiscus Regiæ Audientiæ, *Capibl. d. cap. 38. n. 3.* hinc est, quod Locumtenens Civitatis Cosentiæ, ubi residet Regia Audientia Calabriæ citra tenetur notificare Fisci patrono, seu procuratori Fiscali ipsius Regiæ Audientiæ omnes causas criminales, quæ agitantur in curia ipsius Locumtenentis, ut possit tueri jura Fisci, *prag. 6. § 30. de off. just.* & Fiscus Magnæ Curiæ intervenit in causis criminalibus vertentibus in curia Magni Admirati, *Gizzarel. decis. 73. in principio, de Franch. decis. 722 n. 2. & 17.*

375 Decimo octavò, est prohibitum officiali, durante officio, discedere ab ipso officio, quod si officialis officium derelinquat ad sui libitum se absentando, potest officio privari, *Parif. de Puteo de syndicatu ver. licentia cap. 1. n. 1. Vivius decis. 356, Capibl. tom. 2. cap. 18. n. 6.* & late *Jo. Franciscus de Leonardis in practica officialium, cap. 8. n. 1. 2. & 3.* immo officialis, durante officio non potest officium relinquere absque licentia Baronis etiam per modicum tempus, & cum animo eundi, & redeundi, aliàs privatur salario. *Rovit. prag. 2. n. 2. de off. judicum, Caravit. ritu 7. n. 7.* ubi dicit, quod si deindè officialis revertatur, & tunc amittit salarium temporis absentiæ tantum, aliàs si non revertatur, & tunc omittit salarium etiam temporis præteriti, prout idem est in famulo, qui si discedat non finito tempore, non potest petere salarium pro tempore, quo servivit, si dominus tantum damnum sentiat pro recessu, & sic è contrario, si dominus expellat famulum absque causa famulus ipse potest petere integrum, *Pascal. de virib. patr. potest. par. 4. cap. 6. n. 36.* & quod officialis privetur salario pro tempore quo se absentatit ab officio, est *tex. in arg. in l. qui excubias ff. de re militari,* & per *c. Reg. 211. ver. Itē statuimus disponitur,* ut officialis amictat duplicatum salarium pro tata temporis, quo se absentavit absq; licentia Baronis, sed si officialis sit absens cum licētia Baronis, & tunc tempore absētiæ ipsi currit salariū, *Parif. de Puteo d. c. 1. n. 3. & Anna cons. 42. n. 25.* prout est in milite, qui si sit absens cum licentia superioris adhuc tempore absentiæ currit salarium ipsi militi, *l. hac lege, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Rovit. rub. de militibus §. 7.* & Baro potest procedere licentiam officiali de se absentando per mensem tantum, & non ultrà, *Mastril. de magistratu tom. 1. cap. 29. n. 24. & Capibl. tom. 3. cap. 18. n. 3. & 4.* prout etiam est in milite, qui non potest se absentare à statuto præsedio etiam cum permissu officialium ultra quindecim dies, *prag. 3. de militibus*, sed officialis, qui pro aliqua justa causa abest à judicio, debet habere salarium, etiam si stipendium pro viatico habeat, *d. l. hac lege, Capibl. sing. 137.* ubi dicit, quod officiales majores æquitantes ad instantiam partis debent habere salarium tanquam præsentes. citat *de Ponte cons. 92. vol. 1.* sequitur *Novar. prax. elect. fori tom. 1. sect. 4. qu. 38. n. 6.* & quando officiali est commissum aliquod servitium Regium sine licētia potest ab officio abesse, nam præsumitur habere tacitam dispensationē, ut docet *Capibl. d. cap. 18. n. 56.*

376 Et neque officiales Regii possunt discedere ab officio absquè licentia Proregis, ut in *d. ritu 7.* aliàs possunt privari officio, *de Franch. decis. 455.* & omnes officiales debent personaliter residere in locis officii, *prag. 2. §. 7. & 8. de off. judicum.*

377 Et Præses Provinciæ discedendo á Provincia absque licentia Proregis punitur pœna mortis. *Gizzarel. decis. 30.* & per *cap. Reg. Quod decretam*, mandatur Præsidi, quod frequenter discurrat Provinciam, & eam purgat malis hominibus, & non potest residere in locis pinguioribus ultrà quatuor dies, ut in alio *cap. Reg. Hac edictali*, quod est in *n. 25.* & per *cap. Reg. Insuper*, quod est in *n. 184.* disponitur, ut Justitiarius Magnæ Curiæ per sex hebdomadas quolibet anno teneatur discurrere Provincias, ad inquirendum, & corrigendum excessus officialium, quod si invenerit, dictos officiales propter delictum esse amovendos, debet Proregi denunciare. Et Præses Provinciæ debet Provinciam malis hominibus purgare, *l. congruit, ff. de off. Præsidis cap. Reg. 281.* ubi etiam habetur, quod Præses Provinciæ tenetur Provinciam discurrere, & potest in terris Baronum residere, & justitiam ministrare, dummodò non se intromittat ad causas spectantes ad Barones, & vide, quod dixi in *pract. forjudicatoria cap. 12. & cap. 19. n. 27.*

378 Sed hodie Auditores, Fiscales, & Præsides Provinciarum non possunt exire per Provinciam absquè licentia Proregis, etiam si habeant commissiones Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Regii Consilii, vel Magnæ Curiæ Vicariæ exequendas, nisi periculum sit in mora in denunciando Proregii, quia tunc, congregata tota Audientia potest ipsa statuere, ut unus Auditor exeat per Provinciam pro ipsa causa, sed deindè ipsa Regia Audientia tenetur relationem facere Proregi, *prag. 10. §. 1. de off. judicum*, sic etiam hodie Judices Magnæ Curiæ non possunt exire à Civitate Neapolitana, inconsulto Prorege, *prag. 5. §. 7. de off. magistri justit.* & probatur in *d. ritu 7.* sublato *d. cap. Reg. 184.* ut dicit ibi, *Campag. n. 6. & de Leonardis pract. officialium cap. 11. n. 18.* sed unus ex Auditoribus potest discurrere Provinciam contra forascitos insimul cum Præside, ut possit ejus consilio criminales quæstiones terminare *Jo: Grandis de bello exulum in prædicamento pati quæst. 3. speciali 66. n. 1.* ubi dicit, quod tempore vacationis Auditores possunt itinerare per Provincias sine licentia, & ipsis debetur salarium, & quando Auditores discurrunt Provinciam cum licentia Proregis ipsis currit salarium, *Jo: Grandis ubi supra*, sic etiam Præses pro persequutione malefactorum potest discurrere Provinciam *Jo: Grandis de bello exulum prædic. ubi quæst. 1. n. 3. & præd. prati quæst. 3. speciali 68.* & dicam in *pract. forjudic. cap. 19. n. 27.*

Et Commissarius Campaneæ debet residere in quibusdam locis, & non potest introire intus Civitatem Neapolitanam absquè particulari licentia Proregis & ipse Commissarius singulis duobus mensibus debet transire de una terra, ad aliam in locis designatis præcedente prius relatione facienda

Gg

cienda Proregi, vel Regenti Regiam Cancellariam supraintendenti rerum Campaneæ de mutatione prædicta, *prag. unica, § 2. & 3. de off. Judicis Generalis*.

379 Et quando est conclusum in tota Regiæ Audientiæ, quod accedat unus ex Auditoribus ad capiendam informationem, vel ad aliquod peragendum negotium, potest Fiscus accedere, *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de off. Fisci cap. 1. n. 95.*

380 Et quando Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut capiat informationem super capitibus porrectis dicto Proregi, ipsa Regia Audientia non potest mittere Auditorem, vel Advocatum Fiscalem ad capiendam dictam informationem, sed alium mittere debet, nisi Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut mandet auditorem, vel Advocatum Fiscalem, *prag. 8. de off. justitiarii*.

381 Et quando Auditores exeunt per Provinciam etiam cum commissionibus alterius tribunalis, debent uti actuariis, & scribis ipsius Regiæ Audientiæ, *d. prag. 10. §. 35. de off. judicum. Jo: Grandis de bello exulum prædic pati quæst. 3. speciali 71. post n. 2.* sic etiam Actuarii Curiæ Baronalis debent actitare omnia acta coram suis Capitaneis, & hoc etiam si capitaneus procedat in causa uti delegatus Sacri Regii Consilii, vel Regiæ Cameræ, *Anna sing. 4.* sic etiam Notarius Episcopi debet actitare causas delegatas alteri ab Episcopo, vel vicario, sic etiam Notarius Episcopi tenetur actitare causas commissas à Papa ipsi Episcopo, quando delegatio est excitativa aliàs non *Genuens. pract. Arch. Neap. cap. 83. n. 11.*

382 Et Auditores, & Fiscales exeuntes per Provinciam non possunt tractare, nisi commissa, limita in casu urgenti, & quando periculum est in mora, quia tunc possunt procedere ultra commissa, *d. prag. 10. §. 28. de off. judic.*

383 Et unus Auditor potest ire per Provinciam & duo alii debent manere in loco residentiæ, *d. prag. 10. §. 2.* quod si remanet unus Auditor tantum, & tunc si ipse sit causæ Commissarius, & cum interventu Præsidis potest causam agitare, alias si non sit causæ Commissarius, & tunc non potest, nisi absentia causæ Commissarii sit longo, quia tunc potest procedere, ut dixi supra *cap. 7. n. 23.*

384 Et propter absentiam Auditorum Advocatus Fiscalis non potest votare tanquam Auditor *prag.* relata in apostilla ad *prag. 10 §. 2. de off. judicum*, & est *text. de jure communi in l. 2. C. de pœnis*, licèt contrarium teneant *Caravit. ritu 168. n. 5. de Leonardis practica officialium cap. 3. n. 34* tamen prima opinio est vera, *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de off. Fisci n. 83. cum plurib. seq.* ubi dicit, opinionem, *Caravitæ*, nunquam vidisse observatam, & Fiscus non habet jurisdictionem, sed tamen jura proponit, *l. fin. C. de Advocatis Fisci, Ursil. dec. 4. post n. 3. & de Leonardis pract. officialium cap. 3. post n. 31.* sed Advocatus Fiscalis præcedit Advocatis privatis etiam antiquioribus, *Caravit. d. ritu 168. n. 4.* & Fiscum non habere jurisdictionem, dicit *Guazzinus ad defens. reorum defens. 1. cap. 6. n. 2. & defens. 14 cap. 1. n. 3.* ubi dicit, quod Procurator Fiscalis debet esse procurator veritatis, & non calunniæ, & inquisitatis.

385 Et Procurator Fiscalis nihil potest agere absq; interventu Advocati Fiscalis, & è contra, ut in *ritu 17. & 22.* quod hodiè non servari, testatur *de Leonardis d. cap. 3. n. 39.*

386 Et quando Præses est impeditus, & non potest accedere in Tribunali Regiæ Audientiæ Auditores possunt se congregare in loco solito, hora solita, & causas expedire audito Fisco, *prag. 7. §. 1. de off. justit.* ubi in §. 2. dicitur, quod literæ, quæ mictuntur per Proregem Regiis Audientiis, quæ literæ concernunt justitiam, debent per Præsidem ostendi auditoribus, & cum eorum voto debet provideri, & determinari omne, quod in dictis literis continetur, & per *d. prag. 10. § 17. de off. judicum*, disponitur, ut Præses legat dictas literas in banca, & illas registrare faciat, & in ejus absentia hoc faciat Auditor antiquior, sed si literæ sint directæ Præsidi tantum, & non Regiæ Audientiæ, & tunc est in voluntate Præsidis, si vult illas ostendere auditoribus. Quod si Præses reperiatur absens, & tunc statim ipsi debent micti, sed si literæ sint directæ Regiæ Audientiæ, & tunc Auditores possunt illas aperire, ut eas legere, & providere in ea, quod in dictis literis ordinatur etiam Præside absente *d. prag. 7. §. 3. de off. justit.* & quod Auditores possint regere curiam, Præside absente, tenet *de Leonardis d. cap 3. n. 43.*

387 Decimonouò, prohibitum est officialibus propalare eorum votum, & hoc tam antè, quam post sententiam, aliàs ipsi privantur officiis, *prag. 5. de off. judicum prag. 3. §. 2. de off magistri just. prag. 17. de off. S. R. C.* & docet *Anna sing. 383. in fine* & puniuntur pena falsi, ut dixi supra *cap. 9. n. 118.* & docent *R. Rovit prag. 1. n. 59 de suspit. off. & Paris. de Puteo de sindicatu ver. fidejussor. officialium cap. 2. n. 7.*

388 Sic etiam Actuarii sub pena falsi non possunt promulgare sententiam partibus antequam sit subscripta, & publicata, *prag. 19 §. 34. de off. magist. justit.* sic etiam si ipsi Actuarii publicant attestationes antè publicationem, tenentur pena falsi, *Bald. in l. fin. C. de edendo Abb. in cap. sicut. de Clericis, vel monaci, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de off. actuarii, cap. 1. n. 5. Reg. Sanfel. dec. 60. n. 3 & Guazzinus ad defens. reorum defens. 24. cap. 1. n. 12.* & est *text. in l. 1. §. qui instrumenta ff. de falsis, & in l. saecularii, §. 1. ff. de extraord. crim.* & docet *Grassus de except. except. 24. n. 82.* ubi *n. seq.* dicit, hoc etiam proredere in Advocato, & procuratore revelante secreta sui clientis parti adversæ, nam adhuc Advocatus, & procurator punitur pena falsi, ut dicit *Grassus d. excep. 24. n. 83.* sic etiam si scriba fiscalis revelat probata in inquisitione punitur pena falsi, *Reg. Sanfelic. d. decis. 60. in fine*.

389 Et Præses Sacri Consilii, & Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ antequam causas votant nec verbis, nec signis debent pate facere in quam partem inclinant, *prag. 27. de off. procur. Cæsaris.*

390 Et officiales tenentur votare junctim, *d. prag. 3. §. 3. de off. magistri justit.* & votando non debent disputare articulum, sed tantum votum simpliciter proferre. *Caravit. ritu 98. in fine.*

391 Et Consiliarius causæ Commissarius potest solus super incidentibus prouidere, nisi ex aliqua justa causa Commissario in consilio relationem facere videatur, *prag. 16. de offic. Sacr. Reg. Consil.* & in sententia diffinitiva votum unius

unius Consiliarii sufficit, quando causa non excedit duodecim uncias, & votum potest proferri domi, non facto verbo, *prag.41.§.fin.de off.Sac.Reg. Consilii*, intellige in causa primæ instantiæ, secus in causa appellationis à Magna Curia Vicariæ ad Sacrum Regium Consilium, quia tunc sententia debet proferri in causa appellationis ad S. R. Consilium, facto verbo, ut ita servari, testatur *Rovit.d.pragm.41.§.fin.n.9.* unde ex *d.prag.41.§.fin.* puto esse correctam, *prag.3 §.2.de off. Sacri Regii Conf.* per quam disponitur, or Sacrum Regium Consilium non possit cognoscere de causis non excedentibus uncias vigintiquinque, & dicam infra *cap.69.n.36.*

392 Et Auditores Provinciales prohibentur expedire causas domi, sed illas expedire tenentur in Regia Audientia & in banca, *pragm.6.§.23.de off. iustit.*& Judices non possunt tenere Actuarios, & scribas domi, *prag.10.§.2.de officialibus prag.12.§. 7. & prag.37.de off. magistri justitiarii*, & omnes causæ spectantes ad Regiam Cameram Summariæ debent determinari in tribunali, & non alibi, *pragm.6.§.2.de off.procurat.Cæsaris*, & in lecta lata dicitur, curia sedente, *Caravit.ritu 37.* & sententia lata extra curiam est nulla, *l.si ut proponis,l.2 s. C.quomodo, & quando Judex, l.cum sententiam,C. de sentent.& interlocut.omn. judicum.*

393 Et officialis tenetur secrete tenere secreta curiæ, & nulli pate facere, *ut in ritu 3. & in d.prag. 5.de off.judicum*, quod procedit etiam in officialibus Baronalibus, *Caravita ritu 3.n.9.*

394 Hinc est, quod quolibet anno in principio negotiationis Locumtenens Regiæ Cameræ, Præses Sacri Consilii, & Regens Magnæ Curiæ capiunt juramentum à suis officialibus de tenendo in secretum gerenda in officio, & deindè quolibet mense dictum juramentum recordatur dictis officialibus, & ipsi Locumtenens, Præses, & Regens tenentur præstare dictum juramentum Protegi, ut in *pragm.10.§.7. & seq.de suspit. officialium.*

395 Ultimò, aliis omissis, officiales in locis, ubi officium exercent prohibentur emere res subditorum, *l.qui officii ff.de contrah.empt.de Leonardis pract. officialium cap.10.n.1.cum plurib.seq.* prout idem est in milite, qui prohibetur emere prædia in Provincia, ubi militat, *l.milites 2 1.ff.de re militari*, quod amplia, ut miles non possit emere dicta prædia nec per se, nec per intermediam personam alias applicantur Fisco, *l.milites, l.2 ff.de re militari*, sed tantùm ipse miles potest emere domum in provincia, ubi militat, *d.l milites l.a.*

Et quod diximus, officiales prohiberi, emere res subditorum amplia, &

396 Primò, ut officialis non possit emere res subditorum sivè sint mobiles, sivè immobiles, sivè se moventes, *l.1.§.provincias, C.de contract.officialium.l.fin.C.de rescind.vendit. & est Const. Reg. Communiter.*

397 Secundò amplia, ut officialis nec per se, nec per intermediam personam hoc facere possit, *d.l.1.§. fin.C.de contract.offic.& l.aufertur,§. quod à Præside ff.de jure Fisci.*

398 Tertiò amplia, ut non solum contractus emptionis, & venditionis fructus ab officiali sit nullus, sed etiam, ut officialis ipse amittat pretium rei emptæ, *d.l.fin.C.de rescind. vendit. & d.§. quod à Præside*, quod intellige in officiali, qui emit ab aliquo privato de sua jurisdictione, secus in eo, qui emet ab Universitate, quam ipse administrat, quia tunc emens ultrà, quod amittit rem emptam tenetur etiam ad quatruplum extimationis ipsius rei, *l.non licèt ff.de contrah. empt*, quæ pœna Fisco applicatur, *d.§ quod à Præside.*

399 Quartò amplia, nam officialis, qui contrahit in Regno cum suis subditis, efficitur infamis, bona ipsius publicantur, & ab officio removetur, & creditores ipsius officialis non possunt petere pretiū rei venditæ non solutum à Fisco. qui confiscavit bona officialis, *d.Const Reg. Communiter.*

400 Quintò amplia, nam dato, quod finito officio, venditor habeat ratum contractum, tamen hoc non obstante contractus dicitur nullus, *d.l.1.§.pen. C.de contractib.offic.* ratio est, nam quod ab initio non valet, nequè tractu temporis convalescere potest, *l.quæ ab initio ff.de regulis juris*, quod corroboratur etiam ex dictis per *Hypp. de Marsi. in pract.crim.§.diligenter.nu.184.& seq.*

401 Sextò amplia in domesticis officialium, qui etiam prohibentur emere res subditorum officialium, *d.l.1.§ fin.C.de contract.offic.& d.Constit.Reg. Communiter.*

402 Septimò amplia, ut idem sit in officiali, qui non habet jurisdictionem, est exemplum in administratore Universitatis, qui nec per se, nec per intermediam personam bona Universitatis emere potest, *l.non licèt ff.de contrah.empt.& in d.l.1.in principio,C.de contract.offic.*& per *pragm.5.§.6.de administr.univers.* disponitur, ut Sindici, & Electi, & alii de regimine Universitatis nec per se, nec per interpositam personam debeant participare in affictibus rerum, vel gabellarum Universitatis sub pœna unciarum aurei centum pro qualibet vice, quæ pœna pro quarta parte applicatur accusatori, & reliquæ tres partes applicantur curiæ, ut in *d.prag.5.§ 6.de administ.univers.*

403 Sic etiam Baro non potest nec per se, nec per interpositam personam affictare gabellas Universitatis, *prag.8.ver.che nessun Barone l.1. de Commissariis*, & ratio est, quia quando venditur gabella Universitatis sub hasta si Baro offerat aliquam quantitatē, nullus alius deindè offerret majorem quantitatem respectu ipsius Baronis, & sic Universitas esset in damno, merito, hoc fuit statutum per *d.prag.* est etiam, & alia ratio, nam si gabella esset in posse Baronis, quæstiones, quæ deindè possent oriri non possent rectè decidi ob potentiam ipsius Baronis, undè in quadam causa dixi, quod Baro post factam locationem gabellæ Universitatis alicui privato, quod nequè ipse Baro potest majorem oblationem offerre, & petere via restitutionis in integrum iterum accendi candelam, dicendo, quod in hoc cessat prima ratio adducta nam obstat secunda ratio.

404 Sic etiam affictatores præcedentis affictus non admittuntur ad relocandum gabellas Universitatis, & alias res, si non solverint integram mercedem præcedentis affictus, *l.locatio, §.1. ff.de publ. & vectigal.Rovit.d. prag.5.nu.13.de admin. univers.*

405 Octavò amplia in tutore, qui nequè potest emere bona popilli, *l.si in emptione, §.fin.ff.de contrah. empt.*

Et creari officialem in aliquo loco non est actus jurisdictionalis *Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 64. in fine.*

311 Decimonono, fœminæ non possunt esse officiales, ut probatur in *l. 2. ff. de regulis juris, & in l. cum prætor ff. de judiciis, Caravit. ritu 1. n. 30. cũ duob. seq.*

312 Et fœmina non potest esse curatrix mariti declarati prodigi, ut ita decisum, testatur *de Franch. dec.* 348. & uxor non est legitima administratrix sui viri, prout est è contra, *Guid. Pap. decis. 445. Mastril. decis. 131. n. 17.* prout nequè fœmina potest esse curatrix furiosi, *l. is cui bonis, ff. de curat. furios. Anna sing. 191.*

313 Sed licèt fœminæ non possint exercere officia, tamen possunt habere feuda *Capibl. in rub. de Baronibus, n. 42. & seq. Caravit. d. ritu 1. n. 33. DD. in cap. dilecti de arbitris & in l. fin. C. de recept. arbitris,* & ipsæ fœminæ possunt institui Vicariæ Generales à suis viris habentibus feuda, *Caravit. d. ritu 1. n. 34 & Capibl. d. rub. de Baronib. n. 48.*

314 Sed quæritur an fœminæ possint esse arbitratrices, & dicas quod non *l. fin. C. de recept. arbitris cap. dilecti, extrà de arbitris,* licèt contrarium teneat *Bart. in l. in multis, ff. de statu hominum,* tamen opinio *Bart.* potest salvari quando in contrarium adest consuetudo, quia tunc fœmina potest esse arbitratrix, *d. cap. dilecti, & Rovit. in rub. de arbitris, in fine,* dicit, quod fœmina potest esse arbitratrix, sed non arbitra, sed prima opinio est communis, pro ut nequè Hermafroditus, si magis incalescit in sessu fœminino potest esse arbiter, secus si incalescat magis in sexu masculino, quia tunc potest esse arbiter, arg. *l. quæritur, ff. de statu hominum, Blanc. de compromisso quæst. 2. n. 40.* ubi dicit, quod si uterquè sessus equaliter appareat in eo, ita ut non possit judicari, qui sexus magis prævaleat, in hoc casu potest esse arbiter.

315 Vigesimo, servus non potest esse officialis, *l. servus, C. de judiciis, & d. l. cum prætor, ff. de judiciis,* quod si per errorem sit electus, in hoc casu acta per ipsum facta valent *l. Barbarius ff. de officio prætoris,* sic etiam nequè servus potest esse arbiter, *l. pedius 7. §. in servum ff. de recept. arbitris.*

316 Vigesimoprimò impubes non potest esse officialis, *d. l. 2. in fine, ff de reg. juris d. l. cum prætor,* ubi *glosa* explicat, quæ ætas requiratur, ut quis possit esse Judex, & quod requiratur ætas decem, & octo annorum, est *text. in l. quidam ff. de re judicata,* sed quòd requiratur ætas annorum viginti, ut quis possit esse officialis, dicit *de Leonardis pract. officialium cap. 14. n. 12.* citat *text. in cap. cum vigesimum, de offic. deleg.* & Princeps non potest dispensare, ut impubes possit esse officialis, *glos. in l. cum prætor, § fin. ver. impubes, ff. de judiciis, Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 24. n. 14.* ubi dicit secus esse in adulto, in quo potest dispensare, ut possit esse officialis, sic etiam impubes non potest esse arbiter, *l. sed & si 9 ff. de receptis arbitris,* sed ut quis possit esse arbiter debet excedere annum vigesimum, *l. cum lege Julia, ff. de recept. arbitris,* & nequè minores possunt esse de regimine Universitatis, *Rovit. prag 5. n. 29. de adminis. univers.* sic etiam scriba, qui scribit depositiones testium in materia criminali debet excedere annum decimum octavum, *prag. 37. §. 11. de off Magistri Justit.* & quis non potest esse tutor, nisi excedat annum vigesimum quintum, *l. fin. C. de legitima tutela,* & ut quis possit esse inquisitor hæreticæ pravitatis, debet attingere quatragesimum annum, *clem. nolentes. de hæreticis,* sed ut quis possit esse Commissarius Inquisitoris debet esse annorum triginta *Franciscus Pegna ad Eimericum in directorio inquisitorum part. 3. quæst. 2.* & procurator ad negotia debet esse annorum viginti septem, sed procurator ad lites debet esse ætatis annorum vigintiquinque, *cap. qui generaliter, § fin. de procur. t. in 6.* & docet *Dauza de pugna DD. tom. 2. tit. de procuratoribus cap. 1. in fine verb. sed se offert.* & miles debet esse ab annis vigintiquinque usque ad annos sexaginta, *§. Constitutionem de qualitate & ætate pupil. in usibus feud.* sed de Consuetudine hoc non observari, testatur *Cabal. resol. crim. casu 294. n. 47.* & ut quis possit esse Judex delegatus debet excedere annum vigesimum, *Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 4. n. 205.* sed Vicarius Episcopi debet excedere annos vigintiquinque, *cap. cum in cunctis. §. inferiora, ibi Abb & Dec. n. 5. de elect. & Merolla d. disput. 7. cap. 6 n. 30.*

317 Vigesimosecundò, surdus & mutus non possunt esse Judices, *d. l. cum prætor ff. de judiciis,* nam isti natura impediuntur esse officiales, dum non audiunt, & non possunt loqui, sic etiam mutus, & surdus non possunt esse arbitri, *l. sed, & si 9. ff. de receptis, arbitris.*

318 Vigesimotertiò, furiosi non possint esse officiales, *d. l. cum prætor.* quod intellige si perpetuò sint furiosi alias possunt esse officiales, *l. cum furiosus. ff. de judiciis,* sic etiam furiosus non potest esse arbiter *d. l. sed, & si §. 1.*

319 Vigesimoquartò, cœcus non potest esse officialis, *Capiblanc. de Baronib tom. 2 cap. 17 num. 12.* sed tunc cœcus non potest esse officialis, quando est cœcus utroquè lumine, secus si uno tantum, quia tunc potest esse officialis, prout vidi practicatum in personam Pauli Laurensani Terræ Atripaldæ, qui erat cœcus uno oculo, & fuit electus Judex in Civitatem Aquilæ, & postea fuit electus in Auditorem in multis Regiis Audientiis, sic etiam cœcus utroquè lumine non potest esse arbiter, secus si sit cœcus uno lumine tantum, quia tunc non potest esse arbiter, *Blanc. de compromisso quæst. 2. n. 30. cum duob. seq.* sed si non cœcus sit factus Judex, & facto Judice, efficiatur cœcus, ipse cœcus potest officium continuare, *l. cœcus. ff. de judiciis,* secus si à principio sit cœcus, quia tunc non potest esse Judex, *glos. in d. l. cœcus,* sed *text. in l. si quos, C. de off. præfect. prætorium orientis,* dicit, quod officialis propter longam infirmitatem removetur ab officio, ergo si remuvetur, si efficitur cœcus utroquè lumine, unde ego intelligo, *text. in d. l. cœcus procedere,* quando quis est cœcus uno oculo tantùm, secus si utroque, sed cœcus utroquè lumine potest esse de Regimine Universitatis, *l. infamia, ubi glos. C. de decurionibus lib. 10. Rovit. pragm. 5. n. 27. de administrat. Universitate.*

320 Vigesimoquintò, judeus factus christianus non potest exercere officia publica. *glos. in cap. constituit ver. qui ex judeis 17. quæst. 4 Rovit. pragm. 1. n. 12. de judeis,* & à fortiori judeus non potest esse Judex,

dex, *cap. Reg. 109. ubi Sebast. de Neap. & Campag. n. 10.* & est *text. de jure communi in l. Judei Romano, C. de judeis*, sed judeus potest esse arbiter inter judeos, non autem inter christianos, *d. l. Judei Romano Blanc. de compromisso quæst. 2. n. 20.* sic etiam judeus potest esse Judex inter judeos, non autem inter christianos, vel inter christianum, & judeum, inter quos judeus non potest esse Judex, *l. si qua, C. de judeis, Blanc. d. tract. de comprom. sso d. quæst. 2. n. 20. ver. præterea, Guazzinus ad defensam reorum def. 1. cap. 22. & seq.* & neq; judeus potest admitti ad officia publica, *l. fin. C. de judeis cap. nulla 54. dist. Campag. d. cap. Reg. 109. n. 12. & Jo: Franc. Leonius in thesauro fori Ecclesiastici part. 4. cap. 4. n. 28.* sed judeus potest esse procurator christianorum, *l. Judei, C. de judeis, Freccia de præsent. just. parte 13. quæst. 2. n. 6.* sed non potest esse Advocatus, *Caravit. ritu 106 n. 3. Campag. d. cap. Reg. 109. n. 11.* immò Judei facti christiani adhuc non possunt admitti ad publica officia *glos. in cap. constituit ver. qui ex judeis 17. quæst. 4. Tiraquel. tract. cess. ante causa l. mt 11. n. 11. & Rovit. d. pragm 1. n. 12.*

321 Vigesimosextò, si officialis committat baraptariam privatur officio, *l. sub mus, C. ad legem Juliam repetun. arum, Riccius coll. 3517. & Leonardis pract. officialium cap. 14. n. 29. ubi u seq.* dicit, quod officialis ex del cto, officio privatus non debet admitti ad aliud officium.

322 Vigesimoseptimo, ætate decrepiti non possunt esse officiales, & neque infirmi, & propter infirmitatem, durante officio, officialis potest removeri, *cap Reg. Item quod prædicti officiales, quod est in n. 35.* sed senex potest esse de regimine Universitatis, *Caputaq. de Regimine Reipub. cap. 3. n. 90. & Novarius in praxi elect. fori to. 1. sect. 2. quæst. 2. n. 7.*

323 Vigesimo octavò, si Judex torqueat aliquem post interpositum justam appellationem, vel si torqueat aliquem, qui non debebat torqueri ex ipso crimine, puta si ex dicto crimine non veniebat imponenda pœna mera relegationem, sed minus, vel si Judex suam exequatur sententiam contra condemnatum, appellatione pendente, si de hoc Judex sit condemnatus redditur inhabilis ad exercendum alia officia, *cap. Reg. Si justè*, immò officialis privatur officio, si sit crudelis in torquendo delinquentes ultrà modum, *Bart. & Bald. in l. fin. §. Dominorum ff de his, qui sunt sui, vel alien. juris, de Leonardis pract. offi ialium cap. 14. n. 22.* & officialis propter nimiam severitatem potest officio privari, ut dixi supra *cap. 8. n. 105.*

324 Vigesimonono Regnicola doctoratus extrà Regnum per rescriptum non potest esse officialis in Regno *prag. 2. & 5. de scol. arib. doctorandis.*

325 Sed quæritur, an filius possit esse officialis, & dicas, quod sic *d. l. rum prætor in fine, ff. de judiciis, & l. filios, C. de decurionibus lib. 10.* quòd procedit etiam dissentiente patre, *l. pater tuus, C. quando provocare non est necesse*, in quo eo su pater non tenetur, de mala administratione ipsius filii, *arg. tit. C ne filius pro patre*, sed si filius capiat possessionem officii patre præsente, & non contradicente, si filius malè administrat, pater ipse tenetur pro mala administratione ipsius filii, *arg. l. 2. ff. de municip. & arg. l. 1. C. de filiisf. l. lib. 10.* & pater tenetur pro filio officiali, si ei assisterit in officio, *l. fin. ubi DD. C. de decurionib.* & docet *Paris. de Puteo de sindic. verb. filiusfamilias cap. 1. n. 5.* sic etiam filiusfamilias potest esse de regimine Universitatis, *l. filios in potestate, C. de decurionibus lib. 10. Rovitus prag. 5. n. 22. de administr. Univers.* quòd si fit creatus, patre præsente, & non contradicente, & tunc pater tenetur pro mala administratione filii in subsidium, *d. l. 2. & l. libertus, §. filium ff. ad municip. & l. filiusfamil. ubi glos. ff. de administ. rerum ad civit. pertin. D. Reg. Sanfel. decis. 161.*

326 Et scias, quod qui non potest esse officialis, neque ipsi potest causa aliqua delegari, ut docet *Georgius Obrechti de jurisdictione lib. 4. cap. 4. nu. 12.*

327 Scias etiam, quod supradictæ personæ, quæ non possunt esse officiales, si officium exercuerunt possunt petere salarium a Barone ipsis promissum, *l. titio cum esset ff. ad municip. Bald. in l. non dubium in 16. opposit. C. de legibus, & de Franch. decis. 175 in fine*, sed officialis privatus officio propter delictum perdit salarium, etiam pro tempore, quo administravit *Rovit. prag. 13. nu. 11. de officialibus.*

328 Scias etiam, quod debent eligi in officiales homines fideles, Deum timentes, & honorem Domini diligentes, qui servent manus mundas & soliti sint officia exercere, & sint homines conditionis talis, qui magnum non sint subulti savore, & respectum non habeant, nisi ad Deum, & Regia'em honorem, & eorum conscientiam, & causam non ledant, *cap. Reg. 273.* & quis eligi non debet in officialem, nisi sit persona habilis ad exercendum officia *cap. Reg. 121.* & qui habet malum nomen non debet eligi in officialem, sed debet eligi, qui habet nomen bonorum, *arg. l. sed si ex improviso & l. non omnes, §. B ti baris ff. de re militari*, & docet *Reg do Ponte de potest. Prorog tit. 3. §. 5. nu. 4. & seq.*

329 Et advertas, quod si opponatur per aliquem quod officialis electus non possit esse officialis hoc non potest cognosci per ipsum officialem, sed cognosci debet per Regios superiores *Jul. Clar. § fin. qu. 43 ver. unum tamen*, & desumitur ex *cap. Reg. 35.* ut in si nili videmus in arbitre, qui non potest cognoscere si opponatur, quod non potest esse arbiter, *Blanc. de compromisso qu. 2. nu. 67.* quod intellige, si capta possessione officii per officialem opponatur, quod ipse non possit esse officialis, quia tūc Regii superiores de hoc cognoscunt, & interim officialis potest exercere officium *Covar. var. resol. lib. 1. cap. 16. nu. 11. Anna cons. 87.* sed antè captam possessionem cives possunt ipsi denegare possessionem ex aliqua justa causa, *Capiblanc. d. pragm. 3. nu. 103. & 104. & 161.* sed si major pars decurionum, vel civium officialem recipiat, & minor pars contradicat, in hoc casu non debet supersederi in dando possessionem dicto officiali, sed dicto officiali est danda possessio, & deindè coram superiore debet discuti, si objecta subsistat, *Fontanell. de pactis nupt. clausula 4. glos. 10. part. 1. nu. 90. & Capiblanc. to. 2. cap. 25. nu. 1. cum pluri b. seq.* ubi *nu. 6.* dicit, quod si major pars opponat, lis debet agitari expensis Universitatis, si verò minor pars opponat lis debet fieri suis expensis, sed si obtinebit, recuperat ab Universitate, citat *Fontanel. ubi supra, & Vivium decis. 42.*

VIDIMUS de his, qui officiales esse non possunt, cum videamus de iis, quæ ipsis officialibus

prohibentur,& pono regulam,quod multa officialibus sunt vetita de jure. &

330 Primò,prohibetur officiali, mutuam pecuniam feneri suis subditis dare *l.principalibus , ff.de rebus creditis,& in l.eos,C.si certum petatur Consuet Reg. Communiter* , & neque officialis potest accipere mutuam pecuniam à suis subditis litigantibus coram ipso,*d.l.principalibus l.195.C.si certam petatur, prag.2. in fine de muneribus official.* & docent *de Leonardis pract.officialium cap.2. num.57.& seq. Cab il.resol crim.casu 195 & Capiblanc.de Baronibus prag.4.nu.37.*sed ipse officialis potest gratis,& absquè usura mutuam pecuniam accipere à suis subditis non litigantibus coram eo, *D.Carleval.de judiciis tom.1.disput.3.per totum,ubi nu.18.*hoc limitat in mercatoribus,& negotiatoribus , a quibus officialis non potest mutuam pecuniam gratis accipere,citat *Caballum resolut.crim.d.casu 195. nu.4.*& reddit rationem ipse *Carleval.* ibi , quia cum istis mercatoribus,& negotiatoribus ob damnum emergens.& ob lucrum cessans licitum sit in mutuo aliquid accipere ultrà sortem , ut docent *Diuus Thom.2 2.quæst.78. art.2. ad 1. Sotus de justitia, & jure lib.6.quæst.1. art.3. Lessius de justitia, et jure lib.2.cap.20.dubit.10 et seq. Molin.de justitia tract.2.disput 314.et seq.Nauar. in manuali cap.17. num.211 et seq. Conar. lib.3. variarum resol. cap.4. nu.1.et seq.& Jo:Baptista Lupus de usuris comment. 1.§.6. num.101.et seq.* si Iudex ab eis accipit gratis mutuam pecuniam remittitur ipsi officiali licitus quæstus , qui ex dicto mutuo potest exigi, & ipsa remissio , ac renunciatio dicti liciti quæstus habet vim donationis , ut docet *Bart. in l. si fraudator in principio, ff.quæ in fraudem creditorum, Bald.in rubr C.de reuocandis ijs , quæ in fraudem nu. 7.Tiraquel.in l. si unquam verb. donatione largitus num 173.et seq.C.de reuoc. donat. Conar. lib.2.variarum resol.cap.4. nu.8.* sed officiali non potest donari,ut infra dicam,ergò,&c.immò ipse *Carleval. ibi nu.17.*dicit,quod officialis non potest accipere gratis mutuam pecuniam à suis subditis , qui sunt de proximo litigaturi coram eo,citat *Bajard. ad Clarum , § fin.quæst.73. nu.30. & Cabal.d.casu 195.nu.6.*ubi ipse *Cabal.ibi nu 7.* dicit quid si Iudex accipiat pecuniam à litigante lata sententia, an puniri possit,& arbitrio Iudicis esse remittendum concludit,habita ratione summæ mutuatę, & commodi inde percepti, & qualitatis personarum,ac quantitatis temporis post finitam causam decursi , & Regius Duanerius Dohanæ Menepecum Apuliæ accepit magnam peccuniarum quantitatem à suis subditis , & inquisitus de hoc fuit liberatus,quia erat officialis perpetuus, & accepit dictam pecuniam palam , & bona fide intervenientibus publicis cautelis, & pro suis necessitatibus, ut solverer debitum Regiæ Curiæ , ut testatur *D.Reg .Sanfel.dec.170.*

331 Et Rex non potest compellere subditos suos ad sibi mutuandum pecuniam , *cap.Reg.115.in fine, ubi Sebast.de Neap.nu.5.*sed Universitas tempore necessitatis potest compellere cives ad sibi mutuandam pecuniam cum obligatione illorum de regimine de restituendo dictam pecuniam infra certum tempus, *Capiblanc.sing.119. & in 2.tom.c. 47.num.4.*

332 Secundò prohibetur officiali acceptare donationes ipsi factas à suis subditis,immò donatio facta officiali à suis subditis non valet , *l.1.Provincias.C.de contractibus officialium,pragm.1. & 2. de muneribus officialium* , nisi sit facta donatio officiali propter ejus bene merita , quia tunc donatio facta officiali valet, *l.Aquilius 27. ubi Bart ff.de donat.Rovit.prag.1. nu.7.de muner.offic. Capiblanc. prag 4.nu.41.*& debet constare de meritis *Tiraquell.in l si unquam , C.de revocat. donat. fol.144. nu.54.Capiblanc. de Baronibus prag.4. num.41.* sic etiam consanguinei usque ad sextum gradum possunt donare officiali consanguineo, *Alber.in l. 1.C.de ad legem Jul.repet.Boer. decis.163.& Capiblanc.d.prag.4.nu.43.& est prag.5.§.3. de muner ib. offic.*sic etiam officiali potest aliquid legari,& potest ipse hæres institui à suis subditis, *l.non dubium, ubi Bart, C.de testam. de Franch.decis.493. Rovit.d. prag.1.nu.4.de munerib.offic.Capiblanc. d.prag.4. n. 42.*nisi subditus sit carceratus, quia tunc non potest Iudicem hæredem instituere , *Boss.pract.crim. tit.de carcere nu.23.*

333 Tertiò officiales Regii debent esse contenti eorum salario , & nihil in donum recipere possunt ab Universitate,& ab aliis personis subditis,aliàs privantur ipso facto ab officio, & puniuntur pœna quinquaginta unciarum aurei , & Universitas, & alii, qui donaverunt officiali puniuntur in untias aurei centum,*prag.1.de muneribus off. prag.3. de trigesimis;& salario prag.4. §.1. de off Judicum.*

334 Et donatio facta per Universitatem Baroni est ipso jure nulla, *Campag.cap.Reg.grauamina nu.97.* nam Universitas prohibetur donare aliquid alicui,*pragm.5.§ pæn. de adminis.univers.* sed ipsa Universitas potest aliquid donare alicui propter benemerita*Capiblanc. de Baronibus prag.8. part.3. nu.166. ubi in add.* dicit ipse *Capiblanc.* quod in Regno in ratiociniis deinde non admittitur talis donatio facta propter benemerita , nisi adsit Regius assensus,& quod constet, tamen donationem fuisse factam cum effectu propter benemerita,& quod donatio cùm effectu fit remuneratoria. Quod si sit donatum aliquid Baroni ab Universitate ex eo , quod ipse Baro a Prorege obtinuerat,ut licentiarentur milites , qui in ipsa Terra Hospitabantur, ista donatio non est remuneratoria,cum ipse Baro de jure divino, naturali, & positivo vassallos ab omni oppressione,onere, & calamitate liberare tenetur , ut defendit *Capibl.to. 2.c.p.11.*sed Universitas potest dare , & Baro accipere pro camera reservata facienda habita consideratione Universitatis dantis , & quantitatis donandæ , ut ità plories decisum testatur *Reg de Ponte de potest.Proreg.tit.14.6.nu.21.*

335 Et Vniversitas non potest se congregare sub pœna ducatorum mille,& alia pęna arbitraria ad concludendum causa faciendi aliquam donationem de bonis Vniversitatis , sed prius hoc obtinere debet à Prorege ,& postea conclusionem tenetur mittere Proregi qui deinde dispensat,quam quantitatem Universitas possit donare *prag.8.de adminis.Univers.*& hoc procedit, dato,quod Universitas velit donare piis locis , *prag.12.de adminis.univers quæ emanata fuit de anno 1629.*

336 Sed Universitas potest donare Principi , etiam

ea

ea non congregata, *Rovit. d. prag. 5. nu. 38. de admi-nist. univers.* ubi nu. 39 dicit ipse *Rovit.* quod Universitas potest donare comestibilia alicui officiali in transitu moderatè tamen, idem tenet in *pragm 1. nu. 11. de munerib. off.* sed per *cap. Reg. Illé, quod Justitiarii, quod est in nu 39. & per prag. 1. de off. Justit.* disponitur, ut officialia non possit recipere ab Universitatibus, nec esculenta, nec poculenta, cum Universitas nihil habeat in commune ut in *d. cap. Reg. 38.* & Auditores non possunt aliquid recipere pro victu à Provincialibus, *d. prag. 1. de off. just.*

337 Quartò officiales Regii non possunt recipere trigesimam, nec sportulas à litigantibus pro decisionibus causarum, sed debent esse contenti eorum salario, *pragm. 1. de trigef. & salario pragm. 6 §. 22. de off. judicum*. quod amplia, dato, quod officiales Regii sint arbitri, cum licentia superioris, nam adhuc non possunt trigesimam recipere à litigantibus, *prag 7. §. 3. de off. iudicium prag. 6. § 1. de trigef. & salar. in praeterm ssis, Rovit. prag. 1. num. 32 de arbitriis*, & neque possunt aliquid recipere à litigantibus etiam candelarum nomine, *pragm. 4. de trigesimis, & salario d. prag. 6. § 22. de off iudicium*, & Judex non potest aliquid recipere pro visura processus, *Caravit. ritu 14. num. 1.* ubi *Scaglonus num. 2.* dicit, quod Judex neque candelas recipere potest, & docet *Carrab. de sindicatu parte 1. num. 76.* immò delegatus, qui commissa est dispensatio matrimonialis, non potest aliquid recipere pro labore, *Riccius decis. 259. par. 2.* nam iste prohibitiones militant etiam in Judice delegato, *Aachar. cons. 201.* cujus contrarium voluit *Bolog. in rubr. ff. de off. eius cui mandata est jurisd. num. 44 & Rovit. d. pragm 1. num 9. de munerib. off.* de quo vide *D. Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 4.* & de jure communi officiales habentes sufficiens salarium à publico, nec esculenta, nec poculenta accipere possunt, *Rovit pragm. 1 num. 3. de munerib off.*

338 Limita tamen, ut Prorex possit concedere facultatem officialibus accipiendi ultrà eorum salarium pro causis delegatis extrà obligationē sui officii, dummodò licentia sit subscripta à Regentibus Regiam Cancellariam, *pragm. 5. de trigef. & salario in praetermissis.*

339 Limita etiam in officialibus Baronalibus, qui ultrà eorum salarium recipiunt sportulas secundum loci Consuetudinem pro decretis, *Caravit. in ritu 14. num. 2. in fine*; & officiali debet solvi salarium per Baronem, & non per Universitatem, *Campag. cap. Reg. Gravaminis num. 111.*

340 Quintò, prohibitum est officialibus recipere munera à litigantibus, latè *Farinac. pract. crimin. tit. de variis, ac diversis criminibus qu. 111. art. 10. à num. 235. usque ad nu. 260.* nam ipsa munera sæpè, evertunt justitia; & excecant oculos sapientium, & acceptatio munerum prævaricatio veritatis est, *cap. qui rectè 11. quaest. 3.* ubi *text. in fine*, dicit, quod qui excutit manus suas à muneribus, habitabit in cælis, sed quis est iste, & laudabimus eum, immò neque officiales possunt recipere à litigantibus aliqua munera etiam à sponte dantibus sub pena privationis officii, *cap. Reg. 25. 182. & 277. & in ritu 14.* & docet *Rovit. in pragm. 1. nu. 6. & 11. de muneribus officialium.* Amplia etiam in Fisco, qui neque potest munera accipere ab inquisitis, ut in *ritu 19. & in pragm. 12. § 6. de officialibus, de Leonardis pract. officialium cap. 3. num. 35.* licèt contrarium substineat de jure communi *Marcel. Maurus alleg. 77.* amplia etiam, ut Judex neque cum licentia Proregis possit recipere munera etiam sub quæsito colore laborum, *pragm. 12. §. 13. de officialibus*, quæ pragm. non comprehendit Regentes Regiam Cancellariam, *Rovit. ibi nu. 1. quaest. 2. Rovit. est pragm. 11. de off.*

341 Sed hoc limita de jure communi, quo jure officialis potest accipere à litigantibus parva munera, *l. solent, 5. fin. ff. de off. Proconsulis. Boss. tit. de officialibus corruptis nu. 3.* idem erat dispositum per *cap. Reg. 227.* quod secus est hodiè per *pragm. 2. de munerib. offic.* per quam prohibetur officialibus, ut nihil recipiant à litigantibus, & ab aliis eorum subditis, etiam si sint commestibilia, vel parvi valoris nec per se, nec per interpositam personam sub pœna pro prima vice suspensionis officii, & pœna dupli quod accepit, & pro secunda vice sub pœna privationis officii in totum, & pec *d. prag. 2.* sufficiebant tres testes singulares ad probandum illam contraventionem, sed deinde per *pragm. 4. de muneribus off.* est prohibitum officialibus, ut ipsi non recipiant munera, & commestibilia etiam parvi valoris nec per se, nec per intermediam personam à suis subditis litigantibus, vel ab eorum consanguineis litigantium coram ipsis officialibus, & à non litigantibus per *d prag. 4.* possunt officiales recipere res parvi momenti, ut sunt volatilia, feræ, fructus (paucis tamen vicibus) & per *d prag. 4.* ad probandum istam contraventionem requiruntur quinquè testes etiam singulares, dummodò sint bonæ famæ, & vitæ, & per *prag. 5. § 3. de muneribus off.* in volatilibus, quæ possunt donari officialibus à non litigantibus non includuntur pulli, caponi, etiam d'india, & in fructibus non comprehenduntur fructus, qui emuntur, nam Judex potest recipere à non litigantibus fructus quos donantes colligunt in eorum viridariis. Et neque officiales possunt recipere à non litigantibus zuccarum, cannelas, ceras, oleum & alia commestibilia, quæ solent conservari in dispensa.

342 Sed omnia supradicta (quæ prohibentur recipi per officiales) possunt recipi per officiales à suis consanguineis, *Boss. tit. de officialib. corruptis nu. 3. prag. 5 §. 3. de muner. offic.* sic etiam possunt recipi per officiales ab aliis in quorum causis officiales ipsi de jure removentur suspecti in judicando, dummodò hoc non sit in fraudem, puta si isti tales recipiant munera à litigantibus, & deinde dicta munera mittant officialibus, quia tunc tam offi. iales, quam isti consanguinei puniuntur, *d. prag. 5. § 3. de muneribus offic.* ubi etiam habetur, quod officiales possunt inter se mittere parva munera, sed *Capibl. d. pragm. 4. nu. 39.* dicit, quod licèt hoc sit prohibitum per supradictas pragmaticas tamen de Consuetudine officiales possunt à non litigantibus recipere munera parvi momenti, prout erat dispositum de jure communi, ut supra diximus, & *Capibl. auc. d. prag. 4. nu. 21.* dicit, quod licitum est officiali recipere aliqua munera

si

ſi non habet ſolitum ſalarium, ſic etiam inquiſitores poſſunt exigere expenſas ab inquiſitis, ſi ipſi inquiſitores non habeant ſtipendia ſufficientia ad eorum officium exequendum, *Eimericus in direct. inquiſ. part. 3. qu. 104.* & quòd officiales non habentes ſalarium de publico, vel minus ſufficiens, poſſint licitè eſculenta, & poculenta recipere, dicit *Paris. de Puteo de ſindic. ver. poculenta. & eſculenta cap. 2. nu. 1.*

Sic etiam affictator Gabellæ Meretricium in anno poteſt recipere duo munera, quæ non excedant carolenos tres, & quolibet menſe poteſt accipere carolenos duos, *prag. 6. §. 3. de meretricibus,* ſed Judex dicti tribunalis nihil recipere poteſt ultrà ejus ſalarium *d. prag. 6. §. 6. de meretricibus,* & de jure communi Judex poteſt recipere munera à litigantibus poſt ſententiam, & ſententia ipſa non dicitur venalis, *Hipp. de Marſ. in l. 1. n. 5. & 6. ff. ad leg. Cornel. de falſis. & in ſing. 190. incipiente Judices Thom. Trivis. decis. 49. n. 40. lib. 2. & Boſſ. pract. crim. tit. de officialib. corruptis n. 4.* & idem eſt in teſte, qui ſi poſt depoſitionem aliquid detur ipſe teſtis non incurrit aliam pœnam, *Hipp. de Marſ. d. l. 1. d. n. 5.* ſed ſi quis prætextu amicitiæ, vel familiaritatis Judicis aliquo ſibi dato, vel promiſſo promittat petentibus negotii eventum, vel Victoriam iſte talis punitur, *l. qui explicandi de accuſat.* & docent *Cabal. reſol. crim. caſu 67. & D. Reg. Sanfel. decis. 45.*

343 Sextò Regens, & Judices Magnæ Curiæ Vicariæ non poſſunt convitari ab Actuariis, vel aliis officialibus inferioribus, *prag. 12. §. 10. de officialib.*

344 Septimò Judices, Actorum Magiſtri, & Perceptores Provinciarum non poſſunt facere mercaturas, & cambia, *prag. 1. de mercat. off. prag. 14. §. 2. & 5. de officialib. prag. 1. § 5. de off. Procurat. Cæſaris prag. 6. §. 4. de trigeſimis,* & hoc fuit ſtatutum ne officiales ex cauſa negotiationis corpore, & mente eſſent impediti, & non poſſint vacare negotiis aliorum, quibus deputati ſunt, *Novarius coll. 130. n. 2.* ſed alia affertur ratio, & melius, nam ſi hoc eſſet, quod officialis poſſet negotiari induceretur timor in ſubditos, & officiales poſſent vilius emere, & carius vendere in damnum ſubditorum, & contrà publicam utilitatem, ità *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialibus in genere cap. 8. n. 9.* & mercatura non ſolum officialibus eſt prohibita, ſed etiam militibus, *Rovit. d. prag. 1. n. 3. de mercat. off.* eſt etiam prohibita mercatura Secretario Regni, & Scribis mandatorum, *d. prag. 14. §. 2. de officialibus, & in prag. 2. de officialib. Novar. d. coll. 130. n. 3.* ſic etiam eſt prohibita mercatura Clericis, *cap. fin. de vita, & honeſt. Cler. cap. 1. & cap. prædicator 16. quæſt. 1. cap. 1. 14. quæſt. 4. cap. negotiator 88. diſt. Conc. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 1.* ſed ſi officialis emat aliqua ob proprium uſum, & poſteà, aliqua ſuperveniente cauſa, dicta bona vendat hoc caſu non dicitur facere mercaturam, *Novar. d. coll. 130. n. 3.* ubi *n. 4.* dicit, ſe excuſaſſe quemdam Clericum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana à negotiatione illicita, qui emerat aliquam rem pro ſuo uſu, & deindè illam vendidit, nova cauſa ſuperveniente, & *n. 5.* dicit ipſe *Novar.* ibi, quod etiam Clericus non punitur ex una negotiatione tantùm, & *n. 6.* dicit ipſe *Novar.* ibi, quod officiales, & Clerici habentes propria animalia, vel fructus ex ſuis poſſeſſionibus poſſunt illos vendere, *Novar.* ſequitur *Danza de pugna DD. d. cap. 8. n. 10. cum pluribus ſeq.* ubi *n. 15. & ſeq.* dicit ipſe *Danza*, quod mercatura eſt prohibita officialibus exerceri, tàm per ſe, quàm per intermediam perſonam; & probatur in *d. prag. 1. de mercat. off.* & arg. *l. pupillus, §. item ipſe ver. ſed ſi per interpoſitam, ff. de auctoritate tutorum,* & non ſolùm officialibus Regiis eſt prohibita mercatura, ſed etiam officialibus Baronalibus eſt prohibita dicta mercatura, *d. prag. 14. §. 5. de officialib.*

345 Octavò officiales non poſſunt contrahere compatratum cum aliquo, in loco, ubi officium exercent, niſi officiales ſint conſanguinei, qui de jure propter conſanguinitatem removentur uti ſuſpecti in judicando, *pragm. 8. de officialib.* & hodiè uſquè ad tertium gradum, ſed nihil poſſunt recipere, *pragm. 6 §. 3. de trigeſimis, & ſalar. in prætermiſſis*, ſed hodiè officiales poſſe compatratum contrahere, non obſtante *d. pragm. 8.* quam non eſſe in uſu, teſtatur *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialibus in genere cap. 8 n. 22.* & de jure compatratum non poteſt contrahi per Procuratorem, licèt ſecus ſit de Conſuetudine, *Cappel. Tholoſ. dec. 157. Riccius col. 2098.*

346 Nonò, officiales non poſſunt eſſe tutores, Balii, vel Procuratores alicujus abſquè licentia Proregis, *prag. 3. de off. judicum,* & neq; poſſunt eſſe Advocati in aliqua cauſa, ut in *ritu 11.* niſi cum licentia Regis tantùm, *pragm. 2. §. 10. & pragm. 9. §. 5. de off. jud. prag. 7 §. 1. et pragm. 39. §. 8. de off. Magiſtri Juſtit. pragm. 6. §. 2. de trigeſ. & ſalar. in prætermiſſis,* quod ſi ipſe officialis interveniat uti Advocatus cum diſpenſatione Regia non debet ſedere in loco ſolito, ſed poſt omnes alios ſuos poſteriores, ut docet *Præſ. de Franch. decis. 138.*

347 Sic etiam nec Actuarii poſſunt eſſe Procuratores, niſi pro eorum cauſis, & cauſis conſanguineorum, *prag. 16. juncto §. 3. de offi. Magiſtri Juſtitiarii pragm. 30. § 4 eodem tit. de off. Magiſtri Juſtit.* & docent *Caravit. in ritu 11. n. 8. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officio actuarii cap. 1. n. 33.*

348 Sic etiam Advocatus Fiſcalis non poteſt eſſe Advocatus alicujus privati, *prag. 37. §. 8. de off. Magiſtri Juſt. ſublatis ritibus 11. & 18.* contrarium diſponentibus, ſed Advocatus pauperum poteſt patrocinari contra curiam, & contra omnes pro omnibus, ſed non poteſt patrocinari contra pauperes, & aliàs perſonas miſerabiles, ut in *ritu 23.* ſic etiam Advocatus Univerſitatis non tenetur præſtare ſuum patrocinium civibus particularibus ejuſdem Univerſitatis in caſus propriis, & nequè prohibetur advocare contrà ipſos cives particulares, *Rovit. rubr. de poſtulando n. 12.* ubi *n. 14.* dicit, quod ſi Advocatus efficiatur hæres partis adverſæ, poteſt poſtulare contra ſuum clientem, citat *text. in l. fin. ff. de poſtul. cap. infamis, §. tria 3. quæſt. 7.* & Procurator Univerſitatis eligitur, congregata prius ipſa Univerſitate, *Rovit. rubr. de Procurat. n. 40.*

349 Sed ſupradicti officiales, qui non poſſunt eſſe Procuratores, ſi ſint facti Procuratores cum facultate ſubſtituendi, & ſubſtituant, in hoc caſu valet ſubſtitutio, ſi ſit facta in perſonam habilem, *Maſtril. dec. 264.*

350 De-

350 Decimò officialis non potest esse arbiter, *l. sed, & si,§ si quis Judex,ff. de arbitris prag.7.§ 3 de off. Jud.quæ secundum Rovit.est 9.& est alia,prag.6.§. 1.de trigesimis, & salario in prætermissis*, & docet *Novarius coll.151.nu.3.* quod si quis privatus sit electus arbiter, & postea efficiatur officialis, in hoc casu expirat compromissum.*Blanc.de compromisso quæst.2.nu.49.* sed de jure canonico officialis potest esse arbiter,*cap.cum tempore, cap eum olim, cap.cum à nobis,& cap.ex parte, de arbitris, & cap. nisi essent,de præbendis*, & docet *Bart.in d.§.si quis Judex*,sic et.ã de jure civili Judex ordinarius potest esse arbiter inter non suos subditos, *l.si qui ex consensu,C. de Episcop.audientia*, & docet *Alex.in l.1.§.& post operis,nu.2.ff.de novi operis nuntiat.* sic etiam de jure civili officialis potest esse amicabilis compositor inter suos subditos ex ambarum partium consensu,*glos.in d § si quis Judex, & ibi DD.*& doceor *Guid.Pap.dec.69 n.1.& Gramat.dec.9.nu.1.* sic etiam Judex delegatus potest esse arbiter,*Hostl.in tit.de arbitris,§.2.ver.posset, & Blanc.d.qu.2.nu 50.* sic etiam de jure civili potest causa compromitti in Principem per suos subditos, *c. eum inter,de elect.*& docet *Blanc.d.qu.2.nu.44.* hioc dicit *Grammat. d.dec.9.* quod Sacrum Consilium, quod repræsentat personam Regis,compellit partes ad compromittendum io ipsum Sacrum Consilium,& *Anna sing.114* dicit, quod compromissum potest fieri in parte Judicis ordinarii,& una vice dicit ipse *Anna ibi*, quod causa fuit compromissa uni Consiliario, & alia vice altera causa fuit compromissa toto Sacro Regio Consilio, sed nescio,si hæc opinio *Anna* in Regno hodiè possit subsistere, cum per *d.prag.7.§ 3.* expressè sit prohibitum officialibus Regiis,& præcipuè Consiliarii Sacri Regii Consilii, ut non possit esse arbitres,vel amicabiles compositores, sed fateor, quod *d.prag.*loquitur in causis feudalibus, sed *d.pragm.6.§.1.de trigesimis, & salario in prætermissis*,loquitur Generaliter in omnibus causis, undè hodiè causa non potest compromitti in Sacrum Regium Consilium,*Rovit.dec.95.nu.19.*

351 Undecimò,omnes Consiliarii, & alii officiales Sacri Regii Consilii oon possuot exercere officia non dependentia à Rege absquè licentia Proregis *prag.16.de officialibus,& prag.3. de off.Judicum.*

352 Duodecimò,Præses Sacri Consilii,& Locumtenens Regiæ Cameræ, & Regens Magnæ Curiæ non possunt sibi ipsis causas committere,ut *in ritu 16.prag.7.§ 1.de off.Judic.*

353 Decimotertiò, officiales prohibentur destinate eorum consanguineos usque ad tertiom gradum inclusivè in Commissarium contrà aliquem sub pęna ducatorum mille,*prag.9.§.5. quæ hodie est 7. de officio Judicum*, & hoc etiam olim erat prohibitum per *c.Reg.36.*quod etiam loquitur in famulo,ut ipse non possit destinari Commissarius ab officiali, & nequè quis potest destinari Commissarius in loco,ubi officium exercuit,*Rovit.d.prag.9.nu.4* & dixi supra *nu.179.*

354 Decimoqoartò,officiales Regii oon possunt nec per se,nec per interpositam personam petere officium à Baronibus litigantibus curam ipsis, & non litigantibus io personam eorum consanguineorum, & amicorum, *prag.5.de officialibus prag.5.§.5.de muneribus off prag.7.§.4. de off.judic. Capibl.prag.4.nu.14.* & nequè possunt petere commissiones ponderum, & mensurarum à Rationalibus officinæ monetalis,*prag.12.§.3.de officialibus.*

355 Decimoquintò,nullus officialis potest concedere licentiam alicui de petendo eleemosinam, sed tantũ hoc Proregi est reservatum *prag 2.de elem. non petendis*, & quis intus Civitatem Neapolitanam non potest petere eleemosinam indutus vestibus albis, & cum facie celata, sub pœna mille ducatorum,& alia pęna arbitraria, exceptis tamen illis, qui sunt confraternitatis alborum Cappellæ Sanctæ Mariæ Succurre Miseris, *pragm.1.de elemosinis non petendis*, & vide *prag.2.de personatis*,ubi habetur, quod nemo in Civitate Neapolitana,& ejus suburbiis, & casalibus potest ire indutus uti confrater vestibus longis albis, vel cujuslibet coloris, & cum facie celata absquè licentia Regentis Magnæ Curiæ, exceptis contratribus in publicis possessionibus.

356 Et circa hoc scias,quod mendicantes, qui persona sunt validi, puniuntur ad triremes per quinquennium,quod si sint fęminæ fustigantur,& exulant per quinquennium, *prag.1.de mendicantibus*, ubi *Rovit.*dicit esse *text. de jure communi in l.unica, C.de mendic. validis lib.12.* & docet *Cabal. resolut. crim.casu 178.nu 8.*pront etiam puniuntur mendicantes,qui se ipsos,aut filios debilitaverunt,ut mẽdicare possint,*Cabal.d.casu 178 nu.9.& seq.& Riccius decis.284.nu.4.& seq. part.2.ubi in fine*, dicit, qnod puniuntur,qui cuoi habitu religiosu,qui tales re vera non sunt, medicant per Civitatem Neapolitanam absquè licentia,& quæreotes eleemosinam pro pauperibus, vel aliis locis piis absquè licentia superioris sunt excommunicati.

357 Decimosextò Gubernatores,& Auditores Provinciales,& alii officiales Regii non possunt recipere bestias ad æquitandum, vel portandum victualia,vel alia onera,nisi soluto competenti salario, & quod dictæ bestiæ sint ad dictum usum destinatæ,& solitæ locari,*prag.4.§ 5. de off.just.*

358 Sic etiam vassalli tenentur servire Baroni cum eorum animalibus juxto mediante salario, *Const. Reg. Sic nostra servitia, cap.Reg. Gravamina, & cap.Reg.Quod nullus officialis, pragm.1. de salario eorum*, quod non procedit quando Baro habet propria animalia, quia tunc vassalli non tenentur servire Baroni cum eorum animalibus, *de Franch.decis.211.* & de servitio præstando per vassallus Baroni vide eundem *de Franch.dec.152. & 526.*

359 Et Erarius tenetur servite Baroni intus ejus jurisdictionem,& non ultrà, *Guid.Papa decis.68.Capiblanc.de Baronib.prag.16.nu.94. & Riccius decis. 223.part.3.*

360 Sic etiam vassalli non tenentur servire Barooi extrà eorum jurisdictionem, *Freccia de subfeudis lib.2.auctoritate 30.nu.2. & Vincentius de Anna sing.560.*nisi ipsi vassalli ad id teneatur ex privilegio,vel ex Consuetudine legitime prescripta, *Cã. pag.cap.Reg.Gravamina nu.30.*

361 Et is tenetur servire Baroni cum ejus aoimalibus,qui est solitus animalia locare, accepta mercede,*l.penu.C.de cursu publ lib.12.Rovit.d.pragm.11 nu.1.de salario eorum*, & olim vassalli servientes

Baro;

Baroni cum eorum animalibus, sivè animalia essent asinina, sivè mulina debebant habere granum unum pro quolibet miliario, & hoc tàm pro accessu, quam pro recessu, *l. utimur, ubi Bart. ff. de sepulcro violato*, nisi in recessu redirent vassalli cum animalibus oneratis, quia tunc debent habere integrum salarium, *de Franch. d. decis.* 152. sed hodiè solvuntur octo denarii pro quolibet miliario absquè animalibus, sed cum curru solvitur unus carolenus pro quolibet miliario, & cum animalibus, si animal portat summam ponderis rotulorum centum quinquaginta, solvuntur pro quolibet miliario denarii duodecim, si verò cum animalibus asinis solvuntur sex denarii pro quolibet miliario, quod si sit bestia mulina, quæ non potest portare summam centum quinquaginta rotulorum, & tunc solvuntur novem denarii, *prag. 2. de salario eorum*, & Baro an teneatur solvere dictum salarium antè servitium, vel post, vel medietatem prius, vide *Manticam de contractibus libro quinto, titulo sexto*, & quod medietas salarii debeat solvi per Baronem vassallis antè accessum, & alia medietas in recessu, dicunt *Novar. in coll. ad prag. 1. nu. 18. de salario eorum, & Thor. in supplem. dec. ver. salarium, fol.* 589.

362 Et scias, quod si de Consuetudine vassallus teneatur servire Baroni propriis expensis, in hoc casu vassallus nihil pro servitio habere debet, *d. cap. Reg. Gravamina.*

363 Et obligationes servitiorum personalium, non constituuntur absquè assensu Regio, *Campag d. cap. Reg. Gravamina nu.* 17. ubi *nu.* 19. dicit, quod ad præscribenda servitia personalia requiritur præscriptio centenaria, & *nu.* 37. dicit ipse *Campag.* ibi, quod Baro tunc potest cogere vassallos ad ipsum serviendum, quando tractatur de negotio curiæ, secus si de negotio privato, *d. cap. Reg. Quod Justitiarii* ibi (*pro servitio curiæ*) ad quod dictum contradicit, *Lucas de Penna, ut ibi per eum.*

364 Et Baro non potest capere animalia ad centimulos destinata, & ipsis uti ad vecturam, *cap. Reg. Item Iustitiarii, & subofficialis, quod est in n.* 53.

365 Et Magistri Portulani non possunt accipere bestias aliquorum pro servitio curiæ nisi soluta mercede, *cap. Reg. Item Magistri Procuratores, quod est in n.* 67.

366 Et quando curia velit facere nova vascella, vel alia reficere, vel facere alia opera, quis non potest compelli ad illud faciendum pro certo pretio, sed pro justa mercede per aliquem extimandam, *cap. Reg.* 134.

367 Et manivolatus potest capere animalia alterius pro justitia consequenda, *Affl. in Const. Reg. Omnes officiales, n. 3. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialib in genere cap.* 11. *n.* 50. ubi dicit ipse *Danza* hoc procedere salario mediante de jure, sed dicit hoc nunquam vidisse observatum, sed semper marivoltum, cepisse animalia gratis, citat *Cinum in l. si locus, ff. quemad. ser. amitt.* & dixi in *praxi forjudic. cap. 26. n.* 17.

368 Decimoseptimò Judex, durante officio, non potest contrahere matrimonium in loco in quo officium exercet, *l. si quis officium 38. ff. de ritu nupt. & est Const. Reg. Communiter, & alia Const. Reg. Justitiarii per Provincias*, quod puto etiam procedere de jure Canonico, quo jure matrimonia debent esse libera, *cap. gemma de sponsalib.* sed in officiali, & subdito cadit metus, *l. qui officii, ff. de contrah. empt.* ergo, &c. sed contrarium esse de jure canonico, dicunt *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialib. in genere cap. 8 n. 4. de Leonardis practica officialium cap. 14. n. 13 cũ duob. seq. Capibl. de Baronib. prag 9. n. 49. & Cabal. resol. crim. casu 200 n.* 66.

369 Fallit tamen in sponsalibus, quæ durante officio per officialem contrahi possunt *d. l. si quis officium*, quod intellige de jure communi, secus in Regno nostro in quo officialis, durante officio, neque sponsalia contrahere potest, *d. Const. Reg. Communiter*, sed *d. Const. Reg. Communiter*, quoad sponsalia non servatur, sed servatur jus commune. *Regens Tapp. ad jus Reg super d. Const. Communiter, & Capibl. inc. de Baronib. pragm 9. n.* 49.

370 Septimò limita, si per prius erant contracta sponsalia, quia in hoc casu durante officio, officialis ipsam sponsam in uxorem ducere potest *d. l. si quis officium, § veterem.*

371 Tertio limita in filia, quam pater officialis, durante officio, potest maritare cum suo subdito, *d. l. si quis officium, §. fin.* quod secus est in filio officialis, qui vult ducere uxorem in loco, in quo pater jurisdictionem exercet, quia in hoc casu pater prohibetur consentire, *l. qui in Provincia ff. de ritu nupt.*

372 Et officiales Hispani, & eorum filii in Regno non possunt contrahere matrimonium, Rege inconsulto, *pragm. 20. de officialibus.*

373 Et hodie Barones possunt contrahere matrimonium absque assensu Regio, dummodo non contrahant matrimonium cum infidelibus *cap. Reg.* 111. & 118. sublata *Const. Reg. Honorem, & alia Const. Reg. Fraudibus*, quæ contrarium disponebant, & sic, Barones non possunt contrahere matrimonium absque assensu Regis, nam *d. Const. Reg.* sunt sublata per *d. cap. Reg.* ut docet *Capibl. d. prag. 9. n.* 47. & ipse Baro non potest impedire matrimonia contrahenda inter subditos *d. prag.* 9.

374 Prohibetur etiam Baroni tenere Fiscum, *Bossus pract. crim. tit. de Fisco post n. 7 & Anna sing.* 220. sed tantum potest tenere curiæ coadjutorem, *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n 60. cum plur. seq. Merolla in theolog. morali tom. 3. disput. 7. cap. 1. dubio 6. n. 138 & Capibl. de Baronibus tom. 2. cap.* 38. nisi hoc ipse Baro habeat in privilegium, quia tunc potest tenere Fiscum, prout habet Princeps Bisiniani, *Capibl. tom. 1. super prag 8. part. 1. n.* 234. sic etiam Episcopus potest tenere Procuratorem Fiscalem *Julius Clar. pract. crim. § fin. qu. 80. ver. in hac autem, Peregr. de jure Fisci qu. 2. Riccius in prax. & Jo: Franc. Leonius in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 1. n.* 17. licèt contrarium teneant, *Bossus pract. crim. tit. de Fisco n. 9. & Reg. de Ponte d. § 4. n.* 69. tamen prima opinio est communis, *Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 10 n.* 11. sed Antonius sola super *Constit. Sabaudiæ tit. de gratiis in Const. Abusus glos. 2. n. 3. fol. mihi* 96. dicit, quod Episcopus non potest tenere Procuratorem Fiscalem, nisi ipsi hæc auctoritas sit concessa Consuetudine, vel aliquo privilegio, ubi *n.* 6. dicit ipse *Ant. Sola*, quod Fiscus Principis, vel Reipublicæ dicitur semper esse solvendo, *l. 2. ff. de fundo dotali,*

secus

secus esse in Fisco particularium dominorum, ut dicit ipse *Ant. Sola*, & ipse curiæ Baronalis debet in omnibus audiri aliàs acta sunt nulla, *Capibl.in add.ad d.n.234.* citat *Mastrill.de indulto q 36.n. 16. & Avend.de exequendis mandatis Princ. fol. 81.* & in causis regiorum officialium justitiam administrantium in locis demanialibus, ubi resident Regiæ Audientiæ, intervenit Fiscus Regiæ Audientiæ, *Capibl.d.cap 38. n.3.* hinc est, quod Locumtenens Civitatis Cosentiæ, ubi residet Regia Audientia Calabriæ citra tenetur notificare Fisci patrono, seu procuratori Fiscali ipsius Regiæ Audientiæ omnes causas criminales, quæ agitantur in curia ipsius Locumtenentis, ut possit tueri jura Fisci, *prag.6. § 30.de off justit.* & Fiscus Magnæ Curiæ intervenit in causis criminalibus vertentibus in curia Magni Admirati, *Gizzarel.decis. 73.in principio,de Franch.decis.722 n.2.& 17.*

375 Decimo octavò, est prohibitum officiali, durante officio, discedere ab ipso officio, quod si officialis officium derelinquat ad sui libitum se absentando, potest officio privari, *Parif. de Puteo de sindicatu ver.licentia cap.1.n.1. Vivius decis.356, Capibl. tom.2. cap.18.n.6.* & late *Jo.Franciscus de Leonardis in practica officialium, cap.8. a.t. 2. & 3.* immo officialis, durante officio non potest officium relinquere absquè licentia Baronis etiam per modicum tempus, & cum animo eundi, & redeundi, aliàs privatur salario, *Rovit.prag.2. n. 2. de off.judicum, Caravit.ritu 7. n.7.* ubi dicit, quod si deindè officialis revertatur, & tunc amittit salarium temporis absentiæ tantum, aliàs si non revertatur, & tunc omittit salarium etiam temporis præteriti, prout idem est in famulo, qui si discedat non finito tempore, non potest petere salarium pro tempore, quo servivit, si dominus tantum damnum sentiat pro recessu, & sic è contrario, si dominus expellat famulum absquè causa famulus ipse potest petere integrum, *Pascal. de virib.patr.potest.par.4.cap.6.n.36.*& quod officialis privetur salario protèpore quo se absentalit ab officio,est *tex.in arg.in l.qui excubias ff.de re militari,* & per *c.Reg.211.ver.Itè statuimus disponitur,*ut officialis amictat duplicatum salarium pro tanto temporis,quo se absentavit absq;licentia Baronis,sed si officialis sit absens cum licètia Baronis,& tunc tempore absètiæ ipsi currit salariū,*Parif.de Puteo d.c.1.n.3.& Anna conf.42.n.25.*prout est in milite, qui si sit absens cum licentia superioris adhuc tempore absentiæ currit salarium ipsi militi, *l.hac lege, C.de prax.Sur.scrin.lib.12.Rovit.rub.de militibus* §.7.& Baro potest procedere licentiam officiali de se absentando per mensem tantum, & non ultrà, *Mastril.de magistratu tom.1.cap.29.n.24.& Capibl. tom.3.cap.18.n.3.& 4.*prout etiam est in milite, qui non potest se absentare à statuto præsedio etiam cum permissu officialium ultra quindecim dies,*prag.3.de militibus*, sed officialis, qui pro aliqua justa causa abest à judicio, debet habere salarium, etiam si stipendium pro viatico habeat, *d.l.hac lege,Capibl.sing.137.*ubi dicit,quod officiales majores equitantes ad instantiam partis debent habere salarium tanquam præsentes,citat *de Ponte conf.92.vol.1.*sequitur *Novar.prax.elect. fori tom.1.sect.4.qu.58.n.6.*& quando officiali est commissum aliquod servitium Regium sine licètia potest ab officio abesse,nam præsumitur habere racitam dispensatione,ut docet *Capibl.d.cap.18. n.56.*

376 Et neque officiales Regii possunt discedere ab ufficio absquè licentia Proregis,ut in *d. ritu 7.* aliàs possunt privari officio, *de Franch. decis. 455.* & omnes officiales debent personaliter residere in locis officii, *prag.2.§.7.& 8.de off. judicum.*

377 Et Præses Provinciæ discedendo à Provincia absque licentia Proregis punitur pœna mortis, *Gizzarel. decis.30.* & per *cap.Reg. Quod decretum*, mandatur Præsidi, quod frequenter discurrat Provinciam, & eam purgat malis hominibus, & non potest residere in locis pinguioribus ultrà quatuor dies, ut in alio *cap.Reg.Hac edictali*, quod est in *n.25.*& per *cap. Reg. Insuper*, quod est in *n. 184.* disponitur,ut Justitiarius Magnæ Curiæ per sex hebdomadas quolibet anno teneatur discurrere Provincias, ad inquirendum, & corrigendum excessus officialium, quod si invenerit, dictos officiales propter delictum esse amovendos, debet Proregi denunciare. Et Præses Provinciæ debet Provinciam malis hominibus purgare, *l. congruit, ff.de off.Præsidis cap. Reg.281.* ubi etiam habetur, quod Præses Provinciæ tenetur Provinciam discurrere, & potest in terris Baronum residere, & justitiam ministrare, dummodò non se intromittat ad causas spectantes ad Barones,& vide,quod dixi in *pract. forjudicatoria cap.12.& cap.19.n.27.*

378 Sed hodie Auditores, Fiscales,& Præsides Provinciarum non possunt exire per Provinciam absquè licentia Proregis, etiam si habeant commissiones Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Regii Consilii, vel Magnæ Curiæ Vicariæ exequendas, nisi periculum sit in mora in denunciando Proregii, quia tunc, congregata tota Audientia potest ipsa statuere,ut unus Auditor exeat per Provinciam pro ipsa causa, sed deindè ipsa Regia Audientia tenetur relationem facere Proregi, *prag.10.§.1.de off judicum*, sic etiam hodie Judices Magnæ Curiæ non possunt exire à Civitate Neapolitana, inconsulto Prorege, *prag. 5. §.7. de off. magistri justit.* & probatur in *d. ritu 7.* sublato *d. cap.Reg.184.* ut dicit ibi, *Campag.n.6. & de Leonardis pract. officialium cap.11. n. 18.* sed unus ex Auditoribus potest discurrere Provinciam contra forasicitos insimul cum Præside,ut possit ejus consilio criminales quæstiones terminare *Jo: Grandis de bello exulum in prædicamento pati quæst. 3.speciali 66. n. 1.* ubi dicit, quod tempore vacationis Auditores possunt itinerare per Provincias sine licentia,& ipsis debetur salarium, & quando Auditores discurrunt Provinciam cum licentia Proregis ipsis currit salarium, *Jo:Grandis ubi supra*, sic etiam Præses pro persequutione malefactorum potest discurrere Provinciam *Jo: Grandis de bello exulum prædic.ubi quæst.1.n.3.& præd. prati quæst.3.speciali 68.*& dicam in *pract.forjudic. cap. 19. n.27.*

Et Commissarius Campaneæ debet residere in quibusdam locis, & non potest introire intus Civitatem Neapolitanam absquè particulari licentia Proregis & ipse Commissarius singulis duobus mensibus debet transire de una terra,ad ali m in locis designatis præcedente prius relatione facienda

cienda Proregi, vel Regenti Regiam Cancellariam supraintendenti rerum Campaneæ de mutatione prædicta, *prag. nuira*, § 2. & 3. *de off. Judicis Generalis*.

379 Et quando est conclusum in tota Regiæ Audientiæ, quod accevat unus ex Auditoribus ad capiendam informationem, vel ad aliquod peragendum negotium, potest Fiscus accedere, *Dauzi de pugna DD. tom. 1. tit. de off. Fisci cap. 1. n. 95*.

380 Et quando Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut capiat informationem super capitibus porrectis dicto Proregi, ipsa Regia Audientia non potest mittere Auditorem, vel Advocatum Fiscalem ad capiendam dictam informationem, sed alium mittere debet, nisi Prorex mandat Regiæ Audientiæ, ut mandet auditorem, vel Advocatum Fiscalem, *prag. 8. de off. justitiarii*.

381 Et quando Auditores exeunt per Provinciam etiam cum commissionibus alterius tribunalis, debent uti actuariis, & scribis ipsius Regiæ Audientiæ, *d. prag. 10. §. 35. de off. judicum. Jo: Grandis de bello exalum prælie pati quæst. 3. speciali 71. post n. 2.* sic etiam Actuarii Curiæ Baronalis debent actitare omnia acta coram suis Capitaneis, & hoc etiam si capitaneus procedat in causa uti delegatus Sacri Regii Consilii, vel Regiæ Cameræ, *Anna sing. 4.* sic etiam Notarius Episcopi debet actitare causas delegatas alteri ab Episcopo, vel vicario, sic etiam Notarius Episcopi tenetur actitare causas commissas à Papa ipsi Episcopo, quando delegatio est excitativa aliàs non *Genuens. pract. Arch. Neap. cap. 83. n. 11*.

382 Et Auditores, & Fiscales exeuntes per Provinciam non possunt tractare, nisi commissa, limita in casu urgenti, & quando periculum est in mora, quia tunc possunt procedere ultra commissa, *d. prag. 10. §. 28. de off. judic.*

383 Et unus Auditor potest ire per Provinciam. & duo alii debent manere in loco residentiæ, *d. prag. 10. §. 2.* quod si remanet unus Auditor cantum, & tunc si ipse sit causæ Commissarius, & cum interventu Præsidis potest causam agitare, alias si non sit causæ Commissarius, & tunc non potest, nisi absentia causæ Commissarii sit longo, quia tunc potest procedere, ut dixi supra *cap. 7. n. 23*.

384 Et propter absentiam Auditorum Advocatus Fiscalis non potest votare tanquam Auditor *prag.* relata in apostilla ad *prag. 10 §. 2. de off. judicum*, & est *text. de jure communi in l. 2. C. de pænis*, licèt contrarium teneant *Caravit. ritu 168. n. 5. de Leonardis practica officialium cap. 3. n. 34* tamen prima opinio est vera, *Danz. de pugna DD. tom. 1. tit. de off. Fisci n. 83. cum plurib. seq.* ubi dicit, opinionem, *Caravitæ*, nunquam vidisse observatam, & Fiscus non habet jurisdictionem, sed tantum id quod proponit, *l. fin. C. de Advocatis Fisci, Ursil. dec. 4. post n. 3. & de Leonardis pract. officialium cap. 3. post n. 31.* sed Advocatus Fiscalis præcedit Advocatis privatis etiam antiquioribus, *Caravit. d. ritu 168. n. 4.* & Fiscum non habere jurisdictionem, dicit *Guazzinus ad defens. reorum defens. 1. cap. 6. n. 5. & defens. 24 cap. 1. n. 3.* ubi dicit, quod Procurator Fiscalis debet esse procurator veritatis, & non calumniæ, & inquisitatis.

385 Et Procurator Fiscalis nihil potest agere absq; interventu Advocati Fiscalis, & è contra, ut in *rit. 17. & 22.* quod hodiè non servari, testatur *de Leonardis d. cap. 3. n. 39*.

386 Et quando Præses est impeditus, & non potest accedere in Tribunali Regiæ Audientiæ Auditores possunt se congregare in loco solito, hora solita, & causas expedire audito Fisco, *prag. 7. §. 1. de off. justit.* ubi in §. 2. dicitur, quod literæ, quæ mittuntur per Proregem Regiis Audientiis, quæ literæ concernunt justitiam, debent per Præsidem ostendi auditoribus, & cum eorum voto debet provideri, & determinari omne, quod in dictis literis continetur, & per *d. prag. 10. § 17. de off. judicum*, disponitur, ut Præses legat dictas literas in banca, & illas registrare faciat, & in ejus absentia hoc faciat Auditor antiquior, sed si literæ sint directæ Præsidi tantum, & non Regiæ Audientiæ, & tunc est in voluntate Præsidis, si vult illas ostendere auditoribus. Quod si Præses reperiatur absens, & tunc statim ipsi debent micti, sed si literæ sint directæ Regiæ Audientiæ, & tunc Auditores possunt illas aperire, ut eas legere, & providere in ea, quod in dictis literis ordinatur etiam Præside absente *d. prag. 7. §. 3. de off. justit.* & quod Auditores possint regere curiam, Præside absente, tenet *de Leovardis d. cap 3. n. 43*.

387 Decimonono, prohibitum est officialibus propalare eorum votum, & hoc tam antè, quam post sententiam, aliàs ipsi privantur officiis, *prag. 5. de off. judicum prag. 3. §. 2. de off. magistri just. prag. 17. de off. S. R. C.* & docet *Anna sing. 383. in fine* & puniuntur pena falsi. ut dixi supra *cap. 9. n. 118.* & docent *R. Rovit prag. 1. n. 59 de suspit. off. & Paris. de Puteo de sindicatu ver. fidejuss. r. officialium cap. 2. n. 7.*

388 Sic etiam Actuarii sub pena falsi non possunt promulgare sententiam partibus antequam sit subscripta, & publicata, *prag. 19 § 34. de off. magist. justit.* sic etiam si ipsi Actuarii publicant attestationes antè publicationem, tenentur pena falsi, *Bald. in l fin. C. de edendo Abb. in cap. sicut. de Clerici, vel monaci, Dauza de pugna DD. tom. 1. tit. de off. actuarii. cap. 1. n. 5. Reg. Sanfel. dec. 60. n. 3 & Guazzinus ad defens. reorum defens. 24. cap. 1. n. 12.* & est *text. in l. 1. §. qui instrumenta ff. de falsis, & in l. sæcularii, §. 1. ff. de extraord. crim.* & docet *Graffus de except. except. 24. n. 82.* ubi *n. seq.* dicit, hoc etiam procedere in Advocato, & procuratore revelante secreta sui clientis parti adversæ, nam adhuc Advocatus, & procurator punitur pena falsi, ut dicit *Graffus d. excep. 24. n. 83.* sic etiam si scriba fiscalis revelat probata in inquisitione punitur pena falsi, *Reg. Sanfelit. d. decis. 60. in fine*.

389 Et Præses Sacri Consilii, & Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ antequam causas votant, nec verbis, nec signis debent patefacere in quam partem inclinant, *prag. 27. de off. procur. Cæsaris*.

390 Et officiales tenentur votare junctim, *d. prag. 3 §. 3. de off. magistri justit.* & votando non debent disputare articulum, sed tantum votum simpliciter proferre. *Caravit. ritu 98. in fine*.

391 Et Consiliarius causæ Commissarius potest solus super incidentibus prouidere, nisi ex aliqua justa causa Commissario in consilio relationem facere videatur, *prag. 16. de offic. Sacr. Reg. Consil.* & in sententia diffinitiva votum unus

unius Consiliarii sufficit, quando causa non excedit duodecim untias, & votum potest proferri domi, non facto verbo, *prag.41.§.fin.de off.Sac.Reg. Consilii*, intellige in causa primæ instantiæ, secus in causa appellationis à Magna Curia Vicariæ ad Sacrum Regium Consilium, quia tunc sententia debet proferri in causa appellationis ad S. R. Consilium, facto verbo, ut ita servari, testatur *Rovit.d.pragm.4.t.5.fin.n.9.* unde ex *d.prag.41. §.fin.* puto esse correctam, *prag.3 §.2.de off. Sacri Regii Conf.* per quam disponitur, ut Sacrum Regium Consilium non possit cognoscere de causis non excedentibus untias vigintiquinque, & dicam infra *cap.69.n.36.*

392 Et Auditores Provinciales prohibentur expedire causas domi, sed illas expedire tenentur in Regia Audientia, & in banca, *pragm.6.§.23.de off. justit.*& Judices non possunt tenere Actuarios, & scribas domi. *prag.10.§.2.de officialibus prag.12.§.7.& prag.37.de off. magistri justitiarii*, & omnes causæ spectantes ad Regiam Cameram Summariæ debent determinari in tribunali, & non alibi, *pragm.8.§.2.de off.procurat.Cæsaris*, & in lecta lata dicitur, curia sedente, *Caravit.ritu 37.* & sententia lata extra curiam est nulla, *l.si ut proponis,la 2, C.quomodo, & quando Judex, l.rum sententiam,C. de sentent.& interlocut.omn. judicum*.

393 Et officialis tenetur secrete tenere secreta curiæ, & nulli pate facere, ut in *ritu 3. & in d.prag. 5.de off.judicum*, quod procedit etiam in officialibus Baronalibus, *Caravita ritu 3.n.9.*

394 Hinc est, quod quolibet anno in principio negotiationis Locumtenens Regiæ Cameræ, Præses Sacri Consilii, & Regens Magnæ Curiæ capiunt juramentum à suis officialibus de tenendo in secretum gerenda in officio, & deinde quolibet mense dictum juramentum recordatur dictis officialibus, & ipsi Locumtenens, Præses, & Regens tenentur præstare dictum juramentum Proregi, ut in *pragm.10.§ 7. & seq.de suspit. officialium*.

395 Ultimò, aliis omissis, officiales in locis, ubi officium exercent prohibentur emere res subditorum, *l.qui officii ff.de contrab.empt.de Leonardis pract. officialium cap.10.n.1.cum plurib.seq.* prout idem est in milite, qui prohibetur emere prædia in Provincia, ubi militat, *l.milites la 1.ff.de re militari*, quod amplia, ut miles non possit emere dicta prædia nec per se, nec per intermediam personam alias applicantur Fisco, *l.milites, la 2.ff.de re militari*, sed tantùm ipse miles potest emere domum in provincia, ubi militat, *d.l.milites la.2.*

Et quod diximus, officiales prohiberi, emere res subditorum amplia, &

396 Primò, ut officialis non possit emere res subditorum sive sint mobiles, sive immobiles, sivè se moventes *l.1.§.provincias, C.de contract.officialium.l.fin.C.de rescind.vendit. & est Const. Reg. Communiter.*

397 Secundò amplia, ut officialis nec per se, nec per intermediam personam hoc facere possit, *d.l.1.§. fin.C.de contract.offic.& l.auferetur,§. quod à Præside ff.de jure Fisci.*

398 Tertiò amplia, ut non solum contractus emptionis, & venditionis fructus ab officiali fit nullus, sed etiam, ut officialis ipse amittat pretium rei emptæ, *d.l.fin.C.de rescind. vendit. & d.§. quod à Præside*, quod intellige in officiali, qui emit ab aliquo privato de sua jurisdictione, secus in eo, qui emet ab Universitate, quam ipse administrat, quia tunc emens ultra, quod amittit rem emptam tenetur etiam ad quarruplum extimationis ipsius rei, *l.non licet ff.de contrab. empt.* quæ pœna Fisco applicatur, *d.§ quod à Præside.*

399 Quartò amplia, nam officialis, qui contrahit in Regno cum suis subditis, efficitur infamis, bona ipsius publicantur, & ab officio removetur, & creditores ipsius officialis non possunt petere pretiũ rei venditæ non solutum à Fisco, qui confiscavit bona officialis, *d.Const.Reg. Communiter.*

400 Quintò amplia, nam dato, quod finito officio, venditor habeat ratum contractum, tamen hoc non obstante contractus dicitur nullus, *d.l.1.§.pæn. C.de contract.ib.offic.* ratio est, nam quod ab initio non valet, neque tractu temporis convalescere potest, *l.quæ ab initio ff.de regul.juris*, quod corroboratur etiam ex dictis per *Hypp. de Marsi in pract.crim.§.diligenter.nu.184.& seq.*

401 Sextò amplia in domesticis officialium, qui etiam prohibentur emere res subditorum officialium, *d.l.1.§ fin.C.de contract.offic.& d.Constit.Reg. Communiter.*

402 Septimò amplia, ut idem sit in officiali, qui non habet jurisdictionem, est exemplum in administratore Universitatis, qui nec per se, nec per intermediam personam bona Universitatis emere potest, *l.non licet ff.de contrab.empt.& in d.l.1.in principio,C.de contract.offic.*& per *pragm.5.§.6.de administr.univers.* disponitur, ut Sindici, & Electi, & alii de regimine Universitatis nec per se, nec per interpositam personam debeant participare in affictibus rerum, vel gabellarum Universitatis sub pœna untiarum aurei centum pro qualibet vice, quæ pœna pro quarta parte applicatur accusatori, & reliquæ tres partes applicantur curiæ, ut in *d.prag.5.§ 6.de administ.univers.*

403 Sic etiam Baro non potest nec per se, nec per interpositam personam affictare gabellas Universitatis, *prag.8.ver.the ussun Barone l.1. de Commissariis*, & ratio est, quia quando venditur gabella Universitatis sub hasta si Baro offerat aliquam quantitatẽ, nullus alius deindè offerret majorem quantitatem respectu ipsius Baronis, & sic Universitas esset in damno, merito, hoc fuit statutum per *d.prag.* est etiam, & alia ratio, nam si gabella esset in posse Baronis, quæstiones, quæ deindè possent oriri non possent rectè decidi ob potentiam ipsius Baronis, undè in quadam causa dixi, quod Baro post factam locationem gabellæ Universitatis alicui privato, quod neque ipse Baro potest majorem oblationem offerre, & petere via restitutionis in integrum iterum accendi candelam, dicendo, quod in hoc cessat prima ratio adducta nam obstat secunda ratio.

404 Sic etiam affictatores præcedentis affictus non admittuntur ad relocandum gabellas Universitatis, & alias res, si non solverint integram mercedem præcedentis affictus, *l.locatio, §.1. ff.de publ. & vectigal.Rovit.d. prag.5.nu.13. de admin. univers.*

405 Octavò amplia in tutore, qui neque potest emere bona pupilli, *l.si in emptione, §.fin.ff.de contrab. empt.*

empt. nisi palam, & bona fide emat, *l. cum ipse, C. de contrah. empt.* & docet *glos. in d. l. si in empt. §. fin.*

406 Nono amplia, ut Commissarii faciendo vendere bona per ipsos exequuta non possint ea emere nec per se, nec per intermediam personam sub pena decem annorum triremium, *prag. 7. §. nessuno essecutore de Commissarii.*

407 Decimò amplia in Locumtenente Præsidentibus, & Advocato Fiscali, & Magistris Actorum Regiæ Cameræ Summariæ, qui non possunt emere bona, quæ venduntur per ipsam Regiam Cameram nec palam, nec bona fide, nec per se, nec per interpositam personam sub pena privationis officii, & alia pœna arbitraria, & contractus sunt nulli, *prag. 8. de empt. & vendit. prag. 17. §. 2. de offic. procurat. Cæsaris*, & neque officiales possunt participare in affictu vectigalium, *prag 66. §. 4. de officio procurat. Cæsaris*, & venditiones vectigalium debent fieri coram omnibus de Regia Camera Summariæ, *pragm. 4 de off. procurat. Cæsaris*, & filii officialium Regiæ Cameræ Summariæ, non possunt emere gabellas Regias, & neque ipsorum consanguinei hoc facere possunt, *cap. Reg. Novit moribus.*

408 Undecimò amplia, ut Perceptores Provinciales non possint emere bona existentia in eorum Provinciis, vel ibi animalia tenere, *prag. 48 §. 5. de off. procurat. Cæsaris* ubi etiam habetur, quod Perceptores Provinciales non possunt facere mercaturas in eorum Provinciis de quo supra dixi *nu. 344.* & in fortiori Perceptores non possunt emere, nec per se, nec per interpositam personam bona exequuta pro functionibus fiscalibus, *d. prag. 48. §. 2. de off. procur. Cæsaris*, sic etiam ipsi Perceptores non possunt recipere ab universitatibus nec esculenta, nec pocu enta, sed d. bent esse contenti eorum salario, nec aliquid possunt recipere pro retardandis exactionibus cujus debitis, vel pro restituendis exequutionibus factis sub pena amissionis provisionis unius anni pro prima vice, & pro secunda sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda, *prag. 1 § 5. de off. procur. Cæsaris, qui § 5. olim erat in prag. 48. §. 5. de off. procurat. Cæsaris.*

409 Sed quod diximus, officiales non posse emere bona subditorum, limita & primo si bona paterna officialis à Fisco distrahantur, quia tunc dicta bona filius officialis emere non prohibetur. *l. qui officii ff de contrah. emp.* ut in simili, nam licèt miles prohibeatur emere prædia in Provincia, in qua militat, ut diximus supra *nu. 395.* tamen si prædia paterna ipsius militis à Fisco distrahantur potest emere dicta prædia à Fisco, *d. l. milites la. 1 ff de re re militari*, & hoc est propter sanguinis conjunctionem, quæ multa cooperat, &

410 Primò, nam si testator ignoranter legat rem alienam extraneo, legatum non valet, *§. non solum, Instit. de legat. l. cum alienam, C. de legat.* & tamen si eam legat per conjunctę personæ, valet legatum, *d. l. cum alienam, & l. si filiusfam § si quis, ff. de leg. 1. & in l. unum ex familia, § si rem, ff. de legat. 2.*

411 Secundò, si legatum sit factum titio, & duo sint titii, licèt valeat legatum, tamen propter incertitudinem à nemine ipsorum peti potest, sed est in voluntate hæredis cui intendat solvere legatum, *l. si quis servum, §. inter duos, ff. de leg. 2.* & tamen si unus ex his duobus legatariis titii sit consanguineus testatori, ipsi consanguineo legatum debetur, *l. si fuerit à contrario sensu, ff. de rebus dubiis, Anna sing. 691. & Jas. in l. si pater C. de hered. Inst.* & sic è contrario si testator legavit duobus titiis centum uoicuique insolidum, & deinde in codicillis dicat, centum, quos reliqui titio, adimo, & non cootlet de quo titio, in hoc casu nemini legatum dicitur ademptum, *l. 3. §. si duobus, ff. de adimend. legat.* quod legatum sit relictum titio, & sunt plures titii, non probato de quo senserit testator, si ipsi titii se concordant, & unus cedat alteri, legatum non est præstandum cessionario, *Bart. in l. si quis servum, § si inter, ff de leg. 2 Alex. cons. 42. col. 2. vol. 6. & Anna sing. 302.* quod si quis præsentat mandatum, in dubio videtur, quod mandatum sit conceptum in sui personam, licèt plures sint ejusdem nominis & cognominis, *Boer. decis. 154 & Anna sing. 630.* sic etiam instrumentum in dubio loquitur, de eo, qui instrumentum produxit, licèt sint plures ejusdem nominis, *Bald. in l. si qua per calumniam, C. de Episcop. & Cler. & Anna sing. 632.*

412 Et circa hoc scias, quod identitas personarum præsumitur ex identitate nominis, cognominis, & patriæ *Riccius decis. 133. par. 4.*

413 Scias etiam, quod si legatum sit relictum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & duæ sint Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, in hoc casu legatum debetur pauperiori, Ecclesiæ, quod si omnes sint æqualiter pauperes & tunc est in electione Episcopi cui Ecclesiæ velit dare legatum *DD in cap. indicante, de testamentis Affl. dec. 244. num. 4* in qua decis. ipse *Affl.* concludit, quod si in aliqua Ecclesia sit corpus sancti, legatum debetur Ecclesiæ ipsius Sancti, & non ubi est corpus, idem tenet *Rovit. pragm. 5. nu. 14. & seq. de legat. piis.*

414 Tertiò licèt officialis non possit recipere munera à suis subditis: tamen potest munera accipere à consanguineis ipsius officialis usquè ad sextum gradum & dixi supra *num. 432.*

415 Quartò licèt quis non possit compelli ad compromittendum, *l. 3. § tam & si ff. de arbitris*, tamen hodiè in Regno nostro, per *prag. 1. de arbitris*, compellitur quis ad compromittendum, si litigantes sint conjuncti usquè ad quartum gradum inclusivè.

416 Quintò, nam licèt nemo possit receptare rebellem, *l. fin. C. ad leg. Jul. de publ.* tamen licitum est consanguineo, & compatri receptare rebellem consanguineum, & compatrem, *l. 2 ff. de recept. prag. 4. ubi Rovit. nu. 5. de recept. malef.* quod secus erat dispositum per *prag. 3. de recept. malef. & per Const. Reg.* Patres pro filium, & per *Const. Reg. Pœna carere volētes*, quæ jura hodiè sunt correcta per *d. prag. 4.* & dixi in *praxi forjudicat. cap. 18. nu. 25.*

417 Sextò, quis potest dicere testamentum factum esse per metum, & tamen si testamentum sit factum coram aliquo consanguineo testatoris, cessat metus *Bart. in l. fin. nu. 4 ff. si quis aliquem testari prohib.* arg. tex. in *l. interpositos, C. de transact.* sic etiam præsentia amicorum facit cessare metum, *l. transactionem, C. de transaction. l. non est verisimile ff. quod metus causa.*

418 Septi-

418 Septimò, nam licèt primum testamentum perfectum non tollatur per secundum imperfectum, tamen si in secundo essent instituti venientes ab intestato, & in primo extranei, primum testamentum perfectum tollitur per secundum imperfectum, *l.2. ff. de injusto rupto, & irrito facto testamento. Auas allegat. to. nu.3. & sequenti.*

419 Octavò, nam & si nemini liceat conversari cum excommunicato, & alloquens cum excommunicato excommunicatione majori efficiatur excommunicatus minori excommunicatione, quod procedit etiam in eo, qui per nuntium, vel per epistolas, seu literas alloquitur, *clem. si summus, de sent. excomm. cap. Constitutionem, verb. participatione, de sent. excom. in 6.* prout etiam non solum, qui alloquitur cum Cardinali existente in conclavi efficitur excommunicatus, sed etiam ille, qui mittit nuncium, vel literas dicto Cardinali, *cap. ubi periculum § fin. de elect. in 6.* licèt statutum dans pœnam excommunicationis alloquentibus cum monialibus non habeat locum in mittentibus nuncios, vel literas ipsis monialibus, *Riccius in praxi resol. 65. par. 2.* tamen si consanguineus versatur cum consanguineo excommunicato, non efficitur excommunicatus, *cap. inter alia, de sent. excommunic.*

420 Et circà hoc scias, quod omnis executio est suspensa contrà excommunicatum, antequam sit declaratus per sententiam, ipsum esse excommunicatum, ut docet *Hypp. de Marf. in pract. crim. §. postquam nu. 39.*

421 Nonò, si quis vendat aliquam rem, consanguineis jure sanguinis præfertur in venditione pro eodem pretio, *Const. Reg. Sancimus de jure prothomis.* & hoc dato, quod consanguineus ipse, sit hæres alienantis, *Rovitus rubr. de feudis n.33.* sed de jure communi consanguineus non præfertur, *l. dudum. C. de contrahenda emptione*, & licèt vicinus, seu conjunctus conjunctione rei tantum non habeat jus congrui in rebus feudalibus, ut docet *Affl. in d. Const. Reg. Sancimus in principio illius Const. Reg. ver. item quæro*, tamen conjunctus conjunctione rei, & sanguinis in rebus feudalibus habet jus congrui infra annum *cap.1. §. sed & res, tit. pro quo fiat invest.* & docent *Affl. ubi supra, Rovit. rub. de feudis n. 17. & pl. seqq. et in prag. 26. n. 19. de feudis, & Mastril. dec. 8.* & agnato proximiori competit jus prælationis adversus extraneum emptorem in venditione feudi hæreditarii pro eodem pretio, *Reg. de Ponte dec. 11. & Reg. Sanfelic. decis. 100.* ubi *dec. seq.* dicit idem esse in rebus allodialibus.

422 Decimò, nam licèt Clericus non possit patrocinare pro extraneo, tamen pro consanguineis potest patrocinare, *cap.1. de postulat. cap.1. & 2. ne Clerici, vel monaci. prag. 2. de postulando Const. Reg. Advocatos § deinquè, D. Reg. Sanfelic. decis. 12.* sic etiam licèt fœmina in judiciis non possit procurare, *l.2. ff. de regul. juris, l. nequè. ff. de procurat. §. non last. de except. l. alienam, C. de procurat.* tamen ipsa potest esse procuratrix in causa suorum parentum si ipsi fiat impediti justa causa, & non habeant legitimam personam standi in judicio, *l. fœminas ff. de procurat.* sic etiam fœmina potest esse procuratrix in causa propria, *l.1. § secundo loco ff. de postulando*, sic etiam licet fœmina non possit esse tutrix, tamen pro filio, & nepte potest esse tutrix, *Auth. matri, & aviæ, C. quando mulier off. tutelæ fungi potest* prout etiam mater, & avia potest esse Balia filii, vel nepotis feudatarii, *cap. Reg. Feudatarius, quod est in n.164.*

423 Undecimò licèt quis percutiens Clericum sit excommunicatus, *cap. si quis suadente diabolo 17. qu.4.* latè *Grassus de eff. Cler. eff. 9.* tamen quis percutiens Clericum consanguineum causa correctionis non efficitur excommunicatus, *cap. cum voluntate. §. si quis verò, de sent. excom.*

424 Hinc est, quod si pater, vel preceptor causa correctionis verberat Clericum filium, vel discipulum non dicuntur excommunicati, *Grassus d. eff. 9. nu. 224.* nisi isti tales excedant modum in corrigēdo, quia tūc sunt excommunicati si excessus sit gravis, & notabilis, *Grassus ubi supra nu. 226. ubi nu. seq.* dicit, quod si pater, vel magister verberant Clericum non causa correctionis, sed ex odio, quod in hoc casu sunt excommunicati, sic etiam si pater, vel magister percutiat Clericum in majoribus ordinibus constitutum, dato, quod hoc faciant animo correctionis, tamen sunt excommunicati, dicto *cap. cum voluntate, § fin. ibi inferiorum gradum, de sent. excomm.* nisi ipse Clericus constitutus in majoribus ordinibus commisisset grave excessum, & propter hoc sic verberatus causa correctionis à patre, vel à magistro, quia in hoc casu nequè pater, vel magister incidunt in excommunicationem, *Grass. d. eff 9 nu. 279. & seq.* sic etiā si Parrochus verberat Clericum in minoribus constitutum, & verberatio sic levis nequè incidit in pœnam excommunicationis, *Grassus d. eff. 9. nu. 231.* citat *tex. in d cap. cum voluntate.*

425 Sic etiam si consanguineus major verberat consanguineum minorem non punitur, nam videtur, eum verberare animo corrigendi, nisi eum immoderatè verberat, quia tunc punitur, *l. unica, C. de emend. propinq.* sic etiam si consanguineus dicat injuriam consanguineo non animo injuriandi, sed corrigendi hoc facere videtur, *Bart. in l. ut vim. ff. de just. & jure, gl. in l 1. ff. de successorio edicto*, & consanguineus præsumitur scire facta consanguinei, *l. octavi, ff. unde cognati.*

426 Et correctio magistri licita est in discipulum, itaut si ex tali correctione discipulus remaneat vulneratus, magister puniri non debet, *l. sed, & si quecumquè § fin ff. ad leg. Aquil l. aut factu, §. causa. ff de pœnis l item quæritur, §. item Julianus, ff. locati Cabal. resol. crim. casu 263. nu.1.* nisi magister excedat modum debitæ correctionis, quia tunc punitur de excessu arbitrio Judicis *l. unica, ubi glos. C. de emendat. propinq. Cabal. d. casu 263. num. 14. cum plurib. seq.*

427 Et si quis dicat verba injuriosa alicui, & antequam discedat ab injuriato se revocet, & dicat, quod illud, quod dixit sit falsum, & quod se peniteat dixisse, in hoc casu evadit pœnam injuriarum, *Thor. Ferrat. cautel. 39.*

428 Duodecimò consanguineus versans cum consanguinea non præsumitur versare animo luxuriandi, *cap. cum juventute, extrà de præsumptionibus.*

429 Hinc est, quod licèt quis visus fuerit dormire cum muliere, contra eum faciat indicium ad torturam quoad adulterium, *cap. literas, extrà de proba-*

bat.& ducet *Mastril.decis.*295.*nu.*82.*& seq.*tamen si frater visus fit dormire cum sorore,& soror ipsa efficiatur prægnans, in hoc casu non præsumitur prægnans à fratre, & contrà fratrem non facit indicium ad torturam,*Riccius decis.*48 *par.*2.

430 Decimotertiò, nam licet quis non possit comparere in judicio pro alio absquè mandato, aliàs privatur officio,& punitur pena falsi, *prag.*30.§ 3. *& 9.de off. Magistri Iustit.* tamen consanguineus pro consanguineo potest comparare absque mendato præstando tamen cautionem de rato, *l.sed hæc ff.de procurat.l.*1 *& l.exibendi*, *C.de procurat. & l.Pomponius,§ fin ff de procurat.*& hoc procedit in omnibus transversalibus usquè ad decimum gradum *Innoc.in cap.nulli,de rescript. Bart.in l.sed, & ea ff.de procurat.*idem procedit in marito, quia admittitur pro uxore absquè mandato,*l.maritus C.de procurat.*latè *Novar.qu.forens.*3.*to.*2. idem est in amico,non levi amicitia conjuncto, qui potest pro amico esse in judicio absquè mandato,*Cinus, & Salyc.in l.exigendi, C.de procurat.*ratio est,nam amicus æquiperatur consanguineo, *l.cum allegas, C.de castrens.peculio lib.*12.*& in l.cum alienam, C. de legatis.*

431 Sed aliqui tenent, quod licèt conjunctus pro conjuncto admittatur, ad agendum tamen hoc intelligitur,dummodò talis conjunctio sit per lineam ascendentem, vel descendentem,*Hypp.de Marf. in sing.* 133.*& Petrus Garzia à Toleto dicto* 139.

432 Sic etiam licet conjunctus admittatur pro cōjuncto cum cautione de rato fine mandato, tamen non admittitur contra pariter conjunctum, quia par ratio conjunctionis eum repellit, arg. *l.non solum.§.*1 *ff de ritu nupt.Salic.in l.exigendi, C. de procurat. & Hypp.de Marf.in l.*1 *§. cum quis latrones post nu.*12.*ff.de quaest.*

433 Et conjuncta potest supplicare pro conjuncto absquè mandato, *Petrus Garzia à Toleto in d.*538.

434 Sic etiam consors litis pro consorte fine mandato agere, & defendere potest in habentibus eandem causam circà rem individuam, *Bald & Paul.de Castr.in l.*2.*C.de consor.ejusdem litis*, *Novar.prax.elect.fori tom.*1.*sect.*3.*qu.*2.*post nu.*23. sic etiam conjuncta persona cum cautione de rato fine mandato potest appellare, dum tamen ratificatio veniat infra tempus appellandi, *Bart.in l.*1 *ff de appellat.recip.Affl.in Constit.Reg.Appellationem tempora nu.*34. sed conjuncta persona potest prosequi appellationem fine cautione de judicatum solvendo,*Affl.in d.Constit. Reg. Appellationum tempora nu.*33. sed pro appellatio qualibet conjuncta persona potest comparere ad defendendum fine cautione de rato,quando ex actis tantum defenditur appellatus,*Angel in l.filius, ff. qui satisdare cogantur*, *Anna sing.*100.sic etiam quilibet admittitur pro citato etiam si non habeat mandatum in curia Bajulari in causis non excedentibus tres ducatos,*prag.*3.§.17. *de off.Bajuli.*

435 Sed advertas, quod si consanguineus agat pro consanguineo uti procurator, & non habeat mandatum, licèt potuisset agere uti consanguineus, tamen actus non valet *Anna alleg.* 37. *nu.*2. idem est in marito qui si agat uti procurator suæ uxoris, & non habeat mandatum, judicium est nullum, *Marin.part.*4.*dist.*16.*nu.*29. *& Novar.d.qu. forens.*3.*nu.*14.

436 Et quando consanguineus comparet pro consanguineo ad allegandam absentiam non tenetur præstare cautionem de rato, *Caravit.ritu* 266.*nu.* 3 *&* 4.

437 Et mandatum procurationis nunquam præsumitur, nisi probetur,*Affl.decis.*345.*nu.*7. & qui dicit esse procuratorem, hoc probare tenetur, & petente parte,tenetur exhibere mandatum,*cap.*1. *de procurat. Vivius decis.*11.*& Riccius decis.*148. *part.*2.ubi multa ponit exempla, quod qui se facit talem debet probare se esse talem.

438 Et actor tunc tenetur legitimare suam personam in principiò litis,quando agit alieno nomine, puta uti procurator, vel tutor, secus si principali nomine,etiam si uti hæres, nam tunc non tenetur legitimare personam suam, & ostendere se esse hæredem in principio litis, sed hoc reservatur ad merita causæ principalis, nam si in termino deinde non probat,se esse hæredem,succumbit,ità *Mastrill. dec.*258.

439 Decimoquartò, si patronus præsentat duos æquè idoneos,quorum unus est consanguineus ipsi patrono,in hoc casu consanguineus debet gratificari,*Riccius decis.*212.*part.*2.& quis inter præsentatos preferri debeat vide *Mastrill dec.*2.

440 Ultimò (aliis omissis) nam licèt Fiscus teneatur prosequi contrà omnes reos, tamen non tenetur prosequi contrà ejus consanguineos, *Pereg. de jure Fisci tit. de Advocato Fiscali n.* 8. movetur ex *text.in l.petitionem,C.de advoc.diver.judic.*& docent *Dinus de pugna DD.to* 1.*tit.de officio Fisci cap.* 1.*n.*161.*cum seq.& Reg.Sanfelic.decis.*343.*n.*5.*to.*3.

441 Sed quando consanguinitas est probanda in certo gradu,testes debent deponere de gradu, & stipite, secus si ipsa consanguinitas esset probanda in genere, ità *Anna sing* 102. & testes deponentes super consanguinitatem debent incipere à communi parente,vel à fratribus primi gradus, ut dixi supra *cap.*9.*n.*59.

Undè apparet ex supra traditis, primam limitationem supra positam. & sic officialem posse emere bona paterna si à Fisco distrahantur, verum esse.

442 Secundò limita, ut officialis possit emere res, quæ cultui deserviunt in loco, ubi jurisdictionem exercet,*d.l.*1.*§.Provincias,C.de contract.offic.*& probatur in *d Const.Reg.Communiter*, ut in similí videmus in Perceptore Provinciali, qui licèt non possit emere bona existentia in sua Provincia,tamen potest emere aliquid pro ejus usu, *pragm.* 1. §.5.*de offic. procurat. Cæsaris.*

443 Hinc est, quod officialis potest emere vinum à sponte vendente, soluto communi, & convento pretio, *cap.Reg. Item Iustitiarii,quod est in n.*49. *& aliud in n.* 125.

444 Hinc etiam est, quod officialis potest emere equum,nam hoc spectat ad alimenta,*Campag.cap. Reg.Gravamina n.*69.*in fine*, sed per *cap Reg.* 127. prohibetur omnibus officialibus Regiæ Audientiæ emere equos; & mulos absque permissu superiorum intrà eorum Provinciam, sed dicit ibi *Campag.* quod capitulum illud parum observatur, prout

prout nos quoquè testari possumus de dicta inobservantia.

445 Et circa hoc scias, quod si sit imposita gabella super rebus commestibilibus, officialis ipse est exemptus à tali gabella, *Lucanus de privilegiis Fisci part. 1. principii n. 38. ver. trigesimus octavus tom. 12. & Mansonius de causis executivis ampliat.* 30. n. 82. & ita practicari quando fui Gubernator in Terra Solofræ de anno 1633. & in Terra Piscariæ de anno 1635. & in Civitate Bisiniani de anno 1636. & in Terra Pisticii de anno 1639. immò in dictis locis non solum ego uti Gubernator gaudebam tali privilegio, sed etiam meus famulos.

446 Tertiò limita, si per rescriptum Principis hoc, ipsi officiali sit concessum, quia tunc potest emere bona subditorum, *d. l. 1. in principio, C. de contract. offic.*

447 Quartò, limita in officiali perpetuo, qui cum suis subditis contrahere potest *l. Præsidis. ff. de rebus creditis*, & probatur in *d. Constit. Reg. Communiter à* contrario sensu ibi (*anni officiales*) ergo secus est in perpetuis, & est *cap. Reg.* 202. *in fine* & docent *Guid. Pap. dec.* 195. *Caravit. ritu* 2. *nu.* 27. & *de Leonardis d. cap.* 10. *num.* 10. idem est in officiali creato ad beneplacitum, nam ipse etiam dicitur perpetuus, *Caravit. ritu* 295. *n.* 5. *Dom. Reg. Sanfelic. in praxi sect.* 3 *n.* 15. & *Maurus alleg.* 19. *part.* 1. & talis officialis, qui est creatus ad beneplacitum non potest officio privari absquè causa, *Capyc. dec.* 116. *Anna allegat.* 119. *nu.* 11. & *seq. Riccius decis.* 178. *nu.* 2. *part.* 4. & *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 3. *in principio n.* 4. & 5.

448 Quintò limita in Barone, qui potest contrahere cum suis subditis, *Capiblanc. de Baronib. prag.* 1. *n.* 346.

449 Sextò limita, quando officialis emit à non subditis, nam cum his non prohibetur contrahere *glos. & DD. in d. l. principalibus, ff. de rebus creditis*, ut in simili est, nam licèt miles non possit emere prædia in Provincia in qua militat, ut diximus tamen potest emere prędia extrà Provinciam, ubi non militat, *d. l. milites, l.* 2. *ff. de re militari*, & ratio est nam cum his cessat metus, cum non sint subditi.

450 Septimò limita, si palam, & bona fide emat, quia tunc officialis non prohibetur emere res subditorum, *glos. in d. l. si in emptione. §. fin. ff. de contrah. empt.* & docent *Reg. de Ponte cons.* 49. *vol.* 1. & *Osasc. us decis.* 144. *in fine*, & *Capibl. de Baronib. prag.* 4. *n.* 38. ad hoc adducitur *text. in l. cum ipse, C. de contrah. empt.* ubi licèt tutor prohibeatur emere res pupilli, tamen si hoc agat palam, & bona fide eas emere non prohibetur, ergo ita, & in officiali, qui exercet jurisdictionem, si hoc palam, & bona fide agat, non prohibetur emere res subditorum, sed contrarium tenet *glos. in d. l.* 1. *C. de contract. offic.* quam sequuntur *DD. in d. l. principalib.* ad hoc primo additur *text. in d. l.* 1. ubi Imperator inquit, quod licèt officiali emere res subditorum, si hoc ipsi rescripto Principis sit concessum, sed quia hoc nunquam verificaretur, si palam, & bona fide emendo valeret contractus, quia semper officialis ipse emeret res subditorum palam, & bona fide ergò, &c. Secundò additur, *tex. in d. l. qui offi. ii ff. de contrab. empt.* ubi habetur, quod est licitum officiali emere bona paterna, quando dicta bona distrahuntur à Fisco, ergo à contrario sensu secus est in bonis extraneorum, nam à Fisco palam, & bona fide emitur, & tenendo hanc opinionem ad *tex. in d. l. cum ipse*, respondemus, quod aliud est in tutore, quàm in officiali, qui habet jurisdictionem, nam in tutore cessat metus, quod non est in officiali, nam dato, quod palàm, & bona fide emat, tamen semper durat metus, ergo officialis non potest emere res subditorum, dato quod palam, & bona fide eas emat.

451 Octavò limita, nam officialis potest accipere rem subditorum in pignus, *l. In quorum, ff. de pignoribus*, & docet *Rovit. in prag.* 11. *nu.* 3. *de empt. & vendit.*

452 Nonò limita, finito officio, quo finito officialis contrahere potest in loco, in quo officium exercuit, ut desumitur ex *d. l. qui officii, ff. de contrab. empt.* & hac procedit etiam durante tempore sindicatus, ut latè disputat *Jas. in d. l. principalibus, ff. de rebus creditis*, sed officiali durante tempore sindicatus debetor eadem reverentia, quæ debebatur durante officio, *Anna filius in Constit. Reg. Si quis aliquem n.* 17. & *seq.* hinc est, quod offendens officialem in sindicatu punitur, ac si eum offendisset in officio, *§. illud*, ubi *glos. ver. mortis Auth. ut Judices sinè quoquè suffrag. de Franch. dec.* 403. *n.* 1. & ibi *Amend. in add. n.* 3. & successivè de dicta offensione sola magna Curia cognoscit, ut dicam infra in *cap.* 66. de foro offendentis officiales, *nu.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Papa à quo judicari possit? usquè ad nu.* 6.
7 *Papa potest renunciari Papatui.*
8 *Cardinales a quo judicari possunt?*
9 *Patriarchæ, & Archiepiscopi a quo cognoscantur, & nu.* 10.

De foro Papæ, Cardinalium, Patriarcarum, & Archiepiscoporum.

CAP. XXXIV.

1 Papa superiorem non habet, & ideo in hoc seculo à nemine judicatur, sed solùm Deum habet ultorem, cum in hoc mundo vices Dei gerat, & est major omnibus ominibus, *cap. si Papa* 40. *dist. cap. nemo* 9. *q.* 3. *cap. proposuisti, de concessione prebendarum, Graff. cons.* 2. *post decisiones n.* 38. & docet hodie est inter sua *cons. crim. in num.* 72. & docet *Jo: Franc. Leonis in thesauro fori Ecclesiastici part.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. quod si de crimine contrà Papam objecto disceptetur, potest Papa excipere, & dicere; Deus est, qui me judicat, *glos. in cap. si quis pecunia*, 89. *dist. Cevallus in tract. commun. contra communes, quæst.* 645. *n.* 1 *in principio, Guazzinus ad defensam reorum, def.* 1. *cap.* 39. *n.* 4. immo nullus inferior potest judicare de dubiis privilegiorum Apostolicæ Sedis, sed tantum de hoc ipse Papa judicare potest, *cap. cum venisset de judic.*

2 Et ideo Papa non potest accusari, *Alban. de potestate Papæ in* 1. *parte n.* 151. & *Cardinal. Zabarel, d. cap.*

d.cap.si Papa,& vide *Abb.in cap.significasti n.4. de elect. Romanum consi.523. Jas.in cons.95.lib.4. &*

3 *Jul.Clar.pract.crim.§.fin.q.35.ver.videndum*,& an de crimine hæresis possit Papa accusari, vide *d. cap.si Papa,& ibi glosam,& cap.aperte,& cap. ait, & cap.hæc est fides 24.q.1.& cap.dixit Apostolus 2. qu.3.& Simancam de hæreticis cap.11.n.11.& 12.*

4 Et advertas, quod Inquisitores Sancti Officii non sunt Judices competens contra Papam de hoc crimine hæresis,nam inferior non habet potestatem in superiorem, *cap.inferior 21.dist.ita Eimericus in directorio inquisitorum parte tertia quæst. 25.* sed a quo Judice ipse Papa de crimine hæresi puniri possit, vide *Decian.tract.crim. lib.5. cap.52. Cardin.Alexandr.in d.cap.si Papa col.3.in fine, Carrerium pract.crim.de hæreticis ver.viso n.4.cum pluribus seq.Jas.d.cons.95.verb. transeo ad tertiam lib.4. glos.in cap.sicut verb.hortamur 2. quæst. 7. & Jul. Clarum d.quæst.35. vers.sed retento.*

5 Sed Papa potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis,*cap.nos si incompetenter 2.q.7.& cap. mandastis 2.quæst.5.* immò Papa potest prorogare jurisdictionem etiam Judicis laici, *glos. in d. cap.nos si incompetenter*,quod intellige in civilibus, secus in criminalibus, *Decius in d.l.est receptum n. 5 & ibi Alex.post n.4.& Jas.n.2.Jul.Clar.d.q.35. verb sed hic quæro*, sed licèt hoc sit de jure, quod Papa possit prorogare jurisdictionē Judicis laici in civilibus,tamen opinio in contrarium est vera, *Marian. Socin. in cap. significasti n.10. extra de foro competenti*, unde ipse Papa non potest Imperatorem in suum Judicem eligere, quia irrogaretur injuria Deo, si Vicarius suus judicaretur a laico, *Abb in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.7.* & ibi *Felin. n.5.de Constit.Jo:Franc. Leonis in thesauro fori Ecclesiastici cap.1.n.9.part.1.& Decianus tract. criminum lib.4. cap.9. n.69.*

6 Et scias, quod Papa non potest delegare causam alicui Episcopo contra ipsum Papam, & delegando, Episcopus non potest judicare contrà Papam, immò Papa etiam si velit, non potest se submittere concilio, ut ab eo judicetur, *Albanus ubi supra n.104.& 123.& in add.ad Bald.in d.l.est receptum, ff. de jurisd. omnium jud.* & docet *Jul. Clar.d.quæst.35. ver. sed hic quæro*, sed Papa si se submittat confessori suo, tenetur ei parere,*glos.in d.cap.nemo 9.quæst.3.* quam omnes *DD.* ibi sequuntur, & Papa subjicitur vinculo juramenti, & potest alicui committere facultatem absolvendi, ut ipsum Papam absolvat, *Abb.in cap 1. n.7.& ibi Felin.nu.33. de Constit. & Jo: Franciscus Leonis in thes.fori Eccles.par.1.cap.15.nu.16.*

7 Sed Pontifex potest renunciare Papatui, *cap. 1. de renunciat.in 6.* & docet *Alban.in add.ad Bart.in d.l.est receptum nu 5. de jurisd.omnium judicum.*

8 Sed contra Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ipse Papa est Judex competens, & ad ipsos Cardinales puniendum est in voluntate ipsius Papæ si velit adhibere Collegium Cardinalium, quod si noluit exhibere dictum Collegium,potest solus ipse Papa,aliis non vocatis, unum ex Cardinalibus deponere,& punire,*Jul.Clar.d.qu.35.ver. quæro etiam. Gigans de pensionibus qu.45.num.1.& Guazzinus d.cap.39.nu.17.* sed Cardinalis dignitate Cardinalatus non nisi in concistorio, solet privari, ut observatum fuit tempore Julii XI. Leonis X.& Pii V. cum aliquibus Cardinalibus relatis per *Paridem de resignatione beneficiorum qu. 10.nu.28.& qu.11.nu.15.lib.1.& Cavallus comm. contra communes quæst.645.num.7.* quos sequitur *Guazzinus d.cap.39.nu.17.*

9 Sic etiam contra Patriarcas, & Archiepiscopos solus Papa est Judex competens, *cap.fin.22.dist. Jul.Clar.d.q.35.verb.ulterius quæro*,sequitur *Guazzinus d. cap.39. nu.18.* nisi Archiepiscopus delinquat in aliena Diœcesi, quia tunc de jure antiquo potest puniri ab Episcopo illius Diœcesis, ubi delinquit,*cap.cum inferior,de majorit.& obed.* nisi Episcopus in cujus Diœcesi Archiepiscopus deliquit, sit suffraganeus ipsius Archiepiscopi, quia tunc Episcopus non potest puniri Archiepiscopum delinquentem in sua Diœcesi, *Abb.in d.cap.cum inferior.post nu.1. & ibi Imola num.11. Reg.Sanfelic. decis.65.nu.10.& seqq. de Arzono comment.92.& Marian.Soccin.in cap.postulasti num.8.& seq.de foro compet.Jul. Clar.d.qu.35.cum alterius quæro,in fine, Tartaglia in pract.crim.cap.7. nu.1. Decianus tract. criminum to.1. lib.4. cap.18.nu.22. cum duob seq.* & vide *Cabal.casu 53.* licèt sit de jure antiquo,tamen hodie contrà Archiepiscopos, & Patriarcas delinquentes, semper cognoscit Summus Pontifex, & non Episcopus illius Diœcesis, ubi fuit factum delictum, ut docet doctissimus *Sebastianus Guazzinus d.cap.39.nu.21.* & ita practicari.

10. Et licèt *Navarrus in cons.7.de majoritate, & obedientia*,dicat,quod Concilium Provinciale cognoscit de delictis Archiepiscopi, tamen in contrarium est veritas, & sic ut Concilium Provinciale non possit cognoscere de delictis Archiepiscopi, *cap grave,de præbendis*,& docet *Marc.Ant.Genuensis in praxi Archiepiscopali Neapolitana cap.87.nu. 7.in antiqua impressione*, sed Patriarcha est Judex competens omnium Archiepiscoporum suæ Provinciæ, *Abb.in cap.quid sim al nu.1. de officio ordin. Jo:Franc.Leonius in thesauro fori Ecclesiastici part.2. cap.1.nu.10.*

SUMMARIUM.

1 *Baro quis dicatur? & nu.2. & 3.*

2 *Baronibi conveniri possit pro causis civilibus, & criminalibus? usque ad nu. 13. & quid si ipse Baro locavit suam terram,durante affictu, ubi conveniatur? nu.17. & quid si teneat feudum cum pacto de retrovendendo? nu.20. & quid si contrahat extra ejus jurisdictionem,an possit conveniri in loco contractus? nu.21.& à quo Episcopo Clericari possit? nu.24.& quid pro gravaminibus illatis vassallis? num.25.*

14 *Balius Baronis ubi conveniri possit?*

15 *Balius Baroni minori per quem Judicem dari possit?*

16 *Subfeudatarius per quem cognosci possit?*

18 *Conductor feudi ubi conveniri possit? & nu.19.*

22 *Filii Baronum ubi conveniantur?*

23 *Uxor Baronis ubi conveniri possit?*

26 *Visitator an possit cum causa destinari per Regem contra Barones.*

De

De foro Baronis.

C A P. XXXV.

1 Barones in statu Romanæ Ecclesiæ vocantur illi, qui sunt personæ viles, & mendicantes, & cum quidam hujus Regni petiit Romam, ibi fuit vocatus Baro, & nesciens significatum hujus nominis valdè à principio gloriebatur, sed deindè sciens in ipsa Civitate Romana, personas viles, & mendicantes vocari Barones; valdè de hoc contristatus fuit, nam ipse erat persona civilis, licèt ex vestibus, vilis apparebat, & ideo possumus dicere, quod habitus non facit monacum, ut vulgo dicitur.

2 Et Baro apud Gramaticos pro homine stolido, & inepto capitur, *Freccia de subfeudis lib. 1. tit. de origine Baronum. n. 21.*

3 Barones verò in Regno Neapolitano dicuntur illi, qui habent feudum à Rege cum jurisdictione super vassallos *Caravit. ritu 46 num. 36. Navarrus de gravam. vassal. to. 1. prælud. 13. de Leonard. pract. offic. cap. 4. nu. 3. & de Nigris in cap. Reg. 224. nu. 27.* & illi Barones dicuntur Reges in eorum terris, *Caravit. ritu 40 nu. 9. Grammat. consil. civili 95. nu. 15. Capiblanc. de Baron. prag. 8. part. 1. num. 68. Boss. pract. crim. tit. de Principe, nu. 1. cum trib. seq. & Freccia, ubi supra nu. 5.* qui *lib. 2. tit. quis dicatur Baro in Regno nu. 1. & 5.* dicit, quod Baro in Regno dicitur, qui castrum habuit à Rege in titulum Baroniæ, vel qui habet subfe. subfeudatarios, feuda quaternata tenentes.

4 Et de delictis istorum Baronum in Regno Neapolitano cognoscit tantùm Magna Curia Vicariæ, ut in *ritu 46.* & docent *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 7. nu. 4. & Capibl. de Baronib. in rub. nu. 19.* quod procedit etiam in causis civilibus, pro quibus Barones conveniuntur in Magna Curia Vicariæ *Caravit. d. ritu 49. nu. 16.* unde Bajulus in causis, in quibus potest cognoscere inter privatos, non potest cognoscere contra Baronem, *glos. & Affl. in Const. Reg. Bajuli locorum, nu. 11.* & magna Curia cognoscit contra Barones etiam titulatos, *Reg. Rovit. in pragm. 1. num. 5. de titulorum abusu, & Dom. Reg. Merlin. controvers. forens. to. 2. cap. 64. nu. 2.*

5 Verùm si Baro delinquat in ejus terra, Regia Audientia, in cujus Provincia est terra Baronis, potest cognoscere contra ipsum Baronem, *Capiblanc. de Baronib. to. 1. super prag. 12. nu. 3. & tom. 2. cap. 85. nu. 2. Capyc. decis. 59. & Freccia de subfeudis lib. 1. tit. de officio Magistri Cancellarii n. 3. cum duob. seq.* ut in simili nam licèt de delictis officialium solùm Magna Curia cognoscat, tamen potest etiam de delictis officialium cognoscere Regia Audientia, ut dixi supra *cap. 33. n. 90.* sed Barones etiam dicuntur officiales, *Capiblanc. in rubr. de Baronib. nu. 56.* ergò sicut de delictis officialium cognoscit Regia Audientia, ut diximus, ita etiam ipsa Regia Audientia potest cognoscere de delictis Baronum, ut docet *Dauza de pugna DD. to. 2. titul. de immunitate Neapolitanorum cap. 1. post nu. 21.* & quod Barones delinquentes uti Barones sint subjecti Regiis Audientiis est *prag.* relata ad *prag. 22. de Baronib. in impressione facta de anno 1633.* quod amplia dato, quod ipse Baro sit persona Neapolitana, nam adhuc si delinquat in sua terra, Regia Audientia, in cujus Provincia est sita dicta terra, cognoscit contra ipsum Baronem, & ipse Baro non potest eligere Regia Tribunalia Neapolitana, uti persona Neapolitana, facit *tex. in cap. 1. §. fin. de privileg. in 6.* ubi habetur, quòd si exemptus effectus Prior monasterii non exempti, poterit tanquam Prior talis monasterii conveniri coram Judice ordinario ipsius monasterii, ergo Baro, licèt sit Neapolitanus, si delinquat in sua terra, potest cognosci à Regia Audientia in cujus Provincia est sita dicta terra, ut ita decisum testantur *Capyc. decis. 59. & consil. Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 8. num. 68.*

6 Et unus Baro, qui habet criminalem jurisdictionem, si delinquat, punitur à Magna Curia, vel à Regia Audientia, ut diximus, & non potest puniri ab alio Barone, nam par in parem non habet imperium, *Jul. Clar. pract. crim. q. 38. ver. quæro pone*

7 Sed si unus Baro delinquat in territorio alterius Baronis, uti persona privata, & tunc Baro loci delicti potest cognoscere contra Baronem delinquentem in ejus territorio, arg. *cap. primi de privileg. in 6.* ubi habetur, quòd exemptos, si delinquat extrà locum exemptum, punitur à Judice loci delicti, non obstante privilegio exemptionis, ergo ita si Baro delinquat in territorio alterius Baronis, potest puniri à Barone loci delicti; *Capibl. de Baronib. prag. 12. n. 4.* sed quod si Baro delinquat in terra alterius Baronis, debeat puniri per magnam curiam, & non per Baronem loci delicti, quando delinquens non est vassallus, neque originarius Baronis loci delicti, dicit decisum in causa Petri Anconii Cardone Baronis Prignani, qui deliquerat in terra Agripoli, *Thor. in comp. dec. tom. 3. sect. 3. ver. remissio. fol. 140. & Andreas Capanus d. quæst. 47. à n. 13. usque ad finem,* & licèt *Capibl. d. prag. 12. n. 4.* dicat, quòd Baro delinquens in terra alterius Baronis puniatur à Judice delicti, tamen ipse *Capibl.* ibi dicit, quod est remittendus postea uti Neapolitanus, & sic opinio *Capibl* facit pro opinione *Thori*. Immò Illustres, & magnates personæ delinquentes in territorio alicujus Baronis non cognoscuntur per ipsum Baronem loci delicti, sed remittuntur ad magnam curiam, & solùm Judex delicti potest capere informationem, & procedere ad mandatum pœnale, vel ad carcerationem, si delictum sit grave, ita *Carracciolus de fori privilegiatorum remissione quæst. 34.*

8 Sed quando Baro, qui deliquit in territorio alterius Baronis, est vassallus Baronis loci delicti, tunc Baro loci delicti potest punire Baronem suum vassallum delinquentem in ejus territorio, ut ita decisum testantur *Dom. Reg. Sanfel. dec. 65. & Dom. Reg. Merlinus controv. forens. tom. 1. cap. 69.* qui reiicit contrariam decisionem relatam per *Thor. in comp. dec. tom. 2. verb. Baro exteræ nationis, fol. 37.*

9 Et scias, quod si duo Barones habeant jurisdictionem indivisam in aliquo loco, & unus ipsorum delinquat, in hoc casu potest ab alio Conbarone cognosci, & puniri, *Rota in antiquis dec. 246. & Cartar. de exequut. sent. cap. 1. post num. 257.* hanc opinionem esse communem, testatur *Borrellus summa decis. tit. 41. n. 208. & seq. & tit. 43. n. 1.*

cum seq. sed contrarium tenent *Alban. in add. ad Bart. in l. si quis violaverit, ff. de rerum divis. n. 21. & de Franch. dec. 274. n. 2. ex doctrina Bart. in l. jus ter tutores. n. 6. ff. de administ. tutorum*, ubi dicit ipse Bart. quod, si ex duobus dominis jurisdictionis indivisæ, unus delinquat, non potest ab alio puniri, idem tenent *Peregrin. conf. 3. n. 47. vol. 3. Camerag. in cap. Reg. Illustri n. 30. & Guazzin. ad defens. reorum defens. 1. cap. 39. n. 13.* sed tu dicas, primam opinionem posse procedere, quando periculum est in mora, quia tunc unus dominus potest condominum delinquentem punire, *Jas. in l. 2. n. 71. ff. de jurisd. omn. judicum*, secus si periculum non sit in mora, quia tunc procedit secunda opinio, & sic, quod unus dominus non possit punire condominum delinquentem, ita distinguit *Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 2. n. 80.* quod amplia, ut si sint duo condomini in aliqua terra, & exercitium jurisdictionis uno anno spectet uni, & alio anno alteri Combaroni ex divisione facta inter eos, si tempore, quo unus Combaro exercet, alter delinquat, delinquens cognoscitur per Magnam Curiam, & non per Combaronem, *Andreas Capanus de jure adoh. e quæst. 47. in principio*.

10 Scias etiam, quod si Baro, qui habet civilem jurisdictionem, delinquat, potest puniri a Barone habente criminalem jurisdictionem *Guazzin. d. def. 1. cap. 39. n. 14.* sed contrarium, & sic quod Baro civilis, si delinquat, non possit puniri à Barone habente jurisdictionem criminalem, sed debeat puniri per Magnam Curiam Vicariæ, tenent *Capiblanc. de Baronib. prag. 8. part. 1. n. 260. & seq. & Novar. in pr. in plect. fori to. 1. sect. 4. quæst. 37. n. 4.*

11 Scias quoque, quod titulati, & Barones in eorum causis criminalibus ultra eorum Judices, debeant intervenire duo eorum pares, & sic si sit comes cum interventu duorum comitum, si sit Dux cum interventu duorum Ducum, & si sit Baro cum interventu duorum Baronum, *Const. Reg. Ut universis*, & docet *Freccia de subfeudis lib. 2. tit. de differentiis inter feuda Regalis, titulata, & alia feuda nobilis n. 21.* ubi n. 12. dicit, quod pares, qui assumuntur ad judicandum in causis Baronum debent habere feuda quaternata à Rege, & non à Barone, nam debent esse ejusdem qualitatis, cujus est conventus, & [illegible] *cap. Reg.* pares debent intervenire tam in condemnando, quàm in absolvendo Baronem, ità *Carrer. pract. crim. tit. de hæreticis, ver. de cujus n. 13. fol. 264.*

12 Sed quæritur, & primo, an subjecti Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ possint trahere, & convenire Barones ipsa Regia Dohana? & puto, quod sic ex dictis per *Annum sing. 384.* & maximè si ipsi Barones sint locat Regiæ Dohanæ, quia tunc cognoscentur à Regia Dohana, ità *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de electione fori cap. 5. n. 8.*

13 Secundò quæritur ubi Baro pro relevio, & adohà conveniatur? & dicas, quod pro his convenitur in Regia Camera Summariæ, nam pro jure relevii, & adohæ adest interesse Regii Fisci, sed ubi adest in est Regii Fisci, Regia Camera est competens, ut in *prag. 12. §. 1. de off. procurat. Cæsaris, prag. 16. §. 4. in fine, de militibus prag. 37. de off. Sa ri R. g. Conf.* & est tex. de jure communi in *l. 2. C. ubi causæ fiscales*, & doceat *Thes. dec. 213. n. 1. & de Franch. dec. 330.* ergò Regia Camera compellit Barones ad solvendum relevium, & adhoam *prag. 13. §. 1. ver. & perche, de off. Procurat. Cæsaris*.

14 Tertiò quæritur, quid si aliqua persona privata sit Balius Baronis pupilli, ubi ipse Balius conveniatur, & dicas, quod si conveniatur Baliari nomine, & tunc convenitur in Magna Curia, ubi conveniretur ipse Baro, si esset major, ut in similibus videmus in negotiorum gestoribus Neapolitanorum, qui gaudent pro ipsa negotiatione privilegio fori, quo gaudent ipsi Neapolitani, ut dixi supra *cap. 18. n. 3.* ergò ità si Balius conveniatur Baliari nomine, conveniri debet in Magna Curia, ubi conveniretur pupillus, secus si ipse Balius conveniatur proprio nomine, quia tunc conveniatur in suo foro, & non debet conveniri in Magna Curia.

15 Quartò quæritur, quid si Baro sit minor, & ipsi non sit relictus Balius à suo patre, quis Judex sit competens in dando dictum Balium ipsi Baroni minori, & dicas, quod Regium Collaterale Consilium, & Prorex est Judex compens, & non alius, *Const. Reg. In aliquibus, in fine*, & ibi *DD. & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. §. 1. rub. de Baliis, n. 2.* ubi n. 3. dicit, quod mater, & Avia præferuntur in Baliatu Baronis minoris, ubi n. 1. dicit, quod pater, vel avus possunt in eorum testamento providere filio vel nepoti de balio, & n. 4. dicit, quod quando adest pater, vel avus ipsi erunt Balii eorum filiorum, & nepotum, & non est locus dationi Balii per proregem, sed si decedat subfeudatarius, relicto filio minore, Baro suscepit curam gubernationis personæ, & bonorum filiorum pupillorum sui subfeudatarii decedentis, quando feudum est planum, & de tabula, alias si sit quaternatum, & tunc Rex de Balium in Regno filiis pupillis subfeudatarii decedentis, *Freccia de subfeudis lib. 2. auctoritate 39.*

16 Quintò quæritur, quid si Baro teneat feudum à Rege, & ipse Baro det dictum feudum alicui in subfeudum, quis sit Judex competens contra ipsum subfeudatarium? & dicas, quod ipse Baro, nam ipse potest præcipere suo subfeudatario, quod compareat coram eo ad informandum ipsum, *Frecc. d. lib. 2. auctorit. 43.* & de jure commune Baro potest mandare suo subfeudatario sub pœna privationis feudi, ut vassallis gravamina non imponat, & ipse subfeudatarius non desinat, potest feudo privari, & ab ipso Barone auferri licet feudum sit in Regno, in quo Baro hoc facere non potest, *Freccia d. lib. 2. auctorit. 8.*

17 Sextò quæritur, quid si Baro locet suam terram una cum ejus jurisdictione, an adhuc ipse Baro retineat, durante affictu, hoc privilegium, ut debeat conveniri in Magna Curia? & dicas, quod sic, nam durante affictu etiam dicitur Baro, & ejus vassalli ipsi Baroni, durante affictu, tenentur ad operas obsequiales, *Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 56. n. 12.* immò quãdo quis refutat feudum alicui una cum titulo, adhuc sua vita durãte, retinet nomen, & dignitatem, & dicitur Marchio, Comes, vel Dux, ut per prius vocabatur, *Reg. Revert. in prag. 1. n. 24. cum plur. seq. de titul. abusu, Reg. de Ponte conf. 31. n. 10. & de potest. Proreg. tit. 3. §. 8. n. 59. & Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 57. num. 14.*

18 Septimò quæritur, quid si persona privata con-

conducat aliquod castrum cum ejus jurisdictione ab aliquo Barone, an ipse conductor feudi gaudeat eodem privilegio, quo gaudet, qui locavit castrum cum jurisdictione, & sic ut sit conveniendus ipse conductor in Magna Curia, prout ibi convenitur Baro? & videtur dicendum, quod sic, nam sicut Notarius vassallus non potest conficere instrumenta nec pro, nec contra ejus Baronem, aliàs instrumenta sunt nulla, ita nec Notarius vassallus potest conficere instrumenta nec pro, nec contra conductorem feudi, ut dixi in *praxi forjud.cap.8.n.75*. ergò ita, & conductor feudi debet conveniri in Magna Curia Vicariæ, ubi convenitur ipse Baro, nam ipse conductor feudi dicitur quasi Baro, nam vassalli sunt obligati servire, & obsequia præstare ipsi conductori feudi, *Reg. Rovit.in prag.64.n.31.de off. Procur.Cæsaris*, sed in contrariam opinionem facit ratio, nam ipse conductor feudi non dicitur propriè Baro, undè Baroni, & non ipsi conductori debetur adjutorium, quod præstatur à vassalli Baroni vigore *Constit. Reg. Quamplurimum*, ut docent *de Franch.dec.131. n.2.Capyc.dec.184.& Anna alleg.105*. & facta locatione feudi, conductor feudi non habet usum uti Baro in demanialibus Universitatis, quia usus debetur Baroni uti civi, *Capibl.de Baronibus prag. 8.part.1.n.157.& Novarius de gravam.vassall.tom. 1 gravam.144* ubi hoc limitat in conductore feudi ad longum tempus, idem tenet *Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.3.§.2.n.9. & seq.* facit etiam ratio, nam succedens in jus alterius non potest prætendere ea, quæ competebant suo principali ex privilegio, *Bald.in l.si filius n.1.C.de bonis præscript.Felin.in cap.verum.de foro compet. & Novar. d.gravam. 144. n.4.* facit etiam decretum Regiæ Cameræ, per quod disponitur, ut immunitas concessa Baronibus pro functionibus feudalibus in Dohanis hujus Regni non comprehendat conductorem feudi, quando ipsi conductores feudi solvunt pecuniam pro affictu, *Reg. Rovit.in dec.51. par.1.manuscripta,& Reg Rovit. d.c.71.* sed ego in hac quæstione teneo, quod si ipse conductor feudi delinquat intuitu ejus officii, vel conveniatur pro causa spectante ad feudum, & tunc puto, esse cognoscendum per Magnam Curiam etiam finito affictu, si verò conductor ipse delinquat, vel conveniatur uti persona privata, & tunc puto, esse conveniendum, & cognoscendum per Judicem sui domicilii, nisi ipse conductor feudi sit ejusdem terræ, quam tenet in affictu, quia tunc puto, esse conveniendum in Magna Curia, durante affictu, secus eo finito quia tunc convenitur coram Barone.

19 Sed si cives petant prælationem, quam petere possunt, etiam quando Baro locat terram cum ejus jurisdictione, ut sic decisum, testatur *Reg.Rovit.in prag.64.n.31 de off. procurat. Cæsaris, Consiliarius Marcell.Marcianus cons.44.tom.1. Capibl.d. prag.8.par.1. n.157. cum plurib.seq. Riccius decis. 236.par.3.n.2.& Dom. Reg.Sanfel.dec.107.n.10.*& in hoc casu ipse conductor feudi pro prælatione prædicta convenitur in Regia Camera, nam causa petendi demanium spectat ad Regiam Cameram, ut dixi supra *cap. 24. num.20.*

20 Octavò quæritur, quid si quis emat feudum cum jurisdictione cum pacto de retrovendendo, an ipse dicatur verus Baro, ita ut non possit conveniri, nisi in magna curia, uti alii Barones? & puto, quod sic, nempè ipsum esse conveniendum in Magna Curia, uti alii Barones, nam si quis emat rem cum pacto de retrovendendo, vicinus potest intentare jus congrui, *Paul. de Castr. cons. 328.Afflict.dec.338. n.9.de Franch. dec.506.n.18. & Napodan consuet.1.tit.de jure congrui ver. emit*, ut in simili videmus, nam Baro, qui habet feudum cum pacto de retrovendendo, potest petere adjutorium à suis vassallis in casibus permissis per *d.Const.Reg. Quam plurimum*, ut decisum referunt *Freccia de subfeudis lib.2.auctorit.2.ver. hic quaro, & Præs. de Franchis in dec.76.*

21 Nonò quæritur, quid si Baro contrahat extra suam jurisdictionem an possit conveniri in loco contractus? & dicas, quod sic, ut in simili, nam si exemptus contrahat extra locum exemptum, potest conveniri in loco contractus, non obstante privilegio exemptionis, ut in *cap.1. de privil.in 6.* ergò, ita si Baro contrahat extra suam jurisdictionem, potest conveniri in loco contractus, ut tenet *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de immunitate Neapolitanorum cap.1.n.21.* citat *Capicium d.decis. 59.*& eo fortius procedit hæc opinio, si ipse Baro, se submisit in foro contractus, quia tunc absque dubio Baro convenitur in loco contractus, arg. *l.est receptum.ff.de jurisd.omn.jud.*

22 Decimò quæritur, an filii Baronum conveniantur in Magna Curia, ubi convenitur ejus pater? & dicas, quòd sic, nam filius feudatarii dicitur feudatarius, vivo patre, *Anna sing.219. & Griff.de eff.Cler.eff.1.n.194.* & filius Baronis gaudet privilegio Baronis, *Freccia de subfeudis lib.2. tit. de differentiis inter feuda regalia, titulata, & alia feuda nobilia differentia 19.* unde ipse quoquè debet convenire in foro, ubi convenitur ejus pater, ut in simili videmus, nam filius personæ privilegiatæ gaudet privilegio fori, quo gaudet ejus pater persona privilegiata, ut dixi supra *cap.16. n.41.* sed quod alius Baronis, patre vivente, non dicatur Baro, tenet *Freccia de subfeudis lib. 1. tit. de origine Baronum n.17.* sed filius primogenitus Regis vivo patre dicitur Rex & est Vicarius patris, *Freccia de subfeudis lib.2.auctoritate 1.ver.plurib.autem modis,nu.71. & in tit. de differentiis inter feuda regalia n.7.* ubi dicit secus esse in filio Baronis, qui non dicitur Baro, vivo patre, & idem tenet ipse *Freccia d.tit.differentia 20.*

23 Undecimò quæritur, an uxor Baronis conveniatur in Magna Curia, pro ut convenitur ejus maritus? & dicas, quod sic, *Danza de pugna DD. tom.2.tit. de electione fori cap.5.n.8 cum plurib.seq.* & faciunt dicta per nos supra *cap. 27.*

24 Duodecimò quæritur, quid si Baro, vel ejus filius velint se Clericari, a quo Episcopo possint ordines recipere? & dicas, quod ordinatur ab Episcopo, in cujus Diœcesi habent feudum, *Barbos. de officio,& potest Episcopi alleg.4. n.32. & seq. & Marcel. de Vulpe in proxi judiciali fori Ecclesiastici cap.7. n. 26.*

25 Decimotertiò quæritur, quid si Baro inferat gravamen vassallis, quis sit Judex competens in cognoscendo de hoc gravamine contra Baronē?

& dicas, quod in Regno nostro Sacrum Regium Consilium est Judex competens nisi tractetur de interesse Regii Fisci, quia tunc Regia Camera Summariæ est competens, *Capibl. de Baronibus in prag 3.n.98.& seq.& Novarius de gravam. vassall. tom.1.prælud.10.ubi in fine*, dicit, quod in Cathalonia est destinata una aula particularis pro gravaminibus vassallorum, citat *Fontanellam de pactis nupt. clausula 4.glos.12.n.143 tom.1.* sed si domini vassallorum non recognoscant superiorem,& sint domini absoluti, si ipsi gravant vassallos, possunt de dictis gravaminibus dicti vassalli habere recursum ad Summum Pontificem, *Boss. pract. crim. tit. de Principe num.62.& Graff. d.eff.1. num.394.*

26 Ultimò quæritur, an Rex possit eum causa Visitatorem constituere contra Barones maletractantes vassallos, vel feuda dilapidantes? & dicas, quod sic, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.3.§.1. n.59. ubi n.62.* dicit, quod Visitator Regni Generalis à Rege constitutus non habet potestatem visitandi Barones, & idem tenent *Danza de pugna DD. tom.2. tit de visitatione carcerum, & carceratorum, cap.1. num.7. cum duob. seq. & Novar. de gravam. vassall. tom.3. prælud.8.*

SUMMARIUM.

1 *Feudi quæstio ubi agitanda sit? usquè ad nu. 6. & à nu.22. usquè ad nu. 27.*
7 *Ecclesia pro re feudali cõvenitur coram Judice laico.*
8 *Clericus pro re feudali coram quo conveniatur? usquè ad num. 17.*
18 *Laicus si teneat feudum à Papa ipse laicus conveniatur coram Judice Ecclesiastico.*
19 *Episcopus si sit feudatarius Regis, an prius tenecatur obedire Regi, quam Papæ?*
20 *Episcopus habens feudum à Rege tenetur in bello opem ferre, sed non tenetur de persona.*
21 *Jurisdictio Judicis laici in Clericum pro re feudali semper est restringenda.*
28 *Compromitti non potest causa rei feudalis.*
29 *Reconventio, an possit fieri coram Judice feudi pro causa non feudali?*
30 *Appellatio à sententia rei feudalis coram quo Judice facienda sit?*
31 *Sententia lata Romæ super rebus feudalibus non potest exequi in Regno.*
32 *Feudatarius potest citari in loco feudi, & ibi dicitur habere domicilium.*

De foro rei feudalis.

CAP. XXXVI.

QUando de re feudali est contraverba inter vassallum,& dominum feudi, de ipsa re feudali cognoscunt pares curiæ, *cap. Imperialem, §. pæn. de prohib. feud. alienat. per Federic. Cepolla cautela 94. in fine, & Jul. Clar. §. feudum quæst.90. in principio, ubi verb. quomodo* dicit, quod primo dominus eligit unum, vel plures pares, quot voluerit,& deindè vassallus eligit totidem juxta numerum à domino electum,& isti pares Curiæ cognoscunt, etiam si sit controversia de investitura, vel de amissione feudi, vel de violentia facta per dominum vassallo in dicto feudo, *Curtius junior. de feudis part.7.nu.34.* ubi ampliat,hoc procedere si dominus feudi non recognoscat superiorem, nam adhuc pares Curiæ sunt Judices competentes, quando est controversia inter feudalis inter vassallum, & dominum non recognoscentem superiorem,& licèt contrarium teneat de jure *Boss. in pract. crim. tit. de foro competenti, nu.170. cum plurib. seq.* tamen ipse *Boss ibi nu.177.* dicit, quod de onestate debet servari prima opinio, nam licèt superior non recognoscens superiorem, possit cognoscere de causa propria, tamen hoc non debet facere de honestate, ut dixi supra *cap.9.nu.21.*

2 Sed quando de causa feudali est controversia inter vassallos, & tunc, aut isti vassalli sunt Duces, Comites, vel Barones, & sic mediatè subjecti Imperatori, & tunc Imperator est Judex competens, ut in *cap. 1. apud quem, vel quos controver. feudi terminari debeat, Curtius Junior d. part.7. nu.8. & Jul. Clar. d. qu.90. vers. si verò*, sed si sit controversia inter vassallos inferiores, & tunc dominus

3 feudi est Judex competens, *d. cap. Imperialè §. pen. Curtius Junior d. par.7. nu.3. Jul. Clar. d. verb. si verò Gail. pract. observat. lib.1. obser.30. & Ansald. de jurisd. part.3 tit. unico cap.8.nu.155. cum plurib. seq.*

4 Quod amplia,& primò, ut isti vassalli non possint prorogare jurisdictionem alterius Judicis pro tepiacaule feudali absque consensu domini feudi, *Curtius Junior d. par 7. num.19 Jul. Clar. d. qu 90. vers. sed quæro, Ansald. de jurisdictione par.3. tit. unico, cap.8.nu.136. cum plurib. seq. & Marian. Socein. in cap. ex transmiss. nu.3. de foro compet.* ubi nu.4.& 38. dicit, quod dominus feudi potest præcipere vassallis, ne coram alio Judice respondeant pro causa feudali, quàm pro ipso domino feudi, idem docent *Abb. in d. cap. ex transmiss. nu.2. & 3. Anchar. nu.2. & 3. & Butrius nu.5. de foro compet.*

5 Secundò amplia, nam licèt vassallus sit persona privilegiata, tamen non potest eligere alium Judicem, quam Iudicem, qui recognoscere debet de causa feudali, *Affl. deci s.257. nu.2. & 3 Carleval. de judiciis to.1. disput.2. qu.6 sect.7. nu.650. & Novarius in praxi elect. fori to.1. sect.4. qu.45.*

6 Tertiò amplia, ut dominus feudi sit Iudex competens inter suos vassallos in causa rei feudalis, sivè agatur petitorio, sivè possessorio, *Curtius Junior. de feudis par.7.nu.21. & Ansald. d. cap.8. num. 178. cum plurib. seq.*

7 Quartò amplia in Ecclesia, quæ si teneat feudum à Rege, pro ipso feudo convenitur coram Judice laico, *Scaccia de judiciis p.1 cap.11 n.97 Graff. de eff. Cler. eff.1.n.719 Ansal. d. cap.8. n.134. & seq & Affl. in Const. Reg. Si quis Clericus n.5.* quod procedit etiã in qualibet Ecclesia, quæ si teneat feudum à Rege pro feudo convenitur coram Judice laico, *Baldus l. sed si hac. § si libertus in fine, ff. de in jus vocando*, nam Ecclesia ratione feudi dicitur vassalla Imperatoris, vel Regis, a quo tenet feudum, *Curt. junior. de feudis part.1. quæst.2. n.5. & Graff. d. eff.1. n.719.* ubi nu 721. dicit, quod si Ecclesia non observat conventiones, & leges feudales, feudum amittit, prout persona privata, & Ecclesia ratione feudi tenetur præstare juramentum fidelitatis, prout alii feudatarii laici, *Abbas cap. nimis, n.1. de judiciis, & Graff. d. eff.1. n.722.* prout etiam Principis po-

potest exigere juramentum à tenentibus feuda ab eo, *Cass.in catalogo gloriæ mundi part.5.consid.24. ver.138.& Barbos.in coll. DD.super cap. verum n.4. de foro compet.* ubi n.5. dicit ipse *Barbos.* quod Ecclesia quoad bona feudalia, quæ tenet à Rege, vel ab alio domino temporali, ligatur legibus feudalibus laicorum, & subest domino temporali, citat *Capyc.decis.27.n.38.* & quando Ecclesia tenet feudum à Rege, solvit adoham, *Anna sing.71.* & universitas potest petere demanium, dato quod Baro sic persona Ecclesiastica, si tamen teneat feudum à Rege, *Riccius decis.236.part.3.*

8 Quinimò amplia, nam si Clericus teneat feudum a Rege, pro ipso feudo Clericus ipse convenitur coram Iudice laico, & non Ecclesiastico, *d.cap.cæterum.de judiciis, & d.cap.ex transmiss. de foro compet.* & est tex.de jure Regni in *prag.2.§.2. de Clericis, seu subfeud.salv.it.& in cap Reg.94.* & docent *Graff.d.eff.1.num.718. Curtius junior de feudis par.7.nu.15.Jul.Clar.d.§.feudum d. qu.90. ver.& hæc Jo:Franc.Leonius in thes fori Eccles.part.3.cap.7.nu.75 Squil.de privil.Cler.c.p 7.nu.104.Ambros. de immunit.Eccl.c.ap.20.n.56.cum plurib.seq.Ansald.de iurisdict.part.3.tit.unico, cap.8.nu.129.cum plurib seq.Marcel. de Vulpein praxi judiciali fori Eccles.cap.43.nu.1. Gu.l. Pipa decis. 139. & Farinac.in pract.crim.tit. de inquisitione qu.8. nu.22.* & hoc procedit sivè agatur petitorio, sivè possessorio in causa rei feudalis, nam adhuc Clericus convenitur coram Iudice laico, *Marian.Soccin.in d.cap.ex transmiss.nu.15 & 31.de foro comp.* sed licèt ad contrarium tenet *Graff.d.eff.1.num.732. & seq.Squil.d.cap.7. nu.105. & Diana in suis moralib. resol.part 3.tit. de immunitate Ecclesiastica resol 59.* tamen prima opinio est vera, & sic, sivè agatur petitorio, sivè possessorio pro re feudali, semper Clericus convenitur coram Iudice laico, *Decius in d.cap.cæterum,nu.66.& seq.de judicis Jul.Clar. d.qu.90.ver.quæ quidem Reg.Rov t.d.prag.2.nu.2. cum plurib.seq. de Cler.seu subf.sal.it.Thor.compendio decisionum to.1.ver.Clericus, fol.93. & Farinac. d.qu.8.post nu.12.*

9 Et Clericus pro feudo convenitur coram Judice laico, dato quòd Clericus habeat feudum à Domino laico, qui est persona rustica, & vilis, *Bald. in l.fin.n.16.C.sine censu, vel reliquis, & Graff.d.eff.1.n.725* etiam Dominus feudi, licèt sit persona vilis, & rustica, ta non habet jurisdictionem super rebus feudalibus, *Ancharan.d.cap. verum, n.6. de foro compet.*

10 Immo si Episcopus, vel Cardinalis teneat feudum à Rege, adhuc ipse Episcopus, vel Cardinalis pro ipso feudo convenitur coram Judice laico, *itè Boss.pract.crim. tit. banniti, qui possint n.5. circa medium,* & latè *Marta de jurisdict.par.4. casu 89.à nu.1.ad 9.*

11 Sed tunc Iudex laicus est Iudex competens contra Clericum pro causa feudali, quando agitur civiliter tantùm, secus si agatur contra Clericum vassallum ad amissionem feudi criminaliter, aut civiliter pro crimine, quia tunc Iudex Ecclesiasticus est Iudex competens, *Marian. Socin.in d.cap.ex transmissa,nu.11,& 32.de foro compet. Anchar. in d. cap. verum,num.9.de foro compet. Reg.Rovit. decis. 72.nu.70.Farinac.d.qu.8, post d.nu.22. & Ansald. d.cap.8.nu.255.& seq.* & hoc dato, quod feudum esset paternum, *Innoc.in cap.verum nu.2 & 3.* & ibi *Abb.nu.17.de foro compet.Capiblanc.de Baronibus prag.1.nu.32.& Graff.d.eff.1.nu.726.* ubi n.seq. dicit ipse *Graff.* quod facta condemnatione per Iudicem Ecclesiasticum, tunc Dominus feudi potest auferre feudum à manibus ipsius Clerici feudatarii, sed quod post sententiam Iudicis Ecclesiastici privativam feudi non possit Dominus feudi auctoritate propria Clericum possessorem feudi sua expellere possessione, tenent *Abb.in d. cap.verum nu 23.& Ansald.d.cap.8.nu.257. cum plurib seq.ubi nu.260. & seq.* hoc limitat, quando propter defectum feudatarii in investitura feudi dominus sibi reservave it, ut proprio auctoritate possit feudum capere, etiam si in Clericum fecisset quoque modo transitum, & si ipse Clericus feudatarius fuerit absolutus per Iudicem Ecclesiasticum, non potest dominus laicus feudi amplius aliquid pretendere, *Abb. in d cap.verum.nu. 17.Menoch.de adipisc.& recuper. poss.remedio 3.nu. 402.* unde si Clericus feudatarius committat crimen, propter quod debeat amittere feudum, hæc declaratio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum faciendam, *Innoc. & Abb.& alii in d.cap. verum de foro compet.* & hoc procedit etiam si civiliter procedatur pro crimine, *Anchar.d.cap.verum, nu.9.& Graffus d.eff.1.nu.728.* & quod Clericus feudatarius non possit adringi personaliter, vel de aliquo delicto cognosci, & condemnari ab ipso domino feudi, dicunt *Marcell.de Vulpe in praxi judiciali fori Eccles.cap.43.nu.2.& Squill.d.cap.7.num. 106.* sed, quòd si dominus feodi sit laicus, & vassallus sit Clericus, pares Curiæ cognoscant, an ipse Clericus sit privandus feudo occasione felloniæ, vel delicti, tenent *Alex.cons.79. in principio,lib.1. Jul.Clar.§ feudum, qu 90.ver.sed nunquid,* & latè disputat *Marta d.casu 89 à nu.9. cum seqq.* facinnt tradita per *D.Const.Carlevul.to.1.de judiciis disput. 2.qu.6.sect.3.nu.453.& 454.*

12 Et tunc Clericus feudo privatur propter delictum, quando feudum est ipsius Clerici, secus si feudum sit Ecclesiæ, quia tunc Clericus, qui tenet feudum nomine Ecclesiæ, si committat delictum, privatur feudo, sua vita durante, sed Ecclesia non privatur feudo propter delictum ipsius Clerici, ità *Anchar.d.cap.verum, nu.9 Marian.Socin.d.cap.ex transmissa,nu.11.& 32.Abb.d. cap.verum nu.19. Graff.de eff. Cler.eff.4. nu.331. & Ansald.d.cap.8.nu.174.cum pluribus seq.* & est ratio, quia Prælatus non potest præjudicare Ecclesiam in feudalibus, ut docet *Anna sing.398.*

13 Sed si Clericus teneat rem in emphyteusim à Principe, prò ipsa re emphyteuticaria non convenitur coram domino laico, sed convenitur coram Iudice Ecclesiastico, *Affl.in d. Constit. Reg.Si quis Clericus nu.5.&* ibi *Foller.nu.32. Decius in cap. cæterum nu.54.de judiciis,& Graffus d.eff.1. nu.731.* & Clericus ipse emphyteuta pro solutione canonis convenitur coram Iudice Ecclesiastico, *Diana part.4.tract.1.resol.111.in fine.*

14 Sic etiam si Clericus feudatarius negat, rem feudalem esse, & dicat, eam esse allodialem, in hoc casu Iudex Ecclesiasticus est Iudex competens, *Innoc.in d.cap.cæterum,& ibi Decius nu.91.Butrius, & Abb.*

*& Abb.de judiciis. Ausald.d.cap.8.nu.162.& Graff. d.effect.1.nu.734.*ubi *nu.seq.*dicit, quod si deindè Iudici Ecclesiastico summariè constabit, rem esse feudalem, & ita declaraverit, in hoc casu deindè causa est remittenda ad Iudicem laicum, *Bald.in cap.1.§.prætereà de probibita feudi alien. per Federic.*ubi ipse *Bald.*dicit, quod hæc cognitio, si res sit feudalis, vel allodialis, quando per Clericum negatur, rem feudalem esse spectat ad Iudicem Ecclesiasticum privativè quoad Iudicem laicum, *Felin d.c.cæterum, de judiciis, & Graff.d.eff.1.nu.* 736. & res in dubio potiùs præsumitur allodialis, quàm feudalis, *Vivius comm.opin.ver.feudalis res.Graff.d.eff 1.nu.738. Anna sing 663.Jul.Clar.d. § feudum qu..8.& Ausald.d.cap 8.nu.166.* & ideò si quis asserat, rem esse feudalem, ipsi incumbit onus probandi, *Anna sing.195.*

15

16 Sic etiam, licèt Iudex laicus sit Iudex competens pro re feudali contrà Clericum feudatarium tamen ipse Iudex laicus non potest de persona compellere Clericum feudatarium, & eum eiicere à re feudali, si ipse Clericus feudatarius sit contumax in restituendo feudum, vel si domino resistat *Jo:Andreas Abb.& Ancharan.n.7.in cap.verum, de foro compet.Capiblanc.de Baronib.prag.1.nu.32. & Graff.d.eff.1.nu.742.*sed alii tenent contrarium ut per *Martam ubi supra nu. 27. cum plurib. seqq.* sed Excellentissimus Prorex hujus Regni, habita relatione à Regia Camera Summariæ, solet mittere Capitaneum Regium, quando Clericus est privandus feudo, pro admiostratione dicti feudi, cui subditi tenentur obedire, & sic Clericus eiicitur à feudo absquè violentiis, & ità observatur.

17 Et tunc Clericus pro re feudali convenitur coram Iudice laico, quando feudum habet à Rege, secus si à Papa, quia tunc pro ipsa re feudali convenitur coram Iudice Ecclesiastico, *cap.verum, ubi DD. de foro compet. & Marcel. de Vulpe d.cap. 43.nu.3.*

18 Immò si laicus teneat feudum à Papa, ipse laicus feudatarius convenitur pro re feudali coram Iudice Ecclesiastico, *d.cap.verum, ubi Abb.& alii, de foro compet.Menoch. d.remed.3.nu.409. Graff.d. eff.1.num.743.& Marcell. de Vulpe d.cap.43. nu.3.*

19 Et scias, quòd si Episcopus sit feudatarius Regis pro re feudali priùs debet obedire Regi, quam Papæ, *Oliban.de jure Fisci.cap.10.nu.6.* sed contrarium tenent *Marta de jurisdictione parte 4.centuria 1.casu 18.nu.22.& Diana in suis moralib resol.par.*

20 *3 tit.de immunitate Ecclesiastica resol.6.*& Prælati feuda à Rege tenentes tenentur in bello opem ferre, & auxilium præstare secundùm feudorum conditionem, sed Rex non potest præcipere Episcopis feudatariis, ut cum ipso eant ad bellum, *Diana d.resol.6.* licèt ipsi Episcopi tenentes feuda à manu Regis ratione rei feudalis teneantur pro feudalibus servitiis, *Covarr.pract.quæst.cap.4.& Capiblan rub. de Baronib.nu.52.*

21 Scias etiam, quod jurisdictio Iudicis laici super Clericum, & Ecclesiam pro re feudali semper est restringenda, quia præjudicat ordinariæ jurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, *Abb.in cap.cæterum, de judiciis,& Graffus d eff.1.nu.724.*

22 Et in Regno olim de feudo quaternato cognoscebat tantùm Magna Curia Vicariæ, *Constit. Reg.Statuimus, sub rub.de offic Magistri Justit. & est ritus 50.& 60.*& de feudis planis cognoscebant Regiæ Audientiæ, *de Leonardis pract.official.cap 3. nu 61 & Freccia de subfeudis lib.2.tit. de differentiis feudorum quaternatorum cum his, quæ plana, & de tabula nuncupantur, nu.8.*sic etiam olim Regia Audientia Hytruntina poterat cognoscere de feudis quaternatis, *Caravit.d. ritu 50.nu.6. circa medium, de Leonardis d.nu.61.& Freccia d.nu.8.*& eandem cognitionem habebat Princeps Bisiniani, ut refert *Thor.comp.decis.tom.1.ver. feudorum cognitio, fol.215.*sed hodie de omni feudo cognoscit Sacrum Regium Consilium, ut in *prag.3 §.2.de officio Sacr Reg.Cons.* & docent *de Leonardis d.c.3.n. 62.Muscatel in praxi Sac.Reg Cons part.2. glossa competentes.nu 96.& Thor.comp.decis.to.3. sect.3. ver. remissio fol. 127.& in eodem ver. remissio fol. 151.*& hoc tam si sit mota lis super feudum in actione personali, quàm reali, vel mixta, nam adhuc Sacrum Consilium est Iudex competens, *Reg. Rovit.d.prag 3.num.1. & Thor.d.sect.d.ver.remissimo, fol.127.*amplia etiam, dato quod sit mota lis super accessoriis feudi, puta super fructibus, damnis, expensis, & interesse feudi, nam adhuc Sacrum Regium Consilium cognoscit, & est Iudex competens, *Reg.Rovit.d.prag.3.nu.2.*

23 Undè apparet, non esse tutam opinionem *Thori comp.decis.to.1.vers.feudorum cognitio, fol.215. Galluppi in praxi Sacri Regii Consilii part.2. cap.6. nu.73.& 75.& Novarii in praxi elect.fori to.1.sect. 4.q.46.nu.2.& 3.*asserentium cognitionem feudorum spectare ad Regiam Cameram, nam eorum opinio est dubia per dicta *prag. 3. §. 2. de offic.Sacri Regii Consilii*, sed eorum opinio potest procedere, quando in causa feudali Fiscus habet interesse, quia tunc Regia Camera Summariæ est Iudex competens, *prag.62.§.3.de off.Procurat. Cæsaris, Muscatel.d.num.96.*vel dicas, quòd *d.prag.3. §.2.de off.Sacri Reg.Cons.*procedit, quando controversia rei feudalis est inter privatos, licèt titulatos, quia tunc de dicta controversia rei feudalis Sacrum Regium Consilium est Iudex competens, secus si controversia sit inter vassallum feudatarium, & Regem, quia tunc de dicta controversia cognoscit Regia Camera, & ità procedit opinio *Thori Galluppi, & aliorum*, nam ubi Fiscus est actor, vel Reus, semper in Regno Regia Camera procedit, ut dixi supra *cap.24.nu.1.& 2.* & quod tunc causæ feudales tractentur in Sacro Regio Consilio, quando inter partes est quæstio, & non adsit interesse Fisci, aliàs si adsit interesse Fisci, Regia Camera cognoscat, dicit *de Leonardis pract. officialium cap.3.nu.62.*

24 Hinc est, quòd articulus incidens super rem feudalem, an res ipsa sit feudalis, vel allodialis, remittitur decidendus ad Regiam Cameram Summariæ, nam in hoc adest interesse Fisci, & ideò ad Regiam Cameram remittitur, *Thor.in comp. decis. tom.1.vers. articulus incidens, fol.47.& in supplem. decis.d.ver.articulus, fol. 36. & Carleval.de judiciis tom.1.disput.2.quæst 6.sect.9.post num.700.* quòd si Regia Camera decernat, rem esse feudalem, & ab hac sententia sit reclamatum ad eandem Regiam Cameram, relatione pendente, Sacrum Regium Consilium, quod remisit dictum incidens ad ipsã Re-

Regiam Cameram, potest procedere in causa principali, *Reg. Tapia in tract. juris Regni super prag. 27. à n. 1. usq; ad finem, de offic. Procurat. Cæsaris, & Thor. in comp. decisionum tom. 1. ver. causa, fol. 78.* licèt contrarium defendat *Reg. Rovit. in prag. 38. §. & similiter, n. 2. cum plurib. seq. de offic. Procurat. Cæsaris*, tamen prima opinio est vera.

25 Et officiales inferiores non possunt cognoscere de re feudali, & à fortiori Bajulus non potest cognoscere de causa feudali, *Constit. Reg. Bajuli locorum*, & ibi *Afflict. n. 7.* ubi *n. 9.* dicit, quòd Bajulus cognoscit de damno dato super rebus feudalibus. Et si Judices inferiores se intromictant in causa feudali, processus est nullus, *Reg. Rovit. d. prag. 3. n. 3. de off. Sacr. Reg. Cons.*

26 Sed de feudo non quaternato, quod quis tenet à Barone, cognoscit ipse Baro, & Tribunalia Regia non possunt illius cognitionem ad se avocare, *Reg. Rovit. d. prag. 3 nu. 4.* nisi lis fiat cum Barone, quia tunc ipse est suspectus, & Regii superiores cognoscunt, ut dixi sopra *cap. 9. nu. 169.*

27 Undè si inter subfeudatarios de feudo oriatur controversia, erit Judex competens ipse Baro, à quo feudum tenetur, & non Rex, à quo feudum procedit, *Isernia in Constit. Reg. Domini à vassallis, & Bald. in cap. cæterum, propè finem de judiciis*, & licèt Doctores regnicolæ dicant, hoc procedere de jure feudorum, secus in Regno, in quo sunt dati certi Judices & Baro non cognoscat inter subfeudatarios, quando de feudo oriatur controversia, ut tenet *Freccia de subfeudis, lib. 2. auctorit. 7. n. 2.* tamen opinio *Freccia* potest procedere, quando feuda sunt quaternata, secus si non quaternata, quia tunc procedit opinio *Reg. Rovit.*

28 Et per *prag. 7. §. 3. de officio judicum*, causa rei feudalis non potest compromitti in aliquem Consiliarium Sacri Regii Consilii, & dixi supra *cap. 11. num. 48.*

29 Sed quæritur, quid si coram Judice rei feudalis sit mota lis de re feudali, an coram eodem Judice feudali possit fieri reconventio de re non feudali, & dicas quòd sic, *Mariam. Socin. in cap. ex transmissa, n. 24. de foro comp.* licèt contrarium teneant *Mising. centuria 1. observat. 10. Georg. Obrechti de jurisd. lib. 3 cap. 16. n. 9 Graff. d. eff. 1. n. 797. & Squillant. de privileg. Clericorum, c. 7. n. 70. in fin.* tamen prima opinio est vera, *Bal. in d. cap. 1. §. præterea n. 12. & 13.* & dixi supra *cap. 13. nu. 10.*

30 Quæritur etiam coram quo Judice debeat appellari à sententia rei feudalis, vide *Marian. Socinum n. 42. & alios in d. cap. ex transmissa de foro compet. & Decium n. 98. cum plurib. seq. & alios in cap. cæterum, de judiciis*, & quòd appellandum sit ad superiorem proximiorem dominum illius feudi, & quòd si ab ipso proximiore domino contingat posteà appellari, erit appellandum ad magis superiorem, & ultimò ad Imperatorem, dicunt *Curtius Junior de feudis parte 7. n. 31. & Jul. Clar. d. quæst. 90. in fine.*

31 Et sententià lata Romæ super feudalibus, an possit executioni demandari in Regno? vide *apostillam ad prag. 2. de officio Justitiaris.*

32 Et advertas, quòd sufficit, si feudatarius citetur in loco feudi, nam ibi præsumitur habere domicilium, *Annas sing. 153. Reg. Rovit. in prag. 3. n. 20. de citationib. & D. Reg. Sanfelic. decis. 237. n. 1. & in praxi judic. sect. 12. post n. 5.* & Magistratus, & Reges dicuntur habere tot domicilia, quot terras habent, licèt habeant unum domicilium principaliùs, *glosa in cap. omnes Principes, de majorit. & obedient. & Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 12. n. 229.*

SUMMARIUM.

1 *Judices alii sunt civiles, & alii criminales.*
2 *Judex civilis non cognoscit de causis criminalibus, & criminalis de causis civilibus.*
3 *Judex criminalis potest in sua sententia condemnare inquisitum ad interesse parti, & num. 4.*
5 *Reus quando condemnatur ad pœnam corporalem, potest condemnari ad res, de quibus agitur.*
6 *Vulnerans aliquem tenetur ad expensas factas per vulneratum. Amplia, & limita, ut ibidem.*
7 *Pacem rumpens non potest condemnari ad pœnam conventionalem ex processu criminali, sed alio judicio conveniendus est.*
8 *Judex civilis, an cognoscat de falsitate coram eo commissa?*
9 *Causæ quæ dicuntur civiles, & quæ criminales? & num. 10. 11. 12. 13. & 16.*
14 *Judex criminalis compellit fidejussores, qui coram eo fidejusserunt de pœna pecuniaria solvenda.*
15 *Baro habens civilem jurisdictionem non potest inquisitum torquere, vel eum carcerare, & n. 33.*
17 *Pœna pecuniaria commutata ex pœna corporali ex necessitate, spectat ad Judicem civilem.*
18 *Judex criminalis cognoscit quando Reus punitur pœna corporali ex quo non potest solvere pœnam pecuniariam.*
19 *Sacrum Regium Consilium non est Judex competens in prima istantia pro causis criminalibus.*
20 *Judex civilis cognoscit, quando ex delicto venit imponenda pœna relegationis, cognoscit etiam quando ex delicto agitur civiliter, num. 21. Amplia, ut num. 22. cognoscit de parvis furtis, si civiliter agitur, num. 23. cognoscit etiam si ipse sit affectus injuria à suo subdito, num. 26.*
24 *Pœna pecuniaria imposita ultrà pœnam corporalem spectat ad Judicem criminalem. Limita, ut n. 25.*
27 *Habilitationes in causis criminalibus in Magna Curia expediuntur per Actuarium civilem.*
28 *Judex civilis Magnæ Curiæ cognoscit, si officialis teneatur parere sindicatui in alio loco, quam in loco officii.*
29 *Bona pœnalia per quem officialem emanentur?*
30 *Judex civilis, vel criminalis cognoscat de asportatione armorum?*
31 *Baro civilis tempore nundinarum potest portare vexillum.*
32 *Baro civilis non potest imponere pœnam ultrà augustalem, & neq; procedit ex officio, nu. 34. sed dicitur habere mixtum imperium, num. 35. potest appellare, quando vassalli maletractantur à Barone criminali, num. 36. potest tenere familiam armatam, carceres, & Actuarium, nu. 42.*
37 *Salarium dividitur inter officialem civilem, & criminalem.*
38 *Licentia officialis civilis requiritur in parlamentis faciendis.*

39 Iu-

De foro causarum civilium, & criminalium.

C A P. XXXVII.

1 IN multis locis adest Judex civilis, qui cognoscit de causis civilibus, & adest Judex criminalis, qui cognoscit de causis criminalibus, prout est in Magna Curia Vicariæ, ubi adsunt Judices criminales, & civiles, *de Franch. decis. 147. in fin.* nam in Magna Curia Vicariæ diversa est jurisdictio civilis à criminali, *Constit. Reg. Non sine grandi consilio, & est pragm. 2. § 2. & prag. 10. & prag. 14. § quamvis de off. Magistr. Justit.* & etiam de jure communi judicia civilia, & criminalia sunt inter se distincta, *l. non ignorat, C. de fruct. & litium expensis*, & concessa cognitione causarum, non veniunt causæ criminales, *Ricc. coll. 2031. in princ.* secus si fit dictum, cognoscat de causis, & negotiis, quia veniunt causæ criminales, *Anna sing. 85. & alleg. 2. n. 6. & seq.*

2 Et Iudex causarum criminalium non potest se intromittere in causis civilibus, & è contra Judex causarum civilium non potest se intromittere in causis criminalibus, ità *Gratian. decis. 78. nu. 11. & Borrell. summa decis. tit. 41. num. 229.* aliàs acta sunt nulla, *prag. 2. in fine, de jurisdict. ad invicem non turban. & cap. Reg. Illustri*, ubi exprefsè *Campagna nu. 50. Thoros comp. decis. tom. 2. ver. nullitas, fol. 382.* & quòd Judex criminalis non possit execere jurisdictionem civilem, est tex. de jure communi in *l solemnus, § latrunculator, ff. de judiciis, Riccius coll. 1883 & Merolla in theol. morali lib. 3. disput. 7. cap. 3. nu.* immò *129.* Judex criminalis non potest cognoscere de causis civilibus etiam ex partium consensu, *l. testamenta omnia*, ubi *Bald. C. de testamentis. Cinus Bald. & alii in l. si quis ex consensu C. de Episcop. audien. Marianus Socin. in cap. significasti nu. 29. ver. nam non erat, & ver. seq. de foro compet. Hippol. de Marsil. in l. fin. num. 199 ff. de jurisd. omn. Jud. Paul. de Castr. in l. 1. post nu. 6. C. de jurisd. omn. Judic. Georgius Obrecht. de jurisd. lib. 4. cap. 14. n. 27* & novissimè *Reg. Merlinus controver. forens. cap. 19 nu. 3.* & dixi supra *cap. 12. nu. 50. in fine.*

3 Sed Judex criminalis potest in sua sententia condemnare inquisitum ad interesse parti, *d. l. solemnus, § latrunculator, ff. de judiciis de Franch. dec. 462. nu. 7. Riccius coll. 1883 2031. & 2118. Cabal. resolu. crim. casu 82. Reg. Sanfelic. decis. 226. in principio, Farinac. consi. 69 nu. 2. lib. 1. & Graffus de effect. Cler. eff. 1. nu. 1155. cum plurib. seq.* & sic de furto condemnatus per Iudicem criminalem potest in eadem instantia condemnari ad restituendam rem furatam parti *cap. Reg. 216.* quod intellige non principaliter, sed in consequentiam, & incidenter potest implorari officium Judicis criminalis, pro rei restitutione, & in hoc Judex criminalis rectè pronunciat, *l. interdum, § qui furem. ubi Bart. ff. de furtis, & l. sed & loci, § si dicantur, ff finium regundorum, Campag. d. cap. Regni Illustri, post nu. 52. Cabal. resol. crim. casu 82. nu. 3, post. num. 4. & n. 7. Garzia. tract. ad defensam reorum def. 1. c. 12. n. 6. Boss. pract. crim. tit. de furtis n. 19. Rov. dec. 67. n. 24. & seq. Borr. consf. 80. n. 9. & seq. Petrus Garzia à Toleto d. 48. & 275. & R. Felic. d. dec. 226. in principio*, & quòd Judex criminalis possit incidenter cognoscere de causa civili dicunt *Iacob. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 12. nu. 174. & Merolla d. cap. 3. nu. 193.* sed principaliter Judex criminalis potest tantum reum liberare, vel condemnare, sed non potest illum condemnare principaliter ad rem restituendam civiliter, aliàs sententia est nulla, *Nuta cons. 407. nu. 14. vol. 2. Bertazol. consf. 232. vol. 1. Boss tit. de foro compet. post nu. 121. & Graffus d. eff. 1. num. 1157.* sed potest tantùm implorari officium Judicis criminalis, ut damna, & expensæ reficiantur per reum, *l. qui crimen, C. qui accusare non possunt. l. si res, C de vi bonorum Boss. tit. de furtis, nu. 19. & tit. de foro comp. n. 121. Menoch. de arbitrariis Iudic. lib. 1. qu. 82. nu. 10. & seq. & qu. 91. nu. 8. Farinae. qu. 1. nu. 63. Vantius de nullitate ex defectu jurisdictionis, nu 47. Bajard. ad Clarum, § fin. quæst. 2. nu. 9. in fine, Cabal. resol. crim. casu 82. num. 2. & seq. & Guazzinus, qui supradictas allegat d. def. 1. cap. 12. nu. 4.* & Iudex criminalis potest cognoscere de causa civili incidenti in causa criminali, *Petrus Franc. de tonduti in tract. de præventione, cap. 23. nu. 12.* ubi *num. 10. & seq.* dicit, quòd Iudex civilis cognoscit de causa criminali incidenti in causa civili, & dicam infra *nu. 8.*

4 Et quod diximus, quod Iudex criminalis non potest cognoscere de restitutione rei furatæ, nisi incidenter, hoc habet locum, sivè Iudex criminalis procedat ex officio, sivè ad instantiam partis, *Iul. Clar. § fin. qu. 2. ver. & hoc quidem, in fine; Farinacius d. qu. 1. nu. 64. in fine, & Cabal. d. casu 82 num. 4.* licèt *Surdus consf. 266. nu. 18. & seq. vol. 2.* teneat contrarium, tamen prima opinio est vera, & secun-

cundùm primam opinionem habemus *text. de jure Regni in cap. Reg. 216.*

5 Et ubicumque lex tribuit actionem criminalem ad pœnam, competit etiam actio in factum ad interesse passum, *l. qui nomine ff. ad legem Cornel. de falsis*, & ideò quando reus condemnatur ad corporalem pęnam, condemnatur etiam ad res, de quibus agitur, *Bossus d. tit. de furtis nu. 49.* quòd si reus sit condemnatus ad triremes, & tunc dicitur, ut finito tempore triremium redeat ad carceres, ut parti satisfiat, *de Franch. dec. 358. in principio*, si verò sit condemnatus in exilium, tamdiù detinetur in carceribus, donec parti sit facta restitutio, *Borrell. summa decis. tit. 48. nu. 52. cum pluribus seqq. & in cons. 80. nu. 9.* licet contrarium teneant *Cabal. resol. crim. casu 146. & Guazzin. ad defensam reorum def. 2. cap. 2. nu. 23.* sed si reus sit condemnatus ad mortem, vel ad triremes imperpetuum, & tunc fit exequutio in ejus bonis, & reus mittitur ad supplicium, vel ad triremes imperpetuum, *Borrell. ubi supra*, & Iudex criminalis non potest relaxare furem fustigatum, nisi restituta re furata, *l. interdum, §. qui furem ff. de furtis, Lucas de Penna in d. c. Reg. 216. n. 7. Guazz. d. c. 12. n. 16. Cãp. in c. Reg. ad hoc, n. 127. Io: de Arnono epitoma 31. & Boss. d. tit. de furtis n. 49.* & fur nõ debet relaxari, furto nõ restituto, licet non sit actũ civiliter ad restitutionem rei furatæ, *§. oport. Auth. ut Iudices sine quoq; suffrag. Bald. cons. 497. lib. 2. Cravetta cons. 53. nu. 3. Antonius Sola in constit. Sabaudiæ tit. de indulgentiis, gl. 2. nu. 17. in fine, & Cabal. d. casu 82. post n. 4. & 7.* & quando quis est relegatus, & condemnatus ad interesse parti finita relegatione, non potest redire ad suam libertatem, nisi soluto interesse parti, *pragm. 2. de relegatis*

6 Et occidens, seu vulnerans aliquem, tenetur ad expensas factas per vulneratum, seù interfectum in ejus curatione, & ad omnia interesse hæredibus occisi, *l. liber homo, ubi glos. & DD. & in l. qua actione ff. ad legem Aquiliam l. fin. ff. de his, qui dejecerunt, vel effuderunt*, & docent *Iul. Clar. in pract. crim §. homicidium, ver. tenetur etiam Cabal resol. crim. casu 248. nu. 24. cum plurib. seq. & Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, qu. 119. à num. 93. cum plurib. seqq.* quòd amplia etiam dato, quòd occisus non esset in potestate hæredis, nam adhuc homicida tenetur ad interesse hæredibus occisi, *de Franch. decis. 460.* nam actio hæc ad interesse transit etiam ad hæredes, *Bald. decis. 91. & Riccius coll. 647.* & transit etiam ad hæredes extraneos, *Farinac. d. qu. 119. nu. 126.* amplia etiam dato, quòd homicida sit cõdemnatus ad mortem, nam adhuc ejus hæredes tenentur ad interesse parti, *de Franch. decis. 510.* nam jus petendi hoc interesse transit etiam contra hæredes extraneos, *Riccius d. coll. 647.* amplia etiam, nam si quis faciat pacem, & promittat eum non offendere sub certa pœna, si deinde eum offendat, offensus exigit pœnam, & potest quoquè agere ad interesse passo pro ipsa offentione, *Cabal. resol. crim. casu 248. à nu. 4. cum plurib. seq.* amplia etiam, nam si omicida sit judiciatus indiciis proximis, & indubitatis, & tortus, & non confessus sit condemnatus pœna extraordinaria, adhuc tenetur parti ad interesse, *Capibl. de Baronibus, prag. 6. nu. 105.* sed contrarium tenent *D. Reg. Merlinus controver. forensium centuria prima, cap. 19. Reg. Rovit. decis. 67. & Cabal. d. casu 82. nu. 15.* & vide *Dom. Regentem Sanfelic. decis. 226. à nu. 3. usquè ad finem*, & hanc secundam opinionem tenet *Novar. de gravam. vassal. to. 2. gravam. 114.* prout etiam iste condemnatus ad pœnam extraordinariam ob defectum probationis non dicitur infamis, si propter delictum esset infamis, si esset condemnatus pœna ordinaria, *l. 3. C. quibus causis infamia erogetur*, & docet *Rovit. in prag. 3. nu. 31. cum plurib. seq. de militib.* sic etiam hoc fallit in pluribus aliis casibus de quibus per *Riccium decis. 56. part. 4.* ubi in limitatione quarta dicit, hoc non habere locum, quando offentio est facta ad defensam, quia tunc offendens non tenetur ad interesse parti, & idem tenent *Caballus resol. crim. casu 248. num. 29. cum plurib. seq. D. Reg. Sanfelic. decis. 53. nu. 34. & Farinac. d. qu. 119. nu. 122.* & hoc etiam si offendens excessisset modum aliqualiter in se defendendo, nam adhuc non tenetur parti de interesse, ut ità decisum, testatur *D. Reg. Hector Capyc. Latro decis. 75.* & docet *Dom Reg. Merlinus d. cap. 19. num. 29. & seq.* sed quod teneatur ad interesse parti pro excessu tenet *Guazzinus ad defensam reorum def. 34 cap. 4. nu. 10.* & secundum opinionem *Guazzini* fuisse decisum, refert *D Reg. Sanfelic. dec. 53. post nu. 34.* & idem tenet *Farinac. d. qu. 119. num. 224.* sed quòd occidens aliquem prævia provocatione nõ teneatur ad interesse hæredibus occisi, dicit decisum *Thorus in supplemento decisionum, ver. homicida, fol. 284.* sed occidens tenetur ad damna, expensas, & interesse, etiam si homicidium sit culposum, & factum in rixa, *Farinac. d. qu. 119. num. 108.* fallit etiam si moriens pro vulneribus excuset culpabilem, quia tunc culpabilis non condemnatur ad interesse parti, licèt possit puniri de crimine, *Reg. Rovit. in prag. 1. nu. 34 de pęnis*, sed contrarium tenẽt, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 114. Surd. dec 261. & D. R. Merlin. d. cap. 19. nu. 31.* quæ ultima opinio mihi videtur vera, nam per simplicem remissionem offensæ, non dicuntur remissa damna, expensæ, & interesse, ut dixi in *praxi forjudic. cap. 24. post nu. 62.* sed ex ficta confessione, quæ resultat ex contumacia inquisiti vigore statuti, ipse inquisitus non potest condemnari ad interesse parti, ut dixi in *dicta praxi forjudic. cap. 13. nu. 21.*

7 Sed advertas, quòd ex processu criminali non potest delinquens puniri per Iudicem criminalem in pęnam conventionalem pacis ruptæ dependentem à contractu quantum ad commodum partis, sed civiliter postea ad illam alio judicio cognoscendus est, *Cabal. d. casu 82. post nu. 12.*

8 Et licèt Iudex civilis non possit cognoscere de causa criminali, ut diximus supra *nu. 2.* & docent *Angel. de malef. ver. per Iudicem maleficiorum, nu. 1. Farinac. qu. 8. nu. 56. Merolla d. cap. 3. nu. 194. & Vantius de nullitate ex defectu jurisdictionis, nu. 45.* tamen Iudex civilis potest cognoscere de criminalitate supervenienre in ipsa causa civili, *Cabal. d. casu 82. nu. 13.* puta si testis commisesit falsum coram Iudice civili, quia tunc ipse Iudex civilis cognoscit de falsitate prædicta, *Campagna d. cap. Reg. Illustri, nu. 14. & 16. & Merolla d. cap. 3. post nu. 194.* nam semper quando in causa civili, quæ ventilatur coram Iudice civili, incidit causa

criminalis, vel è contrario in causa criminali, quæ ventilatur coram Iudice criminali, incidit causa civilis, Iudex, qui cognoscit de causa principali, potest de incidenti cognoscere, *l.3.C.de ordine judiciorum*, *l.1.C.de officio Rectorum Provinc.l.si lis pecuniaria, C.ad l.Cornel.de falsis*, *& l.Præses, ff.ad legem Flaviam de plagiariis*, & docet *Paul.de Castro in l.quoties, nu.8.C.de judiciis*, & quod Iudex civilis possit cognoscere de falsitate commissa in causa civili vertente coram ipso Iudice civili, tenent *Farinac.d.qu.1.n.57.& seq.Covar.pract.qu.cap.18.n.8.Cabal.res.crim.casu 116.n.2.& 3.& Menoch.de arbitris Iudicum lib.1.qu.91.* sed in contrarium est veritas, & sic, ut de ista falsitate commissa coram Iudice civili cognoscat Iudex criminalis, & non Iudex civilis, ut docet idem *Campag.sibi contrarius in d.c.Reg.Illustri post nu.3.* & sic servari in Curia Romana, testatur *Guazzio.ad defensam reorum def.1.cap.13.nu.6.* & dicam infra *cap.41.n.14.*

9 Sed ad majorem intelligentiam est videndum, quæ causæ sint civiles, & quæ criminales, & in hoc prima fuit opinio *glos.in l.lex Cornelia in principio, ver.eorum, ff.de injuriis*, simpliciter sententis, quòd quandocunquè agitur de crimine, causa dicitur criminalis; sed hæc opinio communiter reprobatur per Doctores, qui dicunt, quòd de crimine potest etiam civiliter agi, *Bald.in pract.crim.fol.61.n.158.* secunda fuit opinio *glosa in l.si qua per calumniam, ver.auri, C.de Episcopis, & Clericis*, quæ videtur tenere, quòd quando pro crimine imponitur pœna corporalis, causa dicitur criminalis, quando verò imponitur pœna pecuniaria, causa dicitur civilis, sed etiam hæc opinio reprobatur, ut per *Decium in rub.extrà de judiciis, n.94.in prima lectura*, nam in publicis judiciis plerumquè imponitur pœna pecuniaria, *§.1.Instit.de publicis judiciis*, & tamen publica judicia sunt criminalia, *l.1.C.quando civilis act.crimin.præjud.* tertia fuit opinio *Abb.in d.rub.extra de judiciis, n.5.* distinguentis, quod aut agitur principaliter ad effectum, ut quis pro delicto puniatur pœna ordinaria, & tunc causa dicitur criminalis, sivè pena applicetur Fisco, sivè parti, aut non agatur directò, ut puniatur pœna ordinaria, & tunc semper dicitur civilis; sed hæc opinio *Abb.* etiam reprobatur, ut per *Marantam in suo speculo part.4.dist.1.n.1.* quarta fuit opinio *glosæ in l.3.in principio ver.centum aureorum, ff.de sepulcro violato*, quæ tenet, quod quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam parti; causa dicitur civilis, quando verò agitur ad penam applicandam Fisco, & tunc causa dicitur criminalis, & opinionem hujus *glosæ* sequuntur *Bart.in d.l.3.in principio, Marant.d.dist.1.nu.2.& de Angelis ad Foller.pract.crim.rub.audiantur excusatores nu.134.* & de hoc vide *Jul.Clarum, § fin.quæst.1.* ubi has opiniones refert, & ipse tandem multos casus distinguit, quos videre poteris de per te, & alias opiniones affert *Campag.d.cap.Reg.Illustri d.n.3.usq; ad n.9.& Auna sing.384.* dicit quod quando pena descendit ex delicto, etiam si agatur civiliter, tamen causa dicitur criminalis, & judicium dicitur criminale, quando pena applicatur Fisco ad vindictam criminis commissi, aliàs si nòn ad vindictam criminis principaliter, sed Fiscus velit ma-gis rem incorporatam consequi, quàm ulcisci, tunc dicitur judicium civile, prout est in intercepto vini, in quo civiliter agi debet, *Dom.Reg.Capyc.Latro consult.18.n.5.& 6.* sequitur *Thor.in supplem.dec.ver.judicium fol.317.* & causa quando dicatur criminalis, civilis, vel mixta, latè scripsit *Farinac.pract.crim.tit.de variis, ac diversis quæstionibus quæst.100.cap.1.per totum.*

10 Unde in Regno ad tollendas tot doctorum altercationes est statutum, ut causa criminalis tunc dicatur, quando venit imponenda pena mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilationis, aliæ verò causæ sunt civiles, *d.cap.Reg.Illustri, & dicta prag.2.de jurisd.ad invic.non turband.* & docet *Arnono Soliloq.24.* quæ jura Regni licèt fiot condita super differentiis Hospitalis Sanctæ Catherinæ ordinis Sancti Benedicti in Castro Sancti Petri in Galetia, eameo dicitur lex generalis in Regno, & observantur etiam inter alios, *Campag.d.cap.Reg.Illustri, nu.9.* & faciunt dicta per *Thor.comp.dec.tom.2.ver.pragmatica, fol.471.*

11 Et quando venit imponenda pena exilii perpetui causa dicitur criminalis, *Rovitus d.prag.2.n.39.cum plurib.seq.de jurisd.ad invicem non turb.* secus si veniat imponenda pena exilii temporalis, quia tunc causa spectat ad Judicem civilem, *Rovit.d.prag.2.& Capibl.de Baronib.to.2.cap.36.n.12.*

12 Et quando venit imponenda pena etiam temporalis triremium, causa dicitur criminalis, *Capiblanc.d.cap.36.n.8.cum plurib.seq.& Jacob.Cancer.variar.resol.lib.2.cap.2.nu.48.*

13 Sed pena fustigationis est mixti imperii, *Peguera dec.16.& Capiblancus de Baronibus d.cap.36.num.14.* & ideo de ea cognoscit Iudex civilis, *Jacob.Cancer.d.cap.2.nu.55.* nam qui habet jurisdictionem civilem dicitur habere mixtum imperium, ut infra dicam *num.35.*

14 Et accusatus, si coram Iudice criminali dedit fidejussores de pena pecuniaria solvenda, facta condemnatione, Iudex criminalis compellit fidejussores ad solvendum penam, & idem Iudex criminalis potest compellere inquisitum ad restituendum quidquid fuerit solutum per ipsos fidejussores, ut dixi supra *cap.30.de foro fidejussoris, n.17.*

15 Et Baro, qui habet civilem jurisdictionem, non potest inquisitum torquere, quia tortura est gravior pena, quàm sit amputatio utriusq; manus, *§.fin.auth.ut nulli judicum*, sed quando sumus in delictis, in quibus venit imponenda pena mutilationis membri, causa spectat ad Baronē habentē criminalem jurisdictionem, ut supra diximus *nu.10.* & docent *glos.& DD.in l.Imperium, ff.de jurisd.omn.jud.* ergò quando ex delicto potest inferri tortura, causa spectat ad Judicem criminalem, ità *Bellu.in speculo Principis rub.23.§.dicamus, n.10.& Jacob.Cancer.variar.resolut.lib.2.cap.2.n.57.* est etiam ratio, nam in Regno tortura non datur nisi in delictis, in quibus venit imponenda pena ultra relegationem, ut in *cap.Reg.tormenta, & in cap.Reg.Si justè*, ergò de delictis, pro quibus potest inferri tortura, cognoscit Iudex criminalis, & non civilis, & Iudex non potest reum torquere, nisi habeat merum imperium, *Foller.pract.crim.tertia par.tertiæ partis ver.& si constitobuntur nu.79.& Guazzinus ad defensam reorum defens.30.cap.*

cap.4.n.22.sed Iudex criminalis habet merum imperium, & non Iudex civilis, ut docent omnes in d.l.imperium ff.de jurisd.omn.jud.ergò Iudex criminalis,& non civilis cognoscit de delictis,pro quibus potest inferri tortura, Capibl. d.cap.36.n.10.

16 Sic etiam si ex natura delicti veniat imponenda pęna ultrà relegationem, sed ex aliqua causa pęna veniat minoranda minus relegationis, in hoc casu causa dicitur criminalis, & spectat ad Iudicem criminalem, Capiblanc.de Baronib.pragm. 8.part.2.nu.255.

17 Sed si officialis criminalis pro delicto, de quo venit imponenda pęna mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilationis, commutat pęnam corporalem in pecuniariam, licèt talis pęna spectat ad Iudicem criminalem, & non ad civilem, tamen si commutatio pęnæ fit facta ex necessitate, ut quiam aderat aliqua juxta causa ad moderandam pęnam criminalem in pecuniariam,tunc talis pęna pecuniaria spectat ad Judicem civilem, Capyc.decis.27.in 3.dubio, & eum sequi, ut Campag.d. cap.Reg Illustri nu.38.

18 Quòd si quis esset puniendus pœna pecuniaria, & propter impotentiam, quia non potest solvere pecuniam, lueret in corpus, licèt si posset solvere pecuniam,deberet cognosci à Judice civili,tamen quando solvere non potest,& decet lui in corpus, judicabitur à Judice criminali, Capyc. d.decis.27. in 3.dubio,& Campag.d. cap.Reg.Illustri nu.38.& Jacob.Cancer.variarum resol.lib.2.cap.2.n.56.& de

19 Franchis decis.358.n 6. ubi nu.5. dicit, quòd Sacrum Regium Consilium non est Iudex competens causarum criminalium in prima instantia, nisi in causis appellationum à sententiis Magnæ Curiæ Vicariæ, & est prag.37.de officio Sacri Reg.Cons.& docet Regens Sanfelic.decis.67.nu.2.& seq.& n.5.

20 Sed quando ex delicto venit imponenda pęna relegationis, & tunc Iudex civilis cognoscit, & est ratio, nam qui habet jurisdictionem civilem, potest cognoscere de delictis, pro quibus venit imponenda pę la fustigationis, nam pęna fustigationis est mixi imperii, ut diximus supra nu. 13. sed fustigatio dicitur pęna similis relegationi, Grámat.cons.37.& Peguera dec.16.n.4.ergò quando est delicto venit imponenda pęna relegationis de eo cognoscit Iudex civilis, ut docet Jacobus Cancer.variarum resol.lib.2.cap.2.num.58.

21 Sed si quis pro delicto, de quo venit imponenda pęna mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilationis, non agat criminaliter, sed tantùm civiliter, puta si pro adulterio agat maritus contra uxorem ad amissionem dotis, vel si pro furto quis agat contra furem ad rem furatam restituendam, in hoc casu Judex civilis est competens, nam talis causa civilis dicitur, Jo: Andreas in cap.tuæ,col.2.ver.& hæc vera,de procurat.Campag. d.cap.Reg.Illustri n.13.& Merolla d.cap.3.n.192.

22 Immò si Judex civilis cognoscat de aliquo crimine civiliter, potest ex suo officio,sine accusatore incidenter cognoscere de causa criminali, & potest devenire ad condemnationem criminalem in eadem instantia contrà delinquentem, Cravet. cons.53.Cabal.resol.crim.casu 82.num.13.& seq.& Guazzin.d.def.1. d.cap.23.n.2.

23 Sic etiam Baro civilem habens jurisdictionem cognoscit de parvis furtis, si civiliter agatur, Foller.pract.crim.rub.audiantur excusatores, num.172.

24 Sed quæritur, quid si ultrà pęnam mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilationis sit etiã imposita pęna pecuniaria pro aliquo delicto, an ipsa pęna pecuniaria applicetur Baroni habenti jurisdictionem criminalem, vel Baroni habenti jurisdictionem civilem? & licèt hoc non inveniam tactum à Doctoribus, tamen puto, quod applicetur Baroni habenti jurisdictionem criminalem, cum ipse possit cognoscere de dicto delicto,& ipsa pęna pecuniaria est accessoria ad pœnam corporalem, & facit text. in l.per minorem. ff de judiciis, ubi habetur, quod major quæstio minorem causam ad se trahit, & in fortioribus terminis loquitur Reg.Constant.in l.1.n.36.cum plurib.seq. C. pœnis fiscal. creditores præferri lib. 10.

25 Sed quando pœnæ pecuniariæ non proveniunt principaliter ex delicto,sed ex causa civili, vel incidenter, & tunc spectant ad Baronem habentem civilem jurisdictionem, Precria de subfeudis lib.2. auctoritate 13. nu.2.

26 Et quando infertur,aliqua injuria officiali civili ratione,& intuitu officii à suo subdito,potest ipse Judex civilis facere pœnale mandatum injuranti, ut se conferat carceratum in aliquo carcere, & ipsum punire, Caracciolus de fori privileg. remis. q.31.

27 Et scias,quòd habilitationes in causis criminalibus in Magna Curia Vicariæ recipiuntur per Actuarium civilem,& non criminalem,praecedente tamen decreto habilitationis per Iudices criminales, prag.18.§ 2. & 3.de offic. Magistri Just. & tales habilitationes capiuntur per Actuarium, & non per Scribam, ut in ritu 35. & capta dicta fideiussione per Actuarium civilem, tenetur ipsæ Actuarius civilis denunciare Actuario criminali, dictam fidejussionem esse captam, adhoc, ut ipse Actuarius criminalis possit fidejussionem prædictam in processu adnotare, prag.19. §.7. de offic. Magistri Justit.& vide ritum 33.

28 Scias etiam,quod quando aliquis Officialis haber aliquam justam causam non dandi sindicatum in loco administrationis, & intendit parere sindicatui in Magna Curia Vicariæ, in hoc casu Iudices civiles Magnæ Curiæ Vicariæ cognoscunt de causa suspitionis, si sit sufficiens ad parendum sindicatui in Magna Curia Viceriæ, & per ipsos Iudices civiles emanantur banna ad recipiendum querelas,sed deindè causę criminales remittuntur judicibus criminalibus & ita multoties vidi practicatũ in pluribus causis sindicatus in ipsa M. C. V.

29 Scias quoq;quòd quando sumus in aliquo loco, ubi unus Baro habet civilem, alter verò criminalem jurisdictionem, in hoc casu banna pęnalia emanantur per officialem civilem, quoad res spectantes ad causas criminales emanantur per Officialem criminalem, ità Capyc d.decis.27.in septimo dubio,& Campag.d.cap.Reg. Illustri, nu.59.

30 Scias etiam, quòd de pęna asportationis armorum cognoscit Iudex criminalis, cap.Reg.Quod Justitiarii in nu.106.& Rovit.rub. de armis, nu.4. intellige, si pro asportatione armorum sit imposita pęna mortis naturalis,vel civilis, vel membri mutilationis,aliàs si minus, & tunc cognoscit Iu-

dex civilis,& ita intellige dicta per *Campag.d.cap. Reg.Illustri nu.62.* in quantum dicit, quòd in Regno de pœna asportationis armorum cognoscit Iudex civilis.

31 Scias etiam, quòd tempore nundinarum Baro civilis potest portare vexillum, seù banneram in nundinis,& non Baro criminalis, *Capyc.d.decis. 27.in undecimo dubio*, quem sequitur *Campag.d. cap.Reg.Illustri,nu.48.*

32 Et Baro habens civilem jurisdictionem non potest imponere pœnam ultra augustalem, *cap. Reg.89.* & pro contumacia non potest exigere ultra augustalem, *Affl.in Const. Reg.Iuris gentium, nu.31.& Campag.in cap.Reg.Gravamina, nu.47.*

33 Et Baro,qui non habet merum, & mixtum imperium,non potest carcerare vassallos,& eos subiicere tormentis,*cap.Regni Terrerii*, *Affl.in const. Reg.Iustitiariis,in notab.*2. sed tantùm potest facere modicam coërtionem; *l.cui jurisdictio, ubi DD ff.de jurisdict omn.Iud. Campagn. d.cap. Reg. Gravamina nu.49.* prout est in magistratu municipali, qui non potest aliquem ad mortem condemnare, sed tantùm potest ipsum moderatè castigare, *l.magistratibus ff de jurisdict.omn.Iud.*

34 Et Baro habens civilem jurisdictionem non potest procedere ex officio,sed tantùm ad instantiam partis, *cap.Reg.89.* nam in omnibus delictis tantùm, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis,vel civilis, vel membri mutilationis potest procedi ex officio,ut in *ritu 311.cap Reg.ut delatas cum duob.cap.seq* ubi etiam habetur, quòd Iudex procedens ex officio in casibus non permissis processus est nullus,& dixi supra *cap.10.nu. 1.in fine.*

35 Et Baro,qui habet civilem jurisdictionem,dicitur habere mixtum imperium,*Iacob Cancer.d.cap. 2.nu 53. & Foller.in pract.crim.rub. audiantur excusatores, nu.170.cum seq.* ubi nu.174 dicit ipse *Foller.* quod instrumenta possunt liquidari in Curia Baronis habentis civilem jurisdictionem, sequitur *Reg.Rovit.in prag.1.post nu.38. de officio Bajuli,*& dicam infrà *nu.77.*

36 Et scias, quod quando vassalli maltractantur à Barone habente jurisdictionem criminalem, Baro jurisdictionis civilis pro vassallis agere,& appellare potest, *Anna sing.61.& Borrel.summa dec. tit.41.n.219.cum sequentib.*

37 Scias etiam, quòd si Universitas sit solita præstare salariū,& domum officiali,& sumus in loco, in quo unus habet civilem, & alter criminalem jurisdictionem,in hoc casu salarium dividitur inter Iudicem civilem, & criminalem, sed domus spectat ad officialem criminalem tanquam digniorem, nisi aliter esset consuetudo, *Capyc.decis. 27.in 4.dubio, & Camp.d.c.Reg.Illustri n.39.*& de jure Officiali debet solvi salarium per Baronem, & non per Universitatem,ut dixi supra *cap.33.nu. 339.*

38 Et in parlamentis faciendis per Universitatem debet intervenire præsentia, seù licentia Officialis civilis,& non criminalis,sed si ipse Officialis criminalis velit intervenire in parlamento,non est sibi deneganda assistentia in dicto parlamento, *Capyc.d.decis.27.in 5.dubio, & Campag.in d.cap.Reg.Illustri nu.41.* & dixi supra *cap.33.de facto officialium, num. 264.*

39 Et Iudex criminalis præcedit officiali civili; *Capyc.d.decis.27 in sexto dubio,Campag.d.cap.Reg. Illustri,nu.42.& de Franch.decis.338.*

40 Sed Baro criminalis non potest pingi facere sua arma in muro,seù porta Civitatis,dissentiente Barone habente civilem jurisdictionem, sed tantùm potest depingi facere sua arma in domo,ubi residet suus Capitaneus pro justitia ministranda, *Capyc.d. decis.27. in decimo dubio, & Campag.d.cap.Reg.Illustri,nu 45.& seq.*

41 Et Baro,qui habet criminalem jurisdictionem, non dicitur verus dominus illius Castri, sed largo modo dicitur quasi dominus illius jurisdictionis, criminalis, *Capyc.d.decis.27.in 8.dubio,Campag.d. cap.Reg.Illustri,nu.60.*

42 Et scias, quòd Baro jurisdictionis civilis potest tenere familiam armatam,ut docet *Campag.d.cap. Reg. Illustri nu.61.* sic etiam potest tenere Actuarium,*Iacobus Cancer.d.cap.2. nu.60. cum pluribus seq.*sic etiam potest tenere carceres, *Iacob.Cancer. d.cap.2.nu.65,*ubi dicit,quod carcer debet esse honestus,& non subterraneus,hocmaximè procedit in Regno nostro, in quo etiam Baro,qui habet jurisdictionem criminalem,non potest tenere carcerem subterraneum, *prag.19.de Baronib.*& est de jure communi, ut ex *Corneo cons.325.nu.4.lib.4.* docet ipsemet *Iacob.Cancer.d.cap.3. nu 67.*

43 Et quando familia Officialis civilis delinquit, debet puniri per officialem civilem, dato, quòd delictum, si per alium esset commissum, deberet puniri per officialem criminalem, *Boer.decis.9. num.6.*

44 Quòd si sit suspicio pestis,Iudex civilis, & non criminalis potest facere bannum,ut quis non accedat ad locum pestis, *Iacobus Cancerius dict.cap.2. nu.315.*

45 Et scias,quod si Baro criminalis intendat vendere suam criminalem jurisdictionem, in hoc casu Baro civilis præfertur omnibus volentibus emere dictam jurisdictionem criminalem, ut ità decisum, testatur *Anna sing 150.*& docet *Regens Sansel, dec.322.* immò in venditione criminalis jurisdictionis facta extraneo præfertur Baro civilis, etiam si ipse Baro civilis sit Ecclesia, ut irà decisum testatur *Dom.Reg.Capyc.Latr.dec.168. par.2.*

46 Si Baro criminalis intendat vendere jurisdictionem criminalem, & alius sit dominus civilis jurisdictionis, vassalli non admittuntur ad jus prælationis, cum ipsi dicantur vassalli Baronis civilis jurisdictionis, *de Franch.dec.17 num.14.& Borrel summa dec.tit.41.n.81.& n.219 & n.220.*sed contrarium tenet *Reg.Sansclit.dec.339 n.2.tom.3.*

47 Sed tu scis, quòd per *Constit. Reg.Quamplurimum.* in Regno vassalli tenentur subvenire Baroni pauperi pro maritanda, vel monacanda filia, vel sorore, si in aliquo castro adsit Baro jurisdictionis civilis, & Baro jurisdictionis criminalis, quæritur cui Baroni istud adjutorium debeatur? & dicas, quòd debeatur Baroni habenti jurisdictionem civilem, *Capyc.d.decis.27. de Franc.decis. 131.n.3.Andrea Capanus de iure Adohæ, q.48. Capiblanc.de Baronib.prag.1.n.62.cum plurib.seq.& in pragm.8.part.2.nu.266.& Freccia de subfeud.lib.2. auctorit.2.n.20.*

48 Et advertas, quod Vicarius Episcopi ex Generali commissione potest tantum cognoscere de causis civilibus, *cap. licet de off. Vicarii in 6. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 125. & Merolla in Theolog. morali tom. 3. disput. 7. cap. 6. n. 372.* & non potest cognoscere de causis criminalibus, sine speciali mandato, *Sborza d. lib. 2. quæst. 143. & Merolla d. cap. 6. n. 373.* ubi hoc *num. seqq.* pluribus modis limitat, & præcipuè *nu. 338.* dicit, quòd licèt de jure communi requiratur speciale mandatum, ut Vicarius Episcopi possit cognoscere de causis criminalibus, tamen hodie Vicarius Episcopi potest cognoscere de causis criminalibus ex generali commissione, citat *Genuens. in suis pract. Eccles. quæst. 728.*

49 In Casali Massicellæ sito in Statu Novi, unus Baro civilem, alter verò criminalem jurisdictionem habet; Andreas de Balluccio subditus illius jurisdictionis appensatè interfecit Jo: Nicolaum Merolam servientem dictæ Curiæ civilis intuitu eius officii, ex quo serviens ipse exequutus fuerat contrà dictum Andream literas exequutoriales, expeditas per ipsam civilem curiam; capta informatione per ipsam civilem curiam, & facta per eam præventione per capturam personæ dicti delinquentis, dicit ipse Baro civilis iurisdictionis, ad ipsum spectare cognitionem huius delicti.

50 Primò per *text. in l. nullum, C. de testibus*, ubi habetur, quòd delinquens coram aliquo Judice, licèt ipse Judex sit incompetens delinquentis, tamen sit competens contra eum ratione offensionis sibi factæ, & licèt *text.* ille loquatur de teste falsum deponente, tamen procedit contrà omnes, qui quomodocunque aliquem Judicem incompetentem offendunt, cognoscuntur à dicto Judice offenso, *de Franch. dec. 722. post n. 25. ver. unus.*

51 Unde eximens carceratum efficitur de foro Judicis, à quo eximit *Jo: Faber in §. item adversus, col. fin. Inst. de actionib. de Bottis in l. 1. ver. Offilius ff. ne quis eum qui in jus vocatus, & Amend. ad Præs. de Franch. decis. 442. n. 5.*

52 Et si in actu judiciario fiat aliquod delictum per partes litigantes, ipsi delinquentes puniuntur per illum Judicem, coram quo litigabatur, etiam si ipsi delinquentes sint alterius fort, *Reg. Saufel. decis. 63. n. 7.* & dicam infra *cap. 41. de foro falsarii, post nu. 6.*

Et Judex delegatus potest punire turbantes jurisdictionem suam, & partes se invicem offendentes, si tamen se offendant ex dicta causa delegata, *Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 7.* & dicam infra *cap. 48. n. 20.*

53 Secundò ex doctrina *Bart. in l. hoc jure, §. aqua, ff. de aqua quotid. & æstiva*, ubi dicit ipse *Bart.* quod si Baro habet jurisdictionem civilem tantùm cōtra suos subditos, benè potest punire subditum deponentem falsum coram se, & ità fuisse observatum, testatur *Riccius coll. 243. in fin.* & dixi supra *num.* 8.

54 Tertiò adducitur doctrina *Capiblanci in add. ad prag. 8. part. 1. ad nu. 375.* ubi ipse *Capiblanc.* dicit, quod si Nuncius Curiæ Bajularis sit verberatus intuitu ejus officii, ipse Bajulus cognoscit.

55 Quartò facit doctrina *Follerii in pract. crim. rub. audiantur excusatores n. 173.* ubi dicit, quod Baro civilis cognoscit de resistentia facta Bajulo in actu exequutionis sententiæ ipsius curiæ.

56 Quintò facit doctrina *Caraccioli de foro privilegiatorum remissione, quæst. 31.* qui dicit, quod quando infertur aliqua injuria officiali civili ratione, & intuitu officii à suo subdito, potest ipse Judex civilis facere pœnalem mandatum injurianti, ut se conferat carceratum in aliquo carcere, & ipsum punire, & dixi supra *num. 26.*

57 Sextò facit doctrina *Jo: Baptistæ Thori comp. decis. tom. 2. ver. remissio petita, fol. 573.* ubi dicit, militem, qui offenderat Alguzerios Magnæ Curiæ Vicariæ in actu exequutionis fuisse punitum per ipsam Magnam Curiam, & fuisse denegatam remissionem ad ipsum Judicem militarem Judicem competentem ipsius militis.

58 Nam semper quando familia Judicis in exequutione sui exercitii offenditur ab aliquo non subdito ipsi Iudici, ipse Judex cognoscit de dicta offensa contra offendentem, ut dicam infra *cap. de foro offendentis officiales, nu. 11.*

59 Septimò affertur doctrina *Domini Consiliarii Jo: Mariæ Campanæ de forjudicatione resol. 29. n. 9.* ubi dicit, quòd si locatus Regiæ Dohanæ Menepecodum Apuleæ offendat aures Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ, ipse punitur per ipsam Magnam Curiam Vicariæ, vel per Regiam Audientiam, & causa non remittitur ad Regiam Dohanam Menepecodum Apuleæ, & ipse *Jo: Maria Campana* ibi post *d. n. 9.* dicit carcerarium Curiæ Magni Admirati, qui excarceraverat carceratum Magnæ Curiæ Vicariæ absque ordine ipsius Magnæ Curiæ, fuisse punitum ab ipsa Magna Curia, & remissionem causæ fuisse denegatam ad ipsam Curiam Magni Admirati.

60 Sed pro Barone criminalis jurisdictionis primò facit doctrina *Bart. in l. divus nu. 4. ff. ad legem Cornel. de falsis*, ubi ipse *Bart.* tenet, quòd in tantùm Judex incompetens potest punire non subditum, qui coram eo commisit falsum, in quantùm ipse Judex habeat auctoritatem puniendi, aliàs debet eum remittere ad maiorem Judicem, sequitur *Paul. de Cast. in d. l. nullum, post n. 3.* inquiens, quòd ita tantùm Judex incompetens potest punire non suum subditum ratione offensionis eius aurium, inquantùm ipse Iudex de ipso crimine posset ordinariè punire, aliàs secus, & docent etiam *de Franch. dec. 147. nu. 5. in fine, & Petrus Cabal. resol. crim. casu 116. in fine*; sed Iudex civilis non potest cognoscere de delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, civilis, aut membri mutilationis, ut in *d. prag. 2. de jurisdict. invicem non turband.*, ergò consequens est, ut ipse Iudex civilis non possit cognoscere de isto delicto, licèt eius aures sint offensæ; unde meritò *Capiblanc. de Baronib. tom. 1. super prag. 8. part. 1. n. 376. & seq.* dicit, quòd licèt Iudex civilis ratione contemptus suæ jurisdictionis possit cognoscere de causa criminali, tamen hoc intelligit, locum habere in delictis privatis, & non in aliis publicis supra relegationem; & videmus, quòd si in Magna Curia civili sit commissa falsitas in causa civili, licèt sint offensæ aures Judicum civilium, nihilominus ista falsitas punitur per Judices criminales, & non per Judices civiles, ut ità servari testantur *Cabal.*

bal.d.casu 116.nu.1.& de Franch.decis.147.num.6. ubi dicit, quod si falsitas fit commissa in causa vertente in Sacro Regio Consilio, adhuc de dicta falsitate cognoscit Magna Curia Vicariæ criminalis facta tamen prius relatione per Iudicem criminalem in ipso Sacro Regio Consilio, & ab eo obtenta licentia procedendi, & meritò etiam *Capibl.inc. in dict. prag 8. par.1. num.219.* dicit, quod licèt *Riccius* dicat, judicatum fuisse, Iudicem civilem punisse delictum falsitatis commissum in causa civili vertente curam ipso Judice civili, tamen ipse *Capiblanc.* ibi hoc intelligit quoad amissionem causæ, quę est pœna civilis falsitatis, nam esset opinio vana suadere contrarium, quòd possit ipse Iudex civilis criminaliter punire, dum ipse non habet jurisdictionem talem in habitu, & dixi supra *nu.8.*

61 Hinc videmus, quòd licèt quis possit prorogare jurisdictionem Iudicis incompetentis, tamen requiritur, ut Iudex prorogatus habeat talem jurisdictionem in alios, *l.1.C.de jurisdict.omn.Judic. & l.1.ff.de judiciis*, undè dum Iudex civilis non habet jurisdictionem pro causis criminalibus, pro ipsis causis criminalibus non potest fieri prorogatio ad ipsum Iudicem civilem, ut dixi supra *c.12.nu.50.in fine*, & supra hoc eodem *cap.nu.2.*

62 Secundo pro Barone criminali facit, quod dicunt *DD.* quòd si quis jurisdictionis Curiæ Magni Admirati offendat Alguzerios Magnæ Curiæ Vicariæ intuitu eorum officii, & de hoc ipse fit inquisitus in ipsa Magna Curia ipse inquisitus deb e remitti ad Curiã Magni Admirati, ut tenent *de Franch.d.decis 722.Capiblanc.to.2.c.37.n.11.Reg. Tapia decis. S.R.C.13. Thor.comp. decis.to.3.sect.3. ver.remissio fol.60 Reg.Sanfelic.dec.419.n.36.* & ità decisum testatur *Fabius de Anna consil.107.*

63 Tertiò pro Barone criminali facit doctrina *Riccii in praxi remissionis delinquentium quæst.34.* qui dicit, quòd rumpens salvaguardiam concessam per Magnam Curiam Vicariæ punitur per suum Baronem, & non per ipsam Magnam Curiã Vicariæ.

Et ex istis rationibus adductis pro Barone criminali de facili patet responsio ad jura, & rationes adductas pro Barone civili, undè concludo pro Barone criminali, ad ipsum spectare cognitionem hujus delicti.

64 Sed si unus Baro civilem, alter vero criminalem jurisdictionem habet, causa receptationis bannitorum spectat ad Baronem civilem jurisdictionem habentem, ità *Joannes Laganarius ad Regentem Rovit.in prag.1.de recept.delinquent.* de quo ego satis dubito, immò teneo contrarium, nam hodiè contra receptatores bannitorum, ultrà pœnam pecuniariam, imponitur pęna triremium, ut dixi in praxi *forjud. cap.18. nu.6.* sed quando imponitur pœna triremium, causa spectat ad Curiam criminalem, & non civilem, ut dixi supra hoc eodem *cap. nu.12.* ergò causa receptationis bannitorum spectat ad Baronem criminalem jurisdictionem habentem.

65 Pluries Iudex criminalis, & Iudex civilis inter eos contendunt, quis eorum cognoscere debeat de crimine commisso ab aliquo eorum subdito, & quæritur quis sit Iudex competens in decernendo ad quem eorum spectet cognitio dicti criminis? semper hoc fuit controversum in casali Cornutorum, Salę, & Salellæ, quæ sũ loca sita in Statu Novi, ubi ego pluries exercui officium Gubernatoris Terræ Novi, & Casalium, & Auditoris Generalis totius Status, & in dictis Casalibus Dominus Status habet criminalem jurisdictionem, & Sacrum Hospitale Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis habet civilem jurisdictionem, sed causæ appellationum d ctæ civilis jurisdictionis spectant ad Dominum Status; & in hac controversia adsunt duo decreta contraria prolata à Domino Delegato dicti Sacri Hospitalis. Primum est tenoris sequentis v3.

66 *In causa Sacri Hospitalis Sanctissimæ Annunciatę Neapolis cum Magnifico V.I.D.Iulio Masirillo Regii Fisci Patrono in Magna Curia Vicariæ, & utili Domino Status Novi.*

Die decimo octavo mensis Februarii 1631.Neapoli per Illustrem Marchionem Belmontis Carolum de Tapia Regium à latere Consiliarium Regentem Regiam Cancellariam, & Commissarium Delegatum causarum Sacri Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis.Visis actis, & partibus plures auditis, fuit provisum, & decretum super infrascriptis capitibus.

67 *Quòad primum fuit provisum, quòd Capitaneus jurisdictionis criminalis dictæ Terræ Novi capiat informationem de omnibus delictis, & criminalibus occurrentibus in Casalibus Cornutorum, Salæ, & Salellæ dicti Sacri Hospitalis.*

68 *Quòad secundum fuit provisum, quod Capitaneus jurisdictionis civilis dictorum Casalium capiat informationem de causis spectantibus, & concernentibus ad dictam civilem Curiam.*

69 *Quòad tertium fuit provisum, quòd quando contingerit, quod dictus Capitaneus jurisdictionis civilis prætend.it, dictum Capitaneum jurisdictionis criminalis, se immiscuisse in capiendo informationem de rebus spectantibus ad dictam civilem Curiam, eo casu prædictus Capitaneus jurisdictionis civilis petat remissionem à prædicto Capitaneo jurisdictionis criminalis.*

70 *Quòad quartum fuit provisum, quòd quando accideret provideri per dictum Capitaneum jurisdictionis criminalis in casu gravaminis de dictis rebus spectantibus & pertinentibus ad dictam civilem Curiam prædictus Capitaneus jurisdictionis civilis adeat Iudicem secundarum causarum dicti Status, & successivè ad alios superiores, qu bus spectat.*

71 *Et nihilominus provisum est, quòd respectu Oratii, & aliorum de tipoliti dicti Casalis Cornutorum inquisitorum pro causa, ut in actis, Curia criminalis dictæ Terræ Novi statim provideat super petita remissione ad prædict:m curiam civilem, & si non est in voto remittendi, partes adeant Iudicem secundarum causarum, hoc suum Carolus de Tapia Regens. De Cantone Actuarius, Io.Petrus de Capua scriba.*

72 Secundum decretum est tenoris sequentis, v3.

Die 13.mensis Iulii 1641 Neap.per Illustrem Carolum de Tapia Marchionem Belmontis Reg.à latere Consiliarium Regentem Regiam Cancellariam, & Commissarium Delegatum causarum Sacri Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis, visis actis, & decreto lato per supradictum Illustrem Commissarium

rium Delegatum sub die 27. mensis Aprilis præteriti præsentis anni, per quem fuit provisum, quòd Curia status Vallis Novi, & ejus officiales non procedant de facto contro Franciscum, & Scipionem Tipoldum vassallos casalis Cornutorum dicti sacri Hospitalis, neq; ad carcerationem non solùm pro causis in provisionibus expeditis per dictù Illustrem Commissarium Delegatum pro observantia supradicti decreti, sed etiam pro omnibus aliis causis, & omnia acta, si quæ sunt, transmittant ad supradictum Illustrem Commissarium delegatum, ut ipsis visis, de justitia provideri possit, & omnia innovata ad pristinum reducantur, & in futurum ita observent, & obediant pro omnibus delictis forsan committendis ab omnibus vassallis dicti sacri Hospitalis, sed quando opus fuerit, capiant informationem tantùm, & illam transmittant ad supradictum Illustrem Commissarium Delegatum, servata forma provisionum alias expeditarum per Spectabilem Regentem Valtuzuolam olim causarum dicti sacri Hospitalis Commissarium Delegatum, & deindè confirmatarum per supradictum Illustrem Commissarium Delegatum, viso memoriali S.E. porrecto pro parte Gubernatorum supradicti sacri Hospitalis proviso sub die 11. mensis præsentis remisso supradicto Illustri Commissario Delegato, provisum, & decretum est, quòd supradictum decretum interpositum per eundem Illustrem Commissarium Delegatum, & omnia in eo contenta observentur, & ità exequatur juxta provisiones expeditas pro ipsorum observantia, non obstantibus aliis provisionibus in contrarium expeditis per Sacrum Consilium in Banca Carboni, & in casu inobservantiæ committitur Regiæ Audientiæ Civitatis Salerni, & Magnifico Capitaneo Terræ Prignani insolidùm, qui capiant informationem de contraventione sumptibus, & expensis contravenientium, quacapta, transmittant ad supradictum Dominum Commissarium Delegatum, servata forma dictarum mensionatarum provisionum, ut supra expeditarum hoc suum, & expediantur provisiones. Tapia Regens, Jo: Dominicus Cantone Actorum Magister, nunc penes Paulum de Fusco Actorum Magistrum.

73 Et hoc ultimo decretum potest confirmari ea ratione, nam quando duo Judices de jurisdictione contendunt inter eos, Regii Superiores de hoc cognoscunt, ut dicam in hoc eodem *tract. cap. 38. de foro delicti, n. 61.* sed istud ultimum decretum non obstat, licèt sit posterius, nam fuit latum inaudito Domino status Novi, & primum decretum fuit latum, partibus auditis, ut in eo est videre, & ideò dictum primum decretum debet observari, quod confirmo optima ratione, nam semper quando quis citatur a Judice incompetenti, tenetur comparere, & petere, se remitti ad suum Judicem competentem, ut dixi supra *cap. 8. n. 2. & seq.* & Judex ipse, qui citavit, est competens in cognoscendo, an sua sit jurisdictio, ut dixi *d. cap. 8. n. 143. cum plurib. seq.* & non obstat ratio adducta pro ultimò decreto, nam procedit quando sumus inter Judices æqualem jurisdictioonem habentes, nam tunc si inter eos sit controversia de jurisdictione, Regii Superiores cognoscunt, secus si sumus inter Iudices inæqualem jurisdictionem habentes, nam Iudex criminalis dicitur habere quandam superioritatem in Iudicem civilem, & dicitur dignior ipso Iudice civili; & si hoc esset, quod Iudex criminalis posset tantùm capere informationem, & illam transmittere ad dictum Dominum Delegatum, ad finem videndi ad quem spectet causa inquisitionis, an ad Curiam criminalem, vel civilem? Baro criminalis esset quasi privatus sua jurisdictione, vel saltim cum magnis expensis posset suam exercere jurisdictionem in petendo quamlibet causam sibi remitti per dictum Dominum Delegatum, & aliquando ipse Dominus Delegatus est impeditus ob multitudinem causarum, & nunquã decidit, ad quem spectat causas occurrentes, & Rei ex hoc non puniuntur, & dicta remanent impunita, contra *textum in l. si ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam*, & ex hoc certè scio, plura fuisse commissa delicta in dicto Casali Cornutorum, & non fuisse punita, & ex hoc cives illius loci facti sunt audaces in committendo delicta.

74 Et cum ego cœpissem possessionem Gubernatoris Terræ Novi, & Casalium, & Auditoris generalis totius status die quarta Ianuarii 1651. paulo post cœptam dictam possessionẽ cives dicti casalis Cornutorũ timentes de mea justitia, & desiderantes evitare pœnam eorum delictorum, nã in officiis à me gestis nunquam peperci delinquentibus, sed semper ipsius justam imposui pœnam, fecerunt expedire provisiones à magnifico Delegato pro observantia dicti secundi decreti, nulla facta mentione de primo decreto, undè Dominus Carolus Zattara Affictator status prædicti comparvit coram dicto magnifico Delegato de hoc anno 1652. in quo fui confirmatus in dicto officio per alium annum, & partibus auditis, fuit interpositum decretum tenoris sequentis, v3.

75 *Die quinto mensis Martii 1652. Neap. per Illustrẽ Hectorem Capycium Latro Marchionem Torelli. Regium à latere Consiliarium Regentem Regiam Cancellariam, & Commissarium delegatum causarum sacri Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis, visis actis, & decretis interpositis per Dominos delegatos dicti sacri Hospitalis, Auditis Doctore Joseph Sorrentino, & partibus cum eorum Advocatis provisum, & decretum est, quod Capitaneus jurisdictionis civilis Casalium Cornutorum, Salæ, & Salellæ destinatus per Gubernatores ipsius sacri Hospitalis Domini jurisdictionis civilis dictorum Casalium procedat in omnibus causis concernentibus jurisdictionem civilem, & mixtam ipsorum Casalium, & justitiam faciant, & Capitaneus jurisdictionis criminalis status Vallis Novi procedat in causis concernentibus jurisdictionem criminalem tantum dictorum Casalium, verùm ubi contingerit Capitaneum jurisdictionis criminalis se intromittere in causis civilibus, & mixtis, dictus Capitaneus civilis adeat Juditem secundarum causarum pro remissione, & in casu quod noluerit providere, vel in casu agravii adeat supradictum Illustrem Commissarium delegatum, & sic continuet in capiendis informationibus in causis occurrentibus in dictis Casalibus in futurum. Hoc suum, & expediantur provisiones, Capycius Latro Regens, de Fusco.*

76 Et quando Capitaneus in criminalibus cœpit informationem de aliquo delicto, & eandẽ informationem cœpit Capitaneus in civilibus pro eodem delicto, si Capitaneus in criminalibus pro- cessit

cessit ad citationem, Capitaneus in civilibus potest etiam procedere ad citationem, & si ambo processerunt ad citationem, & tunc est in electione Rei coram quo velit comparere, ex dictis supra *cap.7.nu 50. & cap.8.nu.142.* & si comparet coram Gubernatore civili, tunc producta fide carcerationis, ipse Capitaneus civilis, vel Reus tenentur in ultimo peremptorio comparere, & petere remissionem causæ ad ipsam civilem Curiam; si verò ipse Reus comparet coram Judice criminali, & tunc tenetur etiam in ultimo peremptorio comparere coram Iudice civili per Procuratorem, & opponere, quòd pro eadem causa fuit citatus à Judice criminali, & ibi comparuit, & tenetur producere fidem comparitionis, qua producta, ipse Capitaneus in civilibus non potest ad ulteriora procedere, sed tenetur petere causæ remissionem à Judice criminali, quòd si Reus non comparet coram neutroq; Judice, & tunc reputatur contumax, & pœna contumaciæ exigitur ab utroquè Judice, ut dixi in *praxi forjudic. cap.2.nu.34. cum trib.seq.* & si comparet coram uno Judice, & non coram alio, reputatur contumax à Judice, coram quo non comparuit, ab eo pœna contumaciæ exigi potest.

77 Et advertas, quòd instrumenta liquidantur in Magna Curia civili, & non criminali, *Foller. pract. crimin. rubr. audiantur excusatores, nu.174. & Dom. Reg. Capyc. Latro decis.200, nu.3. par.2.* & dixi supra *nu.35.*

78 Advertas etiam, quod utens falsis ponderibus, vel mensuris ignorantèr, punitur per Judicem civilem, & non criminalem, *Riccius in praxi remissionis delinquentium, quam posuit in fine quartæ partis suæ praxis, cap.33.*

79 Advertas quoquè, quòd si Baro civilis jurisdictionis delinquat, punitur à Magna Curia Vicariæ, & causa non remittitur ad Baronem criminalem, prout ita decisum testatur *Io: Laganarius ad Regentem Rovitum in Pragmatic. secunda de jurisdict. invicem non turbandis.*

S V M M A R I U M.

1 *Judex loci delicti est competens contra delinquentem, licèt delinquens sit alterius fori, assignatur ratio, nu.2. ampliatur à nu.3. usq; ad num.4. Limitatur à nu.42. usquè ad nu.53.*

3 *Adulter, & adultera puniuntur in loco commissi adulterii.*

4 *Uxoratus carnaliter cognoscens mulierem solutam non committit adulterium.*

5 *Damnificans seminatoria pro damno illato convenitur in foro loci facti damni.*

6 *Exemptus delinquens extra locum exemptum punitur in loco delicti.*

7 *Vidua habet electionem fori, quando convenitur in foro delicti.*

11 *Clericus delinquens extrà suam Diœcesim punitur in loco delicti.*

12 *Confiscatio bonorum per quem Judicem fiat, si bona sint in diversis territoriis.*

14 *Judex domicilii, vel originis tenetur remittere reum ab ipso captum ad Judicem loci delicti, usq; ad nu.28. & idem est in quocunq; alio Judice jurisdictionem non habente in delinquentem, nu.29. declara usquè ad nu.34.*

35 *Delinquens in Civitate Neapolitana punitur per Magnam Curiam, et non remittitur ad ejus Baronē.*

36 *Eximens carceratum à manibus familiæ Curiæ punitur à Judice, à quo eximit.*

37 *Spoliator punitur pro spolio in loco facti spolii.*

38 *Fractor carceris pro fractura punitur à Judice fracti carceris.*

39 *Externus potest excommunicari ab Episcopo, in cujus Diœcesi commisit delictum.*

40 *Capiens inquisitum in aliena jurisdictione potest ibi puniri.*

42 *Pœnitens potest confiteri sua peccata alibi commissa in sua Parrochia.*

43 *Territorium quando est promiscuum delinquens semper remittitur ad Judicem sui domicilii, licèt delinquat extra suum domicilium in loco promiscuo, & nu.44. & 45.*

46 *Vassallus, si delinquat extra suum domicilium, remittitur ad Judicem sui domicilii, si jurisdictio sui Baronis sit concessa in vassallos, non circumscripto territorio.*

47 *Guidatus, si pendente guidatico, delinquat, punitur à guidante.*

48 *Subditi hujus Regni delinquentes in statu Ecclesiastico puniuntur ab officialibus hujus Regni. & è contra*

49 *Furantes in via publica puniuntur à quocunq; capiente.*

54 *Judex loci delicti velit citare delinquentem existentem extra suam jurisdictionem, an teneatur implorare brachium illius Judicis?*

55 *Judex loci delicti an teneatur remittere reum in suo domicilio pro aliis delictis commissis in dicto suo domicilio? & nu.56.57. & 58.*

59 *Delictum si sit factum in confinibus duorum territoriorum, quis sit Judex competens? & n.60. & 62.*

61 *Regii Superiores cognoscunt, quando est controversia inter duos Judices de jurisdictione.*

63 *Vulnus si sit illatum in uno territorio, & in alio vulneratus mortuus sit, quis sit Judex competens? usquè ad nu. 67.*

68 *Mandans an puniatur in loco delicti, vel in loco mandati?*

69 *Laicus delinquens intus Ecclesiam a quo Judice puniatur?*

70 *Minor providetur de curatore a Iudice loci delicti.*

71 *Occidens an possit puniri à Iudice occisi, si homicidium sit factum extra territorium occisi.*

72 *Iudex delicti an possit exiliare exterum delinquentem in suo territorio extra territorium ipsius delinquentis? usquè ad nu.77.*

78 *Absolutus a Iudice delicti, an possit puniri a Iudice sui domicilii.*

79 *Iudex delicti an teneatur imponere pœnam secundùm leges loci delicti? & Iudex domicilii teneatur imponere pœnam secundum leges loci delicti? nu.80.*

De foro Delicti.

C A P. XXXVIII.

1 IUdex loci delicti est Judex competens contra delinquentem, licèt ipse delinquens sit alterius fori,

fori, *l. non est dubium, §. illud, ff. de custod. reorum, l. si cui, §. idem Imperator, & l. fin. ff. de accusat. l. 3. in principio ff. de re milit. l. 1. C. ubi senatores, vel clarissimi, l. 1. & Authen. qua in Provincia C. ubi de criminibus agi oport. § si verò quis comprehensorum, auth. ut nulli judicum, §. audiant, auth. de defensorib. Civit. cap. 1. de privileg. in 6. cap. de illis 6. quæst. 3. cap. licèt ratione, de foro comp. cap. 1. de raptorib. prag. 1. & 5. ubi de delicto,* & docent *Foller. pract. crimin. rub. audiant ex ensfatores, n. 151. cum plurib. seq. Thesaur. dec. 90. & 266. n. 1. & 7. Riccius dec. 182. part. 4. Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 2. n. 206. cum pluribus seq. Guazzinus ad defensam reorum, defens. 1. cap. 14. per totum, & cap. 25. n. 1. & seq. & Bald. in l. 1. in fin. C. si à non compet. judic.* ratio est, quia expedit

2 Reipublicæ delicta puniri in eo loco, ubi perpetrata sunt ad aliorum exemplar, & ad solatium offensorum, *l. capitalium, §. famosos ff. de pœnis, cap. quapropter, 2. quæst. 7 cap. ad deliberandum 17. de judiciis,* est etiam ratio, nam quando quis delinquit, Iudex loci delicti injuria afficitur ob contemptu ipsius, ad quem spectat Provinciam malis hominibus purgare, *l. congruit, ff. de offic. Præsidis,* est etiam ratio, nam Reip. interest, ne delicta remaneant impunita. *l. ita vulneratus, ff. ad legem aquil.* sed si delinquens puniretur ab alio Judice, quàm Judice loci delicti, non sic de faci i invenirentur testes ad probandum delicta, nprout inveniuntur in loco delicti, ergo ne delicta remaneant impunita, Judex loci delicti est Judex comp. tens, est etiam alia ratio, nam si reus puniretur ab alio Iudice, quàm à Iudice loci delicti, offensus magnis expensis defatigaretur in accedendo ad alium Iudicem causa consequendi justitiam, & maximè si offensus esset de jurisdictione Iudicis alterius loci, quàm loci delicti, nam ibi ipse offendens haberet amicos, & consanguineos, & offensus esset advena. & nunquam prosequi posset justitiam, & ipse offensus esset expositus multis periculis, unde meritò Iudex loci delicti est Iudex competens adversus delinquentem, licèt ipse delinquens sit alterius fori, quàm fori loci delicti, has rationes afferunt, *Covar. pract. quæst. c. 11. nu. 3. & Pegnera in dec. 66.* & iste forus delicti est tantæ potentiæ, ut nec volente ipso Iudice loci delicti, possit reus remitti ad Iudicem domicilii, vel originis ipsius Rei, *Reg. Rovit. in prag. 1. n. 34. ubi de delicto, & Novar. de gravaminibus vassallorum, to. 1. gravam. 405. post n.* atque supradicta conclusio in pluribus ampliatur.

3 Et primò, nam si in aliquo loco sit commissum adulterium, adulter, & adultera puniuntur in loco commissi adulterii, licèt adulter, & adultera sint alterius loci, *l. si dum. & l. si quondam, & auth. si verò, C. ad leg. Jul. de adulter.*

4 Et circa hoc scias, quòd si uxoratus carnaliter cognoscat mulierem solutam, de jure civili non committit adulterium, & proinde non tenetur pœna adulterii, *Caball. resol. criminal. casu 32. Boss. tit. de coitu damnato, & punibili n. 23. & seq. Jul. Clar. §. adulterium nu. 2. vers. tribus autem modis, & Pascal. de viribus patriæ potest. par. 1. cap. 5. n. 54.* sed punitur pœna stupri, *Boss. ubi supra n. 25. & seq. Jul. Clar. d. §. adulterium post ver. tribus autem modis, circa med. Caball. resol. crimin. casu 32. & Farinac. quæst. 141. n. 75. cum plurib. seq.* & cognoscens meretricem nuptam non punitur pœna adulterii, *Campag. in cap. Reg. Ut fine mortalis peccati nu. 65. Jul. Clar. pract. crimin. §. adulterium, ver. quæro nunquid, & Cabal. resol. crim. casu 123. & 179.* ubi dicit, quòd neque ipsa meretrix nupta punitur de adulterio, sed *Capyc. decis. 44. in fine,* dicit quòd ipsa meretrix nupta punitur de adulterio, sed non accedens ad eam, tamen opinio *Caballi* est vera, *Pascal. de virib. patriæ potest. par. 1. cap. 5. nu. 41.* unde non est vera opinio *Jo. de Arnono in epitom. 19.* asserentis, cognoscentem meretricem conjugatam puniri, nisi ipsa meretrix sit carcerata, quia tunc eam cognoscens punitur, idem *Jo. de Arnono in epitom. 84.* sed vide *Reg. Sanfelic. dec. 341. tom. 3.*

5 Secundò amplia, nam si quis damnificat seminatoria, prædamno illato convenitur in foro Iudicis, in cujus territorio damnum fuit illatum, licèt damnificans sit alterius fori, quàm fori commissi damni, *Rend. ll. de pascuis publ par. 4. cap. 4. nu. 14. Marcel. Cal. de modo articul. indi, gloss. 15 t. n. 116. Affl. in const. Reg. cum per partes Apuleæ, n. 13. Mafullus ad Capyc. nam decis. 45.* & sic se vari in practica, testatur *Anna sing. 137.* quem sequitur *Capibl. dec. d. prag. 8. part. 2. n. 141. ubi nu. seq.* dicit, hoc procedere, si damnificans reperitur in loco damnificato, & non aliàs, & etiam Neapolitanus convenitur in loco damnificato, *Capibl. dec. tom. 2. c. 53. num. 16. in fin.*

6 Tertiò amplia, nam exemptus à jurisdictione alicujus, si delinquat extra locum exemptum, non obstante privilegio exemptionis, punitur in loco delicti, *l. 1. C. ubi sen. et. vel Clariss. auth. qua in Provincia, ibi, omni privilegio cessante, C. ubi de crimine agi oportet, c. p. 1. de privileg. in 6.* & docent *Guazzinus ad defensam reorum defens. 1. cap. 13. Riccius in praxi part. 2. resolut. 54.* & latè *Covar. pract. quæst. c. 11. n. 5.*

7 Quod non procedit in vidua, pupillo, vel in alia persona privilegiata, quæ habent electionem fori, nam si vidua delinquat, potest eligere Regia Tribunalia, & Iudex loci delicti non potest petere causæ remissionem ad suam Curiam, nam licèt *d. auth. qua in provincia, C. ubi de crimine agi oportet,* dicat, reum debere puniri in loco delicti, nullo obstante privilegio, tamen intelligitur de privilegio particulari non clauso in corpore juris, nam *d. auth. qua in provincia,* non tollit Privilegia clausa in corpore juris, ut advertit ibi *glos. ver. omni privilegio,* & non obstat *d. cap. 1. de privileg. in 6* ubi statuitur, exemptos quocunque privilegio posse conveniri, & puniri coram Iudice loci delicti, non obstante beneficio exemptionis, nam in *d. cap. 1.* non agitur de privilegio fori clauso in corpore juris, sed de privilegio extravaganti, unde meritò si exemptus delinquat extra locum exemptum, punitur à Iudice loci delicti, secus si ipse delinquat in loco exempto, quia tunc punitur à Judice ipsius exempti, *d. cap. 1. & Riccius d. resolu. 54.* sed vidua habet privilegium electionis fori, quod est clausum in corpore juris per *l. unic. C. quando Imperat.* unde meritò si delinquat, non punitur à Iudice loci delicti, sed ipsa potest eligere forum supremum, ut docet *Dom. Carleval. de judic. tomo 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7. nu. 592. cum pluribus seqq.*

8 Quartò amplia, ut non solùm delinquens sortiatur forum Iudicis loci delicti, ratione ipsius de-

delicti, sed etiam ut sortiatur forum ipsius Iudicis delicti, ratione quasi delicti, *l. 1. C. ubi de crimine agi oportet, l. amnem 20. ff. de judiciis.* & docet *Cinus in d. auth. qua in provincia n. 7. & Aucher. in cap. fin. n. 14. de foro compet. & Carleval. de judic. tomo primo, disputat. secunda, quæst. 7 sectione prima, n. 718.*

9 Quintò amplia, ut delinquens sortiatur forum Iudicis loci delicti, licèt ipse sit alterius fori, etiā si consuetudo esset in contrarium, nam adhuc delinquens punitur à Iudice loci delicti, *Baer. dec. 89. & Navar. in collect. ad prag. 1. n. 2 ubi de delicto.*

10 Sextò amplia, ut remissio causæ sit facienda ad Iudicem loci delicti, etiam pro delictis levibus, *Molina de brachio seculari, lib. 3. cap. 46. Rovit. prag. 1. n. 34. in fine, & n. 41. in fine, ubi de delicta, Carleval. de jud. tomo 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 2. n. 853. & seq.* sed contrarium tenent *Covar. pract. quæst. cap. 11. n. 7. ver. 8. Cabal. resol. crim. casu 162. n. 8. Dom. Reg. Sanfelic. decis. 68. n. 8. Bajard. ad Clarum § fin. q. 36. n. 19. & Clar. q. 38. vers. scias tamen, quòd ubi agitur,* tamen prima opinio est vera, ut dixi supra *c. 8. n. 61.*

11 Septimò amplia, ut Iudex loci delicti possit procedere contra delinquentem tàm ad instantiā partis, quam ex officio in casibus in quibus potest ex officio procedere, *Carleval. d. q. 7. sect. 1. n. 719. & Guazzin. ad defensam reorum, defens. 1. cap. 25. n. 5.*

12 Octavò amplia in Clerico unius Diœcesis, qui si delinquat in aliena Diœcesi, & sit captus à Iudice seculari, in hoc casu debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum loci delicti, *cap. proposuisti, de foro compet.* ita decisum testantur *de Franchis decis. 37 & Riccius decis. 132. par. 3.* sed si ipse Clericus, qui deliquit in aliena Diœcesi, habeat beneficium in sua Diœcesi, & tunc quoad amissionem beneficii propter delictum commissum extra Diœcesim, cognoscit Episcopus ubi adest beneficium, & non Episcopus loci delicti, *d. cap. proposuisti, de foro compet.* sed *Petr. Caball. resol. crim. casu 25. n. 9. & 10.* dicit, quòd Judex loci commissi delicti per Clericum beneficiatum non solùm potest pronunciare super delictum, sed etiam potest illum privare beneficio, quod habet alibi in aliena Diœcesi, sed Iudex, in cujus Ecclesia est beneficium, ipsum privabit beneficio, realiter sententiam Iudicis loci delicti exequendo, & dictum beneficium ad eius dispositionem, cuius erat, revertetur.

13 Sic etiam si quis committat delictum, propter quod bona ejus confiscantur, bona existentia in territorio domicilii Rei confiscantur per Iudicē domicilii, & bona existentia in territorio loci delicti confiscantur per Iudicem loci delicti, de quo dixi in *praxi forindic. cap. 16. nu. 35. cum plurib. seq.*

14 Nonò amplia, ut Iudex domicilii, vel originis teneatur remittere reum ab ipso captum ad Iudicem loci delicti, *Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione, qu. 7. n. 19. Jul. Clar. § fin. q. 38. vers. est autem tantæ potentiæ, Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 177. Covar. pract. quæst. cap. 11. n. 6. in fine, vers. contraria sententia, Peguera decis. 2. & 66. Thesaur. d. dec. 90. n. 6. & seq. & de Leonardis pract. officialis, cap. 11. n. 17.* moventur ex generalitate *tex. in l. sicut, §. idem Imperator, & in l. fin. ff. de accusat. §. audiant, auth. de defens. civit. l. solent, ff. de custod. & exhib. reorū. § si verò quis cōprehensorum, auth. ut nulli Iudices, auth. si vero, C. ad legem Juliam de adulter.* in quibus iuribus disponitur, ut delinquens in una Provincia, & aufugiens ad aliam, si præses Provinciæ loci delicti requirat Præsidem loci, ubi reus aufugit, dicunt illi textus, quòd Præses ipse tenetur capere malefactorem, & illum remittere ad Præsidem Provinciæ, ubi reus ipse deliquit, sed dico, quòd supradicti textus non dicunt, quòd reus aufugit ad Iudicem originis, vel domicilii Rei, sed simpliciter dicunt, si reus aufugit ad aliam Provinciam, sic etiam DD. Regnicoli ad comprobandam istam ampliationem moventur ex *prag. 5. ubi de delicto,* ubi habetur, quod si reus sit captus, debet remitti ad Iudicem loci delicti, sed Pragmatica illa loquitur, quando reus est captus ab alio Iudice, quā à Iudice originis, & domicilii, quia tunc debet reus remitti ad Iudicem loci delicti, & non ad Iudicem originis, vel domicilii Rei, & in his propriis terminis loquuntur *Grammat. decis. 26. & de Franchis decis. 37. & prag. 1. ubi de delicto,* mandat, ut omnes Iudices capiant malefactores, & illos remittant ad omnem requisitionem ad Iudicem loci delicti, originis, vel domicilii Rei, unde desumitur, quod etiam ad Iudicem originis, vel domicilii reus potest remitti, sed puto, quòd si concurrat etiam Iudex loci delicti, ipse reus debet in hoc casu remitti ad ipsum Iudicem loci delicti, excluso Iudice originis, & domicilii, ut docent *Grammat. d. dec. 20. de Franchis d. dec. 37. Foller. pract. crimin. rub. audiantur excusatores n. 158. & Guazzinus ad defensam reorum, defens. 1. cap. 17. n. 50.* sed si Iudex originis, vel domicilii ex officio cœperit informationem cōtra suum subditum delinquentem extrà suum territorium, & reus sit carceratus in Magna Curia, & non concurrat Iudex loci delicti, in hoc casu reus debet remitti ad Iudicem originis, vel domicilii, dato, quòd Iudex originis, vel domicilii non habeant facultatem cognoscendi contra suos subditos delinquentes extra territorium, ita decisum testatur *de Franch. decis. 66* nam Iudex domicilii potest cognoscere de delicto commisso per ejus subditum extra suum territorium, *Riccius in praxi remissionis delinquentium, quæst. 29.* sed quod quando Iudex originis, vel domicilii prævenit, ipse præferatur, & non Iudex loci delicti, tenent *Guid. Pap. dec. 202. n. 3. Guazzinus ad defens. reorum def. 1. cap. 17. n. 34. Caracciolus de fori privileg. remiss. quæst. 11. n. 1.* ita decisum testatur *de Franch. decis. 129. & 505. & Riccius decis. 182. n. 9. & in dec. 111. part. 1.* ubi dicit ipse *Riccius,* quod Curia Archiepiscopalis Neapolitana cognoscit contra Clericos delinquentes extra Diœcesim, si Clericus sit suus subditus, idem tenens *Paulus Squillant. de privilegiis Clericorum, cap. 2. n. 74. Covar. pract. quæst. cap. 11. n. 6. & Foller. in pract. crimin. 1. par. 2. partis, rub. audiantur excusatores n. 108.* ubi in *n. seq.* dicit ipse *Foller.* quòd si Baro habeat castrum absquè facultate cognoscendi de delictis factis per suos subditos extrà territorium, & subditus delinquat extra territorium, si Baro originis præveniat, in tali casu præfertur Iudici loci delicti. & ipse Iudex originis est Iudex cōpetens, si procedat ad quærelā partis, & idem tenet *Covar. ubi supra,* & vide eundē *Foller. d. rub. audiantur excusatores, n. 127. cum duob. seq.* secus si ipse Iudex domicilii, vel originis procedat ex officio, quia tūc Iudex originis, vel domicilii nō

præ-

præferunt,sed tenetur suum subditum delinquentem alieno territorio remittere ad Iudicem delicti, *Farinac.pract.crim.tit.de Inquisitione, q.7.n.22.*

25 Sed quòd Judex loci delicti præferatur, dato, quòd Judex originis, vel domicilii per viam inquisitionis præveniat citatione verbali, vel reali, & quòd in hoc casu ad instantiam Judicis loci delicti, ad ipsum Judicem loci delicti causa debeat remitti à Judice originis, vel domicilii, qui prævenit citatione reali, vel verbali, tenent *Thesaur. dict.decis.90.nu.6.Covar.pract.quæst. d.cap.11.num. 6.Rovit.pragmat.prima, nu.44.cum pluribus seq.& ibi Novar.nu.31.ubi de delicto, & idem Rovit.in cons.22.nu.1.lib.2.*

26 Immò Judex loci delicti præfertur, dato, quòd Judex originis, vel domicilii præveniat citatione verbali, vel reali, & hoc sivè Judex originis, vel domicilii processerit ex officio, sivè ad querelam partis querelantis, nam adhuc causa debet remitti ad ipsum Iudicem loci delicti per ipsum Iudicem originis, vel domicilii, *Carleval.de Judic. to.primo, disput.2.q.7.sect.2.nu.807.* ubi n.810. licèt hoc dicat procedere in delictis publicis, non autem privatis, tamen ibi in fine relinquit cogitandum, & in quandum ipse *Carleval.d. disputat.2.qu. 7.sect.1.nu.735.cum duob.seq.* dicit, quòd si offensus accusat, & querelat delinquentem coram Iudice originis, vel domicilii Rei, ipse Iudex originis vel domicilii sit Iudex competens, intelligitur, si Iudex delicti non petat causæ remissionem, causa debet remitti ad aliàs si petat causæ remissionem ipsum Iudicem loci delicti, *Carleval.dicto nu 807. & 809.*

27 Undè non est tuta opinio *Capiblanc. in d. prag. 8.par.2.nu.216.* asserentis, quòd si offensus accusavit delinquentem coram Iudice originis, vel domicilii Rei, si Iudex delicti capiat delinquentem, debeat eum remittere ad Iudicem originis, vel domicilii; ubi prius fuit porrecta accusatio.

28 Et neque est tuta opinio ipsius, *Capiblanc. d. prag.8.par.2.num.208.* asserentis, quòd quando Iudex originis, vel domicilii prævenit in cognoscendo contra reum per viam accusationis, non teneatur reum remittere ad Iudicem loci delicti, nam per accusationem fit vera præoccupatio jurisdictionis, *cap. fin.de foro compet.* nam opinio ipsius *Capiblanc.* potest procedere, quando Iudex loci delicti non petit causæ remissionem, nam tunc est Iudex competens Iudex originis, vel domicilii, ut dixi. Quod intellige, si delictum sit sufficienter probatũ corã ipso Iudice originis, vel domicilii electo, aliàs secus *Capibl.dict.prag.8.par.2. nu.210.*

29 Et neque est tuta opinio ejusdem *Capiblanc.d. pragm.8.par.prima nu.118.* asserentis, quòd si Iudex originis, vel domicilii processerit per viam accusationis, & Iudex delicti per viam inquisitionis, præferatur Iudex originis, vel domicilii, qui processit per viam accusationis, & non Iudex loci delicti, qui processit per viam inquisitionis, nam in contrarium est veritas & sic, ut præferatur Iudex loci delicti, qui processit per viam inquisitionis, & non Iudex originis; vel domicilii, qui processit per viam accusationis, ut docet *Guazzin. ad defensam reorum.def.1.cap.14.nu.11.*

20 Et Iudex originis, & domicilii tenetur ex necessitate remittere reum ad Iudicem loci delicti, *Guazzinus d.defen.1.c.17 nu.17.* & quando Iudex loci delicti requirit Iudicẽ originis, & domicilii, ut capiat reum, adhoc, ut reus ipse sibi deindè remictatur, in hoc casu Iudex originis, & domicilii tenetur hoc facere, aliàs potest cogi a Superiore, & reũ captum tenetur deindè remittere ad suũ Iudicem loci delicti. *Boss.tit.de foro compet.nu.48. Jul. Clar.§.fin.qu.38.vers.est autem, Farinac.d.qu.7.nu. 23.& Guazzin. ad defensam reorum. d.defens.1. d.c. 17.nu.19.*

21 Sed tunc Iudex originis, & domicilii tenetur remittere eorum subditos delinquentes extra eorum territorium ad Iudicem loci delicti, quando ipsi Iudices originis, vel domicilii, & Iudex loci delicti sunt subjecti sub uno Principe, secus si diversis Principibus, quia tunc Iudex originis, vel domicilii ex necessitate non tenetur remittere delinquentem ad Iudicem loci delicti, *Afflict.in constit.Reg.pœnam eorum, num.68. Cabal.resolut.criminu casu 161.nu 14.& casu 162.num 9.cum plurib. seq.Jul.Clar § fin.qu.38.ver.sed certè, & ver.hoc tamen & qu.39.ver.sed nunquid, in fin.Boss.tit.de foro competenti,nu.52.& seq.Fariaac.qu.7.nu.25. in fine, Boerius decis.29 nu.5.& seq Guazzin.dicto cap.17. nu.23.Cepolla cons.58 nu.2. & Rovitus dicta prag. 1.nu 67.ubi de delicto.*

22 Et scias, quod quando Iudex delicti non petit remissionem causæ, Iudex originis, vel domicilii procedit contra suum subditum delinquentem extra ejus jurisdictionem, ut diximus, & ipse Iudex originis, vel domicilii potest procedere ex officio contra suum subditum delinquentem extra ejus territorium, *Carleval.d.disput.2. qu.7. sect.1. nu. 737.cum pluribus seq.Jul.Clar.d §.fin.qu 39.num.3. vers.sed quæro,* ità decisum testatur *de Franchis dec. 66.* licèt contrarium teneant *Grammat. d.decis.26. nu 11. Hippol.de Marsil.in l.fin. ff.de jurisd. omn.Judic.Foller.pract.crim in rub.audiantur excusatores,nu. 66.& nu.158.& rub.pœnis debitis ferantur,post nu. 44.& Vivius comm. opin.par.1. opin.177.* tamen prima opinio est communis, *Boss.d.tit.de foro competenti,nu.182.& tit.banniti, qui possint num.4. & Cabal.resol.crim.casu 162.circa principium à num.4. cum plurib.seq.* ubi *nu.12.usque ad n.17.* dicit, quod si reus sit reputatus contumax in loco delicti, si citetur in loco sui domicilii, vel originis non potest opponi de peodentia processus in loco delicti, secus si non sit contumax in loco delicti.

23 Scias etiam, quòd si reus, qui deliquit extra locum sui domicilii, & originis, fit carceratus à Regiis superioribus, & concurrat Iudex originis, & domicilii, in hoc casu reus debet remitti ad Iudicem domicilii, exclusio Iudice originis, ita *Capiblanc.de Baronibus tom.2.cap.60.n.5.cum plurib.seq.* nam forus domicilii prævalet foro originis, *cap. statutum §.cum verò. de rescriptis in 6. Decius cons. 352.& Reg.Saufel.decis.68.post n.9* & locus domicilii magis consideratur, quàm locus originis, *Bal. in l.2.ff de statu hominum, Alex.cons.16. vol.1. Antonius Sola in Constit. Ducatus Sabaudiæ, tit.de foro competenti glos.1.n.3.* & potentius est ius domicilii, quàm originis, *Boss.tit.de crimine læsæ Maiestatis n. 96.* sed nonnulli tenent, quòd nec volente Judice loci delicti possit delinquens remitti ad Judicem

domicilii, vel originis etiam per voluntariam remissionem, ità *Molin.de brachio seculari lib.3.cap.45.n.16.Reg.Rovit.prag.1.n.34.ubi de delict.*& dixi supra *n.2.*

24 Decimò amplia, ut si Judex originis, vel domicilii Rei prævenerit in causa contra ipsum reum subditum delinquentem extra suum domicilium, & contra ipsum reum protulerit diffinitivam sententiam, adhuc Judex originis, & domicilii requisitus à Judice loci delicti tenetur reum remittere, quoad exequutionem sententiæ ad Judicem loci delicti, ut desumitur ex *l capitalium,§.famosos,ff de pœnis*,& docet *Bossius d.tit.de foro compet. num.48.* sed *Covarruvias pract.qu.d.cap.11.nu.6.ver.contraria sententia*, dicit hoc procedere, si Iudex originis, vel domicilii processit ex officio, fecus si ad instantiam partis, quia tunc lata sententia, non tenetur ad requisitionem Iudicis loci delicti remittere causam ad ipsum Iudicem loci delicti, sed quòd lata sententia per Iudicem originis, vel domicilii non sit causa remittenda ad Iudicem loci delicti, tenent idem *Covarr.d.cap.11.nu.6.ver.sexto in hoc.Franc.s.ut Marcb.decis.331.nu.2.par.2. Mastrill.decis.147.nu.12.Farinac.d.quest.7.num.23.& Gramm it.decis.26.nu.5.* sed hæc opinio potest procedere quando Iudex loci delicti non petit remissionem causæ, secus si petat, quia tunc etiam si sit lata sententia per Iudicem originis, vel domicilii, causa est remittenda ad Iudicem loci delicti, ità *D.Carleval.de judiciis d.sect.2. nu.811.cum plurib.seq.& Guazzin.d.def.1.d.cap.17.nu.32.*& vide quod dixi supra *cap.8.nu.73. & seq.*

25 Undecimò amplia, nam si Iudex originis, vel domicilii habeat privilegium cognoscendi abdicativè de delictis commissis à suis vassallis extra ejus Territorium, & Iudex loci delicti habeat etiam facultatem abdicativè cognoscendi de exteris delinquentibus in ejus Territorio, in hoc casu Iudex loci delicti præfertur, *Foller.d.rub. audiantur excusatores,nu.65. cum pluribus seq.* & maximè si Iudex loci delicti habeat privilegium anterius, quia tunc eo fortius præfertur, *Foller.ubi supra nu 70.cum plurib. seq. & nu.t 27. Capiblanc d.prag.8.par.2.nu.219 Rovit.prag.1.nu.6.& seq.ubi de delicto, Carleval.d.quæst.7. d.sect.2. num.813.& Danza de pugna DD.tom.2.tit de elect.fori cap.9.per totum*,& præcipuè *nu.4.* licèt contrarium teneat *Caracciolus de fori privileg.remissione , qu.4.* sed si Baro originis, vel domicilii Rei habeat feudum cum facultate cognoscendi abdicativè de suis vassallis, etiam delinquentibus extra ejus Territorium, & in hoc casu, causa spectat ad Iudicem originis, vel domicilii, si reus delinquat extra suum Territorium, si Iudex loci non habeat privilegium cognoscendi de delictis factis ab exteris in ejus Territorio, *Capiblanc. d.prag.8,par.2.nu.218.Foller.d.rub.audiantur excusatores, nu.106. cum pluribus seq.* sed *Rovitus d.pragm.1. numer.8. cum pluribus seq.ubi de delicto*, tenet, quòd in hoc casu, si Iudex loci delicti præveniat, præfertur Iudici originis, vel domicilii, non obstante, quòd Iudex originis, vel domicilii habeat privilegium abdicativè cognoscendi de delictis factis à suis vassallis extra suum Territorium, si ipse Iudex loci delicti non habeat facultatem cognoscendi de delictis factis ab exteris in ejus Territorii, nam Iudex loci delicti habet jurisdictionem contra delinquentes in suo Territorio ex dispositione juris, sed *Capibl. in 2.to.cap.37.post nu.12.cum plurib.seq.* rejecta opinione *Roviti* adhæret primæ opinioni, sed ego non discedo ab opinione *Roviti*, nam dictum privilegium in favorem Iudicis originis, vel domicilii operat tantùm, ut possit cognoscere contrà suos subditos delinquentes extra ejus Territorium, sed non per hoc tollitur privilegium inductum ex juris dispositione in favorem Iudicis loci delicti, quin ipse præferatur ipsi Iudici originis, vel domicilii, ut est *tex.* expressus in *d.auth quæ in Provincia, C.ubi de crimine agi oport.* ubi habetur, quòd Iudex loci delicti præfertur, non obstante quocunquè privilegio, & facit *tex. in cap.1. de privileg in 6.* ubi habetur, quod exempetus, non obstante privilegio exemptionis, punitur à Iudice loci delicti, ergo hæc duo jura decidunt casum in favorem *Roviti*;& opinio *Capiblanc.* potest procedere, quando Iudex originis, vel domicilii habet privilegium cognoscendi contra suos subditos delinquentes extra ejus Territorium cum expressa derogatione *d.auth.quæ in Provincia*, nam in hoc casu puto, quòd ipse Iudex originis, vel domicilii est præferendus.

26 Unde si Baro originis, vel domicilii habeat privilegium cognoscendi de suis vassallis delinquentibus extra ejus Territorium, si ejus vassallus delinquat in aliena jurisdictione, & delinquente capto per Regios Superiores, concurrat Baro domicilii,& Baro loci delicti, in hoc casu causa debet remitti ad Curiam loci delicti, ita decisum testatur *Thor.comp.dec.to.3.sect.3.ver.rem ssio,fol.79.*

27 Immò si Baro originis, & domicilii habeat privilegium cognoscendi contra ejus subditos delinquentes extra ejus Territorium, etiam privativè ad alios si subditus dicti Baronis delinquat extrà Territorium suum, & præveniat in captura contra dictum delinquentem, adhuc causa debet remitti ad curiam loci delicti, ut ità pluries decisum testatur *Dom.Reg.Saufelic. decis.68.*

28 Undè mihi non videtur tuta opinio *Caraccioli de fori privilegiat.remissione,qu.3.* asserentis, delinquentem de privilegiato abdicativo domicilii foro captum in loco perpetrati delicti à Iudice dicti loci idem abdicativum privilegium habentem, esse remittendum ad prædictum sui domicilii Iudicem, sed opinio ipsius *Caraccioli* potest solvari ex eo, quòd in privilegio domicilii aderat clausula derogatoria omnium privilegiorum clausorum in corpore juris, & quando Judex domicilii habet privilegium cognoscendi de suis subditis delinquentibus extra ejus Territorium cum expressa derogatione *d.auth.quæ in Provincia*, ipse præfertur, ut diximus.

29 Sed si siculus de foro abdicativo alicujus Civitatis Regni Siciliæ delinquat extra illum Regnū, & sit captus à Judice loci delicti, non potest petere se remitti ad suos competentes Judices, & declinare forum loci delicti, sed puniri potest ab ipso Judice loci delicti, ità *Caracciolus de fori privileg.remis.qu.33.* & an sit necessaria exibitio integri privilegii, vel sufficiat particula, de qua agitur, vide *Danza de pugna DD.to.2. tit. de privilegiis*

giis, cap. 3. ver. quod tn, & tom. 3. tit. de votis, cap. 1. nu. 69. cum pluribus seq.

29 Duodecimò amplia, nam non solùm si reus sit captus à Judice originis, vel domicilii debet remitti ad Iudicem loci delicti, ut diximus, sed etiam si sit captus ab alio Judice, nullam habente jurisdictionem contrà reum, nam adhuc ipse Judex capiens tenetur remittere reum ad Judicem loci delicti, *d. §. si verò quis comprehensorum auth. ut nulli iudicum, & in d. auth. si vero, C. ad leg. Iul. de adult. & in pragm. 1. & 5. ubi de delicto, de Franc. d. decis. 37. Grammat. d. decis. 26.* latè *Carleval. d. quæ. 7. d. sect. 2. n. 819. cum pluribus seq.* intellige, si Iudex, qui cepit malefactorem, & Iudex loci delicti fiot sub iurisdictione unius Principis, & ita puto procedere *text. in d. §. si verò quis comprehensorum auth. ut nulli judicum, & in auth. si vero C. ad legē Iul. de adult.* alias si sunt subjecti sub diversis Principibus, & tunc Judex capiens malefactorem non tenetur illum remittere ad Judicem loci delicti, sed delinquens in uno Regno, & aufugiens ad alium Regnum subjectum alio Principi, reus est tutus, *Capiblanc. d. prag. 8. part. 2. n. 221. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 7. n. 27. cum plurib. seq.* & Judex capiens malefactorem, non tenetur remittere eum ad Judicem loci delicti *Beer. decis. 29. n. 5. Covar. pract. quæst. d. cap. 11. n. 10. Peguera dec. 2. & 66. n. 6. & seq.* & latè *Carleval. d. quæst. 7. d. sect. 2. n. 827, cum plurib. seq.* ubi n. 832 limitat, nisi aliter inter Principes sit conventum, quia tunc pacta sunt servanda, *Thes. d. dec. 90. n. 4. & Guazzin. d. def. 1. cap. 17. n. 54.* prout est inter Statum Ecclesiasticum, & Regnum Neapolitanum, ubi est conventum inter summum Pontificem, & Regem, ut unus possit introire in Regno alterius pro persecutione eorum malefactorum, ut in *prag. 7. de exulibus, & in pragm. 2. & seq. de persecut. malef.* idem est statutum inter Regnum Neapolitanum, & Regnum Siciliæ, nam si unus ex Regno Siciliæ delinquat, & aufugiat ad Regnum Neapolitanum, vel è contra, in hoc casu fit remissio ad locum Judicis delicti, *pragm. 3. 4. & 6. ubi de delicto,* & docet *Capibl. d. prag. 8. part. 2. n. 223.* & ita decisum testatur *Dom. Reg. Sanfelic. dec. 64. n. 5. & 7.* sequitur *Thor. in supplem decis. ver. remissio fol. 547.* & dicam infra *n. 33.* quod intellige, si delictum sit plenè probatum, secus si adsint tantùm indicia ad torturam, quia tunc non fit remissio, *Rovitus d. prag. 3. ubi de delicto.* alias similes conventiones factas inter alia Regna ponit *Carleval. d. nu. 832.* sed quando non adest istud pactum, si reus delinquit in uno Regno, & aufugit ad alium Regnum subjectum alio Principi, si pars offensa vadat ad locum, ubi est reus, & ostendat copiam inquisitionis, quærelam proponat, & petat reum castigari, in hoc casu Judex ubi est reus, nō potest procedere contra reum, *Capiblanc. tom. 2. cap. 53. n. 7.* immò etiam si sit Judex competens ratione originis, vel domicilii, adhuc ipse non potest procedere contrà reum, qui deliquit extrà Regnum subjectum alio Principi, *Carleval. d. sect. 2. n. 839. cum pluribus seq.* & præcipuè *nu. 841. & 844.* & quando quis delinquit in uno Regno, & aufugit ad alium Regnum, delictū in totum non remanet impunitum, nam delinquens relinquit Patriam, amicos, & parentes, & propter delictum forjudicatur, & ejus bona confiscantur, si delictum sit capitale, ideò nemo confugiens ad alium Regnum remanet tutus, nam saltim in partem delictum punitur, *Carleval. d. sect. 2. n. 849. & Capiblanc. d. cap. 53. n. 9.*

30 Sed Iudex, qui capit reum, non tenetur ex necessitate remittere reum ad Judicem loci delicti, quando ipsi Judices sunt subjecti diversis Principibus, secus ex voluntate, nam ex voluntate possunt reum ipsum remittere ad Judicem loci delicti, *Carleval. d. sect. 2. n. 831. Jul. Clar. §. fin. quæst. 38. nu. 21. circà finem, & quæst. 96. ver. sed quid, Caracciol. de fori privileg. remiss. quæst. 29. à n. 9. usq. ad finem, &*

31 *Thes. d. dec. 90. n. 4.* qui dicit, quòd Reus debet impetrare saluum conductum a Principe, ubi aufugit, quia tunc omninò est tutus, & neq; ex voluntate deinde potest remitti, nam ei fides est servanda, ut dicunt *Thes. d. decis. 90. n. 4. Guazzin. d. cap. 17. n. 16 & Caracciol. d. quæst. 29. n. 17.*

32 Unde ex supra traditis apparet, non esse veram opinionem *Bossii tit. de foro competenti n. 52. Covarr. d. cap. 11. n. 6 & Peguera dec. 2. n. 4.* asserentium, remissionem delinquentium ad Iudicem loci delicti fieri non posse, nisi à Iudice originis vel domicilii Rei, non autem ab alio Iudice, qui non habet capiendi potestatem, nam in contrarium est veritas, ut docent *Jul. Clar. § fin. quæst. 38. n. 12. Guazzin. d. cap. 17. n. 50. de Franch. decis. 37. n. 2. & Caracciol. de fori privileg. remiss. quæst. 49.*

33 Et quidam, qui deliquit in Insula Maltæ, & aufugit ad Regnum Neapolitanum, fuit per Collateralem Consilium de urbanitate remissus ad dictam Insulam loci delicti, ut refert *Dom. Reg. Merlinus controvers. forens. tom. 1. cap. 95.* ubi dicit, quòd requiritur, ut præcedat requisitoria, & summaria criminis informatio per Iudicem loci perpetrati criminis, & idem tenet *Thorus in compend. decis. tomo 3. sect. 3. vers. remissio, fol. 106.*

34 Et licet de jure, vel consuetudine non esset facienda remissio delinquentis in aliquo casu, tamen si sint duæ Civitates confederatæ ad invicem, & & unus committat delictum in una ipsarum, & postea aufugiat ad aliam, potest ibi capi, & puniri, *l. non dubito, in fine ff. de captivis,* & docet *Hippol. de Marsil. in l. fin. n. 30. ff. de jurisdict. omn. jud.*

35 Decimotertiò amplia, nam si quis delinquat in Civitate Neapolitana, vel ejus suburbiis, non remittitur ad forum sui Baronis, sed punitur per Magnam Curiam, *de Franchis decis. 129. & Capiblancus d. pragm. 8. par. secunda, n. 13* a. licet contrarium dicat decisum *Danza de pugna DD. tit. de remissionibus causarum, cap. 4. tomo primo.* tamen prima opinio est vera, *Carleval. d. quæst. septima, dicta sectione secunda, post nu. 861. Dom. Regens Merlinus controvers. foren. tomo primo, cap. 100. nn. 1. & tomo secundo, cap. 72. numer. 2. & 3. & Danza sibi contrarius tomo secundo, tit. de guidatico cap. 3. ver. ratio ea esse potest.* Sed si quis delinquat in casali Civitatis Neapolitanæ, si casalis ipse sit divisus quoad jurisdictionem, & tunc cognoscit illius dominus dicti casalis, & non Magna Curia, ut ita pluries fuisse decisum testatur *Thorus compend. dec. tom. 3. sect. 3. vers. remissio fol. 76.* Sed si casalis nō sit divisus quoad jurisdictionē, & in hoc casu *de Franch. d. decis. 129.* casum reliquit indecisum, sed quòd delin-

linquens in casalibus Civitatis Neapolitanæ non diy sis quoad jurisdictionem, puniri debeat à Magna Curia, & non debeat remitti ad Baronem originis, vel domicilii ipsius delinquentis, tenent *Reg. Rovitus in dec. 11. n. 14. & Thorus in compend. decis. tomo 2. vers. remissio alterius vassalli, vers. hinc ad propositum fol. 563.* sic semper judicatum fuisse testatur *Dom. Reg. Merlinus d. cap. 100. n. 2. & d. cap. 72. n. 3.* & in Regno Siciliæ, si quis delinquat in loco, ubi residet Princeps, non obstante quovis privilegio abdicativo, non remittitur ad forum ipsius Rei. *Pragm. 6. tit. 10.* & ibi *Muta n. 44. & 135. tom. 1. & Castill. dec. 148. part. 3.* nisi sit præventum in causa, quia tunc remittitur, *Mastrill. decis 274. n. 3. & Caraeriolus de fori privilegiatorum remissione, quæstione prima, n. 19 & q. 26.*

36 Decimoquartò amplia, nam eximens aliquem carceratum à manibus familiæ curiæ efficitur de foro Iudicis, à quo eximit, licèt sit alterius fori, *Jo: Faber in § item adversus, col. fin. Institut. de action. & Amend. ad Præs. de Franch. dec. 442. n. 5.*

37 Decimoquintò amplia, nam spoliator est conveniendus in loco, ubi commisit spolium, licet ipse sit alterius fori, *glosa in l. secunda, C. de interdictis, Tiraquell. de retractu lignam. § 8. glosa 3. n. 10. Menoch. de adipisc. & recuper. possess. remed. 15. n. 219.* immò si spoliator sit persona privilegiata, adhuc potest conveniri in loco facti spolii, & ipse spoliator non potest eligere Regia Tribunalia, *Valasq. allegat. 65. n. 40. Barbosa in collectanea Doctorum, super legem unicam n. 31. C. quando Imperator, Novarius in praxi election. fori, tomo 2. sect. 3. quæst. 12.* & quod magis est, si spoliator conventus de spolio sit persona conjuncta cum spoliato, adhuc non potest compellere spoliatum ad compromittendum vigore *Prag. 1. de arbitris*, ut ita decisum referunt *Affl. decis. 84. & Reg Rovitus in d. prag. 1. n. 43.* sed in tantùm spoliator punitur in loco facti spolii, si sit alterius fori, in quantum ibi inveniatur, *Bossius in pract. crimin. tit. de citationibus nu. 33.*

38 Decimosextò amplia, nam si subditus unius jurisdictionis sit carceratus in carceribus alterius jurisdictionis, & frangat dictos carceres, pro fractura carceris punitur à Judice loci carceris, *Farinacius pract. crimin. tit. de carcere, quæst. 30. n. de Franch. decis. 679. & Capiblancus dicta prag 8. parte 1. nu. 225.* & dicam infra *cap. de foro Monachorum Regularium n 64. par. 2.*

39 Decimoseptimò amplia, nam exterus ratione delicti commissi in aliena Diœcesi, potest ab Episcopo illius Diœcesis censuris ligari, antequàm discedat ab ea Diœcesi, *Squillant. de privilegiis Clericorum, cap. secundo, n. 80.* & postquàm fuit declaratus excommunicatus ab Episcopo loci delicti ipse excommunicatus non potest absolvi ab Episcopo suæ Diœcesis, sed tenetur adire Judicem proferentem sententiam excommunicationis pro obtinenda absolutione argumento *l. penult. ff. de jurisdictione omnium judicum*, & ita in specie tenet *Squillant. de privilegiis Clericorum, cap. 1. n. 102.* sed excommunicatus in uno loco, ubiq; pro excommunicato haberi debet, *cap. cum & plantare, ubi Abb. n. 1. de privileg.* & docet *Franc. Ansaldus de jurisdictione, parte secunda, tit. 8. cap. 9. n. 25.*

40 Decimooctavò amplia, nam capientes inquisitum in aliena jurisdictione possunt puniri per officiales illius territorii, ubi facta fuit captura, *Petrus Caballus resolut. crimin. casu 291. n. 26.*

41 Sed regulam supra positam, delinquentem puniri in foro loci delicti, licèt ipse sit alterius fori, limita pluribus modis.

42 Et primò in foro poli, & sic in foro pœnitentiali, nam licèt quis committat peccatum extra suam Diœcesim, tamen potest peccatum illud cōfiteri in sua Parochia, *Jul. Clar. pract. crimin. § fin. quæst. 38. ver. quæro numquid. Covar. pract. quæst. d. cap. 11. n. 4. Foller. d. rubr. audiantur excusatores, nu. 127. & Guazzin ad defensam reorum, defens. 1. cap. 25. n. 16.* & Sacerdos approbatus à suo Episcopo ad audiendum confessiones pœnitentium potest ipse Sacerdos in sua Diœcesi audire confessiones pœnitentium etiam alterius Diœcesis inter agentiū per ejus territorium, *Bonacina de Sacramento, disp. 5. quæst. 7. puncto 2. n. 5. & Squillant. de privileg. cler. d. cap. 1. n. 96.* ubi *n. seq.* hoc limitat, quando extraneus iter agit fraudulenter, & dolosè, ne confiteatur peccata sua proprio Parocho, ubi *nu. 98.* ipse *Squillant.* dicit ibi, quòd Sacerdos generaliter approbatus ad omnes audiendos in aliqua Diœcesi, potest omnes illius Diœcesis ad se concurrentes audire in confessione, etiam si ad ipsum accedant animo vitandi proprium Parochum, citat *Bonacinam d. disp. 5. quæst. 7. puncto 1. n. 7.* sed si quis cōmittat peccatum in uno loco, in quo est reservatum, si confiteatur peccatum alibi, ubi non est reservatum, Sacerdos potest eum absolvere, dato, quòd non habeat facultatem quoad casus reservatos, argum. *cap. illa, 12. dist.* & docent *Bonacina de ministro Sacramenti pœnitentiæ, disp. 5. quæst. 7. puncto 5. § 2. nu. 9 & 10 & Squillant. de privileg. Cler. cap 1. n. 100.* ubi *n. 103.* dicit, idem esse si pœnitens habeat casum non reservatū suo Episcopo, sed casus sit reservatus in Diœcesi in qua cōfitetur, nam hoc casu non potest absolvi à Sacerdote non habente casus reservatos, ratio est, quia Judex exequens sententiam tenetur servare statuta sua, & non statuta Judicis proferentis sententiam, *Carav. ritu 262 n. 10. et R. Rovit. in prag. 4. n. 2. de citation.*

43 Secundò limita, nam olim omnia casalia Cilenti erant subjecta uni domino, & hodie sunt divisa, sed territorium est promiscuum, & commune, si in eo loco vassallus delinquat extra suam patriā, & sic in alio casali, semper punitur in sua patria, & non in loco delicti, *Foller. d. rubr. audiantur excusatores nu. 138.* & dicam infra *cap. 54. nu. 26.*

44 Immò si sit venditus casalis Civitatis Neapolitanæ, & vassallus Baronis dicti casalis delinquat in alio casali ejusdem Civitatis, & sit carceratus in Magna Curia, adhuc dictus delinquens est remittendus ad dictum Baronem, ut ita decisum testatur *Thor. in compen. dec. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 142.* & docent *Consil. Marcianus cons. 58. tom. 1. & cons. 27. tom. 2. & D. Reg. Merlin. d. cap. 72. post n. 7.* & quod magis est, si sit venditus casali Civitatis Neapolitanæ, & vassallus Baronis dicti casalis delinquat in Civitate Neapolitana, adhuc dictus delinquens debet remitti ad Baronem dicti casalis, ut ita decisum testantur *D. Reg. Sanfel. dec. 73. Thorus in supplem. dec. ver. remissio, fol 547. & Dom. Reg. Merlin. d. cap. 72.* & hoc est, quia Civitas Neapo-

politana habet territorium promiscuum, & commune cum ejus casalibus.

45 Et à fortiori, si vassallos alicujus Baronis delinquat in territorio alterius Baronis, si territorium sit promiscuum inter ipsos Barones, & Baro vassalli delinquentis præveniat in captura informationis, & in citatione verbali, ipse præfertur in causa, ut ita decisum refertur *Thorus d. sect. 3. d. ver. remissio, fol.* 150.

46 Tertiò limita, nam si concedantur vassalli, & jurisdictio in vassallos, non circumscripto territorio, & in privilegio dicatur, nihil, seu nullam jurisdictionem in nobis retinentes, & vassalli delinquant extra territorium, licèt sit præventum per Regios Superiores, præventione reali, tamen fit remissio, secus si jurisdictio fuisset circumscripta territorio, quia tunc non fit remissio, *Minad. decis.* 18. & quando quis habet jurisdictionem privativè concessam quoad alios adversus certas personas alicujus loci absquè territorii descriptione, ita quòd contrà eos illam jurisdictionem exercere possint ubicumque deliquerint, si dicti subditi delinquant in alieno territorio, semper sunt remittendi ad ejus dominum, ut ita decisum refert *Consil. Marcianus d. cons.* 58. sequitur *Thorus in compend. decis. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol.* 121.

47 Quartò limita, nam tu scia, quòd si guidatus delinquat pendente guidatico, ipse guidatus punitur tàm pro delictis præteritis, quàm pro delicto commisso, pendente guidatico, ut dixi in *praxi forjudic. cap.* 23. *nu.* 17. in hoc casu si guidatus, pendente guidatico, delinquat, & in loco delicti fit captus, pro ipso novo delicto non punitur à Iudice loci delicti, sed punitur à guidante, prout etiã, si quis offendat guidaticum, ipse offendens punitur à guidante, & causa non remittitur ad alium Iudicem, ut dixi in *dict. praxi forjud. d. cap.* 23. *nu.* 23.

48 Quintò limita, nam si subditi hujus Regni delinquant in statu Ecclesiastico, possunt puniri ab Officialibus Regiis hujus Regni, ac si deliquissent in Regno, & è contra, si subditi Romanæ Ecclesiæ delinquant in Regno, possunt puniri pro delictis facta in Regno à Ministris Romanæ Ecclesiæ, ut ita fuisse capitulatum inter Papam, & Proregem, testatur *Joan. Grandis de bello exulum, in prædicamento pati, qu. 3. speciali* 15. *nu.* 1. *& in prædicamento quantitatis, qu. 3 post num.* 28. *& est prag. 3. de persequendis malefactor, & Prag. 7. de exulib.* undè forasciti status Ecclesiæ, qui grassantur per Regnum, si sint capti per officiales Regios ipsi remittuntur ad Officiales Papæ *Jo: Grandis d. prædicamento pati, qu. 1. nu. 6.* & dixi in *praxi forjudic. cap.* 26. *nu.* 8.

46. Sextò limita, nam si quis furatur in via publica, & fit captus ab alio Iudice, quam à Iudice loci delicti, in hoc casu disrubator publicarum viarum punitur à Iudice capiente, de quo dicam infra *cap.* 39. *nu.* 4. & quid in hæretico, dicam infra *cap. de foro hæreticorum nu.* 25 *par.* 2.

50 Septimò limita, nam si Iudex loci delicti fit negligens in puniendo delinquentem in suo territorio, in hoc casu delinquens potest puniri à suo Iudice originis, vel domicilii, *Guazzin. ad defensam reorum, defens. prima, cap.* 17. *num.* 21. *& Farinac. d. qu.* 7. *nu.* 23. *ver. limita tertiò.*

51 Octavò limita, nam si quis præstat cautionem de aliquem non offendendo coràm aliquo Iudice, si deinde offendat eum, quem promisit non offendere, extra territorium Iudicis capientis dictam cautionem, tamen potest puniri ab eodem Iudice, qui cæpit dictam cautionẽ, *Guazzinus d. defen.* 1. *cap.* 25. *nu.* 13. & promittens non offendere aliquem sub certa pœna, si eum offendat extra territorium Iudicis, coram quo fuit præstita dicta cautio, offendens tenetur ad pœnam conventionalẽ *Farin. pract. crimin. tit. de variis, ac diversis criminibus, q.* 107. *par.* 2. *ar.* 19. *n.* 259. *&* 261. *Cabal. resolut. crim. casu* 35. *& Riccius decis.* 152. *par.* 2.

52 Nonò limita, nam in tantùm Iudex loci delicti est competens in puniendo exterum delinquentem in suo territorio, in quantùm reus ibi conveniatur, aliàs Iudex loci delicti est incompetens, *Federic. de Senis cons.* 145. *nu.* 6. *& Guazzinus dicta defens.* 1. *dicto cap.* 25. *nu.* 19. Sed contrarium puto verum, & sic Iudicem loci delicti esse Iudicem competentem contra exterum delinquentem in sua jurisdictione, dato quòd reus ipse non sit præsens, nam adhuc puto, Iudicẽ loci delicti esse Iudicẽ competẽtem in capiendo informationem, & in citando reum, non obstante, quòd reus sit absens à loco delicti, nam si esset secus, nunquàm Iudex loci delicti esset competens, dum statim, quòd reus delinquit, aufugit, quòd si deindè reus fit captus ab alio Iudice, ipse remittitur ad Iudicem loci delicti, ut supra dixi in ampliationibus, & remissus est præsens.

53 Ultimò limita, nam in Regno Siciliæ in tantùm delinquens punitur à Iudice loci delicti, in quantùm delinquens habitaverit per sex menses in loco delicti aliàs secus, ut disponit ritus illius Regni 72. & docet *Caracciolus de fori privileg. remiss. qu.* 2 *nu.* 8. *& qu.* 15. *nu.* 6. *&* 11. ubi *quæst.* 28. *nu.* 3. dicit, quòd Iudex potest punire extraordinariè, & non ordinaria pœna reum delinquentem extra suam jurisdictionem, citat *Baldum in l. secunda, nu.* 5. *C. de eunuchis*, & idem tenet *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, qu.* 7. *nu.* 15. *in fine.*

54 Sed quæritur, & primò, quid si Iudex loci delicti velit citare delinentem, qui reperitur extra suam jurisdictionem, an in citatione debeat implorare brachium Iudicis illius loci, ubi habitat citandus? dixi in *praxi forjudic. cap.* 6. *num.* 18. *& seq.*

55 Secundò quæritur, quid si vassallus unius Baronis delinquat in territorio alterius Baronis, & reperiatur inquisitus in Curia Baronis originis, vel domicilii, an pro causa, pro qua reperitur inquisitus in loco originis, vel domicilii, debeas remitti ad locũ originis, vel domicilii? & dicas, quòd Iudex loci delicti priùs debet cognoscere pro delicto facto in suo territorio, & deinde debet reum remittere ad Judicem domicilii, vel originis pro causa, pro qua ibi reperitur inquisitus, *l. si cui, § fin. ff. de accusat.* & docent *Guid. Pap. decis.* 202. *nu.* 2. *ver. quintò Julius Clarus § fin. qu.* 38. *ver. hac autem, & Bossius dicto tit. de foro competenti, nu.* 58. intellige, si sumus inter Judices subjectos uni Principi, aliàs expedita per Judicem causa, quæ ad ipsum spectat non

non tenetur reum remittere ad alium Judicem, ut suam causam expediat, *Julius Clarus dicto ver. hæc autem, in fine. Farinacius pract. crimin. tit. de inquisitione, quæst. 7. num. 42. & Guazzin. d. def. 1. cap. 17. post nu. 75.*

56 Sed quod diximus, quòd quando sumus inter Judices subjectos uni Principi, Judex, expedita sua causa, teneatur remittere reum ad alium Judicem, ut causam ad ipsum spectantem expediat, dicunt nonnulli DD. hoc procedere, quando sumus inter Judices, quorum unus non habet jurisdictionem in alium, puta si sumus inter Officiales Baronales secus si quis sit inquisitus in Magna Curia, vel in Regia Audientia de delicto, de quo debeat cognoscere ipsa Magna Curia, vel Regia Audientia, & ipse reus sit etiam inquisitus in Curia Baronali de aliis delictis, de quibus debeat cognoscere Curia Baronalis, quia tunc Magna Curia potest avocare omnes inquisitiones, etiam spectantes ad Curiam Baronalem; *Capiblanc. to. 2. cap. 58. Mastrill. decis. 286. & Bajardus ad Clarum §. fin. quæst. 38. nu. 79.* sed *Caravita in ritu 269. num. 14.* dicit, quòd si reus sit inquisitus in Curia Baronali, & ibi sit carceratus, & ipse reus sit inquisitus in Magna Curia de alio delicto, & tunc si delictum, pro quo est inquisitus in Curia Baronali, sit par cum delicto, pro quo est inquisitus in Magna Curia, & tunc ipsa Magna Curia rescribit Curiæ Baronali, quòd si remanebit locus pœnæ non liberet reum, inconsulta Magna Curia, *Capibl. prag. 8. par. 1. nu. 226.* si verò delictum, pro quo reus est inquisitus in ipsa Magna Curia, sit majus delicto, de quo reus est inquisitus in Curia Baronali, & tunc Magna Curia avocat ad se etiam delictum, quod spectat ad Curiam Baronalem, & semper quando quis est inquisitus de pluribus delictis, de quibus possunt recognoscere plures Judices, & reus sit carceratus penes unum, expedita causa per unum Judicem, reus debet remitti ad alium Judicem, quando delictum, de quo cognoscit primus Iudex, non sit majus delicto, de quo esset puniendus reus coram alio Iudice, secus si sit majus, quia tunc non remittitur, nam tunc pœna gravior absorbet minorem, *Foller. pract. crim. rubr. vel carcerentur, nu. 26. Carleval de Judiciis, dicta qu. 7. dicta sect. 2. nu. 815.* & facit *tex. in l. per minorem ff. de judiciis*, ubi habetur, quòd major quæstio minorem causam ad se trahit.

57 Sed in anno 1693. vidi in Magna Curia, quòd quidam de Terra Solofræ inquisitus de stupro, de quo per viam electionis fori factam per partem adversam debebat puniri per ipsam Magnam Curiam, & jam de dicto crimine fuit cognitus per ipsam Magnam Curiam, & pro dicto crimine fuit absolutus, & dum reperiebatur inquisitus de aliquo homicidio in ipsa Magna Curia, quæ causa homicidii spectabat ad Curiam Terræ Solofræ; dicta causa homicidii fuit remissa ad dictam Curiam Terræ Solofræ, pro quo faciunt dicta per *Præs. de Franch. decis. 330.* ubi dicit ipse *Præs. de Franch.* quod si quis sit inquisitus de duobus delictis, & de uno gaudere debeat indulto, & de alio non, de delicto, de quo gaudere debet indulto, liberatur, & de alio providetur de justitia, idem tenent *Jo: Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis, qu. 3. nu. 11. Ricchus collect. 2014. in fine, & Mastrill. de indulto, cap. 26. nu. 9.* prout etiam videmus; nam si quis sit incriminatus de duobus delictis; & pro uno debeat procedi ad modum belli, & de alio non, de delicto, de quo debet procedi ad modum belli, proceditur ad modum belli, & de alio proceditur ordinariè, *Novarius decis. 122. & in collectan. super. prag. 10 §. 48. nu. 186. de officio Judicum, & Dauza de pugna DD. to. 1. tit. de potestate ad modum belli, cap. 2.* & cum quidam vassallus alicujus Baronis reperiebatur inquisitus, & carceratus in Magna Curia pro delicto, de quo cognoscere debebat ipsa Magna Curia, nec non reperiebatur inquisitus pro alio delicto, pro quo debebat remitti ad Curiam ipsius Baronis, & petita remissione per dictum Baronem, fuit per Magnam Curiam provisum, quòd pro delicto spectante ad Magnam Curiam procedatur in ipsa Magna Curia; & si remanebit locus pœnæ pro delicto spectante ad Curiam Baronalem, providebitur super petita remissione, ut refert *Thor. in comp. decis. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 103.* & an, & quando carceratus pro causa criminali possit recommendari pro alio causa criminali, late scripsit *Cabal. resol. crimin. casu 299.*

58 Et ipse Judex delicti non potest punire reum de delictis alibi commissis, sed tantùm potest reum punire pro delicto facto in suo territorio, sed potest reum actiùs punire pro dicto delicto facto in ejus territorio, ex quo reus est solitus delinquere, licet alibi deliquerit, *Follerius pract. crimin. rubr. pœnis debitis feriantur n. 44. Thomas Trivis. decis. 60. lib. 2. Jul. Clarus § fin. quæst. 39. ver. pro complemento,* & vide *Nellum de Bannitis, a parte primi temporis, n. 6.* undè *Cap. Reg. ad hoc,* disponens, ut committens tria furta furcis suspendatur, si quis committat duo furta extra Regnum, & unum in Regno, potest puniri pœna mortis in Regno, ut docent *Campagna dicto cap ad hoc, n. 66. & Baldus in pract. crim. in tit. de jurisdictione, quæst. 4.* sed contrarium tenet *Jul. Clarus § furtum, n. 11. vers. sed pone.*

59 Tertiò quæritur, quid si delictum sit factum in confinibus territoriorum duorum Iudicum, quis eorum Iudicum sit Iudex competens pro dicto delicto? & dicas, quòd inter eos datur præventio, *Abb. in cap. fin. nu. 26. de foro competenti, Marianus Socinus in cap. postulasti n. 7. de foro competenti, Jul. Clarus d. § fin. quæst. 38. vers. præterea quæro,* ubi *Bajardus in Addit. n. 29 Follerius pract. crim. rub. & si confitebuntur, n. 221. & seq. Farinacius pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 7. n. 51. Carleval. d. quæst. 7. sect. 1. n. 731. & Guazzin. ad defens. reorum, def. 1. cap. 26.*

60 *n. 26.* prout idem est, si existat controversia inter Barones in confinibus territorii, nam si ibi committatur delictum, ille Baro est Iudex competens, qui primò prævenit, *Caracciol. de foro privil. remiss. quæst. 43. n. 1. cum tribus seq.* sed si delinquens sit captus à Iudice superiore, & tunc ipse Iudex superior cognoscit, & non tenetur causam remittere, ita *Capibl. de Baronibus to. 2. cap. 60. in principio.*

61 Et quando duo Judices ordinarii inter se de jurisdictione contendunt, Superiores Regii de dicta controversia cognoscunt, *l. de jure, ff. ad municip. Angel. in l. 2. n. 7. ff. si quis in jus vocatus, Felinus in cap. super literis, n. 35. de rescriptis, Jacobus Cancer.*

var.

Var.resolution. parte 3. cap.10. num.1. & Riccius collectan.1968. & dixi supra *cap. 9. num.20.*

62 Et quando homicidium est commissum in confinibus territoriorum duorum Judicum, ille Judex præfertur, & est competens, in cujus territorium occisus faciem vertit, & caput habet, quia ibi præsumitur factum homicidium, ita *Guazzinus ad defensam reorum, defens.prima, cap.11. num.24.*

Et quando delictum est factum in confinibus duorum Dominorum, est in electione accusatoris coram quo Judice velit querelam proponere, ita *Decian.tract.crimin.lib.4.cap.5.n.6.*

63 Quartò quæritur, quid si quis sit vulneratus in uno territorio, & mortuus sit in alio, quis Judex, eorum territoriorum sit competens Iudex loci vulneris, vel Judex, ubi mortuus est vulneratus, & ex dictis per *Bartol.in l.bello amissi ff.de excusat. tutorum* dico, Iudicem loci vulneris in hoc esse Iudicem competentem, ita expressè tenet *Follerius d.rub.audiatur excusatores, n. 10,* & faciunt dicta per *Campeg.in cap.Reg. Frequens,n 96.* ut in simili, si quis capiat aliquem in uno territorio, & eum interficiat in alio territorio, in hoc casu Iudex inchoati delicti est competens, & maximè si ipse prævenit, & non Judex consumati delicti, *Capibl d.tom.2.cap.61.* ubi posui allegationes *Dom. Reg.Merlini*, quasi ipse *Dom.Merlinus* posteà posuit in suis *controvers.forens.tom.1.cap 80.* sed quòd in hoc casu detur præventio inter Judicem inchoati delicti, & Iudicem consumati delicti, tenent *Caracciolus d.quæst.43.n.5.& Carleval. d.quæst.7.sect. 1.n.729.* & facit *textus in l.prima*, ibi (*ubi commissa, vel inchoata sunt*) *C.ubi de crim.agi oportet*, ut in simili, nam si existens in uno territorio trahat ictum scopictæ, & interficiat existentem in alio territorio, in hoc casu datur præventio inter Iudicem loci à quo emissus est ictus scopictæ, & Iudicem loci, in quem emissus est ictus, & in quem factum est homicidium, *Hippol.de Marsil. in l fin.n. 210. ff.de jurisdictione omnium judicium, Abb. in d. cap.fin.n.25.de foro competenti, Guazzinus ad defensam reorum, def.1.cap.17.post nu.77. & cap.25.n.9. Julius Clarus §.fin.quæst.38. vers.item pone. Caracciolus d.quæst.43 n.8 Farinacius de inquisitione, quæst. 7 num 46. Carleval.d.quæst.7.sect.1. num.730. & Marian.Soc. in cap postulasti, num. 5. & 6. de foro competenti*, qui loquitur etiam in faciente injuriam verbalem ab uno territorio existenti in alio territorio.

64 Sic etiam si puella sit capta in uno territorio, & sit cognita in alio datur præventio inter Iudicem loci territorii, ubi fuit capta, & inter Iudicem loci, ubi fuit cognita, *Bald. in l.si quis non dicam rapere, C.de Episcopis, et Clericis, Hipp.de Marsil.d.l.fin.n.211.ff.de jurisdictione omn.judic.Caracciol. d.quæst.43.nu.6. & Farinacius d.quæst.7.post n.45.*

65 Sed si quis insultavit aliquem in uno territorio, & in alio eum vulneravit, Judex loci insultus cognoscit de insultu, & Iudex loci vulneris cognoscit de vulnere, *Bajardus ad Clarum d.quæst.38.n.16.& seq.& Guazzinus dicta defens.1.d cap.17.post n.77.*

66 Sic etiam, si quis cepit aliquem in uno territorio, & commisit privatum carcerem, & in alio territorio eum expoliavit, de captura judicabit Judex loci, ubi captus fuit, & de spolio judicabit Judex loci facti spolii, *Guazzinus dicta defens. 1. cap.25.nu.6.*

67 Sed si quis fuit ligatus in uno territorio, & disrubatus in alio, potest de hoc uterque Judex cognoscere contra disrubatorem, *Bajardus ad Clarum dicta quæst.38.num.24. Guazzin.dicto cap.17. post num.77.& Farinac.d.q.7.d.n.45.*

68 Quintò quæritur, quid si quis mandat alicui, ut faciat homicidium in alio loco, an mandans puniatur in loco mandati, vel in loco delicti? & dicas, quòd attenditur locus delicti, *Hippol. de Marsil.in l.fin n.209 ff de jurisdictione omn.judicium, Abb.d.cap final.n.27.de foro competenti. Ursillus ad Affl.dec.219 n.3.Guid.Pap.dec.104.de Franchis dec. 37.n.6 Francisc.Marcus dec.178.parte 2.Riccius collect 2113.Follerius pract.crim.rub.audiatur excusatores n.130.Caracciolus d.quæst.43.post n.8. Riccius in praxi rerum fori in delinquentium quæst.31.Reg. Tapia in pragm 1.n.21.ubi de delicto, Danza de pugna DD tom.2.tit.de homicidio,cap.7.n.30. & Jul. Clarus d quæst.38 vers.item quæro,* ubi *ver.sed pone,* dicit quòd neq. attenditur locus ratificati mandati, sed *Carleval. d.quæst.7.sect.1.n.732.cum seq.* dicit, quòd in hoc casu est Judex competens tàm Judex loci mandati, quàm Judex loci delicti, & inter eos datur prævantio, eum sequitur *Novarius summ: bullarum, tom.2. tit. de immunitate Ecclesiastica n.63* sed quòd mandans puniatur in loco delicti, & non in loco mandati, tenet *Capibl.d.tom.2. cap.61.in principio*, & vide *Marianum Socin.in cap. postulasti n.5 ver.circà secundum, de foro competenti*, & vide etiam *Guazzinum dicta defens.1. d. cap.25. nu.7.& Farinac.d.q.7.d num.47.usq;ad nu.48.*

69 Sextò quæritur, quid si laicus delinquat intus Ecclesiam, an contra illum delinquentem cognoscat Iudex laicus, vel Ecclesiasticus? & dicas, quòd Iudex laicus cognoscit, ut est *text.in l.si quis in hoc genus, C.de Episcop.& Cler.* secundùm *Decium in l. fin.n.2 ff de jurisd.omn.jud.* & docent *Bart. in l.si cui, §.fin ff de accus. Gutier.lib.3.pract.qu.cap.1.Capibl. tom 2.cap.34 n 5. Covar.variar.resol.lib.2.cap.20.n. 13.Jul.Clarus § fin.quæst.38.ver.vidi etiam quandoque.Marian.Socin.in cap postulasti n.10.de foro competenti, Abb in cap.cum sit generale n.27.de foro competenti, Guazzinus d.defens.1.d.cap.25.n 20. Tartag. pract.crim.cap.7.n.9.Cabal.resol.crimin.casu 194.& Ansaldus de jurisdict.part.4.tit.1.cap.3.n.40.& 41.* citat *Abb.in cap.fin.n.29.de immun.Eccles.* Immò si laicus furetur res sacras intus Ecclesiam, etiam si ipse punitur per Iudicem laicum de dicta causa, *Jul.Clarus d § fin.quæst.57.vers.ulterius quæro, Marian.Soc. in cap.cum sit generale n.4. de foro competenti*. Sed quòd sacrilegus laicus possit puniri à Iudice laico, & Ecclesiastico, & inter eos detur prævencio, tenent *Dianus in suis moralibus resolut. lib.1.tit.de immun.Eccles.resol.82. Decian.tract.crim. lib.6.cap.36.Fab.Monteleone in quatuor literis arbitr. 3.parte 4.partis n.530.* Et *Petr.Caball.d.casu 194.n. 6 cum duob. seq.* dicit, quòd si quis furetur res sacras in Ecclesia, potest puniri tàm à Iudice laico, quàm Ecclesiastico, & inter eos datur præventio, nam laicus sacrilegus punitur tàm à Iudice laico, quàm Ecclesiastico, & crimen hoc est mixti fori, *Farinacius pract.crim.tit.de inquisitione, quæst.8.nu. 131.* Sed alii tenent, quòd Iudex laicus procedit

contra sacrilegum laicum quoad pœnam temporalem, & Iudex Ecclesiasticus procedit quoad pœnam spiritualem in eum declarando excommunicatum, *Cabal.d.casu* 194. nu.5. nam sacrilegus est excommunicatus, *cap.attendendum est*, 17.*quæst*.4. & ideò sacrilegus potest in utroque foro puniri, *Boss.in pract.crim.tit.de sacrilegiis nu.7.& Ansaldus d.tit.1.cap* 4. Sed quòd laicus delinquens in Ecclesia possit puniri tam à Iudice laico, quàm Ecclesiastico, est *text.in d.cap. cum sit generale, de foro competenti*, & docent *Jo.Franciscus Leonius in Thesauro fori Ecclesiast.parte 1.cap.13.n.23. Diana parte 4.tract.1.resol 67.& Farinacius de immun.Ecclesiast. cap.16.n.233.cum tribus seq.& cap.22.n.361. cum plurib.seq.* quod intellige, ut Iudex Ecclesiasticus possit punire laicum delinquentem in Ecclesia, quoad censuras Ecclesiasticas tantùm, ita *Butrius in d.cap.cum sit generale nu.11. Ansald de jurisdictione, par.4.tit.1.cap.4.Grassus de effect. Cler.effect.1.n. 614.cum plur bus seq. Danza de pugna DD.tit de immunit. Ecclesiast.cap.2.n.4.tom.1. Guazzinus ad defens.reorum, def.1.cap.11.n.19 & seq. & Caball.d. casu* 194 *n*.5. nam laicus percutiens laicum in Ecclesia incurrit in excommunicationem majorem, *cap.cum pro causa,de sentent.excom.*quod procedit, etiam si laicus percutiat laicum intus Parlatorium Monasterii Monialium, *Riccius dec.179.par.3.* Imò si quis offendat Clericum intus Ecclesiam, si offendens sit laicus, adhuc ipse punitur per Iudicem laicum, & non Ecclesiasticum, verum Iudex Ecclesiasticus potest procedere quoad censuras contra dictum percussorem, *Caballus d. casu* 194. *nu* 9.*usq.ad fin.*

70 Septimò quæritur, quid si minor delinquat extra locum suæ patriæ,& cognoscatur à Iudice loci delicti, an ipse Iudex loci delicti provideat ipsum minorem de curatore in ipsa causa? & dicas, quòd sic, *Joan Andr.in Addit.ad speculatorem, in tit.de curatore, in princip. & Nellus de bannitis, in tertia parte secundi temporis nu.* 70. & faciunt dicta infra *cap.de foro Clericorum nu.* 151. *p*[illegible].

71 Octavò quæritur, quid si Florentinus occidat Placentinum Romæ, an ipse occisor possit puniri Placentiæ, & sic in patria occisi? & dicas, quòd non, sed tantùm potest puniri vel in loco delicti, vel in loco originis, vel domicilii ipsius delinquentis, *Cabal.resol.crim.casu* 3. immo statutum Perusii disponens, ut qui offenderit Perusinum, in quacumque parte mundi possit puniri Perusii, non valet, ut testatur *Cabal.resol.crimin.casu* 250.*n*.15.

72 Nonò quæritur, an in casibus, in quibus Iudex loci delicti sit Iudex competens contra exterum delinquentem in suo territorio possit ipsum delinquentem exiliare extra jurisdictionem domicilii ipsius delinquentis pro delicto facto in territorio Iudicis condemnantis? & videtur dicere, quòd non, cum Iudex potest tantùm condemnare reum extra jurisdictionem ipsius Iudicis, & non ultra, *l relegatorum §.sicut*, ubi *Bart ff.de interd. & releg. Jul.Clarus §.fin.quæst.*71.*n* 4. *Peguera dec.*89. *Reg. Saufel.dec.*385.*par.*3. & *Farinac. in fragment.part.* 1.*ver.bannitæ n.*69. quòd si aliàs faciat,& condemnatus acceptat sententiam,& se obligat sub pœna de servandis finibus exilii, si deinde sit captus in loco prohibito extra fines jurisdictionis dicti Iudicis, non dicitur contravenire, & reus debet absolvi à pœna promissa,ut ita decisum testatur *Reg. Saufelic.dec.*385. *par*.3. Secundò, quia jus dicenti ultrà ejus jurisdictionem non paretur, & Iudex ultrà suum territorium jurisdictionem non habet, *l.fin.ff.de jurisd.omn.judic.*nisi sit Præses Provinciæ, qui habet jurisdictionem in Terris Baronalibus existentibus in sua Provincia, quia tunc hoc facere potest, *Franc.Marc.dec.*359. sed his non obstantibus,contrarium tenent *Gomes variarum resol cap.8 delict.n.3.Capiblanc de Baronib.Prag.7 n.18. & Rovitus in Pragm 1.n.10.de contumacibus*, ubi dicit, quòd exulatus ab uno loco, censetur exulatus etiam à propria patria, & idem tenet *Farinacius ubi supra n.*73. al as pœna falli [illegible], nam condemnatus [illegible] ad patriam, & [illegible] mereretur pœna pro delicto, cum nulla sit dulcior habitatio, quàm in patria, *l.qui habebat, ff. de leg.*3.

73 Et Officialis Baronalis potest relegare delinquentem in una ex Terris ejusdem Baronis declaranda per ipsum Baronem, licèt ipse Iudex nullam habeat jurisdictionem in ipsa Terra, *de Franchis dec.*526 *in fine & Capiblancus dicta prag. 7.n.*17 *& Caball resol.crim.casu* 120.*n*.15.

74 Exiliatus extra territorium Baronis non dicitur exiliatus extra territorium postea quæsitum per ipsum Baronem, *Hippol.de Marsil pract.crimin. §.aggredior,n.*22. de quo latè per *Nellum de bannitis,in prima parte secundi temporis n.* 56.

75 Sed Episcopus potest aliquem relegare extra Provinciam, cum consensu Ordinarii loci,ubi sita est insula, *Riccius decis* 28. *part*.2. sic etiam Episcopus potest exiliare delinquentem extra Provinciam ex consensu partium *Riccius dec.*225.*part*.3. sed contrarium tenet *Reg.Saufel.d.dec.*385.*part*.3.

76 Et Præses Provinciæ potest relegare aliquem in certa insula,quando ipsa insula est in sua Provincia,alias non potest,ut in *d.l.relegatorum*,sed ipse præses potest aliquem condemnare ad insulam declarandam per proregem, qui habet jurisdictionem in toto Regno, *Peguera decis.*89.*& Campag.cap.Reg abillo incoandum post n.*47.& est *Prag.* relata in *apostill. ad pragm.*1. *de celeg.atis in ultima impressione facta de anno* 1633.

77 Sic etiam Archiepiscopus potest exiliare à tota sua Provincia aliquem delinquentem in sua Diœcesi, *cap.*2.*de arbitris,cap.tuarum,de privilegiis*, & docet, *Genuens.in pract. Archiepis. Neap.cap.*86. *n*.2 *in antiqua impressione.*

78 Decimò quæritur, quid si reus sit absolutus à Iudice loci delicti,an deinde Iudex originis vel domicilii possit dictum reum absolutum molestare, & si culpabilem invenerit,punire? & dicas quòd non, *Bossius pract.crimin.tit. de foro competenti nu.* 83.*& 100.Jul. Clarus §.fin.quæst.*39 *ver.sed quæro nunquid, Farinac.quæst.*7.*n.*26 *Thesaur.decis.*90. *n.*5.*in fine*, nisi fraus,& collusio intervenerit, quia tunc talis absolutio Iudicis unius territorii non pareret exceptionem rei Iudicatæ in alio, *Clarus, & Farinac.ubi supra, & Bossius dicto tit.de foro competenti,n.*101.*& Cabal.resol.crim.casu* 162.*n.*26.*cum duobus seq.* & semel absolutus ab uno crimine non potest pro eodem crimine iterum molestari, nam de ejusdem hominis delicto sæpius quærendum non est, *cap. de bis,extra de accusat.* latè *Cabal.* [illegible] *resol.*

resol.crim.casu 93.Guazzinus ad defens.reorum def. 2.cap.7.& Reg.Sanfel.dec.138, ubi *n.5.* dicit fuisse decisum, punitum non sufficienter à Judice originis, & domicilii posse sufficienter puniri à Judice delicti.

79 Ultimò quæritur, an Judex loci delicti in casibus, in quibus potest delinquentem condemnare, teneatur imponere pœnam secundum leges loci delicti, vel secundùm leges loci originis, vel domicilii Rei? & dicas quod tenetur imponere pœnam secundùm leges loci delicti, *Marian. Socin. in cap. postulasti n.16. de foro competenti, Paul. de Castro in l.1.nu.5. C.ubi Senat.vel Clariss. Abb.in cap. fin.n.24.& 39.de foro competenti. Caball.resol.crim. casu 129. & Guazzinus ad defens.reorum, def.33. cap.25.n.2.Jul.Clarus §.fin quæst.85.ver.2.est casus*, undè dispositio *prag.m.1.de furtis*, disponens, ut qui committit furtum in Civitate Neapolitana de nocte contra itinerantes, licèt furtum sit minimum, puniatur pœna mortis, comprehendit etiã exteros, ut ita decisum testatur *de Franchis decis. 521. Rovit. d.prag.1.n.2.de furtis*, sic etiam pœnæ appositæ per statuta Regni contra asportantes arma comprehendunt etiam exteros portantes arma in Regno, *Const.Reg Homines*, & docet *Hippol.de Marsil.pract.crimin.§.pro complimento n. 23.* sed vide *Caball.d.casu 129. à nu.25.usque ad finem*, ubi dicit, quòd exterus mitiùs puniri debet, data ignorantia statuti.

80 Sed si Judex originis, vel domicilii procedat pro delicto facto à suo subdito extra suam jurisdictionem, & tunc si ipse Judex domicilii, vel originis possit habere copiam statuti loci delicti, & tunc ipse Judex originis, vel domicilii tenetur imponere pœnam secundùm statutum loci delicti, aliàs tenetur imponere pœnam secundùm jus commune, & non secundùm statuta loci originis, vel domicilii, *Cabal.resol.crim. casu 162.nu.32. & seq & Jul.Clarus d.§ fin.quæst.85. ver.3.est casus*, nam si per statutum sit imposita certa pœna, tale statutum non comprehendit delinquentem extra territorium statuentis, *Hippol.de Marsil.in l fin.n. 174.ff.de jurisd.omn.jud.* nisi statutum puniat delicta cõmissa extra territorium statuentis, quia tunc tale statutum est attẽdendum, *Caball.d.casu 162.n. 31.* aliàs si simpliciter statutum domicilii, vel originis loquatur, & tunc attenditur statutum loci delicti, *Guazzinus ad def.reor.def.1 cap.14 n.17.& def. 33.cap.35.& Bossius pract.crimin.tit.de pœnis n.18. cum pluribus seq.* & delicta secundùm statutã loci delicti & non originis, vel domicilii delinquentis puniuntur, *Farinac.in fragm part.2.vers. delinquentem, à num.98 usq; ad num.109.*

SUMMARIUM.

1 *Recatta committentes à quo puniantur?*
2 *Raptores mulierum à quo puniantur?*
3 *Pirata à quo puniatur?*
4 *Publici latrones, & disrubatores publicarum viarum à quo puniantur? et n.5.6.7.11.12.13.et 14.*
8 *Regiæ Audientiæ possunt facere ordinationes Capitaneis locorum, ut faciant relationes pro furtis factis in via publica.*
9 *Regii Officiales tenentur facere relationem Proregi, singulis sex mensibus, de omnibus causis criminalibus, & nu. 10.*
15 *Vassallus inquisitus de armatione per Campaneam, an debeat remitti ad suum Baronem.*

De Foro committentis gravia delicta.

CAP. XXXIX.

1 QUi facit recacta potest puniri à quocunquè Iudice eum capiente, & ipse Iudex capiens non tenetur eum remittere ad Iudicem competentem ipsius, qui fecit recacta, ut tenent *Capiblanc.tom.2.cap.52.n.13.* & idem *Capibl.tom. 1.prag 8.part.2.n.128 & Danza de pugna DD.tom. 2.tit.de armatione, per Campagaam, cap.1.post n.19. & tom.3.tit.de sententia forjudicationis.cap.4.n.31. & seq.* & contra committentes recacta etiam curiæ Baronales possunt procedere, ut desumitur ex *prag.10.de exulib.* intellige quando ipsæ curiæ Baronales præveniunt. aliàs si committentes recacta sint capti à Regiis Superioribus, non remittuntur ad curias Baronales, ex supra dictis.

2 Sic etiam Raptores mulierum puniuntur à quocunq; Iudice eos capiente, & ipse Iudex capiens non tenetur eum remittere ad Iudicem loci delicti, *l.unica, C.de raptu virginum*, & docent *Rovit. prag.5 nu 9.ubi de delicto Thor.comp.decis.10.3.sect. 3.ver remissio fol.116.Fab. Montelcone in quatuor literis arbit.3 parte, quartæ partis nu 632.fol.231.* latè *Farinac.in pract.crim tit.de inquisitione, quæst.7.nu. 8.& tit.de delictis carnis, qu.145.nu.62. & seq. & Caracciolus de fori privilegiatorum remissione, qu.38.* intellige si raptores sint capti ab alio Iudice, quàm à Iudice loci delicti tempore, quo fugiebant cum rapta, ut colligitur ex *d.l.unica, C.de raptu virginum*, & docent *Capiblanc.to.2.cap.54.nu.7. & Danzi de pugna DD.to.2.tit.de raptu, cap.2.à num.45. usq; ad finem, & præcipuè nu.50.* & in crimine raptus inquisitus de eo fori declinatoriam opponere non potest, *Foller. pract. crim rub. audiantur excusatores.nu.125. Danzi d.cap.2.nu.51. & Novar. in praxi elect.fori to.1. sect.4. qu.12. nu.22.* & rapiens puellam in uno Territorio, & in alio eam cognoscens ab utroque potest puniri, *de Angelis ad Foller.d.rub. audiantur excusatores, nu.97.Bald. in l si quis non dicam rapere, nu.11. C.de Episcop.& Cler Hipp.de Marf.in l.unica, nu.296.de rapt.virg.& Ansald.de jurisdict.par.4.tit.4.cap.2. nu.67.* sed si raptor sit de foro abdicativo, tunc omnino remittendus est ad Iudicem suum cõpetentem à Iudice capiente, si ambo erunt sub eodem Principe constituti, *Caracciol. d.qu.38. nu.12.* & contra inquisitum de raptu mulieris facto in campanea in Regiis Audientiis proceditur ad modum belli, *prag. 19.§.48.ver.li ratti de offic.judicum.*

3 Sic etiam si crimen piratarum sit commissum à subdito Magni Admirati, & ipse sit captus per Magnam Curiam Vicariæ reus ipse non remittitur ad Magnum Admiratum, sed punitur per Magnam Curiam, ut docent *Capiblanc to.2.cap.52.nu. 12.& in to.1.super prag.8.par.2. nu.127. & de Franch.decis.142.* ubi *nu.6.* dicit, quòd contra delinquentem in mare Iudex habens jurisdictionem propinquiorem est Iudex competens, citat *Bart.*

Bald.& Angel.in l.1.C.de elab.lib.10.idem tenent Hipp.de Marsil.in fin. nu.183 ff. de jurisd.omn. Jud. Catalan. de indulto cap.35. nu.111. Guazzinus ad defensam reorum def.1. cap.25.nu.12. & Bajard.ad Iul.Clar.§.fin.qu.38 nu.4. sed Capiblanc.d.pragm.8. par.1.nu.287 & seq.dicit, quòd Barones non habent jurisdictionem in mari, & ejus littore, sed in ipsis habeat jurisdictionem Portulani Provincialea,& Viceammirati,& consequenter Baronea non possunt cognoscere de delictis ibi patratis, ut docent Capiblanc.d nu.287.& seq. & Merolla in theolog.morali.to.3.disput.7.cap.1. dubio 6.nu.142. sed quòd jurisdictio Baronis extendatur per duo milliaria intus mare, dicit idem Capiblanc. in add.ad d.prag.8. part.1.in add.ad nu.292. qui videtur sibi contrariari, & contra eum, qui furatur in mari proceditur ad modum belli, prag.10.§48 ver.li delitti,de officio Iudicum,& docet Io:Grandis de bello exulum in præd.camento relationis quæst. 3. nu.4. ubi dicit, quòd mare subiicitur Territorio Præsidis, nam mare dicitur de districtu Provinciæ, & jurisd ctio Præsidis extenditur per centum milliaria intus mare,& comprehendit etiam insulas, & ultra dictum spatium centum milliarium jurisdictio est Imperatoris,& Io:Grandis ibi num.6. dicit, quod in Regno Siciliæ ultra sarum jurisdictio in mari spectat ad Magnum Admiratum vigore suorum privilegiorum, & vidè Merollam d. cap.1.dubio 11.per totum, & bannitus ab aliqua Civitate, dicitur etiam bannitus à mari adjacenti, Io:de Aruono epitom 147.

4 Sic etiam publici latrones; & disrubatores publicarum viarum possunt capi, & puniri à quocunquè Judice, & Judex capiens non tenetur eos remittere ad Judicem loci delicti,prag.5. ubi de delicto, & docent de Francb.decis.426. Capiblanc. pragm.8 par.2.num.107 & seq Catalan.de indulto, cap.35.nu.104.cum plurib.seq. Mastrill.decis.147.nu. 3.& 4. & Dom.Carlev.al. de judiciis to 1. disput.2. quæst.7 sect.2.nu.864 & vide Foller.pract.crim.rub. audiantur excusatores,nu.167. cum duob. seq.& ibi de Angelis,nu.127.& vide Farinac. pract. crim.tit. de inquisitione,qu 7.nu.10.

5 Quod procedit etiam in subditis Principis Bisiniani,qui si sint publici latrones, & disrubatores Publicarum viarum,& capiantur per Rigiam Audientiam, ipsi non debent remitti ad dictum Principem,prag.7 ubi de delicto.

6 Procedit etiam in vassallis Ecclesiæ habentis feudum à Rege,qui vassalli,si sint publici latrones, & disrubatorea publicarum viarum, possunt capi, & puniri in Regno nostro à quocunque Judice capiente.Reg.Rovit.in d.pragm.5.nu.6. ubi de delicto,sed contrarium tenet Riccius ad Præs.de Franchis dec.342.

7 Et licèt disrubator publicarum viarum, qui semel furatus est in via publica, non puniatur pœna mortis, & ipse gaudeat immunitate Ecclesiastica,ut dicam infra in cap. de foro immunitatis Ecclesiasticæ,nu.60.par.2. tamen si quis semel furetur in via publica, potest puniri à quocunquè Judice eum capiente,& Iudex capiens non tenetur eum remittere ad Judicem loci delicti, D.Reg.Merlin. controv.forens.cap.17.tom.1. sed contrarium tenet Danza de pugna Doctorum, to.3.tit.de variis criminum cognitionibus,c.1.& 2.per totum.

8 Et licèt Regiæ Audientiæ non possint facere ordinationes Capitaneis locorum,ut relationem faciant ipsis Regiis Audientiis pro delictis gravibus,tamen ipsæ Regiæ Audientiæ possunt facere dictas ordinationes Capitaneis locorum,ut relationem faciant pro furtis factis in via publica,vel si aliqui fecissent comitivam in armando pec campaneam,prag.10.§.38.de officio Judicum, sed omnes Officiales Regii habentes merum, & mixtum

9 Imperium tenetur referre omnes causas criminales Proregi singulis duobus mensibus, cap.Reg. Subiungendo,sed per prag.3.de officio Judicum, Officiales ipsi singulis sex mensibus tenentur relationem facere Proregi de dictis causis criminalibus, quod non servantur in praxi.

10 Et hodiè quando banniti delinquunt in locis Baronalibus,& demanialibus, Officiales Baronales, & Regii tenentur capere informationem de dictis delictis, & contra receptatores dictorum bannitorum,& capta dicta informatione, tenentur infra sex dies eam transmittere Regiæ Audientiæ,& relationem facere Regenti supraintendenti campaneæ, aliàs in casu contraventionis dicti Officiales puniuntur pœna annorum trium relegationis,& ducatorum quingentorum, & privantur officio, quod tunc exercent, & in futurum alia officia exercere non possint, ut est dispositum per Pragmaticam editam per Ducem Medinæ sub die 25. Julii 1643 §.3. & per Pragmaticam editam per Magnum Admiratum Castigliæ olim Viceregem hujus Regni sub die 19. Maii 1644.§. 3.in fine, sed si ipsi banniti delinquant in confinibus duorum territoriorum, uterque Judex tenetur denunciare,sed sufficit si una ipsorum denunciet,si tamen neuter denunciat, uterque punitur, Bajard.ad Clarum §.fin.qu.7.nu.12. & Danza de pugna Doctorum,to 2.tit.de homicidio, cap.7 nu.32.& Gubernatores Terræ demaniales tenentur, quolibet mense Proregi relationem facere de delictis factis cum armis igneis, & de eorum determinationibus, ut dicam infra cap.47. nu.3.

11 Et quod diximus,disrubatores publicarum viarum posse puniri à quocunque Judice eum capiente,limita, & primò, si ipse disrubator sit consignatus alicui Judici per alium Judicem, quia tunc assignatarius debet remittere dictum disrubatorem publicarum viarum ad Judicem competentem ipsius rei,de Franch. decis 342. Rovit.in d. prag.5.nu.8.ubi de delicto, & Thor.compendio dec. to.3.sect.3.ver.remissio fol.100.

12 Secundò limita in Neapolitano disrubatore publicarum viarum, qui non punitur à quocunque Iudice eum capiente, sed tantùm punitur à Magna Curia Vicariæ, Capiblancus prag.8. par.2. nu.111.Rovit.dicta prag.5.nu.3.ubi de delicto, Ursillus ad Afflict. decis.41.& de Mari ad Grammat. dec 26.nu.24.

13 Tertiò limita, si Iudex capiens non habeat plenè probatum delictum furti facti in via publica, sed Iudex loci delicti hoc habeat in probatis quia tunc Iudex capiens tenetur remittere delinquentem ad Iudicem loci perpetrati furti in via publica, quando ipse, qui furatus sit in via publica,sit forjudicatus per Curiam loci delicti, alias

aliàs si non fuit forjudicatus, & tunc Iudex capiens est Iudex competens, & petit remissionem actorum à Iudice delicti, qui si sit retinens ad consignandum processum, potest cogi per Superiores, ita *Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 2. nu. 117. usquè ad nu. 127.*

14 Et Curiæ Baronales possunt cognoscere contra furantes in via publica, *Merolla in theolog. morali, tom. 3. disput 7. cap. 1. dubio 6. nu. 141.* Sed quando furantes in via publica sunt capti a Regiis Superioribus, nunquàm remittuntur ad Curias Baronales, & ipsi Regii Superiores semper solent denegare remissionem talium delinquentium ad ipsas Curias Baronales, ex dictis supra *nu. 4.*

15 Et scias, quòd si vassallus alicujus Baronis sit inquisitus in Regiis Tribunalibus de armatione per campaneam, & contra eum procedatur ad modum belli, juxta dispositionem *pragm. 10. § 48. vers. armare, de officio judicum*, tamen hoc non obstante, Baro potest petere remissionem causæ, & ipsa causa debet remitti ad suam Curiam, *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 2. & Novarius in prati electionis fori, t. 2. sect. 3. quæst. 6. n. 6.* nam ut dicam in *cap. de foro sodomitæ num. 4. & 8.* causæ criminales debent remitti ad Baronem, etiam si in ipsis procedatur ad modum belli, & dixi supra *cap. 8. num. 55.* sed hoc difficile est obtinere in practica in beneficium Baronum, ex dictis supra *num. 1. 4. & 14.*

SUMMARIUM.

1 *Furans rem in uno loco, si illam asportando sit captus in alio loco, an possit puniri à Iudice capiente?*

2 *Furans res sacras intus Ecclesiam à quo Iudice puniatur?*

3 *Privilegiatus an habeat electionem fori contra furem?*

De Foro furis.

C A P. XXXX.

1 Si quis furetur rem in uno loco, si illam asportando sit captus in alio loco, potest puniri à Iudice capiente & ipse Iudex capiens præfertur Iudici loci facti furti, & hoc etiam si furtum sit factum in Civitate Neapolitana, nam adhuc si fur sit captus in alio loco cum re furtiva, punitur à Iudice capiente, ut ita decisum ex doctrina *Bart. in l. si dominium, vers. & adverte ff. de furtis*, testatur *Capicius dec. 104.* & docent *Bald. in l. unica, n. 14. C. de confessis, Paul. de Castro in l. sivè manifestum n. 13. ff. de condit. furtiva, Foller. pract. crimin. rub. & si confitebuntur n. 221. & rub. audiantur excusatores n. 64. Petr. Caballus resol. crim. casu 163. Peguera decis. 28. Anna singul. 438. Jul. Clarus § fin quæst. 38. ver. tamen scias, de Franchis dec. 681. Rovit. prag. 5. n. 2. ubi de delicto, Vivius commun. opin lib. 1. opin. 177. in fine, & alii Doctores citati per Guazzinum ad defens. reorum, def. 1. cap. 15. nu. 1.* Sed quòd judex capiens furem cum re furata in alieno territorio non sit Judex competens in puniendo dictum furem, sed illum teneatur remittere ad Judicem loci facti furti, tenent *Hippol. de Marsil. in consil. 30. n. 25. & seq. idem Hippol. de Marsil. in l. fin. n. 212 & seq. ff. de jurisdict. omn. judic. Cepolla cons. 58. n. 26. Rainaldus junior cons. 106. n. 11. to. 2. Nellus de bannitis par. 2. primi temporis, quæst 5. Bossius tit. de furtis nu. 18. Farinacius in pract. crim. tit. de inquisitione, quæst 7. nu 7. & Covar. pract. quæst. cap. 11. nu. 9.* sed prima opinio est communis, ut novissimè defendunt *Dom. Carleval. de judiciis to. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. n. 720. cum pluribus seq. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de furtis cap. 1. n. 7. cum plurib. seq. & Dom. Reg. Sanfel. dec. 41.* qui rejecta opinione aliorum Doctorum contrarium tenentium, concludunt pro prima opinione, quam ego etiam libentèr amplector, & eam confirmo per *l. unicam, C. de raptu virginum*, ubi habetur, quòd si quis rapiat mulierem in uno territorio, & aufugiendo sit captus cum muliere rapta in alio territorio, Iudex capiens est Iudex competens in eum puniendo, & docet *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 54. n. 7.* ergo idem est in quæstione nostra, & sic in fure, adduco etiam aliã rationem, nam inspecto fure antiquo, committens, quodlibet delictum in Ecclesia non gaudet immunitate Ecclesiastica, quod si quis furetur aliquam rem extra Ecclesiam, & cum re furata aufugiat intus Ecclesiam non gaudet immunitate Ecclesiastica, quia dicitur delinquere intus Ecclesiam ratione novæ contractationis intus Ecclesiam, ut dicam infra *cap. de foro immunitatis Ecclesiasticæ, nu. 32. p. 2.* ergo ratione novæ contractationis Iudex capiens potest punire furem captum per ipsum cum re furata in alieno territorio, & licèt *Mastrill. dec. 247.* & præcipuè *nu. 5.* dicat, quod secunda opinio contra *Bart.* sit verior, & quòd opinio *Bart.* possit procedere in publicis, & famosis latronibus, quam decisionem sequitur *Riccius coll. 280.* tamen prima opinio servatur indistinctè in Regno nostro, quam primam opinionem intellige, si furtum sit de recenti factum, puta die antea secundùm *Bajardum ad Clarum § fin. d. quæstione 38.* vel eodem die, quo fuit furtum commissum, secundùm *Rovitum d. prag. 5. nu. 2. ubi de delicto, & Capibl. prag. 8. par. 2. nu. 137.* secus si per multum tempus anteà, quia tunc Iudex capiens non est Iudex competens, sed causa debet remitti ad Iudicem loci perpetrati furti, sed quod Iudex capiens furem cum re furata cognoscat, & hoc sivè furtum sit factum die anteà, vel eodem die, vel quolibet alio tempore, tenet *Danza de pugna Doctorum, to. 2. tit. de furtis, cap. 1. num. 24.* citat *Petrum Caballum resol. crim. casu 173. & Riccium collect. 283.* limita etiam, si Iudex loci facti furti habeat plenè probatum delictum furti, & Judex capiens non habeat informationem, nam in hoc casu causa spectat ad Iudicem loci facti furti, *Peguera d. decis. 58. Covar. pract. qu. cap. 11. n. 8. & Capiblanc. de Baronib. to. 1. super prag. 8. par. 2. nu. 138. cum plurib. seq. & ibi in Addit. ad nu. 140. & in to. 5. c. 54. nu. 2. & 3.* sic etiam limita, si furtum sit magnum, vel sit factum in Ecclesia, vel in Palatio magnati, quia tunc causa semper spectat ad Iudicem loci perpetrati furti, & non ad Iudicem furem capientem, *Capiblanc. d. cap. 54. num. 2. & 3.* limita etiam, si fur transivit cum re furtiva, & non stetit in loco Iudicis capientis, & ibi non fe-

cis-

cisset residentiam per spatium unius diei in loco Iudicis capientis, nam in hoc casu Iudex capiens furem debet illum remittere ad Iudicem loci facti furti, *Boerius decis.13.nu.48.Capiblan. d.cap.54.nu. 6.& Guazzin.d.def.1.d.cap.15.nu.15.* sed *Bajardus ad Clarum dicta qu.38.nu.45.& seq.* dicit, quòd Iudex capiens potest punire furem, etiam si in ejus territorio non fecit residentiam per spatium unius diei, & idem decisum testatur *Capyc. dicta decis.104.in fine*, limita, etiam si fur non sit captus cum re furtiva, quia tunc est remittendus ad Iudicem perpetrati furti, *de Franch.d.decis.681.* & hoc dato, quòd fur sit captus à Iudice capiente cum prætio rei furatæ, nam adhuc remittitur ad Iudicem loci perpetrati furti, *Riccius in praxi, par.2. resol.85.*

2 Sed quæritur, quid si laicus furetur res sacras intus Ecclesiam, à quo Iudice puniatur? & dicas, quòd punitur à Iudice laico, ita *Iul.Clar.in pract. crim §fin.qu.37.ver.ulterius quæro*, & *Marian.Socin.in cap.cum sit generale, nu 4.de foro competenti*, sed quòd punitur à Iudice laico.& Ecclesiastico, & inter eos detur præventio, dicit *Diana in suis moralibus resolut.lib.1.tit de immun. Eccles.resol.82.* sed tu tene, quòd Iudex laicus procedit contra eum quoad pœnam temporalem, & Iudex Ecclesiasticus procedit quoad pœnam spiritualem in eum declarando excommunicatum, nam iste talis, qui furatur res sacras intus Ecclesiam, est excommunicatus, *cap attendendum est, 17 qu 4.* & vide quod dixi supra *cap.38. nu.69.per totum illum nu.*

3 Secundò quæritur, an persona privilegiata habeat electionem fori contra furem, qui furatus fuit aliquam rem ipsius personæ privilegiatæ, & *Danza de pugna Doctorum, to.2.tit. de elec.fori, cap. 6.* sustinet, de jure non dari electionem fori in hoc casu, sed quod persona privilegiata habeat electionem fori adversus furem pro re furata, contra *Danzam* tenet *Novarius in praxi elect. fori, to.2.sect. 3.qu.18.* & opinio *Novarii* practicatur, prout etiã hoc fatetur ipse *Danza* ibi

SUMMARIUM.

1 *Falsarius punitur à Iudice, coram quo est commissa falsitas, licèt ipse sit alterius fori, ampli a à nu.2 usque ad nu.12. limita a nu.13. usq; ad nu.18.*

3 *Laicus committens falsum coram Iudice Ecclesiastico, an ab ipso puniri possit?*

6 *Delegatus an possit cognoscere de falsitate coram eo commissa? & nu.7.*

8 *Exemptus committens falsitatem coram Episcopo, an ab eo puniri possit?*

9 *Inquisitor potest cognoscere de falsitate coram eo commissa.*

10 *Miles committens falsum coram Iudice ordinario ab eo puniri potest.*

13 *Arbitri an cognoscant de falsitate coram ipsis commissa?*

14 *Iudex civilis an cognoscat de falsitate coram eo commissa?*

15 *Clericos committens falsum coram Iudice laico an ab eo puniri possit? & nu.16.*

19 *Apoca si sit falsificata in uno loco, & in alio sit præsentata, quis Iudex cognoscat de falsitate prædicta?*

20 *Testes committentes falsum coram Iudice examinante ipsos testes de mandato alterius, an puniatur ab ipso Iudice examinatore?*

21 *Nuncius, si referat suo Iudici aliquem citasse extra jurisdictionem Iudicis citantis, si non citavit, an puniatur à suo Iudice?*

22 *Iudex appellationis cognoscit de falsitate tàm coram eo, quam coram Iudice à quo commissa.*

23 *Vicarius cognoscit contra Clericum falsificantem ejus sigillum*

24 *Laicus, si deposuit contra Clericum coram Iudice laico, si remisso dicto Clerico ad Iudicem Ecclesiasticum, negat, ita deposuisse coram ipso Iudice laico, ipse laicus potest torqueri à Iudice Ecclesiastico.*

25 *Iudex, coram quo est commissa falsitas, an possit ex officio procedere?*

26 *Utentes falsis ponderibus, & mensuris puniuntur pœna falsi, & à quo Iudice puniantur? num.27.& 29. & utens ponderibus non signatis qua pœna puniantur? d.nu.29.*

28 *Cognitio ponderum, & mensurarum est mixti Imperii.*

De foro Falsarii.

C A P. XXXXI.

1 SI subditus unius Iudicis deponat falsum coram alio Iudice, ipse punitur à Iudice, coram quo est commissa falsitas, licèt ipse sit subditus alterius Iudicis, *l.nullum, C.de testibus*, & docent *Thesaur.decis.266. de Franchis decis.147 & 582. Grassus de effect. Cler.effect.1. num.1152. Farin.pract.crimin.tit.de oppositione contra d. ct. testium, quæst.67. §.2 à nu.27.usq; ad nu.57. Dom. Io:Maria Campana de forjudicatione, resolut.19. an.1, cum pluribus seq. Covar pract.quæst. cap.18. nu.8. Capiblanc.de Baron. prag 8.par.1.nu.223.& in 2. to.cap.37. nu 9.& D. Reg. Merlinus conver.forens.to.2. cap.71.* Quod ampl.ia.

2 Et primò, nam si quis committat falsitatem coram sindicatoribus electis ad sindicandum Officialem, adhuc ipse falsarius punitur ab ipsis sindicatoribus, ut tenent *Rovit. prag.1.nu.9.& 10.de sindic.Officiali.& Capiblanc.d.prag.8.par.1.nu.224.*

3 Secundò amplia, nam si laicus committat falsitatem coram Judice Ecclesiastico, ipse laicus punitur per Judicem Ecclesiasticum, coram quo commisit falsitatem, *Diana in suis moralibus resol. par.3.tit.de immun.Eccles.resol.60.Guazzinus ad defens.reorum, def.1.cap.11.nu.34.& c 27.post n.7.& Squillant.de privileg.Cler.c.7.n.110.in fine*, & dicam infra in *cap.de foro laicorum n.35 par 2.* sed iste falsarius laicus, qui commisit falsum coram Iudice Ecclesiastico, non solum potest puniri à Iudice Ecclesiastico, sed etiam potest puniri à Iudice laico, & inter Iudicẽ Eccles., & Iudicem laicalem datur prævẽtio, & ille præfertur, qui primò prævenit *Jul. Clar.pract.crim.§.fin.q.38.ver.quæro nunc, Cabil.resol.crimin. casu 261.n.5.Ambros.de immunit. Eccles.cap.18.nu.22.Ansaldus de jurisdictione, par.2. tit.11.cap.25.nu.59.cum pluribus seq.Dom.R.Merlinus dicto cap.71 nu.9.Farinac.pract. crim.tit.de inquisitione, quæst.8.nu.27. Maranta in suo speculo, part.6.act.12.n.4.in fine, Campag.in cap.Reg.Illustri n.23.*

n.23. Affl.dec.219.& Graſſus d.effect.1.n.1153. ſed poſt ſententiam latam in cauſa principali per ipſum Iudicem Eccleſiaſticum, ipſe Iudex Eccleſiaſticus, non poteſt procedere, & cognoſcere de falſitate commiſſa in ipſa cauſa principali contra laicum, cum functus ſit officio ſuo, *Urſillus ad Affl.d.dec.219.Guazzin.d.cap.11.poſtn.34.Anſald.d.cap.25.n 88.& ſeq.& Bajardus ad Clarum §.fin.quæſt.38.nu.38.* idem eſt, ſi laicus falſificat literas Apoſtolicas, ipſe poteſt puniri de falſitates prædicta tàm per Iudicem laicam, quàm Eccleſiaſticũ, & inter eos datur præventio, cum ſit crimen mixti fori, *cap.ad falſariorum lo primo, de crimine falſi,* & docent *Boſſius pract crimin.tit.de falſis n.108.& Guazzin.d.c.11 nu.3.* ubi *nu.4.* dicit, quòd crimen pacis tractæ etiam eſt mixi fori, & docent omnes *in cap.novit de judiciis,* ſic etiam laicus faciens falſam revelationem vigore publicationis monitorialium punitur à Iudice Eccleſiaſtico, *Riccius dec 258 part.2.*

4 Tertiò amplia, nam ſi quis committat falſitatem coram Iudice prorogato, adhuc ipſe falſarius punitur à Iudice prorogato, dato, quòd ſit ſubditus alterius Iudicis, ita docet *Bajardus ad Julium Clarum d.quæſt.38. num.33.*

5 Quartò amplia, nam ſi Iudex major deponat falſum coram Iudice minori, ipſe Iudex major debet puniri coram Iudice minori, *Bajardus ad Clarũ d.qu.38 n.34 et Caballus reſ.crim.caſu 53.n.7.*

6 Quintò amplia, nam ſi teſtis committat falſum coram Iudice delegato, ipſe teſtis punitur de falſitate prædicta coram ipſomet Iudice delegato, *Campag.in cap.Reg.Illuſtri n.26. Borrel.conſ.78.Covar.pract.quæſt.cap.18.& Danza de pugna DD.tomo 2.tit.de officio delegati cap.2.n.4.* qui videtur ſe cõtrariari in *cap.3.n.4.* Sed advertas, quòd ipſe *Danza* non ſe contradicit, nam in *d.cap.2.nu.4.* dicit, quòd Iudex delegatus cognoſcit de falſitate coram ipſo commiſſa, quando ipſe Iudex prævenit, ſecus ſi præveniat Iudex originis, vel domicilii ipſius falſarii, quia tunc dato, quòd falſitas ſit commiſſa coram ipſo delegato, tamen ipſe Iudex originis, vel domicilii cognoſcit, & ita loquitur ipſe *Danza dicto cap.3. num.14.& ſequent.* & quòd Judex delegatus ſit Judex competens in puniendo teſtem, qui falſum depoſuit coram eo, amplia etiamſi ſit Iudex delegatus ad unam cauſam tantum, *Graſſus d.effect.1.n.1160.& Bajardus ad Jul. Clarum d.quæſt.38.nu.33.* ſed tunc Iudex delegatus poteſt cognoſcere de falſitate coram ipſo commiſſa, quando ipſe eſt delegatus à Papa, vel à Principe, ſecus ſi ſit delegatus ab inferiore à Principe, quia tunc ipſe delegatus non poteſt cognoſcere de falſitate coram ipſo commiſſa, ſed de ea cognoſcit Iudex ordinarius, *Jul.Clarus pract.crim.§ fin.quæſt.38.verſ.ſed quæro, Dom Reg.Merlinus controv.forenſ.tom.2.cap.71.nu.28.& ſeq.Petrus Caballus reſol.crim.caſu 261.nu.7.Roland.conſ.12.n.9.& ſeq. lib.2. Graſſus d.effect.1.n.1161.& Guazzinus ad defenſ.reorum, def.1.c.27.n.1.& 2.* ubi *n.3.* dicit, quòd in omni actu judiciario ſi pars, advocatus, vel procurator delinquant, ab eodem Iudice, qui cognoſcit de ipſa cauſa, puniri poſſint, & docent *Bart.& Bald.in l.ſi quis obrepſerit, in fin.ff.de falſis, Camp.cap.Regni, Illuſtri,n.18.& Reg.Sanfel.dec.63.n.7.* Sed alii dicunt, quod Iudex delegatus poteſt cognoſcere de falſitate commiſſa coram eo, ſivè ſit delegatus à Principe, ſivè ab inferiore, dummodo delegatam habeat juriſdictionem criminalẽ, *Campana d.reſol.29.n.3.*

7 Immò Vicarius ſucceſſor poteſt punire teſtes, qui falſum depoſuerunt coram Vicario prædeceſſore in cauſa ſibi commiſſa à Papa, *Riccius deciſ.176.par.2.& Genuen.pract.Archiep.Neap.c.83.n.1.*

8 Sextò amplia, nam ſi Clericus, vel Regularis exemptus committat falſitatem coram Epiſcopo, punitur ab ipſo Epiſcopo, non obſtante privilegio exemptionis, *Campag d.cap.Regni,Illuſtri, n.22.& Graſſus d.effect.1.n.1164.* ubi *nu.ſeq.* dicit, quòd ſi clericus unius Diœceſis deponat falſum corã judice Eccleſiaſtico alterius Diœceſis, poteſt ab eo puniri, ſed tunc Clericus, & Regularis exẽpti à juriſdictione Epiſcopi committentes falſum coram eo, ab ipſo puniuntur, quando ſunt exempti ſimpliciter, ſecus ſi perſonaliter, & totaliter, quia tunc non puniuntur ab ipſo Epiſcopo, *Anſaldus de juriſdict. par.2. tit.11. cap.25.n.70. cum pluribus ſeq.*

9 Septimò amplia, nam teſtes committentes falſum coram inquiſitoribus Sancti Officii puniuntur de falſitate prædicta ab ipſis inquiſitoribus, *Eymericus in director.inquiſitorum, part.3.qu.73.* ſic ſervari teſtatur *Thomas Triviſ.dec.53.n.12 .lib.2.*

10 Octavò amplia, nam ſi miles deponat falſum coram Iudice ordinario, ipſe miles pro dicta falſitate punitur per ipſum Iudicem ordinarium, coram quo eſt commiſſa falſitas, & non per Iudicem militarem, ut dixi ſupra *cap.19.n.31.*

11 Nonò amplia, nam ſi quis committat falſitatem coram magiſtro mercato, licèt ipſe falſarius ſit alterius fori, tamen punitur ab ipſo magiſtro mercato, ut dixi ſupra *cap. 21. de foro Nundinantium, n.14.*

12 Decimò amplia, nam ſi vaſſallus Baronis committat falſum coram alio Iudice, ipſe punitur à dicto Iudice, coram quo eſt commiſſa falſitas, ſi ipſe prævenit, dato, quòd Baro dicti vaſſalli habeat juriſdictionem cum clauſula abdicativa, & privativa, *Dom.Regius Merlinus controver. foren. tomo 2.cap.71.* citat *Maſtril.deciſ.147.n.18 & 19.*

13 Sed regula ſupra poſita limitatur, & primò in teſtibus deponentibus falſum coram arbitris, qui teſtes falſarii non poſſunt puniri de ipſa falſitate ab ipſis arbitris, ſed debent puniri à Iudice ordinario, *Capibiancus de Baronib.prag.8.par.1.nu.224.Graſſus d.effect.1.nu.1162.Campag.d.cap.Regni,Illuſtri n.19.Rovitus pragm.1.nu 6.de arbitris,* & dixi ſupra *cap.11.de foro compromiſſi,n.86.*

14 Secundò limita, nam ſi falſitas ſit commiſſa coram Iudice habente juriſdictionem civilem, licèt ipſe Iudex civilis poſſit cognoſcere quoad amiſſionem cauſæ propter ipſam falſitatẽ, tamen ipſe Iudex civilis nõ poteſt procedere quoad criminalitatem de ipſa falſitate coram eo commiſſa, *Capibl.d.prag 8. par.1.n.219.* & licèt aliqui teneant, quòd ipſe Iudex civilis ſit Iudex cõpetens in puniendo teſtes, qui commiſerunt falſum coram eo, pœna extraordinaria, & non pena ordinaria, ut tenet *Campag.in d.cap.Regni,Illuſtri, à n.14.uſq.ad n.19.* & licèt *Graſſus d.effect.1. n.1154.& Riccius*

col-

collect.243.in fine, indistinctè teneant, quod Iudex causarum civilium possit criminaliter punire illum, qui coram eo falsum deposuit, tamen communis opinio est in contrarium, & sic ut ipse Iudex civilis non possit criminaliter cognoscere de falsitate coram eo commissa, sed de ea cognoscit Iudex criminalis, *de Franch. decis. 147. in fine, & Caballus resolut. crim. casu* 116. & dixi supra *cap. 37. de foro causarum civilium, & criminalium, nu. 8. & 60. in fine.*

15 Tertiò limita in Clerico, qui si committat falsitatem coram Iudice laico, ipse clericus pro falsitate prædicta punitur per Iudicem Ecclesiasticum, & non laicalem Iudicem, coram quo est commissa falsitas, *Campag. d. cap. Regni. Illustri, num. 22. Graffus d. eff. 1. nu. 1 146. cum plurib. seq. Maranta in suo speculo, par. 6. act. 1 2. num. 4. Afflict. decis. 230. Anna singul. 135. Covar. pract. qu. cap. 1 8. num. 8. & Marinus Socin. in cap. postulasti, nu. 1 2. de foro compet.* & licèt aliqui teneant contrarium, & sic quod Clericus committens falsum coram Judice laico possit puniri per ipsum Iudicem laicum, coram quo est commissa falsitas, prout tenent *Hippol. de Marsil. in l. fin. nu. 146. ff. de jurisd. omn. Judic. Baldus in d. l. nullum, C. de testib. nu. 8. & Thomas Trivis. dec. 8. lib.* 1. tamen prima opinio est vera, & communis quam etiam tenent *Riccius, dec. 8 1. par. 4. Diana par. 3. tit. de immunit. Eccles. resol. 60. & par. 1. eodem tit. de immunit. Eccles. resolut. 1 1 0. Julius Clarus §. fin. quæst. 38. nu. 1 3. vers. sed hic quæro, Capyc. decis. 142. Ambrosinus d. cap. 1 8. à nu. 19. usque ad num. 22. Ansaldus de jurisdictione, par. 2. tit. 1 1. cap. 25. à nu. 1. usquè ad nu. 58. Dom. Reg. Merlin. d. cap. 9 1. nu. 9. Jo: de Arnono comment. 26. Aegidius Bossius in pract. criminali, tit. de falsis, nu. 1 1 0. Canonicus Paulus Squillant. de privilegiis Clericorum cap. 7. n. 1 1 0. Petrus Caballus resol. crim. casu 261. Merolla in theolog. mor. lib. 3. disput. 7. cap. 3. post nu. 194. Farinac. d. qu 8. nu. 26. & Guazzinus ad defensam reorum, def. 1. cap. 1 1. nu. 34. & cap. 1 3. nu. 10. & cap. 27. num.* 7. prout etiam licet Clericus non possit esse Notarius, tamen si fuit factus Notarius, & conficiat falsum instrumentum, pro falsitate prædicta punitur à Judice Eccles. & nō à Iudice laico, *Mastril. dec. 159. & Ricc. d. dec. 8 1. p. 4.* dicit, quòd si Clericus sit examinatus in causa civili cum licentia sui Episcopi, si deponat falsū corā Iudice laico, in hoc casu de ista falsa depositione Cleric. non potest puniri per suū Iudicem Ecclesiasticum, & neque punitur per Iudicem laicum, coram quo fuit facta dicta falsa depositio, idem tenet *Squillant. d. nu.* 1 1 0.

16 Et an saltim Judex laicus, coram quo est commissa falsitas per Clericum, possit pronunciare contra ipsum Clericum quo ad causæ amissionem, & *Capiblanc. d. prag. 8. par. 3. n. 97.* reliquit cogitandum, & *Graffus d. effect. 1. nu. 1 149. & seq.* videtur tenere, quod neque Iudex laicus possit pronunciare contra ipsum Clericum, qui commisit falsum coram eo, quoad amissionem causæ, sed quod possit pronunciare, tenent *Guazzinus d. defens. 1. cap. 1 1. nu. 34. & cap. 1 3. nu. 10. Julius Clarus pract. crimin. § fin. qu. 38. vers. sed hic quæro, in fine, & Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 8 2.* prout etiam Judex laicus potest cognoscere de falsitate commissa per Clericum coram eo, non ad finem puniendi dictum Clericum, sed ad finem, ut annulletur ejus depositio, *Graffus d. effect. 1. num. 1 151.* & dicam in *cap. de foro Clericorum, nu 93. par. 2.* sic etiam Judex laicus potest cognoscere de falsitate commissa coram eo per Clericum, ad finem expediendi causam principalem, *Caballus d. casu 261. post nu. 4.*

17 Quartò limita, nam si Judex competens illius, qui commisit falsitatem coram alio Judice, præveniat in causa falsitatis prædictæ, ipse Iudex potest cognoscere de falsitate commissa per suum subditum coram alio Iudice, nam Judex coram quo fuit commissa falsitas, habet jurisdictionem cumulativè contra committentem falsitatem cum Judice Rei committentis falsitatem, & ideò si prævenit Judex competens Rei, ipse præfertur, *Baldus in d. lege nullum, de Franch decis. 147. num. 3. & 4. & in decis. 582. Guazzin. ad defensam reorum def. 1. cap. 8. nu. 19 Capibl. d. prag. 8. p. n 1. nu. 220. & Danza dicto tit. de officio delegati, cap. tertio, nu. 15.*

18 Quintò limita, nam si subditus Magni Admirati committat falsitatem in Magna Curia Vicariæ in hoc casu ipsa Magna Curia non potest cognoscere de ipsa falsitate, sed causa spectat ad Curiā Magni Admirati, ut ita decisum testatur *Anna cons.* 107.

19 Et scias, quod si in Terra Baronis sit facta falsa sponsa, & in Magna Curia Vicariæ sit præsentata, detecta falsitate, Magna Curia cognoscit de falsitate prædicta, ita *Thesaur. decis. 266.* quod intellige, si ipsa Magna Curia Vicariæ prævenit, *Thesaur. ibi*, & sic inter eos datur præventio: ut in simili, si in uno loco sit inchoatum delictum, & in alio loco sit consumatum, inter judicem inchoati delicti, & inter judicem consumati delicti datur præventio, ut dixi supra *cap. 38. n. 63.*

20 Scias etiam, quod si Magna Curia Vicariæ examen alicujus causæ vertentis in ipsa Magna Curia committa Ordinario loci, & testes deponant falsum coram dicto Ordinario loci, in hoc casu ipsa Magna Curia est judex competens in puniendo testes falsos. *Hippol. de Marsil. in l. fin. n. 145. ff. de jurisdict. omn. jud. Baldus in d. l. nullum n. 9. C. de testibus, & Caballus resol. crimin. casu 261. n. 6.* intellige, si ipsi testes sciebant, examen fuisse commissum per ipsam Magnam Curiam ipsi Ordinario loci, aliàs si ignorabant, & tunc puniuntur per ipsum Ordinarium loci, *Abb. in cap. fin. n. 28. de foro competenti, Follerius pract. crimin. rub. audiatur excusatores n. 131 Guazzin. ad defens. reorum, d. def. 1. cap. 25. nu. 1 1. Bajardus ad Clarum d. quæst. 38. nu. 36. & Viscont. ad Præs. de Franchis d. dec. 147. in principio.*

21 Scias etiam, quod si Nuncius, cui commissa est citatio extra territorium, illam non fecit, & retulit fecisse, vel aliter retulit, quod fecit, in hoc casu Nuncius ipse punitur à Judice, coram quo, falsum retulit, & non à Iudice extra territorium ubi citationem fecit, *Baldus in d. l. nullum. C. de testibus, & Marianus Soccinus in cap. postulasti, n. 1 2. vers. circa 19. quæstionem, de foro competenti,* & Nuncius faciens falsam relationem punitur à Iudice, coram quo illam falsam relationem fecit argumento *d. l. nullum, C. de testibus,* sed vide *Follerium pract. crim. rub. fiat relatio nuncii, nu. 15.*

22 Scias etiam, quod Iudex appellationis potest punire testes, qui deposuerunt falsum coram Iudice

dice à quo, *Graff.d.effect. Cler.eff.1. nu.1163.* & à fortiori Judex appellationis putest punire, & cognoscere de falsitate commissa coram eo, *Borrel.conf.78.*

23 Scias quoq; quod si Clericus falsificat sigillum Vicarii,ipsemet Vicarius de ipsa falsitate potest cognoscere,& non redditur suspectus,*Ric.dec.54. par.1.*

24 Scias etiam, quòd si laicus deponat contra Clericum coram Judice laico, & postea remisso dicto Clerico Judici Ecclesiastico, in repetitione dicat, deposuisse falsum coram Judice laico, in hoc casu potest ipse testis laicus torqueri per Judicem Ecclesiasticum ad sciendum cui dicto velit stare, *Ricc. dec.119.par.4.*

25 Scias etiam, quòd Index, coram quo est commissa falsitas,potest procedere ex ufficio pro ipsa falsitate, intellige durante illa causa, super quam est commissa falsitas, aliàs ea finita requiritur accusatio,ita *Capiblg.d.cap Reg.Illustri n.24.*

26 Scias etiam, quod utens falsis ponderibus, & mensuris punitur pœna falsi,*l.arbitri,§ adeò ff. de dolo, l.& hodie, §.si venditor.ff.de falsis, Rovitus*

27 *prag.1.nu 4.de ponderibus, & mensuris,* & de jure communi Ordinarius loci potest cognoscere, & est Index competens de falsis ponderibus, & mensuris quoad pœnam corporalem imponendam,*Sebastian.de Neapol.in cap.Regni 65.nu.9.* sic etiam de jure communi cognitiu fallorum ponderum, & mensurarum spectat ad Decuriones Civitatis,& ad Præfectum Urbis, *l.1.C. de officio Præfect.Urbis,l.1.§cura carnis,ff. eodem tit.de officio Præfecti Urbis,Mastrill.dec.300 n.15.*quòd intellige,quando tractatur de pœna pecuniaria, de qua potest cognoscere defensor Civitatis, *l. jubemus, C.de defensor.civit.*sed per *Const.Regni Ad Officium Bajulorum*, disponitur, quòd pœna exigenda ab illis, qui vendunt cum falsis ponderibus, & mensuris pertinet ad Bajulum, sed postea per aliam *Const.Regni.Ad legitima pondera*,disponitur,quòd pertineat ad Fiscum, & nun ad Bajulum,quia Bajulus talem pœnam imponere non potest, *Affl. d.Const.Regni, Ad legitima pondera, col. fin.* postea fuit editum *cap.Reg.65.* per quod disponitur,ut inquisitio de falsitate pondetum, & mensurarum spectet ad officium secreti, sed in Civitate Neapolitana de hoc cognoscunt Magistri Rationales Regiæ Siclæ, & ad eos spectat punire contravenientes,*Affl in Const.Regni,Ad officium Bajulorum col.2.in principio,& in d.Const.Ad legitima pondera, col. fin.* ubi dicit, quòd isti Magistri Rationales Regiæ Siclæ habent ex privilegio merum, & mixtum imperium, & isti Magistri Rationales mittunt commissarios per totum Regnum super falsis ponderibus, & mensoris:sed isti Magistri Rationales Regiæ Siclæ habent jurisdictionem cumulativè cum aliis Ordinariis locorum, &non privativè,nisi aliter haberent ex privilegio, ut hæc omnia ducet *Campag.dicto cap. Regni 65. n. 14. & seq.* Prout est in Hispania, nam in Villa Franca ædiles habent jurisdictionem ex privilegio Regis in eos,qui falsis ponderibus, & mensuris utuntur, & tamen Bajulus, qui habet ibi ordinariam jurisdictionem, etiam potest de hoc cognoscere, & inter eos datur præventio, *Jacobus Cancer.variarum resolutionum lib. 2. cap.2.n.220.cū*

28 *pluribus seq.* & cognitio pondetum, & mensuratum est mixti imperii, *Gnid.Papa dec.490.*& ideò omnes Barones, qui habent mixtum imperium, possunt cognoscere de causis ponderum, & mensurarum, & habent facultatem cognoscendi de istis ponderibus, & mensuris cumulativè cum Curia Regiæ Siclæ, *Annæ singul.388. & Merolla in theol.morali tomo 3.disput.7.cap.1.dubio 6.num. 140.*sed in Civitate Neapolitana de materia contra assisam. vel minoris ponderis cognoscit Tribunal Iustitiarii, *Novarius in praxi electionis fori, sect 4.quæst 64.n.8 tomo 1.*

29 Et quis utens ponderibus non signatis à Regia Officina monetaria punitur pœna ducatorum sexaginta *pragm.15.in fine,de monetis*,& in hoc Curiæ Baronales non possunt se intromittere, nisi hoc habeant in privilegium, vel nisi quis utatur falsis ponderibus, quia tunc Curiæ Baronales possunt cognoscere, *Sebastian.de Neap.d cap.Reg.65.nu.9. Rovitus in pragm.1.n.5.de ponderibus, & mensuris, & Capibl.de Baronibus in prag.8.par.1.n.298.to.1.*

SUMMARIUM.

1 *Receptans forjudicatos Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ, an debeat remitti ad Curiam sui Baronis pro dicta receptatione? & num. 2. & 3.*

De Foro receptantis forjùdicatos.

CAP. XXXXII.

1 SI vassallus alicujus Baronis receptat bannitos vel forjudicatos Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ, ipse vassallus receptator pro receptatione prædicta cognoscitur,& punitur ab ipsa Magna Curia, vel Regia Audientia, à qua receptatus fuit bannitus,vel forjudicatus,& causa non remittitur Baroni dicti vassalli receptatoris,ut ita pluries fuisse decisum testatur *de Franchis dec.470.*& docent *Reg. Rovit.in prag.1. n.14. de recept.malef.& in prag.2.n.13.ubi de delicto,Didacus de Mari ad Grammat.decis.26.nu.12.Follerius pract.crim,rub.audiantur excusatores, n.134.in fine, & ibi Dom. Baldas. de Angelis nu.133.Caracciolus de fori privileg.remiss.quæst.40.& Merolla in theol. moralis.lib.3.disput.7.cap.1.dubio 6.n.147.*& ita est dispositum per quendam ordinem relatum in apostilla ad *pragm. 4. de composit.* & ita de anno 1634.fuisse decisum per Sacrum Regium Consilium,testatur *Thorus compendio decis.tomo 3 sect.3. ver.remissio. fol.91.* & alias decisum testatur *Reg. Sanfel.dec.63.à n.7.usq; ad n.9.& in dec.336. à n.7. usq;ad n.9.& in dec.336.n.48.tom.3. & in praxi judic.sect.15.n.48.* & alias decisum testatur *Navar. d.gravam.vass.tom.1.gravam.379.*

2 Sed contrarium, & sic vassallos alicujus Baronis receptantes bannitos Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ esse remittendos ad Baronem,dicit bis fuisse decisum *Visconti. ad Præsid.de Franchis d.decis.470.*& docent *Reg.de Ponte in tractat.*

ſtat.de poteſtat.Proreg.tit.de proviſionibus fieri ſolitis,§.3.nu.27.& ſeq.Capiblanc.de Baronibus,tom.1. ſuper Prag.8.par.3.nu.131.& Eliſeus Danza de pugna Doctorum,tom.1.tit.de receptatoribus cap.1.in principio,& Thorus in compendio deciſ.to.3. ſect.3. ver. remiſſio fol.78. & Jo:Liganarius ad Regentem Rovitum in prag.1.de recept.delinquent. & non obſtat pragmatica edita per Excellentiſſimum Ducem Medinæ ſub die 25. Iulii 1643. § 3. de qua mentionem feci in *praxi forjudic.cap.21. nu.15.* per quam diſponitur, ut Officiales Baronales teneantur capere informationem contra receptantes bannitos,& illam tranſmittere Regiæ Audientiæ,nam licèt per dictam pragmaticam deſumatur,Curias Baronales non poſſe procedere in cauſa receptationis bannitorum, ex dictis per nos ſupra *cap.8. nu.11.* tamen dicta pragmatica expreſsè non dicit, ut Curiæ Baronales non poſſint procedere in cauſa receptationis bannitorũ,unde adhuc Curiæ Baronales poſſunt procedere in cauſa receptationis bannitorum, pragmatica prædicta non obſtante.

3 Sed ego firmiter teneo,inter Magnam Curiam, vel Regiam Audientiam,& inter Baronem vaſſalli receptantis bannitos, vel forjudicatos Magnæ Curiæ,vel Regiæ Audientiæ dari præventionem, & ipſum præferri,qui primò prævenit,prout idem eſt in committente falſum coram alio Iudice, quam coram ſuo Iudice, nam inter Iudicem, coram quo eſt commiſſa falſitas, & inter Iudicem domicilii falſarii datur præventio, & ipſe præfertur,qui primò prævenit,ut dixi ſupra *cap.58. n.17.*ſic etiã ſi vaſſallus Baronis offẽdat alguzerios Regios tam Baro,quã Regii Superiores poſſunt de hoc cognoſcere, & inter eos datur præventio, ut dicam infra *cap.66.nu.12.*ergo ita,& quando vaſſallus Baronis receptat bannitos,vel forjudicatos Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, inter ipſam Magnam Curiam, vel Regiam Audientiam, & inter Curiam Baronis datur præventio, & ipſa præfertur,quę primò prævenit,nã ratio quę eſt ut Magna Curia Vicarię, vel Regia Audientia ſit Iudex competens contra vaſſallos alicujus Baronis receptantes bannitos, vel forjudicatos ipſius Magnę Curię, vel Regię Audientię eſt,quia aures ipſius M.C. Vicarię, vel Regiæ Audientiæ ſunt offenſę per ipſum vaſſallum Baronis in receptando eorum bannitos,vel forjudicatos,per *tex.in l.nullum, C.de teſtibus*, eſt etiam alia ratio, quia contempta fuit juridiſctio Mag.Curię Vicariæ,vel Regiæ Audientiæ, ob receptationem prohibitam per ipſam Magnam Curiam Vicariæ, vel per ipſam Regiam Audientiam in banno, & ideò ipſa Magna Curia Vicariæ,vel Regia Audientia eſt Judex competens ratione contemptus,ut in *l.ſi quis id quod, & in l. ſi familia,ff.de juriſdict.omnium Judicum*, has duas rationes affert *de Franch.d. deciſ.470.* Sed eadem ratio militat in ipſis duobus caſibus ſupra narratis,ergo ſi in dictis duobus caſibus ſupra narratis, datur præventio inter Regios Superiores, quorum aures ſunt offenſæ, & inter Curiam Baronalem,ut diximus.ita & in caſu noſtro,nam ubi militat eadem ratio, eadem eſſe debet juris diſpoſitio,& non diverſa,*l.1.§.hoc interdictum, ubi gloſa, ff.de fonte,l.ſi poſtulaverit,§.ratio, ff.ad l.Juliam de adulteriis, l.illud,ubi gloſa verſ.exiſtimari, ff.ad legem Aquilianam, & licèt, C.de excuſat.tutorum*, & docet *Caravita ritu 11.nu.8.*undè remanet firma hæc mea opinio inter Magnam Curiam Vicariæ, vel Regiam Audientiam,& inter Curiam Baronalem dari præventionem & qua pœna puniatur receptans bannitos,& forjudicatos & in quibus caſibus excuſetur? dixi in *praxi forjud.cap.18.per totum illum cap.*

SUMMARIUM.

1 *Blaſphemans Deum, vel ejus Sanctos de quo poſſit puniri? uſq;ad nu.6.*

7 *Blaſphemia quando dicatur?*

8 *Blaſphemans Deum, vel ejus Sanctos qua pœna puniatur? & nu 9.*

10 *Judex poteſt ex officio procedere contra blaſphemantes,& punitur,ſi eos non caſtigat.*

11 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum crimen blaſphemiæ.ſed an debeant eſſe omni exceptione majores? ibidem.*

De Foro blaſphemantis Deum, vel ejus Sanctos.

C A P. XXXXIII.

1 CONtra vaſſallos alicujus Baronis blaſphemantes Deum,vel ejus ſanctos Curia Baronalis eſt Judex competens, & poteſt punire dictos blaſtemantes,*prag.3.*quæ incipit,*Maxima nobis de blaſphemantibus*,& deſumitur ex *pragmat.3. de ſodomia*,ubi habetur,quòd Baro non poteſt componere,tranſigere,vel gratiare blaſphemantes Deũ, vel ejus Matrem ſanctiſſimam, ergo Baro poteſt cognoſcere de hoc crimine blaſphemiæ contra ſuos vaſſallos.

2 Quod intellige, ſi blaſphemia ſit commiſſa per vaſſallum verbo, ſecus ſi facto,puta, ſi percutiat imaginem Dei cum aliquo inſtrumento,quia tunc ſi de hoc vaſſallus Baronis ſit inquiſitus & carceratus in Magna Curia Vicariæ,cauſa non remittitur ad Baronem,& ita fuit deciſum in Magna Curia Vicariæ de anno 1627. ubi Baro Regionis meæ petebat remiſſionem cauſæ cujuſdam vaſſalli, qui commiſerat tale crimen, & fuit deciſum, ut cauſa remaneat in ipſa Magna Curia Vicariæ, per quam cauſa prædicta fuit expedita, quod decretum Magnæ Curiæ Vicariæ confirmo optima ratione, nam percutiens imaginem Dei, vel ejus Sanctorum dicitur committere crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, *Maſtrill.de Indulto,cap.26.nu.15. & Riccius collectan. 2104.* ſed crimen lęſæ Majeſtatis humanę,& Divinę ęquiparantur, *cap.ſtatutum, lo ſecundo,de hæretic.in 6.*& docet *Rovit.in prag.1.num.21. de bonis prodit.* immò graviùs eſt committere crimen lęſę Majeſtatis Divinę, quàm humanę *Auth.Gazarios, C.de hæreticis,Conſtit.Regni,Inconſutilem,ver.immò crimine*,& docent *Rovit. d.prag.1.nu.44.de bonis prodit,& Carrerius pract. crim.tit.de hæreticis,ver.circa igitur,nu.1.* ſed committens crimen lęſęMajeſtatis humanę non poteſt puniri peti per Curias Baronales, quę in hoc ſunt omninò incompetentes,ut dicam infra *cap.de foro committentis crimen læſæ Majeſtatis, nu.1.cum* ſim-

pluribus sequentib.par.2. ergo neque blasphemans Deum facto potest cognosci per Curias Baronales; confirmatur etiam, nam licèt in Regno blasphemans Deum, vel ejus Sanctos puniatur pœna extremium per quatriennium, ut in *prag.& perche molti ribaldi, de blasphem.* tamen hoc intelligitur de blasphemante Deum, vel ejus Sanctos verbo, & non facto, nam qui blasphemat Deum, vel ejus Sanctos facto punitur pœna mortis, ut ita decisum testatur de *Franch.dec.504.*& docent *Julius Clarus pract.crim.§.fin.qu.68. ver. imaginem, Caballus resolut.crimin. casu 91. Boerius decis.301. nu.18. Farinac.pract.crim.tit.de delictis, & pœnis, qu.20.num.68 cum pluribus seq. & Ansaldus de jurisd.par.4.tit.9.cap.2.num.71. cum trib.seq.* & sunt aliqui tenent, quod inquisitores cognoscunt contra percutientes sacram imaginem, ita *Diana in suis moralibus resolut.par.4. tract.7. resolut.9.* sed apud *de Franch.in d.decis.504.* iste talis fuit punitus à Judice laico, tu dicas, opinionem *Diana* procedere, quando percutiens imaginem Dei, vel ejus Sanctorum, percutit ex eo, quòd non credit Deo, vel ejus Sanctis, & sic si dicta percussio sapit hæresim, tunc cognoscit Inquisitor, sed quando non sapit hæresim, tunc potest procedere decisio *de Franch.*& faciunt dicta infra *n.5.*

3 Et scias, quòd de jure communi crimen hoc blasphemiæ est mixti fori, unde contra laicum blasphemantem est Judex competens tàm Iudex laicus, quam Ecclesiasticus, & inter eos datur præventio, *Abb.in cap.statuimus, nu.9. de maledicis. Maranta in suo speculo, par.4.dist.11.nu 10.ubi Follerius in add.Iulii Clari § blasphemia, ver.hoc crimen, Bossius pract.crim.tit.de inquisitione, num.132.Ioan. Franch.Leonius in Thesauro fori Eccles.p.2. cap.1.n. 30.Caballus resolut.crim.casu 91.à nu.8. usque ad finem. Ansaldus de jurisd.par.4. tit.9.cap.1. num.90. Anna singul.172 Rov.in rubr.de Blasphem. num.17. Marcellus de Vulpe in praxi judiciali fori Eccles. c. 41.nu.47 Farinac.pract. crim tit.de inquisitione, qu. 8.nu.127.ver.& quia, Farinac.d.qu.20. nu.39.& Guazzinus ad defensam reorum, def.1.cap.11.nu.5.* ubi etiam dicit, quod Iudeus pro blasphemia potest puniri a Iudice Ecclesiastico, & à Iudice laico & inter eos datur preventio, citat *Farin.pract.crim. tit.de delictis, & pœnis, qu.20.nu.41.* sed sunt aliqui qui dicunt, quòd Iudex Ecclesiasticus non potest punire Iudeum de blasphemia, ita *Aretinus cons. 158.Socinus cons.119. vol.4. Anna sing.273.Iulius Clarus pract.crim.d.§ blasphemia, vers.sed pone, quòd Iudeus & Ansaldus d.cap.2.nu.103.*ubi *nu.109.*hoc limitat, quando Iudex laicus est negligens in puniendo Iudæum de blasphemia, quia tunc Iudex Ecclesiasticus potest eum punire, & idem tenent *Iulius Clarus d.§.blasphemia, ver.sed pone, & Farinac.d.q.20.n.41.ver.nisi in casu,* sed quòd detur preventio inter Iudicem laicum, & Iudicem Ecclesiasticum in puniendo Iudeum de blasphemia, tenet *Thesaur.decis.241.in fine.*

4 In Regno adest *prag.3.de jurisdict.invic.non turban.* per quam dispositur, ut Iudex laicus fit competens in puniendo laicum de blasphemia, & docet *Banza de pugna Doctorum to.3. tit. de blasphemia, cap.7 per totum.*

5 Sed quando laicus blasphemat, & blasphemia est hæreticalis, Inquisitor Sancti Officii est Judex competens contra dictum blasphemantem *Eymericus in directorio inquisitorum par.2. qu.41. Marcellus de Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap.41.n.47. Guaz.d.def.1.d.c.11.n.5.7. Fran Leon. d.c.1.n.30. Farin.dicta qu.20.n.39.& Ansaldus d.cap.2.nu.87.*

6 Immò si quis sit solitus blasphemare, & blasphemãs ipse sit monitus, & post monitionẽ non cesset blasphemare, contra eum potest procedere Inquisitor Sancti Officii, *Afflict.in const.Regni, Inconsutilem, nu.48.& Ansaldus d.cap.2.nu.88.& seq.* nam qui assidue blasphemat, dicitur suspectus de hæresi, *Menochius de præsumptionibus, lib.5.præsumpt. 6.& Rovit.in rubr.de blasphem.nu.7.* & mitiùs punitur qui semel tantum blasphemat, quam qui est solitus blasphemare, *Farinac.d.qu.20.num.43.Thesaur.dec.241.nu.5.& Ansald.de jurisd.par.4.tit.9. cap.2.nu.58.cum plurib.seq.* nam solitus delinquere acriùs punitur, quam non solitus, *l.capitalium, §. solent, ubi DD ff.de pœnis.* sed si quis unico instanti pluriès blasphemat, dicitur semel blasphemare, *Rovitus d.rub.de blasphem. nu.15.& Ansaldus dicto cap.2.nu.64.cum plurib.seq.* quòd comprobo optima ratione, nam si quis inferat plures injurias alicui unico actu, non dicitur pluriès injuriasse, & non sunt plures injuriæ, sed unica tantum injuria dicitur, *Regens Rovitus in Pragmat.11 .num.46.de abolitionibus,* ut in simili, nam percutiens pluriès Clericum unico actu, dicitur semel percutere, & una absolutio requiritur, *Covar. variarum resolution.lib 2.cap.10 nu.8. Bajardus ad Julium Clarum § fin.quæst.77. nu.19. Squillant. de privilegiis Clericorum, cap.6.n.3 & Grassus de effect.Cler.effect. 9.n.312.* ubi *n.seq.* dicit secus esse, si percutiat unũ Clericum, & ex intervallo percutiat alium Clericum, quia tunc eget duabus absolutionibus, quia semel excommunicatus potest iterum excommunicari, *cap. quantumlibet in fine, 47.distin.cap.cum pro causa, & cap.officii, de sentent.excom.* & docent *Grassus d.effect.9.nu.315.* immò percutiens unica percussione plures Clericos, in tot incurrit excommunicationes, quot sunt Clerici, *Squillant.d. cap.6.d nu.3.in fine.*

7 Et dicere (*Al dispetto di quel becco futtuto, che mi tiene, & sostiene nel mondo*) non dicitur blasphemia, ita tenet *doctissimus, peritissimus, & soditissimus Bonacina in primo Decalogi præcepto, disput.3. qu.8.puncto.2.nu.12.* sed dicere (*Al dispetto d'Iddio*) dicitur blasphemia, *Grammatic. decis.50.Thesaur.decis.241.& Julius Clarus d.§.blasphemia, ver. sed nunquid,* & dicere (*Potta de Dio*) etiam dicitur blasphemia, nam tribuitur Deo quod non habet, *Reg.Rovit.d.rub.de blasphemantibus, nu.9.& Riccius in praxi, parte 3. resolut 45.* & dicere (*Ad corpus, vel ad sanguinem Dei*) non dicitur blasphemia, *Cabal.resolut.crim.casu 196.*

8 Et de jure Divino pœna blasphemiæ est pœna mortis, Leuitici cap.25. prout de jure civili etiam est pœna mortis, ut in *toto tit. Auth.ut non luxurientur homines contra naturam,* & docent *Thomas Ferratius cantela 25. & Caballus d.casu 296.n.43.* quæ pœna mortis de consuetudine non servatur, *Jul.Clarus.d.§.blasfemia, ver sed quæro, & Caballus d.casu 296.d.n.3.*& de iure canonico blasphemans Deum, vel ejus Sanctos punitur ad faciendam

 pu-

publicam pœnitentiam ante januam Ecclesiæ eo modo, & forma posita in *cap.statuimus, de maledicis*, quæ Pœna non habet locum contra Clericos blasphemantes, ne propter hujusmodi publicam pœnitentiam vilescat Clericalis Ordinis authoritas, *Abb.in d.cap.statuimus n.8.& Jul. Clarus d.§.blasphemia,d.ver.sed quaro*, sed ipsi Clerici blasphemantes puniuntur pœna contenta in Bulla Pii V. de qua per *Genuensem in praxi Archiepisc.Neapol.cap.76.* sed in Regno blasphemans Deum, vel ejus Sanctos, ultra quod punitur pœna triremium per quatriennium, per *d.prag.e perche molti ribaldi*, punitur etiam pœna mutilationis linguæ, & tertia pars ejus bonorum Fisco applicatur, *pragm.1.& 2.de blasphem.* sed hodiè lingua non amputatur, sed tantùm perforatur, & deinde mittitur ad Regias triremes per quatriennium, & neque condemnatur ad tertiam partem bonorum, *Muscatel.in pract.crim.rub.de blasphemantibus n.39.& seq & Rovitus d.rub.de blasphem.n.16.*

9 sed si quis blasphemat calore iracundiæ, ipsi minoratur pœna, *Farinac.d.quæst.20.n.47.Rovitus d.rub.de blasphem.n.13.Jul Clarus d.§.blasphemia, ver.excusari potest, & in § fin.quæst.60.ver.est etiam ita, & Capibl.de Baron. tomo 1.super prag.6.n.75.* intellige, si ita, vel dolor ortum habeat ex justa, & non levi causa, secus si ex injusta, vel levi occasione procedat, quia tunc ita blasphemantem non excusat à pœna ordinaria, *Caballus d.casu 296.n.33.cum pluribus seq. Ansaldus de jurisd. par. 4.tit.9.cap.2.n.43.cum plurib seq. Farinac. d.q.20. n.48.& seq.& Reg.Sanfelicius decis.369.*

10 Et Judex potest procedere ex officio contra blasphemantes, & debet eos punire, aliàs ipse Judex privatur officio, & alia pœna extraordinaria punitur, *pragm.3 de blasphem.Muscatell.ubi supra,nu.14.* immò Iudex non puniens blasphemantes, moraliter peccat, *Jul.Clarus §.blasphemia,ver. sed quæro quæ sit pœna.& Caball.d.casu 296 n.45.*

11 Et sufficiunt duo testes ad probandum tale crimen blasphemiæ, *pragm.1.& 2.de blasphem.* sed debent esse omni exceptione majores, nam si adsunt testes singulares, minores, feminæ, infames, vel alii, qui à lege repulsantur, quis de hoc crimine non dicitur convictus, *Simon de Petris consf. 51.& Rovitus d.rubr.de blasphem.n.6.*& ideò blasphemans admittitur ad probandum contra testes quidquid vult, prout in aliis criminibus, *Jul.Clarus d. §. blasphemia, ver. reperio etiam in fine*, sed quòd non detur repulsa testium in hoc crimine, tenet *Maranta part 6.act.3.nu.18.* nisi testes sint inimici capitales, quia tunc repulsantur, *Muscatell. ubi supra,n.25 cum duob.seq. Grammat. consil.crim. 15.n.12.& seq.Pollerius pract.crim.rub.concedatur repulsa n.4. Anna singul 67 Ansald.de jurisd. parte 4 tit.9.cap.1.n 64 cum tribus seq.& Rovitus d.rub. de blasphem.n.2.*& blasfemans Deum, vel ejus Matrem non admittitur ad compositionem, *pragm. 3.de sodomia*, & dicam infra *cap.50.n.22.*

SUMMARIUM.

1 *Contraveniens Regio Banno an possit puniri per Curiam Baronalem? & nu. 2.*

De Foro contravenientis Regio Banno.

C A P. XXXIV.

1 Si quis contraveniat Regio banno, pro pœna apposita in banno punitur à superiore, à quo fuit emanatum bannum, & non à Iudice domicilii ipsius cōtravenientis banno prædicto, *Thesaur. filius in unico consf. impresso post Add. ad decis. sui Genitoris*, & docet *Mastrill.dec.145.* quod intellige, quando bannum est speciale, secus si bannum sit universale, quia tunc de contraventione cognoscit Iudex domicilii Rei contravenientis Regio banno, *de Franchis decis.434 Thesaur.dec.132. Pollerius in pract.crim rub. audiantur excusatores num. 132.& ibi de Angelis post n.133.de Ponte de potest. Proreg.tit.1.§.3.à n.29. cum pluribus seq. Rovitus prag.9.de empt.& vendit.& Capibl. in prag.8.part. 1.nu.3.* & ita puto procedere opinionem *Aegidii Boss.tit.de pœnis, nu.25. & seq. Natta consf.659.& Amedeo à Ponte de laudimio, quæst.24. col.5.ver. limitat etiam.*

2 Sed licèt Judex domicilii non possit cognoscere de pœna apposita in Regio banno speciali, & ad tempus, tamen potest informationem capere, & eam transmittere ad Superiorem emanantē Banni, nam licèt quis sit exemptus à foro Ordinarii, nō tamen erit exemptus, ut delinquendo non possit capi, & deinde remitti ad Judicem competentem, *§.audiant in novella de defensf. civitatum, Felinus in cap.fin.n 7.de foro competenti, Jac. Cancer.variar.resol.lib.2.cap.2.n.257.* sed tantum ipse Officialis ordinarius non potest procedere in causa principali ipsius exempti, ita *Boerius dec. 9.& Capibl.d.prag.8.part.1.num.227.* sed si Judex incompetens sit inimicus, non solum est incompetens in judicando, sed etiam est incompetens in capiendo informationem, *Thomas Trivisanus decis.10 lib.2.*& dicam infra *cap. 48 .de foro offendentis Officiales n. 22.*

SUMMARIUM.

1 *Indultum à quo concedi possit?*

2 *Judex quis sit competens in discernendo an quis gaudeat indulto?*

3 *Guidaticum quis concedere possit?*

De Foro indulti, & guidatici.

C A P. XXXXV.

1 Indultum concedi tantum potest à Principe, & non ab alio Judice inferiore, ut dixi in *praxi forjud.cap.24.num.93. cum tribus num.seq.*

2 Et quando disceptatur, an quis gaudere debeat indulto si, vel ne, hoc cognoscendum spectat ad Magnam Curiam Vicariæ, vel ad Regias Audientias, & Curiæ Baronales id hoc sunt incōpetentes, ut dixi in *praxi forjud.dec.24. n.113.* in quo *cap.per totum* latè tractavi materiam indulti.

3 Prorex, & suum Collaterale Consilium potest concedere guidaticum forjudicatis, *prag.12.§.9.* de

de Officialibus Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 52. & Fariuacius in pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis, quaest. 29. n. 80. & Regens, & Judices Magnae Curiae Vicariae non possunt forjudicatos guidare, & idem est in Advocato Fiscali, & in aliis Judicibus recognoscentibus Superiorem, qui neque possunt forjudicatum guidare, ut dixi in *praxi forjud. cap. 23 n* 2. ubi *n. 3. cum plurib. seq.* late dixi quando Regia Audientia, & Commissarius campaneae possint guidare forjudicatos, & quando non, & *n* 9. & 10 dixi, an Baro possit guidata suos vassallos in sua Curia? & ibi etiam *nu.* 11. dixi, quod officialis Baronalis non potest concedere guidaticum inquisitis suae Curiae, sed si concessit, & guidatus sit captus, pendente guidatico, ipse guidatus est reponendus ad pristinam libertatem. & in *d. praxi forjud. d. cap. 23. n. 23.* dixi, quod si guidatus offendatur, vel si ipse alios offendat, pendente guidatico, de dicta offensione Judex, qui guidavit, est Judex competens, & in *d. cap.* 23. late tractavi materiam guidatici, & ideò ad ibi dicta me remitto.

SUMMARIUM.

1 *Usurarius à quo Judice cognoscatur? usque ad n.* 12. *& nu.* 16. 17 *&* 20.
5 *Corpus Usurarii, vel alterius debitoris an possit sequastrari?*
10 *Exceptio Usurariae pravitatis si in promptu sit probata, impedit liquidationem instrumenti.*
13 *Usurarius tenetur restituere usuras, sed excusatur propter paupertatem, & non tenetur, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, nu.* 14. *& an habeat electionem fori? nu.* 15.
18 *Inquisitor Sancti Officii an cognoscat de usuraria pravitate?*
19 *Clericus à quo Judice cognoscatur pro usura?*
21 *Papa, vel Princeps an possit permittere, ut Judei exerceant usuras?*

De Foro Usurarii.

CAP. XXXXVI.

1 Usurae de jure civili non reperiuntur prohibitae, ut docent omnes in *l. 1. C. de Summa Trinit. & fide cathol. Archid. in cap. 1. de usuris in 6. Caravita ritu 21. nu. 5.* sed tantum sunt prohibitae de jure canonico, ut in *toto tit. extra de usuris, &*
2 *in eodem tit. de usuris in 6.* & ideò sunt aliqui, qui dicunt, quod Iudex laicus non sit Iudex competens in cognoscendo de usuris contra laicos, sed tantum Iudex Ecclesiasticus in hoc est Iudex competens, *glosa in element. dispendiosam, ver. usuris, de judic. Lapus allegat.* 57. *&* 75. *Baldus in l. quoties, C. de judiciis, DD. in cap. cum sit generale, de foro competenti, & Jo: de Aruono problema* 13.
3 Sed quia in Regno nostro Neapolitano Usurarius punitur poena publicationis omnium suorum bonorum, ut in *Const. Reg. Usurariorum, & in ritu* 21, 196. *&* 237. & *et prag. 3. de usuris,* & licèt in favorem Neapolitanorum sit sublata publicatio bonorum, praeter in crimine haeresis, & laesae Majestatis humanae, ut *in prag. 3. de immun. Neap. in ultima impressione facta de anno* 1633. tamen Neapolitanus committat crimen usurariae pravitatis, licèt non puniatur poena publicationis bonorum, tamen punitur alia poena extraordinaria *de Franchis dec.* 213. *post n.* 27. Quod non est in filiofamilias, cujus peculium licèt non possit confiscari in praejudicium patris, *l. 3. C. de bonis proscrip.* tamen si ipse filiusfamilias committat crimen Usurariae pravitatis, non punitur alia poena extraordinaria, *Capibl. de Baronib. prag. 6. n.* 83. & ideò in isto Regno Neapolitano dum usurae sint prohibitae, Iudex laicus cognoscit de usuris contra laicos *prag. 3. de jurisdict. ad invicem non turban.* & erat antea statutum per *Const. Regni Statuimus, la. 1 sub tit. de usuris,* & docent *de Leonardis pract. Officialium cap.* 14. *n.* 7 *Jo: de Aruono diff.* 2. *& Vivius comm. opin. parte* 1. *opin.* 159. immò etiam de jure civili Authenticorum usurae sunt prohibitae. *Jul. Clarus §. usura, ver. difficultas,* immò Judeus usurarius punitur à Iudice laico, *Farin: ictus pract. criminit. tit. de inquisitione. q.* 8. *num* 139.
3 Unde omnes Barones hujus Regni de hoc crimine usurariae pravitatis cognoscere possunt inter suos vassallos, *Vivius dec.* 237. & ita decisum testatur *Rovitus in prag.* 1. *n.* 21. *de usuris Novarius in collectan. super d. rub. de usuris, nu.* 7. *& Capibl. de Baronib. prag.* 8. *par.* 1 *nu.* 208. *de Leonardis d. cap.* 14. *nu.* 8. *& Thorus comp. decis. tom.* 3. *sect.* 3. *ver. remissio, fol.* 80. *& Merollis in Theologia morali tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 1. *nu.* 136 & quedam vassallum usurarium fuisse remissum ad suum Baronem testatur *Reg. Sanfel. dec.* 348. *to.* 3.
4 Sed ponendo concordiam inter Judices Ecclesiasticos, & Iudices laicos, dicas, quòd hoc crimen usurariae pravitatis est mixti fori, etiam quoad imponendam poenam contra usurarium laicum, ut dicit *Butrius in cap. cum sit generale nu.* 13. *de foro compet.* & sic Judex laicus punit usurarium laicum quoad publicationem bonorum, juxtà formam statutorum hujus Regni, & Judex Ecclesiasticus punit usurarium laicum quoad censuras, nam Judex Ecclesiasticus potest excommunicare usurarium laicum, *DD. in cap. cum tu de usuris,* immò Iudex Ecclesiasticus potest sequestrare corpus laici usurarii mortui, & facere ut non sepelliatur, donec ejus haeredes caveant de restituendis usuris, *Miranta in suo speculo, part* 4. *dist.* 11. *nu.* 58.
5 & quando quis est usurarius manifestus, ipse caret Ecclesiastica sepultura, *cap. quamvis de usuris in* 6. & licèt corpus usurarii possit sequestrari, ut diximus, tamen corpus mortui debitoris non potest sequestrari ad instantiâ creditoris, dato, quòd creditum sit liquidum, *Boerius dec.* 287. *n.* 2. *& Grammat. dec.* 82, quod procedit dato, quod creditor sit Fiscus, ita *Caballus res. crim. casu* 203, ubi *n.* 14. dicit, quòd si creditor appellat ab isto denegato sequestro, non est audiendus, sed repellendus, ubi *n.* 16. dicit, quod creditor hoc privatur suo credito.
6 Et quòd crimen usurariae pravitatis sit mixti fori, & de eo possit cognoscere tam Judex Ecclesiasticus, quàm Judex laicus contra laicum tenet *Salicet. in l. eos, § fin. C. de usuris, Caeberan. dec.* 137. *Peguera dec.* 30. *Novarius in collectan. super d. rub. de usuris, nu.* 6. *Iulius Clarus §. fin. qu.* 37. *nu.* 2. *Covar. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 1. *Petr. Caballus resolut. crim.*

crimin.casu 188.*num.*1.*& Guazz. ad defensam reorum, def.*1.*c.*11.*n.*12.ubi *ver. quæ opimo*, dicit, quòd quando per aliquod statutum seculare sunt prohibitæ usuræ sub aliqua certa pœna, Iudex laicus punit laicos usurarios quoad pœnam statutariam.

7 Et quod diximus, quod crimen usurariæ pravitatis sit mixti fori, intellige hoc procedere, quando est quæstio facti, secus si sit quæstio iuris, puta si dubitetur, an contractus sit usurarius si, vel non, quia tunc hæc cognitio principaliter spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, etiam contra laicos, *Butrius d.cap.cum sit generale*, *num.*13.*& ibi Abb. Panormitan.nu.*17. *de foro competenti*, licèt Iudex laicus de hoc incidenter possit etiam cognoscere, *Julius Clarus d.§ fin.quæst.*37.*ver.quæro igitur, circa medium*, nam quando dubitatur, an contractus sit usurarius, causa dicitur quasi spiritualis, *Marian. Soccinus dicto cap.cum sit generale nu.*20.*de foro comp.* undè hæc cognitio principaliter spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, *Bart. & alii in l.Titia.ff.soluto matrim. Paul.de Castro in l si non fortem, nu.*6.*ff.de condit.indeb Diana in suis moral.resolut.par.*1.*tit.de immun. Eccl.resolut.*78.*& Afflict.ad const.Reg.statuimus,nu.*2.*&* 5.

8 Immò Iudex Ecclesiasticus potest præcipere Iudici seculari, quod sub pœna excommunicationis supersedeat in exequutione contractus, donec per ipsum Iudicem Ecclesiasticum decidatur, an contractus ipse sit usurarius, si, vel non, idem *Diana par.*3.*de immun.Eccles.resol.*18.sed quod Iudex Ecclesiasticus inhibere non possit Iudici seculari, ut supersedeat, pendente lite coram se introducta, dicit *Afflict.decis.*30. *post nu.*2.sed *Affl.* loquitur, quando causa absolutionis juramenti est introducta coram Iudice Ecclesiastico, quia tunc ista causa nō est præjudicialis causæ principali, & ideò meritò Iudex Ecclesiasticus non potest inhibere judici laico, quod non procedat in causa principali, quod secus est in causa usurariæ pravitatis, & sic si vertat quæstio coram Iudice Ecclesiastico; an contractus sit usurarius, si vel non, quia ista quæstio est præiudicialis causæ principali, & ideò Iudex laicus debet supersedere in causa principali, quousque non fuerit decisa causa, quæ vertit coram Iudice Ecclesiastico, si contractus sit usurarius si, vel non; argumento eorum, quæ traduntur per *Preg.de Franch.decis.*312. *&* 551. *& per Grammat.decis.*94. *nu.*16. *& decis.*207. *nu.*5. undè si coram Iudice seculari petatur exequutio instrumenti, & opponatur, quod cōtractus sit usurarius, ista cognitio an contractus sit usurarius

9 si, vel non remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, & interim Iudex secularis debet supersedere; quòd si non remittit dictum incidens si contractus sit usurarius, si, vel non deciden dum Iudici Ecclesiastico, sed ipse Iudex laicus pronunciat super hoc sententia non valet, *Paul. de Castro in l.quoties,post nu.*6. *C.de judiciis*, & ex-

10 ceptio usurariæ pravitatis si in promptu sit probata, impedit liquidationem instrumenti, ita *Rovitus rubr.de instrum.liquid. nu.*32. & ità decisum testatur *Dom.Reg.Merlin.controv.forensf.c.*76.*to.*1.

11 Et quando est quæstio juris, an contractus sit usurarius, si, vel non? Judex laicus non potest principaliter cognoscere contra laicum de usura, etiā ex consensu partium, *Bald.in rubr.extra de Iudiciis, col.*2.*Pelin.d c.cum sit generale, n.*1.*in fine, vers. quinta declaratio de foro compet.*

12 Hinc est, quod licèt *Card. in Clemen.*1. *qu.*18. *de usuris.& Butrius in d.cap.cum sit generale, num.*13. *ver.item si petitur, de foro compet.* dicant, quod repetitio usurarum fieri possit in foro seculari contra laicos, tamen quia potest verti quæstio juris, & sic si contractus dicatur usurarius si, vel non? & hæc quæstio spectaret decidenda ad Iudicem Ecclesiasticum, ut supra dix mus, ideò de consuetudine contra laicum usuræ non repetuntur, nisi in foro Ecclesiastico, *Alex.an.& Paul.de Castro, nu.*6.*in l.si non fortem, in princip.ff. de condit.indebiti, idem Paulus de Castro in l.quoties, post nu.*6. *C.de judiciis*. nisi reus conventus fateatur, se recepisse usuras quia tunc Judex secularis potest compellere ipsum laicum ad restituendum usuras, *Paul.de Castro in d.l si non fortem, nu.*7. *& Felinus in d.cap. cum sit generale, nu.*1.*ver ex quibus, de foro compet.*

13 Et usurarius tenetur restituere usuras illis, à quibus exigit dictas usuras *cap. cum tu.ubi glosa de usuris, cap.ad nostr m,de empt.& vendit.* sed ipse usurarius excusatur propter pauperpatem, *Ioan. Andr.& Anchar.in cap.peccatum,de regulis juris in* 6.*Seb ist.Monticulus de invent.fol.*28.*n.*21.

14 Et usurarius pro restituendis usuris non tenetur, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat *Novarius in collect.super dict.rubr.de usuris, nu.*11. ubi *nu.seq.* dicit, bona usurarii non esse tacitè obligata pro usuris restituendis.

15 Sed quæritur circa hoc, quid si persona privilegiata sit conventa pro usuris restituendis, an ipsa habeat electionem fori? & puto, quod non, argumento eorum, quæ traduntur per *Novar. in praxi elect fori,to.*1.*sect.*4.*qu.*33.

16 Et quod diximus, Judicem Ecclesiasticum esse Judicem competentem inter laicos, quando est quæstio juris in causa usurariæ pravitatis, hoc intellige, quando est quæstio juris canonici, secus si sit quæstio juris statutarii, quia tunc Judex laicus cognoscit, licèt sit quæstio juris secundum *Paulum de Castro cons.*210.*vol.*2.*Iason.in l. quoties, C.de judiciis, & Bajardus ad Clarum §.fin.q.*37. *n.*5: *& Caballus resolut.crim.d.casu* 188.*nu.*1.tenet, quod usura sit delictum mixti fori, & cognosci potest per Iudicem secularem inter laicos indistinctè, sive sit quæstio facti, sive juris.

17 Sic etiam Judex laicus uti arbiter potest cognoscere de usura, licèt sit quæstio iuris, *Anchar. cons.*98 *& Felin.d.c.cum sit generale, n.*3.*de foro comp.*

18 Sic etiam Inquisitor Sancti Officii est Judex competens in cognoscendo de usura, *Baldus in cap.*1.*§.adhæc.de pace juramen.firm.in usib.feud, Afflict.in const.Reg.Usurariorum, post nu.*8. quod intellige respectu fori pœnitentialis, nā judicialiter Inquisitor S.Officii non potest cognoscere de usura, *cap.accusatus.§.de quæstionib.de hæreticis in* 6. nisi quis dicat, usuram non esse peccatum, quia tunc hoc sapit de hæresi, & consequenter Inquisitor Sancti Officii iudicialiter cognoscere potest de hoc, *clem.*1 *§.cæterum de usuris*, & docent *Feliu.d. cap.cum sit generale, nu.*2.*de foro competenti, & Afflict.in d.constit Regn.Statuimus, post nu.*4.

19 Et

19 Et licèt aliqui teneant, quod Iudex laicus possit punire Clericum usurarium, tamen veritas est in contrarium, sed tantùm prima opinio potest procedere quoad observantiam judicii, nam Iudex laicus potest liberare laicum conventum à Clerico coram eo pro causa instrumenti usurarii, ità *Graffis de off. Cler. eff. 1. nu. 1002.*

20 Et in cognitio usurarum spectat ad Iudicem la cum vel Ecclesiasticum? latè examinat *Franc. Ansaldus de jurisd. par. 2. tit 9 cap. 12. per totum* ubi *cap. 14. nu. 4.* dicit, quòd Episcopus non potest exemptos etiam militares de usuris cognoscere.

21 Et scias quod Princeps non potest permittere, ut Iudei exerceant usuras cum suis subditis, sed tantum hoc Papa permittere potest, *Thesaur. dec. 57.* sed Princeps cum permissu Summi Pontificis potest permittere, ut Iudei exerceant usuras cum suis subditis, *Reg. Rovit. in prag. 1. nu. 7 de Iudeis, & Novarius in rubr prag. de usuris nu. 2.* sed *Affl. in constit. Regni, usurariorum, nu. 25, cum plurib. seq.* dicit, quod Papa non potest dispensare, ut Iudei exerceant usuras, & *Franciscus Ansaldus de jurisd. par. 2. tit. 9. cap. 1. nu. 54.* dicit, quod super prohibitione usurarum Papa non potest dispensare super Clericum, vel laicum, citat c. *super eo, de usuris.*

SUMMARIUM.

1 *Regiæ Audientiæ cognoscunt de prohibita asportatione armorum, & procedunt uti delegatæ.*
2 *Magna Curia procedit uti delegata contra asportantes, & delinquentes cum armis igneis intus Civitatem Neapolis, ejus suburbia, & casalia, & alii Iudices non possunt se intromittere, etiam si essent competentes ipsorum delinquentium.*
3 *Curiæ Baronales hodie procedunt in delictis factis cum armis igneis, & prohibita asportatione armorum, & quid in Gubernatore Terræ demanialis? ibid.*
4 *Magna Curia an possit procedere ad liberationem inquisitorum pro delictis factis cum armis igneis, & pro eorum asportatione?*
5 *Iudex criminalis cognoscit de pœna asportationis armorum prohibitorum.*
6 *Magister foresta quam potestatem habeat?*
7 *Clericus à quo Iudice puniatur, & capi possit pro prohibita asportatione armorum? & nu. 8. & 11.*
9 *Statutum laicale de non portandis armis an ligat Clericos? & nu. 10.*
12 *Armorum licentiam quis concedere possit? usque ad finem.*

De Foro delinquentis cum armis prohibitis.

CAP. XXXXVII.

1 Regiæ Audientiæ possunt cognoscere de prohibita asportatione armorum, *Afflict. in constit. Regni, intentionis, n. 58. & de Leonardis pract. Officialium, cap. 3 nu. 54* immò Regiæ Audientiæ, & Magna Curia Vicariæ pro delictis commissis cum armis igneis, & prohibita asportatione, vel fabricatione dictorum armorum igneorum procedunt uti delegatæ Suæ Excellentiæ, omni appellatione remota, cum præheminentiis Magnæ Curiæ ut in Pragmatica edita per Illustrissimum, & Excellentissimum Comitem Montis Realis sub die 29. Martii 1637. §. 1. & docet *D. Reg. Sanfel. dec. 261.* sed non per hoc, quod Magna Curia, & Regiæ Audientiæ procedunt uti delegatæ pro delictis commissis cum armis igneis, & prohibita asportatione, vel fabricatione dictorum armorum igneorum, si vassallus alicujus Baronis sit inquisitus, & carceratus in dictis Tribunalibus pro dictis delictis commissis in Terra sui Baronis, non debet remitti ad Curiam sui Baronis, nam dicta Pragmatica non dicit, ut ipsæ Regiæ Audientiæ, & Magna Curia procedant uti delegatæ, non obstante privilegio Baronis, & ideò cum a vassalli carcerati, & inquisiti pro dictis delictis in dictis Tribunalibus est remittendus ad Curiam Baronis dicti vassalli, ex dictis per nos supra *cap. 8. n. 120.* & dicta Pragmatica procedit, quando ipsa Magna curia, & Regiæ Audientiæ possunt procedere pro dictis delictis per viam electionis fori, vel si alio modo non sit casus remissionis, aliàs dictus vassallus est remittendus ad Curiam sui Baronis, & quando quis est captus cum armis prohibitis in sua patria à Regiis Superioribus, causa debet remitti ad Iudicem suum competentem, & causa ipsa non spectat ad Regia Tribunalia, *Folleriusi pract. crim. rubr. audiantur excusatores, nu. 135.*

2 Sed omnes delinquentes intus Civitatem Neapolitanam, ejus suburbia, & casalia cum armis igneis, vel si sint capti in dictis locis cum dictis armis igneis, cognoscuntur, & puniuntur à Magna Curia Vicariæ uti delegata, & in hoc casu non possunt se intromittere alii Iudices competentes dictorum delinquentium, ut in Pragmatica edita per Excellentissimum Comitem Villæ Medianæ sub die 15. Novembris 1650. § *pen.*

3 Et licèt per dictam Pragmaticam Excellentissimi Comitis Montis Realis editam die 29. Martii 1637. §. 2. sit dispositum, ut Curiæ Baronales pro prohibita asportatione armorum, & pro delictis factis cum armis igneis non possint procedere ad liberationem, condemnationem, compositionem, vel gratiam, nisi prius data notitia Regio Collaterali Consilio, & ab eo obtento responso, sed tantum possunt capere informationes, tamen novissimè per Pragmaticam Excellentissimi Ducis Medinæ editam de anno 1638. *de armis*, §. 1. est statutum, ut Curiæ Baronales procedant in delictis factis cum armis igneis, prout per prius procedere poterant ante dictam Pragmaticam Excellentissimi Comitis Montis Realis, & per dictam Pragmaticam Excellentissimi Ducis Medinæ d. §. 1. est etiam dispositum, ut Iudices, & Gubernatores Terræ domanialis pro causis, & delictis commissis cum armis igneis in dictis Terris procedant, sed tantum tenentur quolibet mense relationem facere Proregi de dictis delictis, & de eorum determinationibus, ut dixi supra *cap. 39. nu. 10.*

4 Et Magna Curia, & Regiæ Audientiæ non possunt procedere ad liberationem inquisitorum pro delictis factis cum armis igneis, & pro prohibita asportatione armorum igneorum, inconsulto Regio

gio Collaterali Consilio, verum interim pendente relatione facienda dicto Regio Collaterali Consilio, inquisiti possunt habilitari per palatium per tres menses, infra quos debet procurari responsum à Regio Collaterali Consilio,& elapsis dictis tribus mensibus, & non obtento dicto responso, reus reducitur ad carceres, ut in *d.Pragm.edita ab Excellentissimo Comite Montis Regalis §.3.*

5 Scias, quòd de pœna asportationis armorum prohibitorum cognoscit Judex criminalis, & non civilis,*ca p. Reg.106* & docet *Reg. Rovit us in rub. de armis, nu* 4.quod intellige, ut diximus supra in *cap. de foro causarum civilium, & criminalium, nu* 30.

Scias etiam, quod si in aliquo loco adsint nemora in quibus sit prohibita venatio, & sit destinatus magister forestæ,vulgò dictus,(*mastro di caccia*)iste magister forestæ non potest exercere suum officium,unde non potest molestare homines portantes instrumenta apta ad venandum extra forestas reservatas, sed si inveniat homines ad venandum intus forestam prohibitam, & tunc illos capit de persona,sed eos debet portare ad officialem ordinarium causa puniendi, nam ipse magister forestæ eos punire non potest, *cap.Reg.*84.*& ibi Campag.*

7 Scias quoque, quòd Clericos pro prohibita asportatione armorum punitur a Judice Ecclesiastico,*Decianus tract.crimin.lib.4.cap.9.nu.*140.& v de *Abb.in cap. Clerici lo* 2.*nu.9. de vita, & hon.st.Cler.Ansaldum de jurisdict.par.2.tit.*11.*cap.*22. *nu.*118. *& pragmaticam sextam de Clericis, seu subdiacon.salvat.*

8 Sed Judex secularis potest carcerare Clericum arma portantem, & ipsi arma auferre, & Judex Ecclesiasticus non potest illa arma prætendere, ita *Covar.pract.quæst.cap.*33. *nu.7.Farinac. pract. crim.tit.de inquisitione, qu.8.nu.96. Graffus de eff. Cler.effect.*1.*nu.*862.*& effect.*20.*nu.*20.*Julius Clar. pract.crim.§.fin.q.*36 *ver.ulterius quæro, Vivius dec.* 26.*nu.*5.*Caball.resol.crimin.casu nono, nu.*16.*Ansal. dicto cap.*22.*num.*98. *cum pluribus seq, & Borrell. summa dec.tit.*43.*nu.*136.sed alii tenent, quod Judex secularis non possit tollere arma prohibita inventa super Clericos, ita *Diana in suis moral.resolut.par.*1.*tract.*2.*resolut.*10. *par.*3.*tract.*1. *resolut.* 28.*par.*4.*tract.*1.*resolut.*19. *& part.*5. *tract.*1.*resol.* 4.& quod arma, quibus spoliati sunt Clerici de nocte reperti per Officialem laicum sint consignãda Curiæ Ecclesiasticæ, tenent *Genuens.in pract. Curiæ Archiep.Neap.cap.*74. *nu.*6. *Guazzin. ad defens.reorum,def.*20. *cap.*9. *nu.*11.*& Squillant. de privileg.Cler.cap.*6.*nu.*92.sed opinio *Covar.*& aliorum contrarium tenentium est vera,quam sequuntur *Marcell. de Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap.* 43.*nu.*19.*Domin.Baldas.de Angelis in suo prato super legem omnes, nu.*9.*& super authen.Clericus, & super auth.statuimus in fine,C.de Episcop. & Cleric. & Ambros.de immunitate Ecclesiast.cap.*18.*nu.*36.

9 Et adverras, quod pœnale statutum laicale de non portandis armis,cum concernat publicè otilem,ligat Clericos, *Graffus de eff.Cler.effect.*2.*num.*

10 268 sed pœna est exigenda à Iudice Ecclesiastico,ita *Ansaldus de jurisdict. d.cap.*22. *à nu.*57.*usq; ad nu.*94.*Cabal.d.casu nono, nu.*13.*& seq.Iacobus Cancer.var.resolut.lib.*3.*cap.*11 *nu.*193.*& seq.*& vide *Peguerum dec* 56.sed *Graffus d.eff.*20. *nu.*36. dicit,quod Judex Ecclesiasticus punit Clericum arma portantem secundum jus canonicum, & vide *Caballum d casu* 9 *nu.*15. *& Ansaldum d. cap.*22.*à nu.*95 *cum plurib.seq.*

11 Sed apud Gallos Officiales laici possunt puníre Clericos arma deferentes pœna pecuniaria ex indulto Summi Pontificis, *Covar.d.cap.*33.*nu.*7.*& Graff de effect. Cler.effect.*1.*num* 864.

12 Sed scis,quod delatio armorum est prohibita,*l.*1. *ff.ad legem Iuliam de vi publ.l.*1.*C.ut armorum usus, lib.*11.*§ pen.auth.de armis,constit Regni,intentionis, cap.Reg.Ut inter subjectos*, & probatur quasi in omnibus Pragmaticis situatis sub *tit. de armis*,latè *Farinac.pract.crimin.tit de variis. & diversis crimin. quæst.*108.*nu.*3.*& Cabal.resol.crimin.casu* 228.*nu.*1. Quæritur, quis sit Judex competens in concedendo licentiam alicui deferendi dicta arma prohibita? & dicas, quod primò Princeps potest dictã

13 licentiam concedere,*d.l.*1.*C.ut armorum usus lib.* 11.& docet *Farinac.d.qu.*108. *nu.*121. *&* 124.S

14 cundò,Præses provinciarum,& Gubernatores terrarum possunt concedere licentiam deferendi arma prohibita ex justa causa aliquibus particularibus personis, *Ioan.Grandis de bello exulum, in prædicamento pati,qu.*3.*speciali* 14. *& Farinac. d.quæst.* 108.*nu.*121.*&* 124.& Regia Audientia potest facere licentias asportationis armorum pro persequutione bannitorum his qui verè,& realiter in actu deserviunt,*prag.*10 *§.*89.*de offic.judicum*,quæ licentia non extenditur ultra provinciam ipsius Regiæ Audientiæ,*d.prag.*10.*§.*88. *de officio Iudic.*

15 Tertiò,Domini castrorum,& terrarum,& sic Barones non possunt dare licentiam suis subditis deferendi arma in eorum territoriis, *Farinac.d.qu.* 108.*nu.*129. intellige, si hoc habeant ex longã consuetudine,*de Nigris in cap.Regni, ut inter subjectos,nu.*49.quod si hoc habeant ex consuetudine, tamen ipsi Barones non possunt concedere licentiam suis subditis deferendi parvulos sclopos,*Farinac.d.quæst.*188.*nu.*58.*cum plurib seq.*nam Barones non possunt concedere licentiam asportandi arma prohibita,*Reg.Rovit.in rubr.de armis, nu.*3. *Thesaur. filius in cons.unico impresso post additiones ad decisiones sui Genitoris, ver.non etiam, fol.mihi* 264.immò omnes Officiales Regni,etiam Commissarius campaneæ, Auditor generalis exercitus,& Magnus Admiratus maris non possunt concedere licentiam asportandi arma ignea minus trium pedum de canna, sed tantum possunt concedere licentiam asportandi arma ignea plus trium pedum de canna, quæ licentia non operatur intus loca habitata,nam in his locis non potest concedi dicta licentia à supradictis Officialibus Regiis, & ab Officialibus ordinariis locorum, exceptis famulis eorum Curiæ, vel in actu persequutionis bannitorum,ut in Pragmatica edita per Excellentissimum Ducem Medinæ edita die 29. Martii 1637.*§.fin.de armis.*

16 Et Prorex tantùm potest concedere licentiã deferendi sclopos parvulos, & cultros appontutos, vulgò detti à fronda de oliva, cum clausula pragmatica non obstante, ut in *Prag.*7.*§*1.*&* 21. *§.*1.2.*&* 7.*de armis.*

17 Et

17 Et Commissarius generalis campaneæ neque potest procedere licentiam deferendi scopictas, & alia arma intus Civitatem Neapolitanam, suburbia & casalia ipsius civitatis; *prag.22.§.8.de armis, & prag.10 §.88.de off.Jud.*

18 Immò Regens Magnæ Curiæ Vicariæ potest tantum concedere licentiam deferendi ensem, una simul cum pugione, & non pugionem tantum per Civitatem Neapolitanam, *prag.8 & 22 §9. de armis.*

19 Sed Episcopus non potest concedere licentiam Clericis deferendi arma, sed hoc tantum summus Pontifex facere potest, *Graff.de eff Cleric. 20.num.22. Marcell. de Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiast.cap.43.num.20.& Riccius decis.257 par.3.* ubi dicit, quòd Episcopus potest concedere dictam licentiam deferendi arma Clericis ob capitales inimicitias.

20 Et Regens Magnæ Curiæ Vicariæ in Civitate Neapolitana, & in Provincia campaneæ, & Gubernatores Provinciales in aliis Provinciis possunt dare licentiam conficiendi, & accomodandi selopos parvulos, *pragmat.15.de armis* sed per *prag.20.§.3.de armis*, in Civitate Neapolitana, & in Provincia campaneæ debebat concedi dicta licentia conficiendi, & accommodandi sclopos parvulos à Prorege, & in aliis Provinciis à Gubernatoribus Provincialibus, sed per *prag.21.§.3.de armis*, Prorex tantum concedit licentiam conficiendi, & accommodandi sclopos parvulos, cum clausula, Pragmatica non obstante, immò per Pragmaticam Excellentissimi Comitis Montis Realis editam die 26.Martii 1637.§.10.*de armis*, disponitur ut Prorex, & ejus Collaterale Consilium tantum possint concedere licentiam conficiendi, & accomodandi arma ignea minus tertium pedum de canna, & per *prag.21.d.§.7.de armis*, disponitur, ut quis non possit facere, vel vendere cultros appontutos, vulgò Jetti à fronda de oliva, absque licentia Proregis cum clausula, Pragmatica non obstante.

SUMMARIUM.

1 *Offendentes Officialem puniuntur tantum per Magnam Curiam, amplia usque ad nu.5 limita à nu 6.usque ad nu.16.*

7 *Offensio in personam Officialis si sit excepta in generali indulto, de qua offensione intelligatur? & post nu.3.*

8 *Regii Superiores quando cognoscant de offensa facta executoribus Regiis? & nu.11.& 12.*

9 *Nuncius bajuli si sit offensus, quis de hoc cognoscat?*

10 *Resistentia si fit facta executoribus Magnæ Curiæ volentibus exequi literas executoriales alterius Tribunalis, quis cognoscat de dicta resistentia?*

14 *Sindicus, & Electi si sint offensi, quis cognoscat contra offensorem?*

15 *Baro si sit offensus, quis cognoscat contra offensorem?*

17 *Astantes tenentur adjuvare Officiali, qui ab aliquo offenditur, & quid si offendatur persona privata? ibid.*

18 *Judex an cognoscat de injuria sibi illata? usq. ad nu.23.*

24 *Episcopus cognoscit de injuria sibi illata.*

25 *Officialis an cognoscat de offensa facta ejus famulo? & nu.26.& quid de offensa facta ejus filio? n.27.*

De Foro offendentis Officiales.

CAP. XXXXVIII.

1 SI Officialis sit offensus, Magna Curia tantum cognoscit de offensione prædicta & Curiæ Baronales sunt incompetentes, *de Franchis decis.274. nu.4.& 7.& in dec.f.326.& Reg.Rovit.in rub.de Officialib. nu.6.* licet contrarium teneant *Follerius in pract. crimin. rub.audiantur excusatores, nu.137. & Dom Diaza omni laude dignus in suo pulchro tract.de pugna DD to.1. tit. de officialibus in genere, cap.10 in principio,* qui dicunt, quod Baro potest cognoscere de offensa facta in personam sui Officialis, tamen primam opinionem tenet *Reg. Sanfelic.dec.63.nu.14* nam quis offendens, Officialem Domini jurisdictionem habentis, videtur offendere ipsum Dominum, *Caballus resol.crim.casu 288.nu.78.* sed quando est offensus Baro, ipse non cognoscit, sed cognoscit Magna Curia, ut dixi supra *cap.9 nu.170*, ergo quando est offensus Officialis, de dicta offensione cognoscit tantùm Magna Curia. Quod amplia.

2 Et primo offensa facta arbitris, nam de ea solum Magna Curia cognoscit, & Curiæ Baronales sunt incompetentes, *Thorus compendio decis tom.1. ver.remissio fol 459.* sed ego intelligo de offensa facta in personam arbitri juris, secus si offensio sit facta in Personam arbitri voluntarii.

3 Secundò amplia, nam si quis offendat Officialem finito officio, ex causa tamen orta in officio, ad hue tantù M.C.cognoscit, faciunt dicta per *Præs. de Franch.decis.403.* prout etiam vid mus, nam si in general. indulto sic exceptuata offensa in personam Officialis, intelligitur etiam si sit facta, finito officio, ex causa tamen orta in officio, *Reg. Rovitus in pragm 5. nu.29. de abolit. & in rub. de exulib.nu.12.* & dixi in *praxi forjudic. cap.24.nu 68.* & depositio officio per Officialem, adhue remanent reliquæ dignitatis, *l 1.ubi, Joan.de Platea C. de propos.sacror.cubic.lib.12. l.2. ubi idem Io: de Platea, & Rebuff C.de præfect.lib.12.* & docent *Carraba de sindic.parte 1.nu.153.& seq & Reg.Rov. in prag. 2 nu.1.de commiss.* quòd secus est, si quis offendat Officialem, finito officio, ex causa inimicitiæ, & ex odio particulari, & non intuitu officii, quia tunc Magna Curia non cognoscit sed cognoscit Baro loci delicti, ut ita decisum testatur *Thorus in compend.decis.to.3 sect.3 ver.remissio, fol.149.* sed in tantum Magna Curia cognoscit de offensa facta Officiali, finito officio, intuitu officii, in quantum dicta offensa sit facta, durante sindicatu, vel eo finito, durante modico tempore, quod datur pro sarcinulis componendis, ita à simili docet *Cabal. resol.crim.casu 111.*

4 Tertiò amplia, nam licèt Princeps Bisiniani habeat privilegium cognoscendi de omnibus delictis gravibus commissis per suos vassallos, excepto crimine læsæ Majestatis in primo capite, tamen cum ejus vassalli offendissent quendam Auditorem Regium, causa fuit cognita per Magnam

Curiam, & non fuit remissa ad dictum Principem, *Thorus compend.decis.tom.3 sect.3. vers.remissio,fol.* 6. sed ipse Princeps Bisiniani potest cognoscere de offensa facta suo Officiali, prout ipsi fuisse remissum quendam suum vassallum,qui resistentiam fecit suo Officiali, testatur *Reg. Sanfelic. decis.*345. *tomo* 3.

5 Quartò amplia,nam si Induhanati Regiæ Duhanæ meneperudū Apuleæ offendant Officiales Baronales adhuc solum Magna Curia cognoscit, ut ita decisum testatur *Thorus dicta sect.3. dicto vers. remissio fol* 74.

6 Sed regulam supra positam limita. Et primò, nam in tantum Magna Curia cognoscit de offensa facta in personam Officialis, in quantum offensio sit facta intuitu officii, secus si odio particulari, quia tu c Baro loci delicti cognoscit, *de Franchis decis.*326.*Cabal. resolut.crim. casu* 148. *& Capibl in.de Baron. pragmat.*5.*nu* 71. ita decisum in offensa facta Actuario, testatur *Gizzarel. decis.*24.qui testatur,interfectorem, qui interfecerat Actuarium ex odio particulari, fuisse remissum ad Baronem loci delicti, idem tenent *Ascia determinat.*107.*& Thorus compen. decis.to.*2.*ver.remissio.fol.*569.*&* 585.

7 Hinc est, quòd si in generali indulto sit exceptuarum crimen violentiæ, seù offensæ in personam Officialis,hoc intelligitur exceptum, si offensio sit facta in personam Officialis intuitu officii, & non odio particulari,ut dixi in *praxi forund.cap.* 24.*nu.*68.

8 Hinc etiam est, quod in tantum de offensa facta exequutoribus Regiis, Regii Superiores cognoscunt, & causa non debet remitti ad Judicem loci delicti, in quantum offensa sit facta in exequutionem eorum exercitii, & sic intuitu eorum offic i, *Follerius d.rubr.audiantur excusatores, n.*137. *&* 143.*circa medium.Mastrill.decis.*147.*nu.*16.*cum pluribus sequentib Beer.decis.nona, & de Angelis ad pract.crimin.Follerii, rub fiat relatio nuncii, post num.*47.

9 Immò si sit offensus Nuncius Bajuli intuitu ejus officii, adhuc Bajulus de hac offensa cognoscit,*Capiblanc. in addit.ad prag.*8. *par.*1. *in addit.ad nu.*374.

10 Et circa hoc scias, quod si alguzeriis Magnæ Curiæ sit facta resistentia in exequendo literas exequutoriales Curiæ meretricium per aliquem non subditum dictæ Curiæ meretricium, in hoc casu si ipsa Magna Curia prævenit,ipsa cognoscit contra resistentem, & non tenetur remittere resistentem ad Curiam meretricium, *Cabal.resol.crimin. casu* 132. & ita decisum testatur *de Franchis decis.*147.

11 Et semper quando familia Judicia in exequutione sai exercitii offenditur ab aliquo non subdito ipsi Judici, ipse Judex cognoscit de dicta offensa contra offendentem, *l.addictos, C.de Episcop.audient.* & docent *Aloys. Riccius in praxi remissionis delinquentium,qu.*35.*de Franchis dec.*1447.*Genuens. in pract. Archiep. Neap.cap.*11. *& Guazzinus ad defensam reorum,defen.*13.*cap.*12. *post nu.*4.undè licèt Archiepiscopus non sit Judex ordinarius subditorum Episcopi suffraganei, nisi in causa appellationis,tamen ipse Archiepiscopus potest punire subditus Episcopi suffraganei notorios injuriantes nuncios,& suæ familiæ,tàm si ob id sua jurisdictio impediatur,sivè non,*cap.*1.*de pœnis, in* 6.*Genuens.in pract.Archiep.Neap.cap* 70.*num.*12. *& Merolla in theologia morali, lib.*3. *disp.*7. *cap.*5. *n.*556.

12 Et advertas, quòd quando est facta resistentia alguzeriis Regiis in Terris Baronalibus possunt de hoc cognoscere tàm Regii Superiores, quàm Curiæ Baronales,in quorum territoriis fuit facta resistentia,& inter eos datur præventio, *Caball. resol.crimin.casu* 117. *Thesaur.decis.*90. *num.*6.*& Guazzin.dicto tract. ad defensam reorum, defen.*1. *cap.*13.*nu.*8.quod si Curia Baronalis prævenit, & dictos resistentes punivit, amplius Regii Superiores non possunt se intromittere,*Thorus in supplement.decis.vers.Judex,fol.*319.

13 Secundò limita,quando quis offendit Officialem, qui nondum cœperat possessionem officii, quia tunc non cognoscit Magna Curia, faciunt dicta per *Præs.de Franchis decis.*326.*& per Caballum dicto caso* 148 prout è contra, si Officialis delinquat non capta possessione officii,non punitur per Magnam Curiam, *Dom.Reg.Capyc.Latr. consult.*130. *lib.*2. *& Thorus in supplement. decis. ver. remissio, fol.*546.

14 Tertiò limita, nam si sint offensi Sindicus, & Electi intuitu eorum officii, causa spectat ad Baronem,& non Regia Tribunalia, nisi Sindicus, & Electi sint offensi in actu jurisdictionis, quam exercent ex privilegio,vel consuetudine, *Danza de pugna DD.to.*2.*tit.de electione fori, cap.*8. *per totum*, & Universitas non potest eligere Regia Tribunalia, prævia Congregatione Concilii pro dicta offensa facta Sindico, & Electis intuitu eorum officii, & non in actu jurisdictionis, *Thorus compen.decis.to.*3.*ver.electio fori, & Danza d.tit.de elect.fori,cap.*8.ubi ipse *Danza* dicit,secus esse, si tempore offensæ omnes de regimine collegialiter essent iunctim negotia Universitatis tractantes, quia tunc si est facta offensa Sindico, vel Electis, Universitas potest adire Regia Tribunalia per viam electionis fori prævio Concilio,& idem docet *Novarius in praxi electionis fori,to.*2.*sect.*3.*q.*11.

15 Quartò limita, nam si vassallus interficiat Baronem habentem civilem jurisdictionem in hoc casu ipse vassallus non punitur per Magnam Curiam, sed punitur per Baronem habentem criminalem jurisdictionem, et ità decisum testatur *de Franchis decis.*274.nam si in aliquo castro sint duo condomini qui habent parem jurisdictionem, & unus ex dictis condominis sit affectus injuria,ipse condominus affectus injuria cognoscere nō potest de dicta injuria, sed cognoscit alter condominus, *Campag.in c.Regni,Illustri,n.*28.*& Baiardus ad Clarum in § fin.quæstione* 38 *nu.*9. *& Rolan. à Valle cons.*16.*lib.*2.dicit,quòd pro offensa facta domino castri non potest esse Judex,nec ipse dominus,nec ejus Officialis, sed Superior cognoscit, nisi offensus haberet condominos, quia tunc condomini, vel Officiales ab omnibus deputatus possunt judicare,& cognitio non spectat ad Superiorem, nisi ipse ex aliis circumstantiis essent suspecti,& idem tenet *Caballus resolut.crim. casu* 128.*post nu.*5.undè si quis interficiat Baronem habentem civilem, & cri-

criminalem jurisdictionem, ipse interfector punitur à Magna Curia, ut dixi supra cap.9.nu.170. & docet Merolla in theolog. morali to.3. disput.7.c. 1.dub.6.nu.160. nam Barones dicuntur Officiales Regii,Reg.Rovit.in prag.2.nu.8.de suspit.Offi. & dixi in prax. forjud.cap.24.nu.14. sed dominus directus cognoscit de injuria illata conductori suæ jurisdictionis,Amend.ad Præs.de Franch.decis.326. nu.7.de quo ego valdè dubito, nam pendente affictu, dominus directus nullam habet jurisdictionem, cum ipsa sit translata in ipsum affictatorem per locationem, prout è contra; nam si affictator civilis jurisdictionis delinquat,punitur à Magna Curia Vicariæ,& causa non remittitur ad Baronem criminalem proutita decisum testatur Joan. Liguanarius ad Reg.Rovit.in pragmat.2. de jurisdict. inviecem non turbandis,& vide quod supra dixi cap. 35.nu.18.

16 Quintò limita, quando offensa facta in personam Officialis sit minima,quia tunc cognoscit Baro loci factæ offensæ,Caball.resol.crimin.casu 46.& Capibl.d.prag.5.nu.72.& sequ in simili, si in generali indulto sit exceptuata offensa facta in personam Officialis, hoc non habet locum in offensa minima Rovit.d.prag.5.nu.30 de abolitionibus, & Capiblan.d.pragmat.5.nu.73 & quæ sit offensa minima,omne in arbitrum Judicis remittitur Iulius Clarus pract.crimin.§.1.& Novarius in praxi elect. fori,to.1.sect.4.qu.42.nu.11.

17 Et scias,quòd si offendatur Officialis, tenentur astantes adjuvare Officialem,alias puniuntur,Dinza de pugna DD.to.1.tit.de Official.in genere,cap.10.nu. 8 & cap.11.nu.13.& seq & Farinac pract.crim.tit. de homicidio, qu.125. nu.316. ubi nu.307.cum pluribus seq.plures personas connumerat,quæ tenentur defendere insultatum, & cives tenentur præstare auxilium Officiali oppresso Capycius decis.149 de Angelis ad Follerium, rubr.notator capias de persona, nu 46.sic etiam si quis potuit præstare auxilium,ne Clericus offendatur ab aliquo, si hoc non fecit,& Clericus offensus, ille, qui non præstitit auxilium,etiam efficitur excommunicatus. glosa in cap.mulieres,de senten.excom. & in cap.si quis suadente diabolo 17 qu.est 4 & docent Grassus de effect. Cler.eff.9 nu.61.& Farinac. d.qu.125. nu.322.cum trib.seq.Quod secus est, si persona privata sit offensa,nam si quis occidat aliquem, me præsente, & non præstante auxilium; cum possem, non teneor in aliquo, nisi aliàs probaretur,me esse participem,ut est tex. secundum Bart. ibi in l.1.§.sed in eodem,ff.ad Sillanian Grammat.consil. crimin.32.n.2. & Farinac.d.quæst.125. num.300. cum pluerib.seq. ubi nu 326.dicit, quod si insultatus, ut evaderet manus insultantis, fugeret in domum alicujus, & dominus domus clauderet ostium, ne se intrigaret, & ob id fugiens præventus ab aggressore, fuerit occisus,dominus domus,qui ostium clausit, puniri potest, quia dolo ostium clausisse videtur, & quòd nemo tenetur obviare delicto, & aliam defendere,dixi in praxi forjudic.cap.19. post nu.20.

18 Sed quæritur, an in casibus, in quibus Curia Baronalis sit Judex competens in cognoscendo de offensa facta in personam Officialis, ipsemet Officialis, qui affectus fuit in injuria ab aliquo possit cognoscere, & sit Judex competens contra injuriantem? & dicas, quòd si ipse Judex, Curia pro Tribunali sedente, vel notoriè intuitu ejus officii fit: ff. ctus injuria, & tunc ipsemet cognoscere potest de tali iniuria, Bart.in l si quis fortè §.si quos,ff. de pœn.Cyn.& Paul.de Castr.in l.unic. C.ne quis in sua causa judicet Rovit.pragmat.1.num.3.de suspit.Offic.Ricc.decis 54.nu.8.par.1. Vivius dec.278. num.2. Novarius praxi electionis fori,to.1.sectione 4.qu.53. nu.5.D.Consil. Carleval. de Iudic.to.1. disput.2.qu.7. sect.1.nu.798 Iul.Clarus §fin qu.35 nu.20.Farinac. pract.crimin. quæst 17 num 45 Caball.resolut crim. casu 128.nu.1.Bossius pract.crim.tit.de denunciat.nu. 7.Paris de Puteo de synd.ver. injuria Officialis,cap.3. nu.2.& ver.notorium cap.1. nu.4. & seq Grammat. dec.36.nu.4 & Guazzin. ad defensam reorum, des.1. cap.18.nu.5.ver.si verò.ubi nu.6.vers.sed scias,dicit, quòd factum debet esse notorium facti permanentis,& non transeuntis,ut Judex possit cognoscere de injuria sibi notoriè facta intuitu eius officii,citat Bajard ad Iul. Clarum d.qu 35 n.30. est etiam necesse,ut pœna, quæ veniret imponenda ex iniuria notoriè illata Officiali intuitu officii,esset certa,& determinata à lege, ut ipse idem cognoscere possit, aliàs si veniret imponenda pœna arbitraria,est secus,Iul.Clar.d. qu.35.nu 20 Farinac.d. qu.17.nu 45.in fin.Caball.d.casu 128. n 9. ver.dummodo tamen,Foller.pract.crimin.rub.banniantur, nu. 38.Nellus de bannitis secunda parte primi temporis, nu 9.& Guazzin.d.18 nu.7.ubi dicit, quòd Judex non est competens in arbitrando mortem ob alapam sibi illatam contemplatione officii, citat Farinac.d.qu.17.nu.39.sed Grammat.dec.36.nu.4.dicit quòd si quis dat alapam Potestati, Potestas potest ipsum furcis suspendere statim, cum sibi liceat cum causa iura transgredi, sequitur Bajard ad Clar. d.qu.35 nu 28 sed quando pœna est certa, & veniret applicanda Officiali offenso, & tunc ipse Officialis offensus est incompetens, & uti suspectus potest recusari,Bajard.ad Clarum d.qu.35.nu.31.& Guazz.d.cap.18.ver.immò si pœna, ubi dicit, quòd ubicunque agitur de iniuria illata Officiali, Superior semper debet esse promptus in committendo causam alteri cognoscendam,præsertim parte opponente,vel saltim debet Superior esse promptus in dando illi Judici offenso adiunctum, citat Iulium Clarum d. quæst.35.circa fin. & docet Rovit. decis 80. nu.5. & tunc offensio dicitur facta intuitu officii,quando Officialis est offensus,Curia prò Tribunali sedente,vel in actu exequutionis, vel in aliquo alio actu iudicatio, Bart. in l.si quis obrepserit,in fin.C. ad leg.Corneliam de falsis, Farinac.d.qu. 17.nu.42.Caball.d.casu 128.in fin. & Guazzin dict. cap.18.post nu.3.& quando iniuria est facta officio, & dignitati, & tunc Judex offensus potest cognoscere,etiam si factum non sit notorium,Ricc.collect.1977. dummodo iniuria sit commissa circa officium principaliter, & non circa personam Judicis. alias ipsemet Judex cognoscere non potest Bart.in dict.§ si quos,& Iacob.Cancer.var.resolut.lib. 2.cap.2.nu.253. nam offensa iurisdictione alicuius Iudicis, ipse idem Iudex cognoscit, de Franchis decis.722. num.27. & Capiblanc. de Baronib.to.2. cap.56. num.18.& quòd quilibet Iudex possit punire turbantes,vel contemnentes eius iurisdictionem propter iniuriam factam eius officio,

Nn 2 dicit

dicit *Alexan.cõſ.35 n.4.uſq; ad finem lib.2.*ſequitur *Cabal.reſ.crim.caſu 291.n.33*, ubi n.34. dicit quòd ſi injuria inferatur Officiali prætextu officii, & dignitatis,& tunc ipſemet Officialis cognoſcere poteſt, & punire delinq uentem, ſed ſi injuria infertur ex cauſa privata, & odio particulari, & tunc non poteſt ipſe offenſus cognoſcere, ſed ad Superiorem debet recurrere, ſicut quilibet alius, & ſequitur *Dom.Reg.Staſel.dec.63.n.1.* nam ſi injuria non ſit facta intuitu officii,ſed ex odio particulari,& tunc Iudex offenſus non poteſt eſſe Iudex in dicta cauſa ſuæ offenſionis, niſi injuria ipſi facta ſit notoria, *Bart.in d.§.ſi quos*, & licèt *de Nigris in d.cap.Regni,Illuſtri n.17.* ſimpliciter dicat, quòd ſi quis faciat aliquam injuriam,vel offenſam Iudici, vel ejus familiæ, ipſe Iudex de hoc cognoſcere non poſſit, ſed cognoſcit Iudex ſuperior, tamen dictum de *Nigris* ego intelligo, quando injuria non eſt facta intuitu officii, ſed ex odio particulari,quia tunc Iudex injuriatus non poteſt cognoſcere, niſi injuria ſit notoria, *Iul. Clarus d.quæſt. 35.ver.ſolet etiam,Thom.Triviſ.dec.10. n.34.lib.2 & Caball.d.n.9.* & in tantum Iudex cognoſcit de injuria ſibi facta ex odio particulari, quando injuria eſt notoria, in quantum ex ipſa injuria à jure ſit determinata certa pœna,aliàs ſi ex ipſa injuria veniat imponenda pœna arbitraria, & tunc ipſe Iudex injuriatus non eſt Iudex competens pro dicta injuria, *Jaſ.in l.qui juriſdictioni,n.3. ff.de juriſdict.omnium judic. Abban cap.cum veniſſet, de judic.Jul.Claris ubi ſupra,& Iac.Cancerius dict. cap.2.n.254.Caballus d.n.9.& Nellus dict.n.9.* ubi dicit, quòd Iudex non recognoſcens Superiorem indiſtinctè poteſt cognoſcere de injuria ſibi illata.

19 Hæc omnia intellige in Iudice ordinario, nam delegatus nullo modo poteſt procedere in cauſa offenſæ ſibi factæ etiam ſi delictum ſit notorium, & certa pœna ſit à jure ſtatuta, *Abb. d.cap.cum veniſſet.& Jac.Cancer.d.cap.2.n.255.ſed Speculum in tit.de Judice delegato,§.ſequitur,n.3.* dicit,quòd quando Iudex delegatus eſt offenſus non intuitu cauſæ delegatæ, ſed ex odio particulari, & tunc cognoſcit Iudex delegans, ſed ſi offenſio ſit facta intuitu cauſæ delegatæ, & delictum ſit notorium, & tunc ipſe Iudex delegatus cognoſcit, ſecus ſi delictum non ſit notorium, quia tunc cognoſcit Iudex ordinarius, *Speculat.*ſequitur *Guazz.ad defenſam reorum, defenſ.1. cap.1.nu.13.*

20 Undè Iudex delegatus poteſt punire privatum, qui eum in officio ſuo turbavit,*cap.1.& cap.ſignificaſti, de offic.& poteſt. Iud. deleg.* & docet *Decian. tract.crim.lib.4. cap.25.n.7.*& dicam infra hoc eodem *cap.poſt n.26.* nam ſi hoc nõ eſſet,officium ipſius vacuum eſſet,*l.fi.ff.de offic.ejus*,ita *Georg Obrechti de juriſd.lib.4.cap.7.nu.10.*ubi *nu.11.*dicit,hoc non procedere, ſi alter delegatus impediat officium Iudicis delegati, quia tunc Judex delegatus offenſus non cognoſcit, quia par in parem non habet imperium, *l. nam & magiſtratus, ff.de recept. arbit.*

21 Et quando eſt dubium, utrum injuria ſit facta intuitu officii, & tunc Judici ordinario injuriato dandus eſt adjunctus, *Vivius deciſ. 278.& Ricc. collect.1977.*ſed *Jac.Cancerius d.cap.2.n.256.*dicit, quòd in Cathalonia Senatus ad ſe cauſam avocat & an injuria ſit illata intuitu officii,vel odio particulari,recurritur ad conjecturas & præſumptiones, *Capycius dec.130.n.12.Farinac.d.quæſt.17.nu. 41.& Bajardus ad Clarum d.quæſt.35.nu.34 Paris de Puteo d.cap.3 poſt n.4.& Cabal.d.n.9* ſed in dubio eſt iudicandum, offenſionem eſſe factam ex odio particulari, & non intuitu officii, ut majus delictum excludatur. *Farinac. d.quæſt.17.n.43.& Guazzin.d. cap.18. poſt nu.3.*

22 Et quando Officialis ordinarius non poteſt eſſe Iudex in cauſa ſuæ offenſæ,puta quia offenſio non ſit facta intuitu officii,& non ſit notoria, & tunc licet ipſe Iudex offenſus non poſſit procedere,tamen poteſt delinquentem carcerare,& tenetur dare notitiam Superioribus, *Jac.Cancerius d.cap.2.n.257.*ſed ipſe Iudex offenſus,qui non poteſt procedere in cauſa offenſæ ſibi factæ, non poteſt informationem capere, cùm ille ſit actus nimis præiudicialis, nam ipſe Iudex poſſet valdè lædere inquiſitos de injuria, & offenſa ſibi illata, capiendo informationem, *Caballus reſolut.crimin. caſu 128.n.10.*ſequitur, *Guazzin.d.cap.18.nu.12. ver.immò non poterit*, ut in ſimili, nam licèt Judex incompetens poſſit capere informationem,tamen eſt ſecus quando ipſe Iudex incompetens eſt inimicus inquiſiti,quia tunc non poteſt informationem capere, *Thom. Triviſ. dec.10.lib.2.*

23 Et Iudex,cui competit juriſdictio ratione notorietatis, ſi non conſtito de notorio, procedat, proceſſus eſt nullus, *Petr.Garzia à Toleto in d.236*

24 Et de offenſa facta Epiſcopo cognoſcit ipſemet Epiſcopus, *cap.1.de pœnis in 6. Vivius dec.99.Riccius dec.144.in fin.part.1.*

25 Et de offenſa facta famulo Officialis,ſi offenſio ſit notoria, cognoſcit ipſemet Officialis,*cap.Reg. 119.*& docet *Maranta in ſuo ſpeculo, par.6.rubr.& perveniatur aliquando per viam inquiſitionis,n.161.* & quòd Officialis cognoſcat de injuriis factis ſuæ familiæ, dicunt *Afflict.Conſt.Regni, Inſtitiarii per provincias,n.9.et Dom.de Angelis ad Follerium,rub. fiat relatio Nuncii,poſt n. 48.*

26 Quod ſi familia Iudicis delegati ſit offenſa intuitu officii, & tunc Iudex delegatus cognoſcit, alias ſi ſit offenſa extra officium, & tunc cognoſcit Iudex ordinarius illius loci, ubi eſt facta offenſio, *Boerius dec.9.Bajard.ad Clarum, § fin.quæſt. 38.n.88 & Danza de pugna DD.tomo 2.tit.de officio delegati,cap.3.n.16.* immò Iudex delegatus poteſt punire ſibi reſiſtentes,ne ſua juriſdictione utatur, & hoc tàm ſi reſiſtentes ſint ſubditi ipſius delegantis, quàm ſi non ſint ſubditi ipſius delegantis, *Decius in cap. ſignificaſti, num.3. de officio delegati, & Merolla in Theolog.morali, lib.3.diſput.7. cap.4.nu. 192.cum pluribus ſeq.* & ſupra diximus *num.20.*

27 Sed Officialis non poteſt cognoſcere de injuria privata facta ejus filio,*Caball.reſol.crimin.caſu 128.n.6.& 7.Jul.Clarus d.quæſt.35. nu.20.ver.ſolet cauſa,& Guazzinus d.def.1.d.cap.18.nu.11.ver.amplia,*ſed ſi inquiſitus patiatur condemnari per Officialem de injuria facta filio ipſius Officialis,valet ſententia, *Vantius de nullit.tit.de defect.juriſd. num.97.*ſecus ſi tractatur de cauſa propria ipſius Officialis, quia tunc non valet ſententia prolata per ipſum Officialem,etiam parte nõ opponente, *Vant.*

Vant ubi supra, n. 93. Bijard d.q. 35. n. 35. & seq. & Guizz. d. def. 1. d. cap. 18. n. 1. & dixi supra c. 9. n. 12.

SUMMARIUM.

1 *Vagabundus quis dicatur, & n. 2. & à quo Judice cognosci possit, n. 3. 4. & 5. & ubi citari possit, n. 6.*
7 *Uxor an teneatur sequi maritum vagabundum?*
8 *Vagabundus non potest esse testis.*

De Foro Vagabundi.

CAP. XXXXIX.

1 MUltas Vagabundi definitiones tradidit DD. quas omnes refert *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de vagabundis à n. 17. usq. ad n. 44.* sed illam de jure cõmuni puto veriorem, quæ est, ut vagabundus dicatur ille, qui per mundum vagatur, & certum non habet domicilium, *glosa in l. 4. §. Prætor, ubi Bart. n. 24 ff. de damno infecto, Guid. Pap. dec. 202. n. 2. Bossius tit. de foro competenti n. 70. Cepolla consil. crim. 58. n. 24. Marian Soccin. in cap. licet ratione nu. 57. de foro compet. Jul. Clarus pract. crim. §. fin. quæst. 39. vers. sed hic quæro, Caballus resol. crim. casu 178. n. 4. Cartar. de exeq. nunt. sent. cap. 1. n. 248. & seq. Follerius pract. crim. rub. audiantur excusatores n. 126. Carleval. de jud. eius. tom. 1. disput. 2. quæst. 1. n. 46. Capiblanc. prag. 8. part. 2. nu. 222. & Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione quæst. 7. num. 15.*

2 Et in Regno Neapolitano omnes exteri, qui reperiuntur in civitatibus, terris, vel oppidis hujus Regni, qui non habent artem, officium, exercitium, vel si habeant, vel si serviant alicui, & postea cessant, si infra tres dies non redeant ad artem, officium, exercitium, vel servitium, puniuntur uti vagabundi ad Regias triremes per quinquennium, *pragm. 3. in princip. de vagabund.* Quod procedit etiam in iis qui exercent aliquam artem, & discontinue manent in dicto exercitio, nam illi tales puniuntur uti vagabundi ad Regias triremes per quinquennium, *pragmat. 1. de vagabundis*, Idem procedit in his, exeunt à Regiis triremibus, in quibus fuerunt condemnati propter aliquod delictum, & postquam exierunt à dictis Regiis triremibus, si infra octo dies à die, quo habuerunt libertatem, non exercebunt aliquam artem, vel non servient alicui, & non habeant facultates, propter quas vivere possint, adhuc puniuntur uti vagabundi ad Regias triremes per quinquennium, *pragm. 2. de vagabundis*, & omnes, qui accedunt ad terram exteram causa negotiandi, tenentur infra tres dies comarere coram Officiali, & ipsi notitiam dare de ejus persona, quis sit, cujas sit, unde venit, & dicere causam quare venit ad negotiandum, & ubi pernoctat, aliàs si dicto termino elapso, sit inventus, & captus in fraudem, quòd non venit ad negotiandum, vel si venit pro negotiatione, & finito negotio, infra tres dies non discessit, adhuc punitur uti vagabundus ad Regias triremes per quinquennium, *dict. pragm. 3. §. 2. de vagabundis*, & hodie tàm in Civitate Neapolitana, quàm in omnibus aliis Civitatibus, vel terris hujus Regni homines, licèt non sint exteri, si non habent facultates, propter quas vivere possint, & nec artem habeant, licèt sint uxorati, puniuntur ad Regias triremes per quinquennium, uti veri vagabundi, *dicta Pragmat. 3. §. 3. et 4. de vagabundis*, & in Catalonia vagabundus etiam punitur ad Regias triremes per quinquennium, ut docent *Peguera dec. 3. n. 12. & Cabal. dicto casu 178. nu. 5.*

3 Et vagabundus punitur ubi reperitur, licèt alibi delinquisset *glos. & DD. in l. 1. C. ubi de crimine agi oportet, Marianus Soccin. in cap. licet ratione, n. 58 de foro competenti, Guid. Pap. dec. 202. nu. 1. Peguera dec. 3. n. 10. Jul. Clarus d. quæst. 39. ver. cæterum, Fräcisc. Marc. dec. 1059. n. 1. Cepolla d. conf. 58. n. 29. Bossius d. tit. de foro compet. n. 70. & tit. ad citationibus n. 34. Chart. de exeent. senten. cap. 1. nu. 247. Farinacius pract. crimin. tit. de inquisitione, qu. 7. n. 13. Capibl. de Baronib. or. agm. 8. part. 2. n. 222. Ricciusdec. 141. n. 2. part. 3. Tartaglia pract. crimin. cap. 8. Carleval. de jud. tom. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 1. num. 746.* & latè *Elisæus Danza d. tit. de vagabund. à nu. 70. usquè ad n. 80.* sed in tantùm vagabundus, si delinquat in uno loco, & aufugiat in alio loco, & sit captus, potest puniri à Judice capiente, in quantùm Judex capiens, & Judex loci delicti sint subjecti sub uno Principe, aliàs si vagabundus delinquat in territorio unius Principis, & aufugiat in alio territorio alterius Principis, in hoc casu vagabundus non potest puniri à Judice capientes, sed est tutus in illo loco *Carleval. dict. quæst. 7. sect. 2. num. 847. cum pluribus seq.*

4 Sed advertas, quòd si Judex loci delicti petat, vagabundum sibi remitti à Judice capiente, in hoc casu vagabundus debet remitti ad ipsum Judicem loci delicti, *Riccius in praxi, part. 2. resolut. 84. citat Covar. pract. quæst. cap. 11. n. 7.* idem tenet *Peguera d. dec. 3. in fin. & Dom. Consil. Carleval. dict. quæst. 7. sect. 2. n. 816. cum plur. seq* & maximè si vagabundus commisit enorme delictum, quia tunc remittitur ad Judicem loci delicti. *Follerius pract. crimin. rub. audiantur excusatores n. 126. citat Abb. in cap. fin. nu. 21. de foro competenti.* Quod intellige, quando Judex capiens vagabundum, & Judex delicti sint sub eodem Principe, aliàs secus, *Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. q. 7. n. 14.*

5 Et licèt vagabundus etiam in civilibus possit conveniri ubique reperitur, ut dicit *Carleval. d. disput. 2. quæst. 1. n. 47. Plotus cons. 133. nu. 13. Danza d. tit. de vagabund. n. 71. & Georgius Obrechti de jurisdict. lib. 3. cap. 11. n. 42.* tamen si vagabundus velit satisdare de stando juri in loco sui domicilii, in hoc casu vagabundus remittitur ad locum sui domicilii, si locus sui domicilii, & locus Judicis, à quo petitur causæ remissio, sint in jurisdictione unius Principis, *Farinac. pract. crim. tom. 1. quæst. 7. n. 13. Covar. d. cap. 11. n. 7. & Ricc. d. resol. 84.* sed qui proprium domicilium habet, vagabundus non dicitur, *Barbosa in l. hæres absens, §. proinde, nu. 19. de judic. & Carleval. d. num. 746. in fin. ergo, &c.*

6 Et scias, quòd vagabundus debet citari, ubi consuevit morari, vel ubi magis assiduè conversatur, *Marian. Soccin. d. cap. licet ratione, n. 60. de foro compet.* vel quando citatur vagabundus, sufficit, si citetur agnati, & amici ipsius vagabundi, *Paul. Tusc. tract. de visitat. lib. 2. cap. 22. n. 21.* sed *Jul. Clarus d. §. fin. quæst. 31. num. 21.* dicit, quòd sufficit, ut bajulus referat, vagabundum citasse simpliciter, non

non exprimendo ubi citavit, sed *Briard. ad Clarum d. quæst. 31. n. 66.* dicit, quòd vagabundus debet citari per edictum, idem tenent *Petri ad Grammat. dec. 26. n. 12. Maranta in suo spec. part. 6. membr. 1. n. 83. & 103. Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. quæst. 11. n. 24. & Guazz. ad defens. reorum, def. 10. cap. 2. n. 31.* sed quando vagabundus habet uxorem, & tunc ipse vagabundus debet citari in domo uxoris, aliàs si non habeat uxorem, debet citari per edictum, *Danza d. tit. de vagabund. nu. 58 & Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat, nu. 33.*

7 Et licèt uxor teneatur sequi maritum in quocumq; loco, ubi vir migrare voluerit, *cap. unaquæq; 13. quæst. 2.* tamen secus est in marito vagabundo, quem uxor sequi non compellitur, *Bos. pract. crim. tit. de bonorum publicatione, post n. 75. et Danza d. tit. de vagabund. nu. 58.* nisi tempore contracti matrimonii ipsa uxor scivisset, maritum esse vagabundum, quia tunc tenetur eum sequi, *glos. in cap. si quis 34. quæst. 1. Alex. in l. si cum dotem, § si maritus, ff. solut. matrim. Peguera d. dec. 3. num. 11. Amend. ad Præs. de Franch. dec. 363. nu. 8.* & latè *Farinac. pract. crim. q. 143. nu. 269. cum plurib. seqq.*

8 Et vagabundus nec in civilibus, nec in criminalibus potest esse testis, *Peguera d. dec. 3. n. 6. Mascard. de prob. concl. 1401. num. 1. & Danza d. tit. de vagabund. num. 65.* ubi *per tot. illum tit.* latè tractat materiam vagabundi, & ideò ad eum recurre.

SUMMARIUM.

1 *Compositio de jure communi fieri non potest, secùs in statu Ecclesiastico, & in Regno Neapolitano, nu. 2. Sed potest fieri antè sententiam, & non potest, nu. 3. Sed in pluribus casibus potest fieri etiam post sententiam, à n. 4. usq; ad nu. 11. & quæ concurrere debeant, ut fieri possit? n. 12. 14. & 15.*

13 *Officialis faciens compositionem indebitam tenetur in sindicatu.*

16 *Compositio facta, parte non concordata, est nulla, & coram quo possit dici de nullitate? n. 17. Et reus potest iterum citari, n. 18. Secus si compositio sit legitimè facta, n. 19.*

20 *Remissionis materia remissivè.*

21 *Remissio coram quo Iudice sit facienda?*

22 *Blasfemans Deum, vel ejus Matrem non admittitur ad compositionem.*

23 *Raptores, & osculatores mulierum an admittantur ad compositionem? & n. 25.*

24 *Falsarius an admittatur ad compositionem? & n. 25.*

16 *Monetarius non admittitur ad compositionem.*

27 *Disrubatores publicarum viarum non possunt admitti ad compositionem.*

28 *Sodomita non potest componi.*

29 *Leno non potest componi.*

30 *Receptatores bannitorum non possunt componi.*

31 *Forasciti non possunt componi.*

32 *Delinquentes cum armis igneis non possunt componi*

33 *Adulter an possit transigi?*

34 *Baro faciens compositionem in casibus prohibitis peccat mortalitèr, & privari potest tali privilegio.*

35 *Magna Curia an possit cõponere? & n. 36. 37. & 38.*

39 *Commissarius campaneæ an possit aliquem admittere ad compositionem?*

40 *Utilis Dominus tribunalis meretricum an possit inquisitum componere?*

41 *Regia Camera non potest transigere, quando pœna excedit ducatos quincentos.*

42 *Officiales Regii an possit inquisitos componere? & num. 43.*

43 *Regiæ Audientiæ non possunt facere conventiones cum carceratis, ut deserviant in Regiis triremibus absq; permissu Proregis.*

44 *Regiæ Audientiæ an possint inquisitos componere? & num. 45.*

46 *Advocatus Fiscalis debet intervenire in compositione facienda pro aliquo delicto in Regia Audientia.*

47 *Compositiones, quæ fiunt in Magna Curia, coram quibus fieri debeant?*

48 *Perceptor recipit cõpositiones factas in Magna Curia, & idem est in in Regiis Audientiis, post n. 46.*

49 *Clausula, quæ apponi solet in remissione pœnæ?*

De Foro Compositionis.

CAP. I.

1 DE jure communi compositio fieri non potest *l. prohibere, § plane, ff. quod vi aut clam, l. ita vulneratus ff. ad legem Aquiliam, l. congruit, ff. de officio Præsidis, Guazzin. ad defensam reorum, def. 34. cap. 1. nu. 1.* & ultrà rationes adductas per ipsum Guazzinum ibi, ego adduco aliam rationem, nam si Iudex possit admictere inquisitum ad compositionem, esset commutare pœnam corporalem impositam per leges, in pecuniariam, & esset dispensare in legibus, quòd Officiales inferiores facere non possunt, & ideò merito per *cap. Reg. 251.* disponitur, ut pœna corporalis non possit commutari in pecuniariam, aliàs contrafaciens statim privatur officio, & extraordinariè punitur, & Vicarius Episcopi, licèt habeat speciale mandatum ad dispensandum, tamen non potest commutare pœnam corporalem in pecuniariam, *Merolla in theolog. morali, to. 3. disp. 7. cap. 6. post n. 156.* ubi dicit, quod Vicarius Generalis Episcopi sine speciali mandato non potest indulcere, seù gratiam facere delinquentibus, etiam si Episcopus non sit in Diœcesi, citat *Abb. in clem. 1. n. 18. de off. Vicarii, & Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 38. n. 4.*

2 Sed in Urbe Romana, & in toto statu Ecclesiastico quotidiè fiunt compositiones, ut testatur *Guazzin. d. cap. 1. post num. 1.* prout etiam hodiè in Regno nostro Neapolitano inter quatuor literas arbitrarias est concessa facultas Officialibus, ut possint delicta componere, *cap. Reg. 221. & ibi Campag.* & ideò Barones possunt delicta componere, *Merolla in theolog. morali tom. 3. disp. 7. cap. 1. dub. 6. n. 139.*

3 Sed ipsi Officiales possunt dilicta componere antè sententiam, & non post sententiam transactam in rem judicatam, *Merolla d. n. 139. Guazzin. d. def. 34. cap. 1. n. 2. Capibl. de Baronibus, tom. 1. super prag. 6. n. 32. Paul. Girlandus de relaxatione carceratorum, tit. de pœnarum compositionib. n. 8. & Reg. Rovit. in rub. de abolit. nu. 11.* undè Judex non potest sententiam exilii à reo acceptatam in pœnam pecuniariam permutare, *Capibl. de Baron. to. 2. cap. 30. n. 7. & Navarrius in dec. Regiæ Audientiæ Apuliæ 53.*

Sed in pluribus casibus post sententiam transactam

factam in rem judicatam potest fieri cōpositio. &

4 Pimò, Princeps post sententiam transactam in rem judicatam potest commutare pœnam corporalem in pecuniariam, *l. relegati, in fine, ff. de pœnis, l. 1. §. fin. ff. de quæst. Guazz. d. def. cap. 1. n. 2. & 5. vers. secus lata sententia, & Capibl. d. prag. 6. d. nu. 32.* & dixi *in praxi forjud. cap. 25. n. 73.* Et Prorex potest minuere, componere, & pœnam transmutare etiā post sententiam, existente partis remissione, & non aliter, & habita prius relatione à Magna Curia de qualitate delicti, *Capibl. d. prag 6 post n. 36.* Immò Princeps potest facere gratiam condemnatis, lata sententia, *Jul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 59. ver. & hæc,* & Baro hoc facere non potest, *l. 1. §. deindè. ff. de postulando, Reg. Linarius cons. 5. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 1. nu. 9. & Anna sing 458.* & dixi *in praxi forjud. cap. 24. post num. 95. circa finem.*

5 Secundò, Iudex post latam sententiam cum rescripto Principis potest pœnam minuere, vel ampliare, *l. alt. ff. de re judicata,*

6 Tertiò, Judex potest remittere pœnam, si solum vertatur interesse Baronis, & ejus Fisci, & non aliorum, *de Nigris in cap. Reg. ad perversorum, n. 51,* undè indulgentia potest concedi per Feudatarios inferiores quòad bona, & pœnam dictis Feudatariis inferioribus applicandum, *Catalan. de indulto, quæst. 4. n. 13.* Et Barones licèt non possint gratiam facere post sententiam pro delictis capitalibus, tamen secus est quoad pœnas pecuniarias, quæ ipsis Baronibus applicantur, *Catal. in d. tract. de indulto, cap 9. n. 35.* & dixi *in praxi forjudic. cap. 25. n 96.*

7 Quartò, si Baro habeat secundas causas, & quis sit condemnatus à Judice primarum causarum, si condemnatus appellat ad Judicem secundarum causarum, pendente appellatione, potest Baro facere gratiam, vel reum componere, ut ità decisum, testatur *de Franch. dec 370.* & docent *Guazz. d. defens. 34. cap 1. n. 5. ver secus lata sententia, & Catalan. de intulto, cap. 9. n. 67. & seq.* Quod secus est si Baro non habeat secundas causas, & sit appellatum ad Magnam Curiam, nam tunc, pendente appellatione, Baro non potest facere gratiam, vel reum componere, ità *Jo: Maria Novar. de gravam. vassal. to. 1. grav. 243.* & ita procedit opinio *Annæ in cap. 1. de vassal. decrep. ætatis, nu. 136. & Annæ filii in Add. ad ejus Genitorem d sing. 458.* Quòd si unus Baro habeat primas causas, & à sententia primarum causarum sit appellatum ad secundas causas, quæ sunt alterius Baronis, si appellatione pendente, fiat transactio, ipsa spectat ad Baronem secundarum, & non primarum causarum, *Staiban. senior cons. 74. & Capibl. de Baronib. to. 1. cap. 40. n. 7.*

8 Quintò, si Baro habeat facultatem gratiandi post sententiam, tunc ipse Baro potest gratiam facere post sententiam, ut dixi *in praxi forjud. cap. 24. nu. 96. in fin.* ubi dixi hanc facultatem habere Principem Bisiniani, & Ducem Martinæ.

9 Sextò Episcopus post sententiam potest pœnam impositam per ipsam sententiam commutare, *Abb. in cap. nisi specialis, in fin. de officio del g. Genuens. in pract. Archiep. Neap. cap. 49 & Guazz. in d. def. 34. cap. 1 n. 5. in fin.* Undè licèt Judex secularis non possit reservare Baroni in sua sententia facultatem gratiandi, transigendi, & pœnam minuendi, *prag. 21. de Baronib.* & docent *Caravit. ritu 272. num. 9. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 14. Carrab. de Syndic. part. 2. n. 69 & Anna d. sing. 458.* tamen secus est in Vicario Generali Episcopi, qui hoc facere potest *Guazzin. d. def. 34. cap. 3. n. 6. & Riccius in praxi, part. 1. dec. 354.* & Judex Ecclesiasticus si recipiat pœnam pecuniariam, non debet eam convertere in proprios usus, sed debet illam expendere in subventionem pauperum, *Bal. in l. 2. per illum text. n. 2. C. de Episcop. Audient. & Reg. Constantius ad tres libros C. super l. 1. n. 51. C. de pœnis fiscalibus creditores præfert, lib. 10. ubi nu. 52.* hoc limitat, quando Judex Ecclesiasticus est pauper, quia tunc potest multam sibi applicare.

10 Septimò, si quis sit condemnatus per Curiam Baronalem in exilium, & frangat exilium, ipsa Curia Baronalis potest reum componere pro fractura exilii, sed non de primo exilio, *Guazzin. d. def. 34. cap. 2. num. 5 & Capiblanc. d. prag. 6. num. 193.*

11 Ultimò, licèt Judex non possit sententiam exilii à reo acceptatam in pœnam pecuniariam permutare, ut dixi supra n. 2. & licèt Judex non possit dictum exiliatum guidare, ut dixi *in praxi forjudic. cap. 23. n 2.* tamen potest Judex ex liato concedere terminum ad colligendum sarcinulas, qui terminus ad recolligendū sarcinulas olim cōcedebatur per Regentes, sed hodiè cōceditur per Proregem, *Anna sing. 504. sed per prag. 6. de relegatis;* disponitur, ut tempus ad recolligendum sarcinulas concedatur per mensem tantùm pro prima vice in plena banca, audito Fisco, & deindè non potest amplius concedi, nisi à Prorege, & est *tex. de jure communi in l. relegati, in fine, & in l. ad bestias § fin. ff. de pœnis,* sed *Jo: Maria Novarius in dec. Regiæ Audientiæ 129.* dicit, quòd causæ Commissarius potest domi dare terminum unius mensis ad recolligendum sarcinulas condemnato in exilium; sed si agatur de prorogando deindè dictam dilationem, & tunc fit in plena banca, audito Fisco, nam ex causa infirmitatis terminus mensis alias datus potest augeri, *Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 34. num. 7. & Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 133.*

12 Et ut Iudex possit aliquem admittere ad compositionem, est necesse, ut saltim reus sit indiciatus indiciis, sufficientibus ad torturam, alias si ex processu non appareat quid substantiale criminis, & non adsint saltim indicia ad torturam, si Iudex in hoc casu reum componat graviter peccat, *Guazzin d. def. 34. cap. 1. post n. 2.* & Iudex indebitè compositionem faciens tenetur actione injuriarum, *Caravit. ritu 276. n. 2. & Danza de pugna DD. tom. 1 tit. de officio fisci, cap. 1. nu. 26.* dicit ipse *Danza* ibi, quòd ut possit fieri compositio debet de delicto constare substantialiter, nàm si parum constat, vel non adsint indicia sufficientia ad torturam, dicitur extorsio, & expulsio facta metu carceris, *Capibl. d. prag. 6. num. 14. & seq. & Fab. de Monteleone in praxi arbitraria, par. 5 q. 2. n. 33. folio mihi 600.* citat *cap. Reg sanctio loci, & cap. Reg. ad perversorum,* & quando non constat de delicto, Iudex non potest partes transigere, *Manson. de contrabandis, quæst. 16. nu. 17, ubi n. 27.* dicit, quod com-

compositio facta, non præcedente legitima citatione est nulla, & nu. 28. & 29. dicit quòd debet constare de corpore delicti, & debent præcedere indicia ad torturam, ut fieri possit compositio, & n. 43. dicit, quòd compositio facta, non existentibus legitimis judiciis, dicitur extorsio. Sed per *ritum Magnæ Curiæ Vicariæ 276.* disponitur, ut nemo possit admitti ad compositionem, nisi delictum constet per testes, vel per confessionem rei, & docet *Reg. Rovit. in rub. de compositionib. num. 3.* sed de jure communi, probato delicto, Judex non potest admittere reum ad compositionem, sed debet reum condemnare, & ad finem causæ devenire, *l. fincimus, C. de pœnis, l. 1. C. de custodia reorum, Farinac. pract. crim. quæst. 5. n. 5. circa principium*, ubi circa medium dicit, quòd solus Princeps potest admittere reum confessum, vel convictum ad compositionem, sequitur *Guazzin. d. dec. 34. cap. 1. n. 3.* & quando delictum non est pleuè probatum, tunc fit transactio, nam transactio fit de re dubia, & compositio de re clara, *l. 1. ff. de transact. Proreg. de jure fisci, lib. 4. tit. 8. n. 14. Cavalcan. de Brachio Regio, p. 4. n. 203. Guazz. d. def. 34. d. cap. 1. n. 3. C. rat. vit. ritu 276. nu. 3. & seq. & Capibl. d. prag. 6. nu. 37.*

13 Et Officialis faciens aliquam compositionem indebitam contra eum potest agi in Sindicatu etiam si pecunia ad Baronem pervenit, *Ursillus ad Afflict. dec. 88. nu. 4. & Danza de pugna DD. to. 1. tit. de Officialib. in genere, cap. 1. nu. 2. & d. tit. de offic. fisci, §. 1. nu. 20.* Ubi dicit, quòd compositio in

14 casibus in quibus potest fieri, non debet cum omnibus indifferenter fieri sed tantum cum illis, qui non amplius in crimen ociderunt, sed tantùm semel delinquerunt, citat *Grammaticum voto 9. nu. 35.* & docent *Guazzin. d. def. 34 cap. 2. nu. 1. & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. nu. 12.* undè si quis bonæ famæ, & vitæ percutiat aliquem, dummodò non inferat lætale vulnus, & ex percussione non sequatur mors, vel membri mutilatio, ille talis potest admitti ad compositionem, *cap Reg. 252.* & Judex tenetur admittere reum ad compositionem, quando subest justa causa componendi, *Novarius de gravam. vassal. to. 1. gravam. 14.* ubi *gravamine 147.* dicit, quòd Judex non debet esse facilis ad indulgendum pro delictis commissis.

15 Et nemo potest admitti ad compositionem, nisi habeat partis remissionem, *l. 1. C. de precib. Imp. offer.* & est *tex. de jure Reg. in ritu 272. 273. & 275. & in pragm. 2. 4. 5. 6. 7. & 8. de compos. Guazzin. d. def 34. cap. 3. nu. 1. Capibl. d. prag. 6. nu. 42. Boss. pract. crim. tit. de pace, n. 1. & in tit. de remediis ex sola clementia Principis nu. 25. & seq. & Novarius de gravam. vassal. to. 1. gravam. 12.* quod ampliavi pluribus modis *in praxi forjud. cap. 24. nu. 21. 22. & 23.* immò neque Prorex potest aliquem ad compositionem absque partis remissione, ut dixi *in d. praxi forjud. cap. 25. post nu. 73.*

16 Et quando compositio est facta, parte non concordata, dicta compositio est nulla, *Paris de puteo de Sindic. ver. compositio, cap. 1. nu. 6. in fine, & nu. 7. & Paul. Girlandus de relaxatione carcerati, rub. de pœnarum compositionibus, qui. qu. 5.*

17 Et pars offensa potest dicere de nullitate compositionis tam coram Judice à quo fuit facta compositio, quam coram Superiore dicti Judicis competentis, *Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, nu. 115. cum plurib. seq. & præcipuè num. 124.* & faciunt dicta per nos *infra cap. de foro militaris sentent. nu. 27.* & dixi *in d. praxi forjud. d. cap. 25. post n. 73.*

18 Et quando Baro admittit aliquem ad compositionem, non habita remissione partis, in casibus in quibus requiritur partis remissio, reus compositus potest iterum citari, sed prius pecunia habita pro compositione debet reo restitui, *Molfes. consf. 10. Capibl. d. prag. 6. nu. 70. & Caravit. ritu 173. nu. 5.* ubi dicit, esse *tex. in l. leganter, in principio, vel idem puto ff. de condit. indebiti.*

19 Sed quando compositio est legitimè facta, & tunc reus amplius molestari non potest, etiamsi superveniant nova indicia, *Guazzin. dict. def. 34. cap. 5. in fine, & Paul. Girlandus de relaxatione carcerati, rub. de pœnarum compositionib. qu. 6. nu. 1.* & dixi *in praxi torquendi reos, cap. 10. nu. 22.*

20 Et cui competat actio remittendi, & in quibus casibus non sit necessaria partis remissio, & latè de materia remissionis partis tractavi *in praxi forjudicatoria cap. 24 à nu 15. usque ad nu. 63.*

21 Sed tu scis, quòd remissio partis offensæ debet recipi coram Officiali, aliàs non valet, ut dixi *in prati forjud. cap. 24. nu. 51 & seq.* quæritur coram quo Officiali debeat recipi dicta remissio? & dicas, quòd quando remissio fit in Magna Curia Vicariæ, & tunc fit coram uno ex Judicibus ipsius Magnæ Curiæ, & quando fit in Regiis Audientiis fit coram uno ex Auditoribus, & quando fit in terris demanialibus fit coram Gubernatore, & quando fit in Curiis Baronalibus debet fieri coram Capitaneo domicilii partis offensæ, *prag. 6. §. 2. in fin. de composit. & est alia prag. edita die 28. Maii 1647.* & docet *Carav. ritu 275. post nu. 2.* & ipsa remissio debet recipi ab Actuario in capite, & non à Scribis, *pragm 19. §. 12. de offic. Magistr. Iustit.* & probatur *in d. pragm. edita die 28. Maii 1647.*

Advertas, quòd sunt plures personæ, quæ non possunt admitti ad compositionem in aliquibus delictis. &

22 Primò Blasphemans Deum, vel ejus Matrem non admittitur ad compositionem, *pragm. 3. de sodomia, prag. 7. §. 1. de meretricib. Anna sing. 67.* quod secus est in blasphemantibus alios Sanctos, nam ipsi possunt admitti ad compositionem, nam *d. prag. 3.* loquitur de blasphemantibus Deum, vel ejus Matrem sanctissimam, unde non debet extendi contra blasphemantes alios Sanctos, *Capibl. dict. Pragm. 6. nu. 79.* qui tandem cogitandum reliquit. Sed ipse *Capibl. inc.* deindè in to 2. cap 29. nu. 6. *cum plurib. seqq.* dicit quod *d. prag. 3.* procedit etiam contra blasphemantes alios Sanctos, qui neque possunt admitti ad compositionem, & idem tenet *Muscatell. in praxi delict. in generetit. de blasphemia, nu. 32.* sed quòd blasphemans alios Sanctos possit admitti ad compositionem, tenent *Petra ad Gramm. dec. 50. nu. 18. & Novar. qu. forens. 77. to. 2.* prout etiam si blasphemans ex aliqua justa causa, non veniret puniendus pœna ordinaria, sed pœna veniret minoranda, in hoc casu potest admitti ad cōpositionem, & pecunia habita pro compositione debet applicari pio loco, *Capibl. d. prag. 6. nu. 75.*

23 Secundò, inquisitus de raptu, vel osculo violento

to non potest admitti ad compositionem *cap. Reg. Ut fine mortali peccato, versic. super his Reg. Rovit. in prag. 1. & in rub. de composit. nu. 7.* ubi etiam dicit, quod Judices Magni Admirati non possunt inquisitum de hoc crimine admittere ad compositionem, & intercedens pro inquisito de raptu, vel osculo violento punitur, *d. cap. Reg. Ut fine mortali peccato, versic. pro his autem*, & quòd inquisitus de raptu mulieris non possit transigi est *tex. in l. unic. in fin. C. de rapt. virg.* & docet *Aufeld. de jurisd. part. 4. tit. 4. t. 2 n. 98.*

24 Tertiò, inquisitus de crimine falsi, si falsitas sit commissa principaliter in substantia negotii non potest admitti ad compositionem, secus si falsitas sit commissa in circumstantiis, quia tunc inquisitus potest componi, *Grammat. dec. 43. & Rovit. rub. de composit. nu. 8.*

25 Sed advertas, quòd in crimine falsi raptus, & osculi de consuetudine Barones possunt inquisitos admittere ad compositionem, *Capibl. d. prag. 6. nu. 91.*

26 Quartò, inquisitus de falsa moneta non potest admitti ad compositionem, etiam à Prorege, inconsulto Rege, *Pragmat. 17. de monet.* quæ etiam loquitur contra extrahentes monetas à Regno, qui neq; possunt admitti ad compositionem, & gratiari à Prorege, Rege inculto, *d. prag. 17.*

27 Quintò, disturbatores publicarum, tamen latrones, & alii malefici gravia scelera committentes neq; possunt admitti ad compositionem, *cap. Reg. Ne perverso, & cap. Reg. exercere volentes, ubi Camp. ag nu. 26. & Capibl. d. prag. 6. nu. 89. & in to. 2. cap. 29. nu. 10.*

28 Sextò, inquisitus de sodomia neq; admittitur ad compositionem, *d. pragm. 3. de sodomia*, & dicam infra cap de de foro sodom. post nu. 3. tom. 2. & neq; potest gratiari, *Rice. decis. 108. part. 3.* immò neque potest guidari à Prorege, *prag. 1. de sodom.* nisi guidaticum fieret ob bonum publicum, *Piguera decis. 39 nu. 11. & 14 & Reg Rovit. in prag. 1. nu. 5. de sodom.* sed si quis attentaverit sodomiam, & eam non consumaverit, potest in hoc casu componi; transigi, & agratiari. *Capibl. d. prag. 6. nu 84. & 86.*

29 Septimò, inquisitus de lenocinio non potest admitti ad compositionem, *prag. 7 §. 1. de meretricib. Vivins decis. 454. & Capibl. d. prag. 6. nu. 92. & in to. 2. cap. 29. nu. 1.*

30 Octavò, inquisitus de receptatione bannitorum non admittitur ad compositionem, inconsulto Prorege, *prag. 4. de composit.* & dixi in *praxi forjud. cap. 18. nu. 13.* & Universitas pro receptatione bannitorum non potest admitti ad compositionē, aliàs compositio est nulla, *cap. Reg. 241. & 278.* & quando Universitas condemnatur in pœnam pecuniariam pro aliquo delicto, talis pœna exigitur per æs, & libram, idest secundum extimationem bonorum, *Camp. ag. in cap. Reg. Licet contra. nu. 24.* sed à dicta pœna excusantur viduæ, & pupilli, & aliæ personæ doli incapaces, *Reg. Rovit. in rubr. de appret. nu. 17 & Reg. Lunar. conf. 4. nu. 10.*

31 Nonò, forasciti non possunt admitti ad compositionem, *cap. Reg. Ne perverso*, ubi *Camp. ag.* & docet *Io: Grandis de bello exalam, in prædicam. pari, qu. 3 special. 81.*

32 Ultimò, Magna Curia Regiæ Audientię, Commissarius campaneæ, Auditor Generalis exercitus, & Regentes Regiā Cancellariam in actu visitationis, vel alii Judices delegati non possunt admittere ad compositionem inquisitos de delictis commissis cum armis igneis, & pro prohibita asportatione, fabricatione, immissione, aut detentione in domo dictorum armorum igneorum, alias compositio est nulla, Advocati Fiscales tenentur in scriptis hoc denunciare Proregi, ut in *Pragm. de armis* edita per Excellentissimum Comitem Montis Realis de anno 1637 § 6. & idem est in Judicibus, & Gubernatoribus Terræ demanialis, qui licèt hodie possint procedere in causis, & delictis commissis cum armis igneis, sed tantum teneantur relationem facere Proregi quolibet mense de delictis commissis cum armis igneis, & de eorum determinationibus, tamen ipsi Judices, & Gubernatores non possunt admittere ad compositionem dictos delinquentes, inconsulto Prorege, & ejus Collaterali Consilio, ut in pragmatica edita per Excellentissimum Ducem Medinæ in anno 1638. §. 1.

33 Sed transactio super crimen adulterii potest fieri, non obstante dispositione *l. transigere. C. de transact.* ut docet *Caball. resolut. crim. casu 245. nu. 4. ubi num 7. usq; ad finem*, dicit, quòd sufficit sola remissio mariti, & non requiritur remissio uxoris adulteræ, si adulterium sit commissum voluntariè, aliàs si per vim, & tunc requiritur etiam remissio uxoris adulteræ, cum ipsa quoque possit accusare, *D. Reg. Merlinus controv. forens. tom. 2. cap. 59.* Sed in crimine raptus requiritur remissio mariti & uxoris raptæ, *Cabal. ubi supra.*

34 Et Baro faciens compositiones in casibus prohibitis, peccat mortaliter, *Navarrus in manuale confessorum, cap. 25 nu. 32. & Reg Rovit. in rub. de compositionib. nu. 9.* & ipse Baro potest privari tali privilegio componendi ad tempus, vel in perpetuum nam abutens privilegio, ipso privatur, *L. quisquis ff. de negotiis, cap. ut privilegia, de privilegiis* & docet *Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 27 nu 9. & seq.*

35 Et in casibus in quibus permittitur compositio, Magna Curia potest admittere inquisitum ad compositionem absq; Regia consultatione, *Affl. dec 287.* sed in ipsa compositione debent intervenire Regens duo Judices, Advocatus, & Procurator Fiscalis ipsius Magnæ Curiæ *prag. 2. §. 11. de offic. Judicum.*

36 Hoc tamen fallit in condemnatis per Curiam Baronalem, nām si isti appellaverunt ad Magnam Curiam, non possunt componi absq; licentia Proregis, & eius Collateralis Cōsilii, *prag. 9. de composit.*

38 Sed hodiè Magna Curia non potest aliquem admittere ad compositionem, absq; rescripto Proregis *prag. 59. de offic. procurat. Cesaris*, contra *decis. Affl. 287.* & contra *dict. prag. 2. §. 11. de officio Judicum.*

38 Hinc est, quòd Magna Curia non potest inquisitum condemnare, ut exulet, vel solvat aliquam pecuniarum quantitatem Fisco, nām per viam indirectam poneret inquisitum ab compositionem, *pragm. 42 de offic. Magistri Justit.* quod procedit etiam in aliis Curiis, *Novarius decis R. A. A 58. & Capibl. d. to. 2. cap. 30. in princ.* ubi *nu. 5.* dicit, hoc non procedere in Curiis Baronalibus, quando adest

adeſt partis remiſſio, quia tunc poteſt fieri condemnatio, ut inquiſitus exulet, vel ſolvat certam pecuniarum quantitatem, & ipſe *Capibl. in tom. 1. ſuper prag. 6. n. 110. cū pluribus ſeq.* dicit, quod licèt in pœnis capitalibus de jure poſſit fieri condemnatio exilii cum poteſtate redimendi pro certa pecunia, tamen dicit ipſe *Capibl.* ibi, quòd Judex, hoc facere debet, præcedente partis remiſſione, quia tunc hoc facit, abſq; ſcrupulo, *R. de Ponte de poteſt. Prorēg. tit. 1. §. 4. nu. 15.*

Sed ſi Prorex mandat Magnæ Curiæ, ut aliquem admittat ad compoſitionem, ipſa Magna Curia vigore dicti reſcripti poteſt admittere ad compoſitionem alium correum inquiſitum de eodemmet delicto, *Foller. in Conſtit. Reg. poſt mundi machinam nu. 72. & de Marinis quotid. reſolut. cap. 160. nu. 4. & 6. in ultima impreſſione. to. 1.*

39 Et Commiſſarius Campaneæ neque poteſt admittere ſuos inquiſitos ad compoſitionem abſq; ordine in ſcriptis obtento à Regente Regiam Cancellariam Supraintendente rerum Campaneæ, *pragm. unica, §. 21. de offic. Judicis generalis.*

40 Sic etiam utilis Dominus Tribunalis gabellæ meretricium non poteſt ſubditos delinquentes admittere ad compoſitionem, ſed ipſi delinquentes debent expediri de juſtitia à Judice dicti Tribunalis, *prag. 6. §. 5. de meretricib.*

41 Et neque Regia Camera Summariæ poteſt facere tranſactionem, quando pœna excedit ducatos quincentos, inconſulto Prorege, *prag. 9. de offic. Procurat. Cæſaris.*

42 Prout neque alii Officiales Regii poſſunt admittere inquiſitum ad compoſitionem pro delictis, in quibus venit imponenda pæna mortis, vel membri mutilationis, abſque Regia conſultatione, *pragm. 1. de compoſit. prag. 9. §. 2. de offic. Magiſtri Juſtit. & prag. 10. §. 13. de offic. Judic.* quod procedit etiam in Magna Curia, ut docet *de Leonard. pract. offic. cap. 3. nu. 53.*

43 Et Regiæ Audientiæ non poſſunt facere conventiones cum carceratis, ut deſerviant in Regiis triremibus, abſq; permiſſu Proregis, aliàs conventiones ſunt nullæ, *d. pragm. 10. §. 11. de offic. Judic.* & docet *Danza de pugna DD. to. 2. tit. de armatione per Campaneam, cap. 10.* & quando fiunt tales conventiones in viſita, receditur à pœna ordinaria, *Hipp. de Marſ. in pract. crim. §. conſtante, num. 100.*

44 Et Regiæ Audientiæ, & Officiales Regii non poſſunt facere compoſitiones, niſi ſub certa, & moderata quantitate, itaut non reſervetur moderatio poſtmodum facienda per ipſos Officiales Regios, vel per Regias Audientias, nec deindè poteſt fieri aliqua remiſſio per ipſos Officiales de compoſitione facta, abſq; mandato Proregis in ſcriptis obtento, *prag. 4. §. 3. de offic. Juſtit.* & compoſitiones non poſſunt moderari, inconſulto Prorege, *prag. 9. §. 8. de offic. Magiſt. Juſtit.*

45 Et Regiæ Audientiæ non poſſunt admittere aliquem ad compoſitionem, quando contra eum venit imponenda pœna corporalis, *prag. 6. §. 20. de offic. Magiſtr. Juſtit.* & docet *Campag. in cap. Reg. 241. nu. 11. & de Leonardis d. cap. 3. nu. 53.*

46 Et in caſibus, in quibus Regiæ Audientiæ poſſunt admittere aliquem ad compoſitionem, requiritur interventus Advocati Fiſcalis, aliàs compoſitio eſt nulla, *d. pragm. 10. §. 36. de offic. Jud.* & compoſitio debet fieri in Audientia, in Banca, coram Magiſtro Camerario, & Actuario, *prag. 6. §. 20. de offic. Juſtit.*, & docet *de Leonard. d. cap. 3. nu. 53.* & ipſe Actuarius, & Magiſter Camerarius tenentur quolibet ſemeſtre mittere notam compoſitionem Regiæ Cameræ Summariæ, *d. prag. 6 §. 19. de offi. Juſtit.* & compoſitiones ſolvuntur Magiſtro Camerario, & Perceptori Provinciali, & non Gubernatoribus, vel Regiis Auditoribus, *d. prag. 6. § 21. & prag. 9. §. 4. de offic. Magiſtri Juſtit. & prag. 60. de offic. Procurat. Cæſaris.*

47 Sic etiam compoſitiones, quæ fiunt in Magna Curia debent fieri in banca per Regentem, & Judices Magnæ Curiæ, audito Fiſco, *d. prag. 9. §. 5. ubi in § ſeq.* habetur idem eſſe in compoſitionibus pœnarum obligationum, inſtrumenti, & fideiuſſionis incuſatæ, quando pœna excedit ducatos triginta, aliàs ſolus Regens Magnæ Curiæ poteſt remittere terciam partem, & in omnibus compoſitionibus faciendis in Magna Curia intervenire debet Perceptor, *prag. 28. §. 2. de offic. Magiſtri Juſtitiarii.*

48 Et Perceptor tantum poteſt recipere compoſitiones factas in Magna Curia, *prag. 28. §. 1. de off. Magiſtr. Juſtit.* & ipſe Perceptor tenetur qualibet die dare liſtam Fiſco de proventibus factis, *d. prag. 28. §. 4.* & tenetur reddere rationem de ipſis proventibus quolibet menſe in Regia Camera, *d. prag. 28. §. 7.*

49 Prorex, vel Regentes remittentes partem pœnæ, in qua quis fuit condemnatus, ſemper apponunt clanſulam, dummodò pæna non fuerit exacta, exequuta, vel Fiſco incorporata, *Capibl. d. tom. 2. cap. 38 nu. 10. & Reg. Rovit. decif. 91. nu 6.* quod ſi debitor ſit carceratus prò dicta pœna adhuc pœna dicitur, exequuta, & ſucceſſivè ipſe debitor non gaudet gratia, ſed ipſa pœna integrè exigitur, ut ità deciſum teſtatur *D. Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 72 to. 1.* & quis ſi ſolvat pœnam Fiſco, & deindè importat remiſſionem illius pœnæ exactæ, non facta mentione, quod illa pœna erat ſoluta Fiſco, in hoc caſu non valet impetratio remiſſionis pœnæ tanquam ſurreptitia, *Ant. Sola in Conſt. Sabaudie. tit. de indulgentiis, nu. 8. fol. 194. de Nigris in cap. Regni miſericordiam, nu. 16. & Catalan. de indulto cap. 22. nu. 63.*

SUMMARIUM.

1 *Appellari poteſt à ſententia infra decem dies.*

2 *Appellatio eſt facienda ad Judicem competentem, & ſic ad Judicem ſuperiorem Judicis proferentis ſententiam, nu. 3. 4. 5. & 6. & non poteſt fieri de Judice pari ad Judicem parem, ſed fit de Judice minori ad Judicem majorem, nu. 7. & eſt facienda gradatim, & non omiſſo medio, nu. 8. lim. ta, ut num. 9. & 57.*

10 *Barones in Regno quaſi omnes habent feuda cum ſecundis cauſis.*

11 *Appellationum cauſæ nunquam cenſentur conceſſæ, conceſſo feudo ſimpliciter.*

12 *Princeps concedens juriſdictionem, non cenſetur à ſe abdicare Jus appellationis.*

13 *Gravatus à Curia Baronali poteſt appellare ad Magnam*

gnam Curiam, nisi Baro habeat secundas causas, nu.14. & 17. sed quando Iudex secundarum causarum est absens, potest appellari ad Regios Superiores, nu.16. sed cautela traditur ibidem.

15 *Baro potest facere penalia banna, ut nemo accedat ad Regia Tribunalia pro gravaminibus factis à Iudice primarium causarum.*

18 *A Regia Audientia appellatur ad Magnam Curiam, & nu.20.*

19 *Regia Audientia, si decrevit, causam esse remanendam in ipsa Regia Audientia ob gravamen illatum per Curiam Baronalem, ipsa Regia Audientia potest vocare fidejussores præstitos in ipsa Curia Baronali.*

21 *Appellatur à Magna Curia ad Sacrum Regium Consilium, amplia dato quòd Magna Curia procedat in causa criminali ex processu informativo, num.79.*

22 *Incidens causæ appellationis à Magna Curia refertur per Commissarium causæ uni ex aulis Sacri Consilii die Iovis, & in eadem aula deinde referuntur alia incidentia nu.24. limita ibidem.*

23 *Præses Sacri Consilii, quando appellatur à Magna Curia ab aliquo incidenti ad Sacrum Consilium, in supplicatione dicit, ut M.C. faciat verbum in Sacro Consilio, & illud incidens non committitur uni ex Consiliariis principaliter, prout committi solent appellationes à diffinitivo.*

25 *Causa appellationis à diffinitivo, committitur uni ex Consiliariis ejusdem aulæ, in qua fuerunt relata incidentia.*

26 *Decretatio, ut fiat verbum in Sacro Consilio debet præsentari eadem die, qua fuit expedita, vel die sequenti.*

27 *Iudex appellationis, si adsit gravamen in aliquo incidenti, an retineat causam, vel eam remittat?*

28 *Delegatus in causa appellationis alicuius incidentis, an intelligatur delegatus in causa appellationis causæ principalis.*

29 *Magna Curia procedit ad capturam rei citati, pendente relatione facienda in Sacro Consilio ab indebita citatione.*

30 *Carceratus, si appellat, an sit carcerandus?*

31 *Relatio debet procurari infra mensem, quando appellatur ab indebita citatione à Magna Curia ad Sacrum Consilium.*

32 *Carceratus pro causa criminali, si appellat ab aliquo incidenti, an interim possit habilitari à Iudice ad quem.*

33 *Sententia lata per Magnam Curiam in criminalibus, ut possit revocari per Sacrum Consilium, quot vota Consiliariorum requirantur?*

34 *Appellatio non committitur per Præsidem, quando appellatur à sententia condemnatoria ad abscissionem membri lata per Magnam Curiam, nisi audito Fisco.*

35 *Actuarius Magnæ Curiæ debet attitare causas criminales appellationum interpositarum à Magna Curia ad Sacrum Consilium, sed tenetur certum quid correspondere Actuario Sacri Consilii.*

36 *Votum unius Consiliarii sufficit etiam domi, non facto verbo in Sacro Consilio in prima instantia, quando causa non excedit uncias duodecim, secus si sumus in secunda instantia.*

37 *Appellans temere à Magna Curia ad Sacrum Consilium punitur pœna arbitraria.*

38 *Literæ inhibitoriales quomodo expediri debeant?*

39 *Literæ observatoriales non possunt expediri, nisi reversis literis inhibitorialibus.*

40 *Appellatur à delegato ad delegantem, & nu.43.44. & 53. intellige, ut nu.41. & 42. & a subdelegato ad quem appellari possit? nu.45. & 58.*

45 *Delegatus an possit subdelegare? & nu.47. & 48.*

46 *Iudex an possit totam, vel partem causæ delegare?*

49 *Appellatur à sententia Episcopi suffraganei ad Metropolum, & nu.50. sed potest etiam appellari ad Papam, nu.57. & quando Episcopus non est suffraganeus, appellatur ad Nuncium Apostolicum, nu.54. sed à sententia Episcopi in crimine hæresis appellatur ad Papam, nu.59. & idem est, quando ipse Episcopus procedit uti delegatus Sedis Apostolicæ, nu.75.*

51 *Delegatio non intelligitur facta, quando Officiali conceditur potestas, quam habet. & nu 52. & quando intelligatur facta? d.nu.52 & 56.*

55 *Iudex procedens per alteratam Iurisdictionem sibi concessam a Principe dicitur delegatus, & ideò ab eius sententia appellatur ad ipsum Principem, num.53.*

60 *Appellatio coram quo fieri debeat à gravaminibus illatis Monachis Regularibus.*

61 *Appellatur à sententia arbitrorum electorum ad videndum de suspitione Episcopi ad Papam.*

62 *Appellatur à sententia Archiepiscopi ad Concilium Provinciale.*

63 *Appellari coram quo Judice debeat à laudo lato per arbitros, & nu.64.*

65 *Appellari debet ad Judicem Ecclesiasticum, quando Judex laicus declarat, se competentem in causa spirituali.*

66 *Appellatur ad Regias Superiores à sententiis Curiæ nundinarum & à gravaminibus Catapanorum, & n.67. & à sententia Rationalium Universitatis, n.68. & à sententiis Sindicatorum in sindicatu Officialium, n.69.*

70 *Appellatur à sententia Bajuli ad Capitaneum Baronis.*

71 *Appellatur ad Magnam Curiam à sententia Curiæ Artis Serici, & quid à sententia Curiæ Magni Admirati? n.72. & quid à sententiis Prælatorum tenentium feuda à Rege? n.73.*

74 *Appellatur à sententia Episcopi delegati per Judicem laicum ad Superiorem laicum, & à sententia Conservatorum Monachorum Regularium appellatur ad Summum Pontificem, n.76. & à sententia Monachi Regularis Inquisitoris appellatur ad Summum Pontificem, num. 77.*

78 *Regia Audientia in causis criminalibus, in quibus procedit ad modum belli, quibus provisionibus obedire debeat?*

79 *Magna Curia, quando procedit uti delegata, ab ejus sententia appellatur ad Regium Collaterale Consilium.*

80 *Appellatur ad Regiam Cameram à sententia Dohanerii Regiæ Dohanæ, & idem est in sententia Dohanæ Menepecudum Apuleæ, n.81.*

82 *Supplicatur à sententia Præfecti Prætorii ad eundem Prætorium, & hoc exemplificatur in Regia Camera, & in Sacro Consilio. ibidem.*

83 *Causa reclamationis à sententia Sacri Consilii commit-*

mittitur eidem aulæ, sed diverso Consiliario, & quid in Regio Collaterali Consilio? ibidem.

84 *Appellari non potest à sententiis Judicum inferiorum ad eundem Iudicem, qui tulit dictã sententiam.*

85 *Judex in prima instantia non potest esse Judex in secunda instantia.*

86 *Appellari an possit à Prorege hujus Regni ad Regẽ.*

87 *Regium Collaterale Consilium an possit mandare Judicibus inferioribus, ut relationem faciant, & interim supersedeant.*

88 *Carceratus in causa appellationis an debeat transmitti ad carceres Judicis appellationis?*

89 *Appellans à diffinitivo, si tempore latæ sententiæ reperiebatur carceratus, non potest excarcerari sine jussu Judicis appellationis.*

90 *Carceratus, si factis defensionibus, appareat de ejus innocentia, an possit habilitari ante sententiam?*

91 *Judex appellationis potest punire testes, qui deposuerunt falsum coram Judice à quo.*

92 *Baro non habet jus insistendi contra condemnatum per suam Curiam, qui appellavit ad Regia Tribunalia. Et an possit appellare, si deinde dictus condemnatus liberetur à dictis Regiis Tribunalibus? num. 93.*

94 *Cognitio, si appellatio admitti debeat, spectat ad Judicem ad quem.*

95 *Judex appellationis quando dicatur habere jurisdictionem? & an ejus jurisdictio possit per partes prorogari pro causis spectantibus ad Judicem primarum causarum? n. 97.*

96 *Subditi la prima instantia tenentur obedire Judici primarum causarum.*

98 *Judex appellationis cognoscit super novis praetensionibus in prima instantia non deductis.*

99 *Archiepiscopus habet tantùm jurisdictionem in causis appellationum contra subditos ejus suffraganei, sed non potest tenere Officialem in Diœcesi sui suffraganei, ut cognoscat de causis appellationum antequam occurrerent, num. 100. Sed quando appellatur, ipse Archiepiscopus potest expedire causam appellationis, vel in sua Diœcesi, vel in Diœcesi Episcopi suffraganei, num. 101.*

102 *Judex secundarum causarum Baronis ubi creari debeat? & unus creari debet, & non modo uni, & modo alteri delegari debent causæ appellationum; nu. 113. & an possit cognoscere de salario Advocatorum? num. 104.*

105 *Judex appellationis non cognoscit, nisi de eo, de quo cognovit Judex à quo, sed potest condemnare victum in expensis factis in prima instantia, n. 107.*

106 *Reconventio an possit fieri coram Judice appellationis?*

108 *Obligationes per es acta possunt stipulari, & incusari in Curia secundarum causarum.*

109 *Index appellationis cognoscit de restitutione in integrum adversus appellationem omissam, & potest declarare, appellationem interpositam esse desertam, n. 110.*

111 *Decretum desertionis causæ appellationis non legitur.*

112 *Appellatur à sententiis Auditoris delegati pro rebus militaribus ad Auditorum generalem exercitus, & idem est in sententiis latis à Judicibus Regiorum castrorum, num. 113.*

114 *Index appellationis quis esse non potest, nisi habeat merum, & mixtum imperium.*

115 *Appellans ad unum Iudicem an possit deinde variare? et an possit appellare ad duos Iudices? n. 116.*

117 *Index à quo exequutioni demandat sententiam latam per Iudicem ad quem, qui condemnavit ad expensas injustè appellantem ab aliquo incidenti.*

118 *Appellari coràm quo possit ab excessu facto ab exequutore sententiæ? & n. 119. 120. 121. & 123.*

122 *Index appellationis quæ statuta sequi debeat?*

124 *Baro tenetur eligere Iudicem secundarum causarum in Civitate Neapolitana, quando ipsi est remissa causa cum clausula*, dummodo eligat Judicem in Civitate Neapolitana, *& num. 126.*

125 *Instantia secunda regulatur secundùm primam.*

De Foro causarum appellationum.

CAP. LI.

1 FInita causa in prima instantia per Judicem competentem, si litigantes sentiant se gravatos possunt à dicta sententia appellare, *tot. tit. ff & C. de appellat. & in Decret. ext. eod. tit.* & appellatio debet interponi infra decem dies à die notificatæ sententiæ. *Auth. hodie, ubi glos. & DD. C. de appellat. cap. quoad consultationem, de sent. & re jud.*

2 Et appellatio est facienda ad Judicem competentem, *Bart. in l. 1. § si quis ff de appellat. & Muscatel in praxi appellat. par. 3. glosa probandum, an. 6.*

3 Et Judex competens causæ appellationis est Judex superior Judicis proferentis sententiam, nam non potest appellari ad Judicem, qui non est superior Judicis proferentis sententiam. *cap. 2. de consuetud. in 6 cap. Romana, in princ. de appel. in 6. cap. interiorum. 2. quæst. 6. l. præcipimus, C. de appellat. l. 1. § si quis ff. de appell. Blanc. de comprom. quæst. 10. n. 13. & Dom Reg. Sanfelic. dec. 69 n. 10.* Immò non potest appellari ad Judicem incompetentem, & sic ad alium Judicem, quam ad Judicem superiorem Judicis proferentis sententiam, etiam ex consensu partium, nam prorogatio jurisdictionis non potest fieri in causa appellationis, ut dixi supra *c. 12. num. 123.*

4 Hinc est, quòd si quis sortiatur forum ratione contractus solutionis, rei sitæ, vel delicti, si fuerit gravatus a primo Judice, tenetur appellare ad Iudicem superiorem ipsius Iudicis loci contractus, solutionis, rei sitæ, vel delicti, & non ad Iudicem superiorem Iudicis ipsius Rei, *Abb. & Decius in rub. de appell. de Franch. dec. 511. num. 4 & Capiblan. de Baronibus pragm. 8. par. 1. num. 193.*

5 Hinc est, quòd si partes prorogaverint jurisdictionem alterius Iudicis, à sententia Judicis prorogati appellatur ad Iudicem superiorem ipsius Iudicis prorogati, & non ad Iudicem superiorem prorogantium, si sint diversi fori, ut dixi supra *d. c. 12. num. 131.*

6 Hinc etiam est, quod si Clericus conveniat laicum coram Iudice laico, & ipse Clericus sit reconventus coram eodem Iudice laico, & sit condemnatus in causa reconventionis, si sentiat se gravatum, debet appellare ad superiores laicos, & non ad superiores Ecclesiasticos, *Graff. de effect. Cler. effect. 1. num. 792.*

7 Sic

7 Et appellatio non potest fieri de Judice pari ad Iudicem parem, sed ipsa debet fieri de minori Iudice ad majorem Iudicem, *cap. materiarum, §. de illo, 2. quaest. 6. l. praecipimus, § fin. C. de appellat. Muscatell. in praxi appellat. par. 1. glos. tenebitur, n. 1.* & contrarium non potest induci ex consuetudine, *Maraut. in suo specul. part. 6. act. 2. n. 3. & 129. glos. in rap. 2. de consuetud. in 6. & Io: Franc. Leon. in Thesaur. Eccles. part. 3. c. 7. num. 35.*

8 Et appellatio semper est interponenda gradatim, & non omisso medio, *d. l. praecipimus, C. de appel. l. Imperatores, ff. de appellat. cap. anteriorum legum, 2. quaest. 6. cap. dilectis extra de appell. Petr. de Benintend. dec. 96. & Ansald. de jurisdict. part. 4. tit. 10. c. 1. n. 90.* sed si quis appellat ad supremum Iudicem, omisso medio, licèt non sit appellandum ad ipsum, tanquam mediatum; & pars contraria nihil opponeret, tamen valet appellatio facta ad Iudicem mediatum appellationis, *l. 1. §. si quis, ff. de appel. Maran. d. act. 2. n. 373.* nam prorogatio potest fieri in causa appellationis ad Iudicem superiorem, licèt ad ipsum tanquam mediatum non sit appellandum, *Marian. Socin. in cap. significasti, n. 3. de for. comp.*

9 Sic etiam si litigantes sint personae privilegiatae, possunt appellare ad Regia Tribunalia, omisso Iudice secundarum causarū, ut dixi supra *c. 16. n. 48.*

10 Et hodie omnia feuda in Regno quasi sunt cōcessa Baronibus cum secundis causis, & sic ut ipsi Barones possint cognoscere in causis appellatio-

11 nis, quòd si feudum simpliciter sit concessum, veniunt etiam causae appellationum, *Anna alleg. 52.* sed veritas est, quòd concesso feudo, non intelliguntur concessae causae appellationum, ità *Boss. pract. crim. tit. de Principe, & privileg. ejus, n. 284.* & ex nostris docet *de Leonard. pract. Offic. cap. 4. n. 29. Frec. de subfeud. lib. 2. Auctor. 13. n. 6. Minad. in Const. Reg. In aliquibus, in rub. ver. Comitum, & Baronum, nu. 8. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 48. n. 2. Ant. de Ballis tract. var. lib. 4. quaest. 2. n. 3. & Capibl. de Baron. prag. 8. part. 1. nu. 147. cum plurib. seq.* ubi post num. 151. dicit, quod Baro non potest praeligere jus appellationis, citat *Marauta cons. 114.* idem tenet ipse *Capibl. d. Prag. 8 part. 1. num. 149.* ubi dicit, quòd si per prius feudum sit concessum cum jure appellationis, & deinde revertatur ad Regem, si deindè illud feudum alteri concedatur, prout sui anteriores tenebant, licèt non sit facta mentio causarum appellationum, tamen veniunt causae appellationis, & *Capibl. ibid. n. 150.* dicit, quòd Baro se investiens in appellationibus, quae ipsi non fuerunt concessae, potest puniri poena capitis, & quod concessa jurisdictione, non dicantur concessae causae appellationum, tenet *Guid. Pap. dec. 518. & dec. 551. nu. 4.* sed requiritur specialis concessio dictarum causarum appellationum, *Angel. in l. 1. §. qui mandatam ff. de offic. ejus, Anna sing. 388. Borrel. sum. dec. tit. 41. n. 87. cum plurib. seq. & n. 264. & seq. & Novar. in praxi elect. for. tomo 1. sect. 4. quaest. 1. nu. 17.*

12 & Princeps concedens jurisdictionem alicui, non censetur à se abdicare superioritatem, scilicet appellationum, *Borrel. d. tit. 41. n. 87. Bos. pract. crim. tit. de crimine laesa Majestatis n. 103. Covar. pract. quaest. cap. 4. n. 1. & Guaz. ad defens. reorum, def. 13. cap. 4.* undè supremus dominus habet jurisdictionem in subditos feudatarii in secundis causis, *Bos. d. tit. de crimine laesa Majestatis, n. 103. et in tit. de Principe, n. 281. et 283.*

13 & ideò vassalli Baronum gravati possunt appellare ad Magnam Curiam, *de Franch. dec. 529. n. 1 & Catalan. de indult. c. 46. n. 67.*

14 Sed quando ipse Baro habet secundas causas, à sententia Officialis Baronalis appellatur ad Judicem secundarum causarum ipsius Baronis, & non debet appellari ad Regia Tribunalia, omisso Judice secundarum causarum ipsius Baronis, nā non potest appellari ad Principem, omisso medio, *dict. l. Imperatores, ff. de appellat. Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 1. n. 186.* Et licèt in Regno nostro possit à quocunq; Judice appellari ad Magnam Curiam Vicariae, omisso medio, *Const. Reg. cum nova*, ubi *Affl. col. fin. & est alia Const. Reg. appellationum tempora, & est ritus 52. & 62.* & docet *Maraut. in suo speculo part. 6. d. act. 2. n. 377.* tamen hoc intelligitur, parte non opponente, aliàs causa debet remitti ad Judicem secundarum causarum Baronis, ut docent *Caravit. d. ritu 52. n. 2. & Muscatel. pract. appellat. part. 1. glos. tenebitur n. 4.* Immò hodiè observatur, ut non possit appellari à sententiis Judicis primae instantiae ad Magnam Curiam Vicariae, sed debet appellari ad Judicem secundarum causarum Baronis, quando ipse Baro habet secundas causas, *Capibl. de Baronib. prag. 3. post nu. 158.* quod confirmatur, nam licèt per *prag. 4. de offic. Sac. Reg. Cons.* disponatur, ut à sententiis Judicum inferiorum appelletur ad Magnam Curiam, exceptis causis non excedentibus 25. uncias, in quibus appellatio debet fieri gradatim, tamē per *prag. 7. de offic. Sac. Reg. Cons.* disponitur ut à sententiis Officialium Baronalium appelletur ad Regiam Audientiam, quae *prag. 7.* intelligitur, quando Baro non habet secundas causas, secus si Baro habeat secundas causas, quia tunc debet appellari ad Judicē secundarū causarum Baronis, *Ann. sing. 82. & Novar. in praxi elect. fori to. 1. sect. 1. qu. 1. n. 8. & 11.* nam *d. prag. 7.* dicit privilegiis à nobis Baronibus concessis, confirmatisque semper salvis.

15 Et ideò est licitum Baronibus facere poenalia banna, ut ejus vassalli pro gravaminibus accedant ad Judicem secundarum causarum ipsius Baronis, & non accedant ad alia suprema Tribunalia. & contrà contravenientes absq; causa potest exigi poena, *Novar. d. pract. elect. fori d. sect. 1. d. quaest. 1. n. 11. & seq. Guazzinus ad defens. reorum, def. 36. cap. 17. in fine, & Capibl. de Baronib. d. prag. 3. n. 159. cum pluribus seq.* ubi *n. 164.* dicit ipse *Capibl.* quòd Baro potest facere talia banna poenalia, sed debet praecedere licentia Proregis, & ejus Collateralis Consilii, idem tenet idem *Capibl. in prag. 8. par. 1. n. 121. in tom. 2. cap. 15. n. 8.* sed quòd in casu contraventionis non possit exigi poena, tenet *Merolla in Theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 2. n. 97.*

16 Sed quando Judex secundarum causarum est absens longo impedimento, & tunc potest appellari ad Regios Superiores, omisso Judice secundarum causarum Baronis, *Bar. in l. 1. § si quis, col. fin. ff. de appellat. & Maraut. par. 6. d. act. 2. n. 379.* sed quando partes nolint adire Regios Superiores, & tunc possunt supplicare Baroni, ut constituat aliū Judicem secundarum causarum in eorum causa, qui

qui deindè potest procedere dicta causa, nam causa appellationis potest delegari, *l. cum post sententiam C. de appellat. gloss. & Angel. in l. eos, C. de appellat. & Cæpolla cautel. 26.*

27 Et licet per *d. Const. Reg.* cum nova, & per *Const. Reg.* appellationum tempora, & per *d. rit. 52.* à sententia inferiorum Iudicum possit appellari ad Magnam Curiam, omisso medio, tamen hodie observatur contrarium, nam prolata sententia per Judicem primarum causarum Baronis, si ipse Baro non habeat secundas causas, appellatur ad Regiam Audientiam Provincialem, ut in *d. prag. 7. de offic. Sac. Reg. Conf. prag. 2. ubi de delicto*, & vide *de Leonardis in pract. Officialium, cap. 3. nu. 68.* & quòd à sententia Curiæ Baronalis appelletur ad Iustitiarium Provinciæ, in qua feuda Baronis sita sunt, est *Const. Reg. Iustitiarii*, & docet *Minad in Const Reg. in aliquibus, in rub. ver. Comitum, & Baronum, num 9.*

28 Et per d. *pragm. 7 §. 2. & 3. de offic. Sacr. Reg. Conf.* disponitur, ut à sententiis latis per Regiam Audientiam Calabriæ Hytruntı, Bari, Apruttii, & Basilicatæ, continentibus summam ducatorum centum infra, & per alias Regias Audientias ducatorum quinquaginta infra, appelletur ad eundem Præsidem Provincialem, qui procedit in causa appellationis cum consilio Doctoris partibus non suspecti, & *Rovit. d. prag. 7.* dicit similem esse *text. de iure communi in l. cum post sententiam C. de appellat.* sed hoc non observatur, sed appellatur ad Magnam Curiam, *Muscatell pract. appellat. par. 1. gloss. scribitur, num. 23.*

29 Sed scias, quòd si à causa criminali vertente in Curia Baronali sit appellatum ab aliquo incidenti ad Regiam Audientiam, & per ipsam Regiam Audientiam sit facta decretatio, ut causam remittat, in hoc casu ipsa Regia Audientia est Iudex competens in vocando fideiussorem præstitam primo loco in Curia Baronali, & illam inculare, & pœna illius fideiussionis spectat ad Regiam Audientiam, & non ad Baronem, *Capiblanc. de Baronibus, tom. 2. cap 40. num. 8.*

30 Scias etiam, quòd à sententia lata in causa criminali à Regia Audientia appellatur ad Magnam Curiam Vicariæ, & non ad Sacrum Regium Consilium *prag. 43. & 44 in principio & prag. 56. de offic. Sac Reg. Conf.* idem est in causis civilibus non excedentibus uncias vigintiquinque, à quibus appellatur à Regia Audientia ad Magnam Curiam, & non ad Sacrum Regium Consilium, *prag 3. §. 2. & 3. de offic. Sac. Reg Conf.* Quod si in huiusmodi causis, omissa Magna Curia, appelletur ad Sacrum Regium Consilium, appellatio ipsa non tenet, *Beaintend. dec. 96.* sed contrarium practicatur in Regno in causis civilibus, in quibus à curiis inferioribus recta via appellatur ad Sacrum Consilium, omissa Magna Curia, quod secus est in criminalibus causis, *Rovit. d. prag. 3. n. 5. de offic. Sac Reg. Conf.* unde Fiscus Regiæ Audientiæ pro gravaminibus debet habere recursum ad Magnam Curiam Vicariæ, *prag. 10. § 40. de officio Iudicum.*

31 Et à sententiis Magnæ Curiæ appellatur ad Sacrum Regium Consilium, *prag. 2. §. 2. de relat. causarum d. prag. 3. §. 2. de offic. Sac. Reg. Conf.* & decreta lata per Magnam Curiam super liquidatione instrumenti non possunt revocari in Sacro Regio Consilio, nisi audito fisco, *prag. 5. de relat. causarum*; & in criminalibus debet audiri fiscus, etiam in Sacro Consilio, *prag. 44. §. 5. de offic. Sacr. Reg Conf.*

22 Et scias, quòd si appellatur ab aliquo incidenti causæ vertentis in Magna Curia ad Sacrum Consilium, illud incidens per causæ Commissarium refertur uni ex aulis Sacri Regii Consilii die Iovis absq; alia monitione partis, nam dicta monitio habetur pro facta, *prag. 18. de offic. Sac. Reg. Conf* & d. ber annotari in ipsa sententia aula Sacri Regii Consilii, in qua fuit facta relatio per Magnam Curiam pro primo incidenti, *prag. 10.*

23 *in fin. de appellat* Et quando appellatur à Magna Curia ab aliquo incidenti ad Sacrum Consilium, & tunc Præses Sacri Consilii in supplicatione dicit ut Magna Curia verbum faciat in Sacro Regio Consilio, & illud incidens non committitur uni ex Consiliariis principaliter, prout committi solent appellationes à diffinitivo, *Rovit. d. prag. 18. num. 1. de offic. Sacri Reg Consil.*

24 Et quando appellatio fuit interposita ab incidenti causarum, quæ tractantur in Magna Curia ad Sacrum Consilium, & illud incidens referatur in una ex aulis Sacri Consilii, in eadem aula deinde omnia incidentia in eadem causa referri debent, *de Franch dec 528. n. 1.* Intellige quando omnia incidentia tendunt ad causam principalem, secus si diversimodè, puta si quis appellavit à sententia denegatæ remissionis causæ à Magna Curia ad Sacrum Consilium, & causa appellationis fit tela a uni ex aulis Sacri Consilii, & fit confirmata sententia Magnæ Curiæ per Sac. Consilium, nam si deindè appelletur ab aliquo incidenti tangenti causam principalem, in hoc casu illud incidens potest referri in diversa aula Sacri Consilii, ubi deindè referuntur omnia alia

25 incidentia, *de Franch. d. dec. 528.* Et lata deindè diffinitiva sententia per ipsam Magnam Curiam, si appellatur ad Sacrum Consilium ab ipsa diffinitiva sententia, causa appellationis committitur uni ex Consiliariis eiusdem aulæ, in qua fuerunt relata incidentia, ut in *d. prag. 10. de appellationib.*

26 Et quando appellatur à Magna Curia pro aliquo incidenti ad Sacrum Consilium, & fit decretatio per Præsidem, ut fiat verbum in Sacro Consilio, decretatio ipsa debet præsentari ea die, qua fuit expedita, vel die sequenti in actis, aliàs appellans non potest uti tali decretatione, & Magna Curia potest ad ulteriora procedere, *prag. 42. & 49. de offic. Sacri Reg. Consil.* Sed præcedentibus precibus porrectis Præsidi Sacri Regii Consilii, solet ipse Præses iubere, recipi decretationem prædictam, non obstante lapsu dicti temporis, & ità practicatur.

27 Et quando appellatur ab aliquo incidenti à Magna Curia ad Sacrum Consilium, etiam si adest gravamen, tamen Sacrum Consilium remittit causam eidem Magnæ Curiæ, emendato gravamine, *Rovit. d. prag. 18. n. 2. & n 4. de offic. Sacr. Reg. Conf. de Franch. dec. 88. in fine, & Capibl. d. prag. 3. num. 179.* Quod secus est in aliis Iudicibus inferioribus nam si appellatur à Iudice inferiore ad eius Supe-

periorem de aliquo incidenti, tunc si non adest gravamen, ipse Superior remittit causam Iudici à quo, *pragm.37.§.12. de offic. Magist. Iustit.* aliàs si adest gravamen, & tunc ipse Iudex ad quem retinet totam causam, *cap. non solum, & cap. ut debitus honor in fin. de appellat. de Ponte de potest. Proreg. tit.3.§.1.nu.47.* & est ratio, nam Iudex à quo propter gravamen redditur suspectus, & semper præsumitur, quòd debeat gravare, *cap. ad hæc, l.1. de appellat.* & ratione illati gravaminis præsumptio mala est in futurum, *Vantius de nullitate, rub. de nullitate ex defectu Iurisdictionis, n.66.* hanc rationem afferunt *Rovit. d. prag.18.n.3. & Capibl. d. prag.3. post nu.172.* sed quòd Iudex appellationis, etiam si sit inferior à Principe, possit ex sua voluntate remittere causam ad Iudicem à quo, purgato gravamine, dicit *Rovit. d. prag.18.n.5.* citat *gloss. in in cap. cum appellationibus. ver. remittenda, de appellat. in 6.* & novissimè *Diaz de pugna DD. tom.1. tit. de Officialib. in genere cap.9. post n.7.* undè apparet, non esse tutam opinionem *Capibl. d. prag.3. n.173.* asserentis, quòd Iudices inferiores causæ appellationis debeant remittere simpliciter causa Iudici à quo, quando non adest gravamen, quod si adest gravamen, debeant totam causam retinere, & non debeant illam remittere, purgato gravamine, nam ipse *Capibl.* citat *Rovit. in d. prag. 18.* qui tenet contra opinionem ipsius *Capibl.* sed secundum opinionem *Capiblanc.* tenet *Reg. Sanfelic. decis.363. part.3.*

28 Et delegata causa appellationis à Principe una cum negotio principali, quando est appellatum ab interlocutoria, etiam si appellatio pronuncietur injusta, tamen cognitio causæ principalis manet apud eundem Judicem delegatum in causa appellationis. *Covar. pract. quæst. cap.9. num.5. vers. quibus*, secus si causa appellationis sit delegata simpliciter, nulla facta mentione de negotio principali, quia tunc pronunciata causa appellationis injusta per Iudicem delegatũ in causa appellationis, causa ipsa redit ad Iudicem à quo, *Covar. ubi supra, ver. prima conclusio*, ubi *ver. quinta conclusio*, dicit, quòd Judex delegatus, cui est commissa causa appellationis, potest absque nova commissione cognoscere de causa Principali, si appellatio fuerit justè interposita.

29 Et quando à Magna Curia appellatur ad Sacrum Consilium ab indebita citatione, pendente relatione facienda, ipsa Magna Curia potest procedere ad capturam Rei citati, *pragm.41. de offic. Mag. Iustit.* immò per *pragm.44.§.3. de off. Sac. Reg. Cons.* disponitur, ut Sacrum Consilium non admittat supplicationes appellationis ab indebita citatione facta per Magnam Curiam, nisi prius citatus comparverit personaliter in Magna Curia, & docet *Reg. Sanfel. dec.67. n.8. & seq.* & recursus à futura captura non admittitur per Sacrum Consilium, sed remittitur ad Magnam Curiam, quæ provideat, ut juris fuerit, ut in *d. pragm.44.§. 3. de off. Sac. Reg. Consil.*

30 Et reus si videns se ad carceres conduci, appellet, non obstante appellatione, adhuc debet carcerari, *Iul. Clarus pract. crim. § fin. quæst.46. ver. sed quid si reus, & Follerius pract. crim. rub. notatos capiat de persona, n.15.* & ibi *de Angelis n.58.* nam si quis à captura appellat, interim potest in carcerem detrudi, *l. eos, §. quod super his, C. de appellat.* & docent *Innocent. in cap. ut sine, de sentent. excommu. & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.1. in princ. nu. 19 in fin. & Guazzin. ad defens. reor. def.5. c.4. n.20.*

31 Et quando appellatur ab indebita citatione à Magnam Curiam ad Sacrum Consilium, mandatur Magnæ Curiæ, ut relationem faciat, cum clausula, quòd pars procuret relationem infra mensem, quo elapso, Magna Curia procedat ad ulteriora, *prag.80. de off. S. Reg. Cons.*

32 Et quando appellatur ab aliquo incidenti causæ criminalis, & inquisitus reperitur carceratus, Judex appellationis debet dicere, quod veniant acta, & per dies tot Judex à quo non procedat, & non dicere, quòd stante cautione præstita de stando juri, & parendo mandatis ipsius Judicis ad quem, & de se præsentando coram Judice declarando, excarceretur: nam aliàs esset cognoscere de causa principali, quod facere non potest Iudex ad quem, nisi interposito decreto, quòd stantibus gravaminibus, causa remaneat, immò aliquando Iudex appellationis, non viso processu, à principio dicit, quòd inquisitus excarceretur, stante cautione præstita & malè facit, nam potest esse delictum grave, propter quod reus non deberet habilitari, & de hoc cognoscere non potest, nisi viso processu, & facto decreto, quòd causa remaneat, stantibus gravaminibus: nam ante decretum, quòd causa remaneat, Iudex appellationis est tantùm Iudex competens in discernendo, si adest gravamen, vel non, & non potest cognoscere de causa principali. Sed vera practica est, quòd si appellans ab aliquo incidenti in causa criminali narrat factum, ex quo appareat, ex delicto esse imponendam pœnam ultrà relegationem, & tunc fit provisio quòd veniant acta tantùm, & per dies Iudex à quo non procedat: aliàs si appareat, esse imponendam pœnam infrà relegationem, & esse casum habilitationis, tunc fit provisio, quòd veniant acta, & per dies tot Iudex à quo non procedat; verum præstita cautione per ipsum appellantem unciarum tot de stando juri, & parendo mandatis Iudicis ad quem, & de se præsentando coràm Iudice declarando, Iudex à quo reum habilitet. Quòd si Iudex à quo replicat, provisiones esse impetratas subreptitiè, ex quo factum aliter se habeat, & dicat, ex delicto esse imponendam pœnam ultrà relegationem, & tunc per Iudicem ad quem ordinatur, quòd provisiones per eum expeditæ observentur quoad transmissionem actorum tantùm, non amoto carcerato à carceribus, in quibus reperitur, & transmisso processu, si ipse Iudex ad quem videat esse casum habilitationis, & tunc debet decernere, quòd Iudex à quo reum habilitet, aliàs debet procedere ad ulteriora super gravamen, à quo fuit appellatum.

33 Et quando appellatur à sententia diffinitiva causæ criminalis latæ per Magnam Curiam, ex communi voto omnium Judicum Magnæ Curiæ, & duorum Consiliariorum ibi assistentium, ad Sacrum Consilium, sententia ipsa non potest revocari, vel moderari, nisi adsint quatuor vota Consiliariorum, *prag.44.§.4. de offic. Sac. Reg. Consil.* sed si

si intervenit unus Consiliarius, ex duobus Consiliariis, qui manent in Magna Curia, licèt intervenissent omnes Judices Magnę Curiæ, tamen in causa appellationis ad Sacrum Consilium sufficiunt duo vota Consiliariorum ad revocandam, vel moderandam sententiam latam per Magnam Curiam cum interventu omnium Judicum, & unius Consiliarii, ut ita servari testatur *Rovit. d.prag.44 § 4 nu.2. & nu.7.de offic. Sac.Reg.Consil.*

34 Et quando appellatur à sententia condemnatoria ad mortem naturalem, vel civilem, vel membri abscissionem lata per magnam Curiam ad Sacrum Consilium, causa appellationis non committitur per Præsidentem, nisi prius audito Fisco, & Judice Magnæ Curiæ, qui fuit causæ Commissarius, ut provideri possit circa causæ commissionem, vel ejus remissionem ad eandem Magnam Curiam, & interim supersederi debet in executione à tempore dictę vocationis, *prag.44 §.2.de offic.Sacr.Reg.Consil.* & docet *Rovitus prag.10.nu.3. de offic.Mag.Justit.*

35 Et scias, quòd quando appellatur à Magna Curia ad Sacrum Consilium à causis criminalibus, causæ appellationum actitantur per eosdem Actuarios Magnæ Curiæ, *prag.23. de offic.Mag.Iust.* idem est in casu reclamationis, in quo etiam causa actitatur per eundem Actuarium Magnæ Curiæ, *prag.14.de Act.* sed ipse Actuarius Magnæ Curiæ tenetur correspondere Magistro Actorum Sacri Consilii pro medietate mercedis provenientis ex actis conficiendis, *d.prag.23.& dict.prag.14.* sed per *dict.pragm.44. §.3. in fin. de offic.Sacr.Reg. Consil.* tenetur correspondere pro tertia parte mercedis.

36 Scias etiam, quòd licèt in prima instantia quando causa non excedit uncias duodecim, votum unius Consiliarii sufficiat etiam domi, non facto verbo in Sacro Consilio, *prag.41.§.fin. de offic.Sac. Reg.Consil*, tamen quando sumus in secunda instantia, & sic in causa appellationis à Magna Curia ad Sacrum Consilium, tunc sententia debet proferri in secunda instantia ad Sacrum Consilium, facto verbo, ut ita servari tessatur *Rovit.dict. prag.41.d.§ fin.num.9.* undè per *d.§.fin.* puto esse correctam *prag.3.§.2.de offic.Sac.Reg.Cons.* in quantum ipsa disponebat, ut Sacrum Consilium non possit cognoscere de causis non excedentibus uncias viginti quinque, sed *dict.§.2.* dicit, quod Sacrum Consilium remittit ad Curias inferiores causas non excedentes uncias viginti quinque, & non dicit, quod Sacrum Consilium de dictis causis non possit cognoscere, undè dictæ Pragmaticæ non sunt contrariæ, sed sic possunt conciliari.

37 Et temere appellans à Magna Curia ad Sacrum Consilium punitur pœna arbitraria, *prag.29.de offic.Sac.Reg.Consil.* quæ pœna arbitraria est declarata in carolenos quindecim pro quolibet vice, *prag.30.de offic. Sac.Reg.Consil.* sed nunquam dicta pœna exacta fuit, nec exigitur, ut testatur *Muscatell.in pract.appellat.par.1.glos. sententia*, quæ est *glos.1.nu.26.& seq.* sed semper fuit exacta pœna ducatorum duodecim contra appellantem exprimentem mendacium, vel tacentem veritatem, juxta *prag.66.de offic.Sacr.Reg.Consil.* per quam statuitur etiam, ut omnes supplicationes in Sacro Consilio porrigendæ subscribantur ab Advocatis, & dicam infra *cap.52.* post *num.42.* & exprimentes falsum, vel verum tacentes in memorialibus porrectis in Regio Collaterali Consilio puniuntur pœna ducatorum sex, *prag.10 §.77.de offic.Iud.*

38 Scias etiam, quòd quando appellatur à diffinitivo, expediuntur literę inhibitoriales in forma, sed quando appellatur ab incidenti, & tunc Judex à quo inhibetur à Judice ad quem per dies tantùm, & duę alię literæ inhibitoriales expediri possunt, & non plus, & debent expediri in eadem Banca in qua fuit expedita prima, & non in diversa Banca, aliàs Judex inferior potest ad ulteriora procedere, *prag.10 §.5.de offic.Iudic.* & in provisionibus Magnæ Curiæ apponitur sigillum, ut in *ritu 279. & in cap.Reg.232.* & apponitur sigillum Regium, & non privatum, *cap.Reg.286.* & docet *Catalan.de indul.cap.36. nu.110.& seq.* & olim in scripturis Sacri Consilii non apponebatur sigillum, sed hodie apponitur, & provisiones possunt expediri etiam die feriato ad honorem Dei, *Caravit.ritu 117.in fin.*

39 Et expeditis literis inhibitorialibus, non possunt expediri literæ observatoriales, nisi reversis literis inhibitorialibus cum replicatis, vel cum relatione intimationis, alias sunt nullæ, *prag.50.de offic.Mag.Iust.*

40 Et redeundo ad materiam nostri *cap.* & ad ea, quæ faciunt ad Tractatum nostrum, scias, quòd delegato appellatur ad delegantem, & ipse delegans est Judex competens in cognoscendo de gravaminibus illatis per delegatum, *cap.super, § porro, & cap.si dilectus de offic. & potest.Iud. deleg cap.si delegatus, & cap si is cui, & c.si à delegato.de offic.& potest.Iud.deleg.in 6.l.1.in princ.& l.3.ff.quis, & à q uo appell.l.Imperatores, §.1 ff.de appellat. Maranta in suo specul.part 4.dist.5..n.28.& d.par.6. d.act.2.n.*

41 *386.& Roman.singul. 76.* sed hoc procedit in delegato à Principe, secùs in delegato à Judice ordinario inferiore, quia tunc non appellatur ad delegantem, sed appellatur ad superiorem delegantis, *Covar. pract. quæst.c.4.ver.5. conclusio, & Squillant.de privil. Cler.c.2.dub.3.n.31.in fin.*

42 Hinc est, quòd si Baro habeat tantum primas causas, & non causas appellationum, si ipse Baro delegat causam alicui propter suspectionem ordinarii officialis, à sententia ipsius delegati non appellatur ad Baronem, sed appellatur ad Regios Superiores, *Novarius quæst. forens. tom. 2.* nam si appellaretur ad Baronem, hoc modo ipse Baro usurparet jus secundarum causarum, & ideò appellatur ad Regia Tribunalia. *Frec.de subf. lib.2.auct.13.n 3.cum duob.seqq. & n.8. Capiblanc. de Baronib.prag.8.par.1.n.180.& ipse idem Capibl. ibi in Addit.* sed si ipse Baro habeat secundas causas, & tunc à sententia hujus delegati à Barone appellatur ad Judicem secundarum causarum ipsius Baronis, *Carav.rit.265.n.36.& Novar.d.q.foren. 2.*

53 Sed *Genuens.in pract.Archiep.Neap.c.86.n.8. ver. limita secundò*, dicit, quòd à delegato Episcopi non appellatur ad Archiepiscopum sed ad Episcopum delegantem, nisi Episcopus delegaret causas in fraudem, ut non appelletur ad Archiepiscopum, & idem tenet *Merolla in theolog. mor.to.3.disp.7.cap.5.nu.581.& Cepolla cautela 26.*

dat

dat cautelam Episcopo, ut ipse causam deleget alicui, quòd si appellatur à sententia lata per ipsum delegatum, appellatur ad ipsum Episcopum, qui Episcopus iterum deleget causam appellationis alteri, quòd si iterum appelletur ad ipsum Episcopum, tunc ipse Episcopus potest cognoscere, nè liceat tertiò appellare, & sic per istum modum bis delegando causam, non exibit ipsa causa de manibus ipsius Episcopi, & ipse *Cepolla* citat *Fulgos. in l. eo casu, C. de appel.*

Et à delegato Episcopi appellari potest ad Vicarium Generalem Episcopi, *Archid. in cap 2. de consuetud. in 6. Cardin. in clementina 2. nu. 25. de rescript. Felin. in cap. si quis contra nu 5. de for compet. & Marant a in suo specul. par. 6. act. 2. rub quandoq; appellatur n. 385.* sed contrarium, & sic quòd à delegato Episcopi non possit appellari ad vicarium Generalem Episcopi, tenent *Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 3. quæst. 6. n. 1. & 20. & Meroll. in theolog moral. tom. 3. disp. 7. cap 6. à nu 347. cum plurib. seq.* ubi *d. n. 347. 360. & seq.* hoc limitat, quando Episcopus est absens à Diœcesi, quia tunc à delegato Episcopi appellatur ad Vicarium Generalem Episcopi, & *n. 358. & seq.* dicit ipse *Merolla*, quòd à delegato Vicarii Generalis potest appellari ad Episcopum, citat *Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 3. q. 7. & Ric. collect. 1166.*

44 Et licèt à Vicario Generali non appellatur ad Episcopum, quia est idem Tribunal, *l. 1. §. ab eo, ubi Bart. ff. quis, & à quo, c. Romana, de appellat. in 6 Merolla in theolog. morali tom. 3. disput. 7. c. 6. nu. 117. 122. & 321. cum plurib. seq.* ubi *nu. 323.* dicit, quòd à sententia Vicarii Generalis non appellatur ad Episcopum, etiam partibus consentientibus, tamẽ à Vicario Foraneo appellatur ad episcopum, vel ad ejus Vcariũ Generalẽ nam ipse Vicarius Foraneus dicitur delegatus *gl. in clem. 2. v. Foraneo, de rescript.* & ideò à Vicario Foraneo appellatur ad Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem, *Meroll. d. c. 6. n. 326. Maranta d. part. 4. dist. 5. n. 14 & seq. & par. 6. act. 2. n. 383. cum plurib. seqq. Sanch. de matrimon. lib. 3. disput 29. n. 12. Ricc. decis. 8. part. 1 & collect. 2356. & Jo: Francisc. Leon. in Thesaur. For. Eccles. par. 1. c. 10. post n. 6.* ubi dicit, quòd Vicarius Foraneus non habet cognitionem causarum hæreticæ pravitatis, matrimonialium, nec criminalium, quæ Episcoporum examini sunt reservatæ, citat *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. §. ad hæc*, & ipse *Io: Francisc. Leon.* ibi dicit, quòd Vicarius Foraneus neqi potest expedire literas monitoriales pro rebus deperditis, citat *Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 3.* & neque Vicariis Foraneis committitur exequutio literarũ Apostolicarum, *Merolla d. c. 6. nu. 306. & Rebuf. in praxi benefic. de Vicario Episcopi, num 4. par. 1.*

Et à Vicario Foraneo, Sede vacante, appellatur ad Capitulum, vel ad Vicarium Capitularem, *Merolla dict. disput. 7. cap. 7.* post *num. 288.*

45 Sed si causa sit subdelegata à delegato Principis, qui delegatus Principis potest subdelegare, *l. à Iudice, C. de judic. cap. Pastoralis, & cap. venerabilis de offic deleg. c. si duo, de offic. deleg. in 6. l. 1. in fin. C. qui pro sua jurisd. Maranta in specul. par. 4. dist. 5. n. 26.* vel si causa sit subdelegata à delegato ad universitatem causarum, qui etiam potest subdelegare, *l. 1. §. fin. ubi glos. & Bart. ff. quis, & à quo*, & in hoc casu à sententia ipsius subdelegati appellatur ad primum delegantem, & non ad subdelegantem, quando ipse subdelegans subdelegavit totam causam, *c. super q. § porro, ubi glos & Abb. de offic. deleg. l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo appel.* secus si delegatus subdelegavit partem causæ, quia tunc appellatur ad subdelegantem, *l. 1. § fin C. qui pro sua jurisd. & Maranta part 4. dist 5. num. 28. & par. 6. act 2. num. 378 & 386. & Merolla in theolog. moral lib. 3. disp. 7. c. 3. n. 10.*

46 Et Judex potest totam, vel partem causæ delegare, *l. solet ff. de jurisdict. omn. jud.* ubi *glos.* dicit, quòd delegatus ad universitatem causarum potest unam causam tantum subdelegare, *glos.* sequuntur ibi *DD.* excepto *Decio ibi n. 13.* qui tenet contrarium, & quod delegatus ad universitatem causarum possit subdelegare unam causam tantum, & non universam suam delegationem, tenent *Petrus Garzia à Toleto in d. 409. Merolla d. dis. 7. c. 4. n. 45. & Squillant. d. cap. 2. n. 32.* ubi dicit, quòd delegatus ad universitatem causarum non potest subdelegare causam cum facultate subdelegandi, & an Commissarius destinatus ad capiendam informationem super processum informativum possit hoc alteri subdelegare, vide *Guazzin. ad defensam reorum, def. 13. cap. 11. per tot.*

47 Sed delegatus ab inferiore ordinario non potest causam sibi delegatam subdelegare, *l. more majorum ff. de Iurisd. omn. Iud. d. l à Iudice, C. de Iudiciis, & l. fin. ff. de offic. eius*, & hoc etiam de consensu partium, *Marant. d. dist. 5. nu. 25.* nisi sit delegatus cum potestate subdelegandi, quia tunc licèt sit delegatus ab inferiore ordinario, tamen potest causam subdelegare, *Bar. in d. l. more majorum, & novissimè Paulus Squillant. de privilegiis clericorum, cap 2. in 3. dubitatione, n. 22. & 23.* licèt contra *Bar.* teneat *Georgius Obrechti de Iurisdictione, lib. 4. cap. 2. num 22. & seq.* tamen opinionem *Bar.* esse communem, dicunt *Meroll. d disp 7 cap. 4. n. 71. cum plurib. seq. & Marant. dict. dist 5. nu. 63.* ubi dicit, quòd si quis sit delegatus cum potestate facultate substituendi, seu subdelegandi, si subdelegat sciente, & patiente ordinario delegante, valet subdelegatio, & dicit etiam ibi *Marant.* quòd delegatus Principis non potest subdelegare causam cum potestate iterum subdelegandi, sed contrarium tenet *Squillant. d. cap. 2. n. 31.* sed secundùm opinionem *Maranta* tenet *Guazzin. ad defens. reorum, def. 13. cap. 11 nu 4. in fine*, citat *Vantium de nullit. ex defectu iurisd. deleg. nu. 26.* & idem tenet *Meroll. d. disput. 7. cap. 4. n. 105. cum pluribus seq.*

48 Et delegatus à Principe, si causa ipsi sit commissa per verbum mandamus, vel præcipimus, vel si sit dictum in commissione, ut delegatus causam cognoscere debeat per se, vel si in commissione sit dictum, super quo tuam conscientiam, oneramus, in his casibus videtur electa industria personæ, & successivè delegatus Principis non potest subdelegare, *Georgius Obrechti d. cap. 2. n. 2. cum plurib. seq. Capic. dec. 15 t. n. 6. & Foller. ad Marant. d. dist. 5. n. 27.* ubi dicit, quòd tunc delegatus Principis potest causam subdelegare, quando est delegatus à Principe ad universitatem causarum, secus si in unam causam tantùm, quia tunc delega-

tus Principis ſubdelegare non poteſt; idem tenet *Georgius Obrecht d.cap.2.n 24.cum plurib.numeris ſequentibus*.

49 Et à ſententia Epiſcopi, vel eius Vicarii generalis appellatur ad Metropolum, quando ipſe Epiſcopus eſt ſuffraganeus, nam Metropolum repræſentat Iudicem appellationis ſecundarum cauſarum, & ideò à ſententia Epiſcopi appellatur ad Metropolum, *cap.paſtoralis, de offic. ordin. Merolla in Theolog.morali tom.3.diſput.7.cap.5.nu. 574. & cap 6.n.336. cum plurib.ſeq & Novar.in praxi elect.fori tom.2.ſect.1.quæſt.4 n.5.* & auctoritas Metropolitanæ Curiæ circà ſuffraganeos conſiſtit in cauſis, quæ per appellationem devolvuntur, *cap. Romana, & cap. venerabilibus, de ſent. excom. in 6. Novar. d.quæſt.4.n.6.* Et Metropolum cognoſcit de cauſis appellationum ſivè cauſæ ſint temporales, ſivè ſpirituales, *Scaccia de appellationibus quæſt.8. n.90. Merolla d.n.574. & Novar. d. quæſt.4. n 7.* ubi *n.10.* dicit, quòd non poteſt adiri Metropolum, niſi per viam appellationis, & non per viam quærelæ, ſeù nullitatis ſententiæ Epiſcopi, ſic etiam Archiepiſcopus non poteſt reſtituere in integrum adverſus ſententiam Epiſcopi, quia Archiepiſcopus adiri non poteſt, niſi per viam appellationis, *Abb. in cap. fin. in fin. de reſtit. in integrum, Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi par.1.tit 4.n.70. & Merolla dicta diſput. 7. cap. 5. num. 582.*

Et à ſententia Vicarii Epiſcopi poteſt appellari ad Vicarium Archiepiſcopi Metropolitani, *Jo: Andreas in cap.2.de Conſuetud.in 6. & Merol. d.diſp.7. cap.6. n.340.* immò Officialis Archiepiſcopi cognoſcit de cauſa appellationis interpoſitæ ad Archiepiſcopum, *cap.dilecti,il 3.de appellat. ubi Abb n.1. & 3. & Decius in 1. not. & Meroll.d. cap.6. n.349.* & à Vicario capituli appellatur ad Metropolum, & non ad capitulum, *Meroll. dicta diſput. 7. cap. 7. num. 289.*

50 Et quod Metropolitanus ſit Judex appellationis ſuorum ſuffraganeorum, eſt *text. in cap. 1. de offic. Legati* & docet *Thom. Triviſ. deciſ.7.n.3.lib. 1.* & ideò à ſententia Epiſcopi appellatur ad Archiepiſcopum Metropolitanum, etiam ſi Juriſdictio Epiſcopi in ipſa cauſa fuerit à Papa excitata, *ita Genuenſ. in pract. Archiep. Neap. cap. 86. n. 8. Merolla d cap 5.n.576 Scaccia de appellat. quæſt.8. n.87. & Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 1. rub. de Archiepiſcopali præſtantia tit. 4. n.64.* nam

51 Juriſdictio, quam exercet Judex per reſcriptũ, in quo illi conceditur poteſtas, quam habet à lege, vel ſtatuto, non dicitur delegata, ſed excitativa. *cap.licèt, ubi Felyn de offic.deleg. Marant. in ſuo ſpeculo par.4. diſt.5. n.77. Boer. deciſ. 151. n.6. Bertazzuol.conſ.74. Borrell.ſumma deciſ.tit.41.n.295. & Georgius Obrecht de Juriſdict. lib.4 cap.4.n.20.*

52 Quòd ſi Prorex mandat alicui officiali, ut juſtitiam faciat, non per hoc cauſa dicitur delegata, ſed requiritur, ut expreſsè ſit facta delegatio, *prag.10.§.14 de offic.Judic.* undè à ſententia, quæ deinde profertur ab illo officiali appellatur ad Judicem appellationis Judicis proferentis ſententiam, & non ad Proregem, *d. prag.10 §.14.* & docet *Guizzinus ad defenſam reorum def 36. cap. 17. poſt n.2.* Immò ſi Prorex mandat alicui officiali, ut in tali cauſa procedat cum rigore, non per hoc cauſa dicitur delegata, idem eſt ſi Prorex mandat alicui Officiali, ut ſtatim detur condigna pœna alicui delinquenti, nam neque cauſa dicitur delegata, ut in duabus pragmaticis relatis in apoſtilla ad *prag.1.de deleg in impreſſione facta de anno 1633.* nam ut cauſa dicatur delegata, eſt neceſſe, ut Princeps uſus ſit verbo delegamus. *Gratianus dec.44.* & probatur in *d.pragm. 10. § 14.de off.Iudicum*, undè in Regno non mihi videtur vera opinio *Boer. dec.155.* aſſerentis, quòd quando Princeps in reſcripto dicit, auctoritate noſtra procedas, Iuriſdictio delegata dicatur.

53 Sed ſi Judex primæ inſtantiæ in cauſa proceſſit per alteratam Juriſdictionem ſibi conceſſam à Principe, ab ejus ſententia appellatur ad ipſum Principem delegantem, *Intrigl dec 40 nu.34. Bajard.ad Iul.Clar.§.fin.quæſt 41.n.1. Georgius Obrecht d cap.4.n.27. & Guizz d.c.17.n.1* ubi poſt *d.*

54 *n.2.* dicit, quòd à ſententia Epiſcopi appellatur ad Nuntium Apoſtolicum, ſi non adeſt Archiepiſcopus Metropolitanus, qui Nuntius vigore Concilii Tridentini *ſeſſ. 13. cap.2. de reformat.* debet committere cauſam alteri Epiſcopo.

55 Et quando Index ordinarius in cauſa procedit per alteratam Iuriſdictionem ſibi conceſſam à Principe, tunc dicitur delegatus. & non ordinarius, *Marant.d.diſt 5.nu.77.de Leonardis pract.officialium, cap.11.n.22.in fine, & Riccius coll.413.*

56 Quod procedit etiam in Regno noſtro per *d. prag.10.§.14.de officio Iud.* quæ dicit, quòd ſi Prorex mandat alicui Officiali, ut procedat in aliqua cauſa, in qua procedere poſſit uti Ordinarius abſq; dicto reſcripto, cauſa non dicitur delegata, ſed dicitur excitata Juriſdictio, ergo à contrario ſenſu ſecùs ſi non poſſit procedere in dicta cauſa uti ordinarius, quia tunc etiam ſi Princeps non utatur verbo delegamus, cauſa dicitur delegata.

57 Et à ſententia Epiſcopi ſuffraganei non ſolùm poteſt appellari ad Archiepiſcopum Metropolitanum, ut diximus, ſed etiam poteſt appellari ad Papam, nam ſemper poteſt appellari à quocunq; Iudice ad Papam, omiſſo medio, *c. ad Romanam 2.q. 6. cap.ſi duobus, de appell it. Marant. d. par.6 d. act.2. n. 369* immò de Iure Canonico poteſt appellari ad altum Superiorem, omiſſo medio, ità *Abb. in cap.antiqua nam 7. & 8.de privil. & Thom. Triviſ. dec.7 n.8 lib.1.*

58 Hoc tamen fallit, nam ſi Delegatus Papæ ſubdelegat cauſam, aliquid ſibi reſervando, tunc appellatur à ſententia ſubdelegati ad ſubdelegantem, & non ad Papam, *cap.ſi delegatus, §.fin. de offic. deleg. in 6.* ſed ſi in hoc caſu appellatur ad Papam, & pars non contradicat, valet appellatio, *Marant.d.part.6.d.act.2.num.370.*

59 Sed à ſententia Epiſcopi in crimine hæreſis appellatur ad Papam, ità *Carrerius pract.crim. tit.de hæreticis, ver.cumq; n 2.*

69 Et appellatio à gravaminibus illatis contrà Monachos Regulares per eorum Superiores fit gradatim, ſcilicet à Priore ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Sacram Congregationem, à Sacra Congregatione ad Summum Ponti-

tificem, ut fuisse statutum per Bullam Clem. VIII. testatur *Novar. sup. d. Bullam tit. de Regularib. appellatib. tom. 2.*

61 Et à sententia Arbitrorum electorum ad videndum de suspitione Episcopi appellatur ad Papam, omisso medio, *Io: Andreas in cap. ab arbitris, de offic. deleg. in 6. Pract. Papiens. tit. de declinatione Jurisdictionis, ver. fraters, in fine, Mirant. d. par. 6. act. 2. post n. 376. & Jo. Franc. Leonius in Thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 1. n. 66.* ubi *n. seq.* dicit, quòd appellatio à non admissione electionis arbitrorum Juris ad Papam est interponenda, & quando appellatio interponitur ad Sanctam Sedem Apostolicam, Legatus à Latere potest causam appellationis cõmittere, nam Legatus à Latere venit appellatione Sedis Apostolicæ, *cap. si Abbatem, de elect. in 6.* ubi *DD.* immò quando appellatur ad Summum Pontificem, expresso nomine Urbani VIII. adhuc Legatus à Latere committit causam appellationis in partibus, ità *Valasq. dec. Lusitana 62.*

62 Et à sententia Archiepiscopi appellatur ad concilium Provinciale, & concilium Provinciale potest cognoscere de causis appellationum interpositarum à Metropolitano ad ipsum concilium, *glos. in cap. multis, 17. dist. Genuens. pract. Arch. cap. 87 num. 10.*

63 Et compromissa causa, si aliqua pars sentiat se gravatam, à sententia, vel laudo lato per arbitros debet appellare à laudo prædicto ad Judicem loci, ubi tale laudum latum fuit, *prag. 2. de Arbitris*, & reductio prædicta ad arbitrium boni viri à laudo lato per arbitros, debet peti coram Judice ordinario rei conventi, & non actoris, vel arbitratorum, *Thesaur. dec. 14.* prout etiam ejus executio petitur coram Judice rei conventi, *l. à Divo Pio, in princ. ff. de re jud. Thesaur. d. dec. 11. nu. 6.* sed quòd reductio ad arbitrium boni viri debeat peti coram Judice superiori Arbitrorum, tenet *Affl. dec. 51. Cancer. var. resol. lib. 1. c. 21. n. 26. & Miranta d. par. 6. d. act. 2. n. 393.* ubi dicit ipse *Miranta*, quòd si causa sit cõpromissa in laicum, & clericum à laicis litigantibus, in hoc casu reductio ad arbitrium boni viri fit ad superiorem Ecclesiasticum, & idẽ tenent idem *Miranta p. 4. dist. 11. n. 18. Di ana par. 4. tract. 1. res. 54. & ff. de eff. Cler. ff. 4. 1. n. 497. Ludov. Rom. cons. 265. Merolla in theolog. moral. lib. 3. disp. 7. cap. 5. nu. 89. Jo: de Arnono sing. 87. & Dom. Alex. Sperell. dec. 19. n. 26. p. 1.* sed quòd fiat ad ordinarium Judicem laicum loci, ubi tale laudum latum fuit, dato, quòd causa sit compromissa in laicum, & clericum tenent *Muscatel. pract. appel. par. 1. glos. 1. quæ est glos. sententia, n. 75. Anfald. de jurisd. par. 4. tit. 11. cap. 2. t. n. 23. & 81. usq; ad n. 106. & Blancus de compromiss. quæst. 10. n. 15. ver. adverte*, & vide *Ambrosinum de immun. Eccles. c. 20. n. 6. cum dub. seq.*

64 Quòd si Clericus, & laicus compromittant causam in laicum, & laudo lato, laicus sentiat se gravatum, in hoc casu debet recurrere ad arbitrium boni viri coram superiore laico ipsius laici, secus si recursus peteretur per Clericum, quia tunc debet adiri Judex Ecclesiasticus superior ipsius Clerici, *Graff. de effect. 1. nu. 931. & seq.* sed *Jac. Cancer. var. resol. lib. 1. c. 21. n. 24.* dicit, quòd reductio ad arbitrium boni viri à laudo lato debet peti apud Judicem illius, contra quem petitur, citat *Covarr. var. resol. lib. 2. c. 12. n. 1. & 2.*

65 Et scias, quòd si Judex laicus declarat se competentem in causa spirituali, debet à tali declaratione appellari ad Judicem Ecclesiasticum, & non ad Superiorem laicum, ita *Bald. in cons. 44. volum. 2. & Miranta d. par. 6. d. act. 2. n. 397.*

66 Scias etiam, quòd à sententis Curiæ nundinarum appellatur ad Regios Superiores, & non ad Judicem secundarum causarum Baronis, in cujus territorio fiunt nundinæ, *Minad. cons. 24. Borrell. cons. 86. & Capibl. d. prag. 8. part. 1. num. 187 & seq.* idem tenet ipsemet *Capibl. in prag. 5. n. 180.* intellige, quando nundinæ fuerunt concessæ à Rege, cujus concessio ad Regem tantum spectat, *l. 1. ff. de nundin. Thes. dec. 264. n. 2.* secus si Baro concedat privilegium nundinarum cum assensu Regio, quia tunc à sententiis nundinarum appellatur ad Judicem appellationis Baronis, & non ad Regia Tribunalia, *Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 39. & Novar. de grav. minibus vassallorum, to. 2. gravam. 58.*

67 Scias etiam, quòd à gravaminibus catapanorum non appellatur ad Officiales Baronis, sed appellatur ad Regia Tribunalia, ut ita decisum testatur *de Franch. decis. 511.* & docet *Capiblanc. dict. pragmat. 5. nu. 180. & in dict. pragmat. 8. par. 1. nu. 187 cum plurib. seq.*

68 Scias etiam, quòd si quis sit condemnatus à Rationalibus universitatis pro administratione universitatis, à sententia prædicta appellatur ad Regiam Cameram Summariæ, & non ad Officiales Baronales, *Rovit. prag. 46 de offic. S. C. Reg. Consil. Capibl. d. prag. 5. nu. 180. & in d. pragmat. 8 par. 1. nu. 187. cum seq.* & licèt per *d pragm. 46.* disponatur, quòd à sententia Rationalium debeat appellari ad Regiam Audientiam, tamen hodie appellatur ad Regiam Cameram Summariæ, *prag. 15. de offic. Procur. Cæsar.* ut dicunt *Rovit. d. prag. 46. & Muscatel in pract. appellat. par. 1. glos. tenebitur, nu. 24 & seq.*

69 Scias etiam, quòd si Officialis sit gravatus in sindicatu suæ administrationis, non appellatur ad Officiales Baronales, sed appellatur ad Regia Tribunalia, *prag. 1. ibi (coram Iudice per nos deputando) de sindic. Offic* & docent *Caravita ritu 295. n. 23. & seq. Capibl. ubi supra, Mastrill. dec. 186. n. 27. Minad. cons. 24. Caput de regimine Reipubl. cap. 7. §. 9. n. 57. de Leonard pract. offic. cap. 15 nu. 19. & Carrab. de sindic. par. 2. n. 118.* & à decretis interlocutoriis sindicatus Auditorum Provincialium appellatur ad easdem Regias Audientias, sed à decretis diffinitivis ejusdem sindicatus appellatur ad Magnam Curiam Vicariæ, *prag. 10 § 43. de off. jud.*

70 Scias etiam, quòd à sententiis Bajulorum appellatur ad Capitaneum Baronis, licèt Baro non habeat secundas causas, *Const. Reg. Officiorum periculosa, ubi Affl. nu. 10 Rovit. pragm. 1. num. 26. de offic. Bajul. Frecc. de subfeud. lib. 2. auct. 16. Novar. de gravam. vassall. to. 2. gravam. 89. de Franch. dec. 511. nu. 1. & Capibl. d. prag. 8. part. 1. n. 179.* ubi dicit, quòd si Baro habeat secundas causas, à sententia Bajuli appellatur ad Capitaneum, & deinde appellatur ad Judicem secundarũ causarum ipsius Baronis, id in tenet *de Franch. dec. 511. nu. 1.* sed Neapoli à sententiis Bajulorum appellatur ad Magistros Rationales

nales Regiæ Siclæ, & ab ipsis ad Regiam Cameram, *Affl. in Constit. Reg. Magna Curiæ nostræ*, post *nu.6. & de Leonard. prilt. official. cap 3. nu.68. in fin.* sed à causis Portulani appellatur ad Portulanum Provincialem, vel ad Regiam Cameram Summariæ, & non ad Judicem secundarum causarum Baronis, *de Marinis quotidian. resolut. to.2.c.39.*

71 Scias etiam, quòd à sententia Curiæ artis serici appellatur ad Magnam Curiam, & non ad Regiam Cameram, *prag.14. de offic. Procur. Cæs.*

72 Scias etiam, quòd à sententia Magni Admirati non appellatur ad Magnam Curiam, sed appellatur ad Sacrum Consilium, *Reg. de Ponte decis.13. nu.1. Carleval. de Judic. disput.2. qu.6. sect.8. nu.688. to.1.* sed quod appelletur ad Magnam Curiam, dicit *Mastrill. de magistr. lib.5. cap.13 nu.22.* sed opinio *Mastrill.* potest procedere in Regno Siciliæ, nam in Regno nostro Neapolitano observatur prima opinio, & sic quod appelletur ad Sacrum Consilium, *Gizzarell. decis.73. in princ. & de Ponte de potestat. Proreg. tit.10. §.1. rubr. de armis, nu.9. & Regens Sanfelic. dec.416. nu.25. to.3.*

73 Scias etiam, quòd à sententiâ Officialium Prælatorum tenentium feuda à Rege appellatur ad Regios Superiores, & non ad Superiorem Ecclesiasticum ipsius Prælati, *ut in ritu 52. & 62. Covar. pract. quæst. cap 4. nu.2. Ansald. de jurisdict. par.3. tit. unico, cap.8. nu.229. Capibl prag.1. nu 41. de Baronib. Ancharanu. in cap. verum, n.8. de foro competent, Frecc. de subfeud. lib.2. rubr. de differentiis inter feuda regalia, different.53 & Graffius de effect. Cleric. effect.1. nu.510.* secùs si ipse Prælatus non haberet terram in feudum, sed in burgensaticum à Rege, quia tunc appellatur ad Superiores Ecclesiasticos, *Caravita dict. ritu 52. in fin. Anna singul.71. & Capyc. decis. 137. nu.12. & seq.* sed quòd appelletur ad Superiores laicos, etiam quòd Ecclesia teneat castrum in burgensaticum, dicit *Reg Tap super dict. rit.52. lib.2. Juris regni. Amend. ad Præs. de Franch. decis. 131. nu.1.* & constat ex *Capibl. d. prag.1. nu.41. cum plurib. seq.* & ita decisum testatur *Reg de Ponte decis.2.* nam Princeps concedens alicui jurisdictionem, non censetur à se abdicare superioritatem, scilicet appellationum, ut supra diximus *num 12.* immò etiam si castrum concedatur per Regem in allodium adhuc jurisdictio suprema remanet penes ipsum Regem, & investitus reputatur verus feudatarius, *Mastrill. de magistr. lib.3. c.8. num.24. Reg. de Ponte dec.2. Frecc. dict. differ.53. & Capibl. dict. prag.1. nu.44.* sed si Baronia concessa à Rege Ecclesiæ sit incorporata in patrimonium Ecclesiæ & Ecclesia ipsa non recognoscat superiorem tunc appellatur ad Forum Ecclesiasticum, *c. Romana, §. debet, de appell. in 6.* est exemplum in Marchia Anchonitana, Ducatu, Patrimonio Beati Petri, & Campania, in quibus Provinciis Ecclesia non recognoscit superiorem Dominum temporalem, & ab istis appellatur ad Judicem Ecclesiasticum, *Anchar. in cap. verum, nu 9. de foro comp. & Bart. in l.1. §. si quis ff. de appell.* Quòd si Judex Ecclesiasticus sit feudatarius Principis secularis, & exerceat aliquam jurisdictionem, si in causa sit negligens, potest ejus negligentia suppleri per Judicem laicum, *Graff. de effect. Cleric. effect.1. nu.395.*

74 Quod si Judex laicus committat aliquam causam Episcopo, à sententia Episcopi appellatur ad Superiorē laicum, & non appellatur ad Summum Pontificem, *Bald. in l si qui litig. mtium, circa fin. C. de Episcop. Audient. & Maranta d. par.6. dict. act.2. nu. 391. Graff. dict. eff.1. nu.509. & seq. & Ansald. de jurisd. par.2. tit.11. cap.30. nu.48. cum plurib. seq.* & sic versa vice, si laicus sit delegatus in causa Clerici ab Episcopo, ab ejus sententia appellatur ad Superiorem Ecclesiasticum, & non ad Superiorem laicum, *Graff. d. effect.1. nu.518. & Ansald. d. tit.11. c.31. nu.20.*

75 Scias etiam, quòd à sententia Episcopi punientis Monachum Regularem delinquentem extra claustra, ex quo suus Superior eum non punivit infra terminum præfixum, appellatur ad Sanctam Sedem Apostolicam, & non ad Metropolum: nam in hoc Episcopus dicitur delegatus à Summo Pontifice, *Concilio Tridentino session.25. de regularib. cap.14.* sed à delegato appellatur ad delegantem, ut supra diximus *nu.40* ergo, &c. & ita in puris terminis docet *Canonicus Novarius summa Bullarum, tit. de regularibus delinquentibus, nu.23. to.1.* nam semper quando Episcopus procedit tanquam delegatus à Sede Apostolica, ab ejus sententia appellatur ad Sedem Apostolicam, & non ad Metropolum, *Novar. consil.28. nu.6. de statu Monachorum Guzz. ad defensam reorum, def 36. cap.17. nu.2. Marcel. de Vulpe in praxi, cap.21. nu.39. & Merolla in theolog. moral. lib 3. disp.7. cap.5. à nu.390. usq; ad nu.411.*

76 Sic etiam à sententiis conservatorum Monachorum Regularium non appellatur, nisi ad Summum Pontificem, & sic ad Sedem Apostolicam, *Marcellus de Vulpe in praxi Iudiciali Fori Eccles. c. 12. nu.17. Anchar. consil.72. & Novar. summa Bullarum, tit. de conserv. nu.26. tom.1. super Bul Greg. XV.*

77 Sic etiam si Monachus Regularis sit inquisitor Sancti Officii, quoad ea, quæ concernunt officium Inquisitionis non appellatur ad Provincialem ordinis ipsius inquitoris, sed appellatur ad Summum Pontificem, *Eymericus in directorio Inquisitorum, par 3. qu.12. nu.3.*

78 Et quando Regia Audientia procedit in causa criminali ad modum belli, non tenetur observare provisiones Magnæ Curiæ relaxatas cum memoriali Proregi porrecto, & eidem Magnæ Curiæ remisso, ut de justitia provideat, sed tantùm tenetur observare provisiones Regii Collateralis Consilii, *Donza de pugna DD. tom.1. tit. de potestate ad modum belli cap.2. & Novar. in decis.49. & in coll. super prag.11. §.48. n.190. de offic. Judicum in nova impressione*, & ità est dispositum per quandam *prag.* quam posuit *Jo: Gran. in principio sui tract. de bello exulum*, & ipse docet in *prædicta*

79 *ment. pati. quæst.3. speciali 46. & 47.* per verba *d. prag.* Sed si Magna Curia procedit in causa criminali ex processu informativo, à Magna Curia appellatur ad Sacrum Consilium, *de Franch. decis. 143.* sed quando Magna Curia Vicariæ procedit in aliqua causa uti delegata, à decreto ipsius non appellatur ad Sacrum Regium Consilium, sed reclamatur ad Regium Collaterale Consilium, & hoc etiam si tractetur de aliquo incidenti civili, puta si petatur remissio causæ à Barone ad suam Curiam, vel si petatur ab Episcopo repositio carce-

ce-

cerati ad Ecclesiam, & sit denegata, nàm ab isto incidenti reclamatur ad Regium Collaterale Consilium, licèt hoc diversimodè fuit judicatum, ut testatur *Dominus Reg. Hector Capyc. Latro decis.* 187. *part.* 2. Et quando à sententia Magnæ Curiæ delegatæ reclamatur ad Regium Collaterale Consilium, solet dictum Regium Collaterale Consilium committere causam reclamationis eidem Magnæ Curiæ, sed aliquando, considerata qualitate negotii, committitur eidem Magnæ Curiæ delegatæ cum interventu Regii Collateralis Consilii, *Reg. Sanfelic. decis.* 381. *n.* 8. *par.* 3. Princeps potest de plenitudine potestatis committere causam appellationis eidem Judici à quo, ut dixi supra *cap.* 9. *nu.* 112. sed ipsi Judices Magnæ Curiæ delegatæ difficiliter sententiam mutant, quando eis remittitur causa loco reclamationis, *D. Reg. Capyc. Latro dec.* 187. *n.* 36. *par.* 2.

80 Et scias, quod à sententia Dohanarii Regiæ Dohanæ appellatur ad Regiam Cameram, *Tasson. super prag. de antephato obser.* 3. *nu.* 322. & *Novar. in prax. elect. fori, to.* 2. *sect.* 1. *qu.* 14. *nu.* 7. ubi *num.* 8. dicit, quòd Dohanerius cognoscit contrà fraudantes in materia salis sed civiliter tantùm.

81 Sic etiam à Dohana Menepecodum Apuleæ appellatur ad Regiam Cameram, *prag.* 61. *§.* 4. *de offic. Procurat. Cæsaris*, sed à Dohanella Aprutii appellatur ad Dohanam Menepecodum Apuleæ, *Novar. pract. elect. fori, t.* 2. *in append. ad d. q.* 14. *quod facit in fin. d. secundi tomi, nu.* 11.

82 Scias etiam, quòd à sententia Præfecti Prætorio supplicatur ad idem Prætorium, *Auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offer.* & hoc hodiè practicatur in Regno nostro in Regia Camera Summariæ, à cujus sententia supplicatur ad eandem Regiam Cameram, & non ad aliud Tribunal *prag.* 38 *quæ hodiè est* 37 *§.* 4. 9. & 10. *de off. Procurat. Cæsaris*, practicatur hoc etiam in Regno nostro in Sacro Regio Consilio, à cujus sententia supplicatur ad idem Sacrum Regium Consilium, *prag* 41. *§.* 2. *de offic. Sacri Reg. Consi.* & docet *de Franch. dec.* 646. nam sententiæ Sacri Consilii proferuntur nomine Regio, *prag.* 6. *de offic. Sacri Reg. Consi.* & Sacrum Regium Consilium repræsentat Præfectum Prætorium, *Muscatell. pract. appellat.*

83 *par.* 1. *glos.* 1. *nu.* 107. *cum duob. seq.* Et quando à sententia Sacri Regii Consilii reclamatur ad idē Sacrum Consilium, causa reclamationis committitur eidem aulæ Sacri Consilii, in qua causa primo loco fuit decisa, sed diverso Consiliario, *Affl. dec.* 231. *de Franch. decis.* 335. & *Muscatell. d. pract. appellat. par.* 3 *glos. instantia*, post *nu.* 22. & quando in decisione alicujus causæ facta per Consiliarios unius aulæ intervenerunt adjuncti alterius aulæ dati in tota causa ad supplendum numerum ordinarium, vel ex alia quacunque causa iidem adjuncti debent intervenire in causa reclamationis, secus si ipsi adjuncti fuerunt dati ad dirimendam paritatem votorum, quia tunc ipsi non possunt amplius intervenire, *Rovit. dec.* 52. sed in Regio Collaterali Consilio si fit reclamatio à sententia lata per ipsum Regium Collaterale Consilium, & tunc causa reclamationis non committitur alteri, sed ipsa sententia revidetur ad relationem, ejusdem Judicis, ut decisum, refert *D. Reg. Sanfel.*

84 *dec.* 4. *nu.* 16. & *seq.* Sed à sententiis Judicum inferiorum, non appellatur ad eundem Judicem, qui protulit sententiam, sed appellatur ad Judicem superiorem, *l. eos in Principio, C. de appellat.*

85 Hinc est, quòd si quis fuit Judex in prima instantia, non potest esse Judex in secunda instantia nam in secunda instantia redditur suspectus, cum non præsumatur mutare opinionem ab eo, quod jam dixit, ut dixi supra *cap.* 9. *n.* 108.

86 Scias etiam, quòd non datur appellatio à Prorege huius Regni ad Regem, nàm Prorex non habet secundum locum à Rege, sed habet eundem cum Rege, & idem Tribunal reputatur, & ideo non datur appellatio à Prorege ad Regem, *Franc. Marth. decis.* 371. & 421. & *Capibl. de Baronib. to.* 2. *cap.* 2 *nu.* 11. sed alii dicunt, quòd à sententia Viceregis appellatur ad Regem, ità *Capyc. in cap. Imperialem in quinto not. fol. mihi* 32. & *Anton. de Ballis tract. var. lib.* 2. *qu.* 26. *nu.* 10. & ideò bene dixi *Maranta d. par.* 6. *d. act.* 2. *nu.* 383. quòd à sententia Vicarii Principis appellatur ad Principem, ex quo non reperitur alius Superior.

87 Et scias, quòd non potest mandari, ut fiat relatio à Judice inferiori ad Regium Collaterale Consilium, & quòd interim ipsa Judex inferior non procedat, nisi in causis arduis, quæ relatio deinde debet fieri infrà octo dies, quibus elapsis, ipse Judex inferior potest procedere ad ulteriora, *prag.* 1. *de relat. causarum*, sed hodie dicta relatio debet fieri infra quindecim dies, *prag.* 2. *§.* 4. *de relat. causarum*, & de jure communi pendente relatione facienda, est supersedendum in causa principali, *l. fin. C. de relationib. Duæ i de pugna DD. tit. de armatione per campaneam, cap.* 11. *to.* 2. sed Regium Collaterale Consilium non potest ordinare Sacro Regio Consilio, ut relationem faciat de causa vertente in ipso Sacro Regio Consilio, ubi Fiscus non habet interesse, ità *Carleval. de Judiciis in Add. ad to.* 1. *§.* 6. *fol. mihi* 12. & *Reg. Sanfel. in praxi Judic. sect.* 3. *nu.* 3.

Et advertas, quòd si Præses S. R. C. dicat, ut fiat verbum in S. R. C. de decreto domi lato per causæ Commissarium, si pars contraria supplicat eundem Præsidem pro revocatione dicti decreti, altera pars debet notificari, & deindè à decreto faciendo per ipsum Præsidem, si debeat revocari si vel ne illud primum decretum, appellatur ad Regium Collaterale Consilium, *prag.* 79. *§.* 15. *de offic. Sacr. Reg. Consi.*

88 Scias quoque quod reus, pendente causa appellationis trasmittitur ad carceres Judicis appellationis, & non debet stare in carceribus Judicis à quo, *de Nigris in cap. Reg. gravamina, nu.* 94. *Surd. de alimentis tit.* 1. *quæst.* 74. *nu.* 1. *Grammat. dec.* 14. *nu.* 8. & *Bajard. ad Clarum, §. fin qu.* 94. *nu.* 50. Sed contrarium, & sic quod debeat stare in carceribus Judicis à quo, & ab ipsis non debeat amoveri, appellatione pendente, tenent *Riccius decis.* 373. *par.* 4. & *Novar. de gravamin. vassal. to.* 3. *gravam.* 4. Sed prima opinio est vera, *Capibl. prag.* 3. *nu.* 181. ubi dicit ipse *Capibl.* quòd non expeditur causa appellationis, nisi reo transmisso ad Judicem ad quē, nam valde interest Judici appellationis, personas condemnatas videre, & earum confessiones audire, quod intelligit ibi *Capibl.* hoc procedere, si ap-

pel-

pellatio fiat à diffinitivo, secus si ab incidenti, qu a tunc carceratus non est extrahendus per Superiores à carceribus Judicis à quo, ubi inquisitus reperitur carceratus, idem tenet *Guazzin ad defensam reorum, def.36.cap.24 nu.2.* & ità potest procedere opinio *Riccii*, si velis eam salvare; sed per *prag.43.* quæ olim erat in *nu.46.de offic. Magistri Justit.* est dispositum, ut appellatione pendente tàm à sententiis diffinitivis, quam interlocutoriis criminalibus Regiarum Audientiarum, carcerati non amoveantur à carceribus Regiæ Audientiæ & expediantur causæ appellationum in Magna Curia, si expediri possunt absq; persona condemnari, & non tractetur de asportatione carcerati ad carceres Magnæ Curiæ in dicta Regia Audientia nisi in plena banca, & audito fisco, & *Rovit, in d. prag.* dicit, idem esse de Jure communi, citat *tex. in l.eos, §.super his, & in l.minimè*, ubi *Bal.nu.2.C.de appellationibus*, & dixi supra *cap.2.nu.9.& 10.*

89 Et advertas, quòd appellans in causa criminali à diffinitiva sententia, si eo tempore reperiatur carceratus, debet pendente appellatione remanere carceratus, donec Iudex ad quem aliud jusserit, *Bal.in l.2.C.de Episcop.audientia, Hipp.de Mars.de bannit.ver.carcerati.nu.50.Marcel.de Vulp.in pract. Judiciali fori Eccles.cap.21.nu.26.& Gennens.pract. Archiep.Neap.cap.33.nu.7.*

90 Ubi dicit, quòd quando Iudex à quo cognoscit, inquisitum esse innocentem, antè sententiam ipsum habilitare debet, ut pendente appellatione calumniosa, inquisitus reperiatur extrà carceres, sed hoc est de iure communi, secus in Regno nostro, ut dixi in *praxi torquendi reos, cap.5.nu.32.* verùm in Magna Curia observatur, quod quando quis est liberatus, antè intimationem sententiæ solet habilitari per Palatium, adhoc, ut si deindè pars contraria velit appellare, ipse liberatus reperiatur extra carceres.

91 Et scias, quòd Iudex appellationis est Iudex competens in puniendo testes, qui deposuerunt falsum coram Iudice à quo. *Graff de effect.Cler.eff. 1.nu.1163.* & licèt in secunda instantia non detur repulsa testium examinatorum in prima instantia, *Isern.in Const. Reg.Juris peritorum. Affl.decis. 266.Anna sing.442.& Thes.dec.259.* tamen secus est si quis intendat repulsare testes examinatos in prima instantia tanquam falsarios, quia tunc eos repulsare potest in secunda instantia, *Affl.dec. 266.& Mastrill.decis.97.*

92 Scias etiam, quòd introducta causa ad Regia Tribunalia per viam appellationis à Curia Baronali, Baro ipse non habet jus insistendi contra inquisitum, *Rovitus rub.de sent.forjud.nu.25.* sequitur *Capiblanc.prag.8.par.1.nu.240. & idem Capiblanc.in 2.tom.cap.38.in princ.* & vide *Caravit.ritu 360 à nu.13.usq; ad fin.& Julium Clarum § fin.qu. 94.versic.quæro nunc*, & ideò introducta causa excommunicationis per viam appellationis coram Iudice ad quem, Iudex à quo non potest constituere Fiscum coram Iudice ad quem, sed Fiscus Iudicis ad quem auditur, *Riccius decis.33. par.3.* sed ante transmissionem actorum, Episcopus, qui cognovit in prima instantia, debet moneri, ut si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit Iudici appellationis significare, ut in *Concilio Tridentino sess 24.de ref.cap.20.ver.præterea.*

93 Et a decreto lato per Magnam Curiam Vicariæ in favorem vassalli diminuendo pœnam, vel eum absolvendo à sententia lata per Curiam Baronis, appellatio ipsi Baroni non competit, ut decisum refert *Dom.Regens Sanfelic.decis.63.n.38. & decis.317.* nisi appellatio sit interposita a decreto absolutorio pœnæ pecuniariæ spectantis ad Baronem, quia tunc Baro potest appellare, idem *Regens Sanfelicius dicta decis.63.n.39.& dicta decis.317.n.2.*

94 Et cognitio, si appellatio admitti debeat, si vel non, spectat ad Judicem ad quem, & non ad Judicem à quo, *cap.non solum, & cap.cum Romana de appell.in 6.* & est *text.de jure Regni in prag. 44 §.2.de offic.Sac.Reg.Consil.* Quòd si Judex à quo interlocutus sit, appellationem non esse recipiendam, talis interlocutio est nulla, tanquam facta à Judice incompetenti, *Capycius decis.34.n.11 & Mastrill.decis.176.n.1.& seq.* & in dubio appellatio est admittenda, *Afflict. in Constitut.Reg.Appellationum tempora n.39.& Anna singul.677.*

95 Et advertas, quòd in tantùm Judex secundarum causarum habet jurisdictionem in quantum subditi gravantur, & appellationes interponunt, & tunc Judex secundarum causarum absorbet jurisdictionem Judicis inferioris, *Borrellus sum. decis.tit.41.n.288.* aliàs dicitur incompetens, si velit se intromittere in primis causis, *Covar. pract. quæst.cap.9.n.2.& Capiblanc.prag.3.n.174.* & ideò Baro non potest constituere Judicem secundarum causarum, cum facultate avocandi causas ab ordinariis Officialibus primæ instantiæ, *Staiban. cons.74.n.9 Capiblanc.dicta prag.3.n.174.& in 2.tom.cap.16.n.7.& Novarius de gravam.Vassal. tom.1.gravam.296.*

96 Hinc est, quòd subditi in prima instantia non tenentur obedire, nisi Judici primarum causarum, *prag.2.ubi de delicto*, nisi sint citati coram Judice superiore ad instantiam personæ privilegiatæ, quæ habet electionem fori, quia tunc tenentur comparere coram Judice supremo, *prag.8.de cit. prag.3.§.3.de offic.Sac.Reg.Consil.* sed an detur electio fori ad Judicem secundarum causarum Baronis? diximus supra *cap.16.n.76.*

97 Et Judex appellationis non solum cognoscit de causis ad ipsum devolutis per remedium appellationis, sed etiam de causis pendentibus coram Judice primæ instantiæ, nulla interposita appellatione, quando de consensu partium prorogatur ejus jurisdictio, *Panorm.Abb.in c.ut debitus n. 35.& in cap.ut dilectus, nu.75. extra de appellat.& Rovit.cons.88.n.5.& cons.89.n.1.& in prag.2.n.28. 29.& 30 de jurisd.invicem non turband.* sed nonnulli dicunt, quòd quando est appellatum ab aliquo incidenti ad Judicem appellationis, pendente discussione articuli appellationis, non potest ipse Judex appellationis ex consensu partium cognoscere de negotio principali, ita *Ricc.in coll.2449.& Merolla in theolog.moral.lib.3.disput.7.cap.1.dub. 14.n.297.* tamen contrarium tenent *Surd.dec.175. n.10.de Tondut.in tract.de præventione, cap.12.n.9.& Anton.de Ballis tract.var.lib.2.quæst.27.à nu.7. cum duob.seq.* immò Judex, ad quem est appellatum à decreto interloquutorio, potest de consensu appel-

pellati cognoscere de causa principali, omisso interloquutorio, *Scaccia de appellat.quest.17. limit.47.n.3.& 9.& Regens Rovit.in rubr. pragm.de appell.* post num. 10.

98 Et introducta causa ad Judicem ad quem per remedium appellationis, ipse Judex ad quem potest cognoscere super novis prætensionibus in prima instantia non deductis, dependentibus tamen ex eodem fonte, *Farin.dec.16.& Ricc.collect.989.*sed vide infra *num.*105.

99 Et Archiepiscopus non habet jurisdictionem in personas, neque in res existentes in Diœcesi Episcopi sui suffraganei, præter in causis appellationum, *cap.Pastoralis,de offic. Ordin. Abb. in cap.sanè, num.6. de foro comp.*

100 Sed Archiepiscopus non potest tenere Officialem in Diœcesi Episcopi sui suffraganei,ut cognoscat de causis appellationum, antequam occurrant, *Capyc.decis.27.n.34. Genuens.in pract. Archiep.Neap.c.86.n.8.circa fin. Riccius collect.989. & Merolla d.disput.7. cap.5.n.586.* & est text.in c.1.de offic. Ordin.in 6.facit *prag.6.§ 25.vers.& ut moderetur, de offic. Justit.* ubi habetur , quòd Regia Audientia non potest deputare Commissarios generales per Provinciam: sed si Baro det suam Terram alicui in subfeudum, & retineat sibi causas appellationum , potest in Castro alteri iufeudato deputare Judicem, qui cognoscat de causis appellationum, *Freccia de subf.ud. lib.2. auctorit.28.*

101 Sed quando appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum Metropolitanum,ipse Archiepiscopus expedire potest causam appellationis, vel in sua Diœcesi,vel in Diœcesi Episcopi suffraganei,à quo appellatum est,& non alibi, *c.ut lit.gantes, 5. de offic. Judic. ordinar. in 6.* & docet *Merolla dicto cap.5. num.587.*

Et licèt *Concilium Tridentinum sess. 24.c. 10. de reform*,mandat,ut non possit appellari,nisi à diffinitivo , vel habentis vim diffinitivi, tamen potest appellari ab indebita carceratione facta Clerico ab Episcopo, ut ita fuisse declaratum per Sacram Congregationem, testantur *Marcellus de Vulpe in praxi judic.Fori Eccles.c.21.n.11. & seq. Riccius in prax. p.1.resol.404.post n 4.v.r.primus est*,ubi dicit, quòd reus interim debet manere in carceribus , donec Judex appellationis, causa cognita , aliud jusserit .

102 Et Judex Baronalis secundarum causarum debet creari infra Provinciam , & non extra, *pragm.2.ubi Rovit.n.11.ubi de delicto, Campag.cap. Reg.Gravamina, n.102.& Capibl.dict. pragm.3.n.183.*& hoc est, ut si gravatus deinde velit appellare ad Regiam Audientiam à sententia Judicis secundarum causarum,possit adire Præsidem Provinciæ Judicis secundarum causarum.Quòd si ipse Judex secundarum causarum resideret extra Provinciam,Præses Provinciæ litigantium non posset inhibere Iudicem secundarum causarum, dùm ipse esset extra Provinciam suam.*l fin ff.de jurisdict.omnium judic.*& neq;Præses illius Provinciæ,ubi resideret Iudex secundarum causarum , posset illum inhibere : nam Præses alterius Provinciæ non potest se intromittere in alterius jurisdictione,*Abb. in c.novit, de offic. deleg.* Quòd si diceretur, posse implorari brachium Præsidis Provinciæ, ubi residet Judex secundarum causarum in literis inhibitorialibus factis per Præsidem litigantium: tamen respondemus,hoc esse cum magno dispendio litigantium, quod ad evitandum Iudex secundarum causarum debet creari infra Provinciam, ut considerat *dict. pragm.2. ubi de delicto*, immò non solùm ipse Iudex secundarum causarum debet creari intra Provinciam, sed etiam ut non excedat dietam à loco Iudicis primarum causarum, *Capiblanc.dict.pragm.3.n.184.*immò quando Baro habet commoditatem suarum terrarum, vel in convicinio, tenetur constituere Iudicem secundarum causarum infra octo milliaria, *Anna sing 560. & Capibl.d.prag.3. n.184.* sed ipse Iudex secundarum causarum potest residere in loco primarium causarum, *Anna dict.singul.560.& Capibl.d. prag. 3.n.234.cum pluribseqq.& idem Capibl.in sing.13.* quod si ipse Iudex secundarum causarum residet in aliena jurisdictione,non potest jus dicere absq; licentia Baronis illius loci,ubi residet,*Capibl.dict. prag.3.n.236.cum pluribseqq.*

103 Et Baro in sua terra debet creare unum Iudicem appellationis, qui stet sindicatui, & non modo committere causam appellationis uni, & modo alteri,ut ita decisum testatur *Freccia de subf.lib, 2.auctor.13.n.7.in fin.*

104 Et Iudex appellationis non est Judex competens ad cogendum litigatores coram ipso litigantes ad solvendum salarium Advocatis, & Procuratoribus , sed in hoc est Iudex competens Officialis primarum causarum, *cap.1. §. nec etiam. de foro compet.in 6.*& docet *Rovitus pragm.1.n.20.de jurisd.invic.nō turband.latè D.Carleval.de judiciis,to. 1.disput.2.quæst.4.n.175.cum pluribseqq.* sed quòd Advocati,& Procuratores possunt convenire suos clientes coram Iudice , ubi agitata est lis , licèt clientes sint alterius fori,pro expensis erogatis in lite , & pro eorum salario , dicit fuisse decisum *Giurba dec.38.* & docent *Diaz de pugna DD. tom. 2.tit.de elect.fori cap.11. Jac:Cancerius variar.resol. lib.2 cap.15.n.68.& seq.& Caracciol.de for.privileg. remiss.quæst 36.* sed prima opinio procedit, quando lis agitata est coram Iudice secundarum causarum, & secunda opinio procedit, quando lis agitata est coram Iudice primarum causarum,& Actor, qui litigavit,erat alterius fori, quia tunc ibi conveniri potest ab ejus Advocato pro expensis, & patrocinio,& in hoc casu ipse Iudex primarum causarum est Iudex competens ratione quasi contractus,*Leon.dec.Rotæ Valent.177.p.2.& Novar.in praxi elect.fori, tom.1.sect.4. qu.38.n.2.& 3.* sed in primo casu Iudex appellationis est incompetens, cùm ipse non cognoscat de primis causis, sed tantùm de causis appellationum, & ideò ipse Iudex secundarum causarum est incompetens ad cogendum litigantes coram ipso ad solvendum salarium Advocatis, & procuratoribus .

105 Immò Iudex appellationis non cognoscit, nisi de eo, de quo cognovit Iudex à quo,*Bart.in l.1.C. si adversus libertatem*, & notatur in *l.eos,C.de appel. Muscatel.pract.appellat.par.3 glos.partis,n.37.Affl. dec.53.nu.2.& Maranta dict.par.6.dicto act.2. post n.63.* ubi *n.seq.* limitat, si quis egit ex testamento in prima instantia ut hæres,& testamentum fit pronunciatum invalidum, nam potest in secunda in-

instantia agere ad idem, ut hæres ab intestato, *Affl.dec.53.*& vide quod dixi supra *n.* 98.

106 Hinc est, quòd reconventio non potest fieri in causa appellationis, *l.1.& 2 ff.quis,& à quo, Mastril.dec.136.Anna sing.430. Caravit.ritu 67.n.10. & Maranta p.4.dist 6.n.24.& seq.*qui tamen distinguit, licèt in causa appellationis possit opponi compensatio, *Grassus de effect.Cler.effect.* 1.*n.*778.

Et Clericus, si ut actor litigat coram Iudice laico, non potest ibi conveniri pro salario ab Advocatis, *Donat.Anton.de Marinis quotid.resf.to.2.c.*52.

107 Sed Iudex appellationis potest condemnare victum in expensis factis in prima instantia, *Affl. in Constitut.Reg.Divorum Principum, nu.*6.immò si simpliciter Iudex appellationis in expensis victū condemnet, intelligitur tàm de expensis in prima, quam in secunda instantia factis, *Caravit, ritu* 297.*nu.*16.nam Iudex appellationis potest condemnare victum appellantem in expensis factis in causa appellationis, *Affl. dec.*42. Quòd si ipse Iudex appellationis nihil de expensis dicat in sua sententia, in hoc casu videtur liberare victum ab illis expensis, *Affl.d.decis.42. num.*2. Sed si Iudex appellationis condemnat appellantem in expensis coram ipso factis, non videtur àbsolvere illum ab expensis in prima instantia factis, si Iudex à quo etiam condemnavit ipsum in expensis, *Rovit.in prag.1.nu.25.de expensis,* & Iudex appellationis debet in expensis condemnare eum, qui obtinuit primam sententiam pro se, etiam cum victoria expensarum, si in causa appellationis ex eisdem actis succumbat, *Thom. Trivis.decis.62.nu.* 10.*lib.*1.& an si Iudex appellationis dicat victum victori in expensis condemnando, videatur succumbentem condemnare ad expensas aliarum instantiarum, vide *Guazzinum ad defensam reorum,defens.36.cap.26.* qui plures distinguit casus,& ideo ad eum recurre.

108 Sic etiam stipulationes pœnès acta possunt stipulari,& incusari in Curia secundarum causarum & pœna incusationis spectat ad ipsam Curiam secundarum causarum, latè *Rovit, prag.2. à num.2. cum plurib. seq. de Jurisd. invicem non turban. & Gaitus de credito,cap.3.tit.2.nu.63.*

109 Et Iudex appellationis est Iudex competens in concedendo restitutionem in integrum minori adversus appellationem omissam, si sint elapsi decem dies, qui dantur ad appellandum, ut desumitur ex *l.1. C.si sepius in integrum restit. postuletur, Bar.in l.Præses, in fine.C.de appellat. Rovit. prag.* 1. *nu.*23.*de appellat.*& vide *Abb. in cap. fin. nu.6.de in int.restit.*nam minor restituitur in integrum adversus lapsum tempus appellationis, *l.1.*ubi *Bar.C.si sepius in int.rest.postul.de Franch. dec.684. num.*4. Idem est si appellans sit persona privilegiata, & non præsentavit processum coram Iudice ad quem infra quinquaginta dies à die interpositæ appellationis, juxta formam *Const.Reg. appellationum tempora.*ubi *Affl.* nàm in hoc casu ipsa persona privilegiata restituitur in integrum, *Affl. decis.* 175.*de Franch. dec.* 473. & talis restitutio in integrum conceditur per Iudicem ad quem, & ipse in hoc est Iudex competens, *Muscatellus practica appellat.par.1.glosa prosequendum, num.*35.& docet etiam *Reg.Rovitus in prag.1.nu.23.de appellationibus.*

110 Sic etiam Iudex appellationis est Iudex competens in declarando appellationem interpositam à sententia Iudicis à quo esse desertam, si causa appellationis sit introducta coram ipso Iudice appellationis, & ipse Iudex appellationis sit aditus, ut in *ritu* 264. aliàs secus si dicta causa non sit introducta coram Iudice appellationis, & ipse non sit aditus, quia tunc Iudex à quo pronunciat, causam appellationis esse desertam, *Jo: de Arnono comment.75. Genuens. pract. Archiepisc. Neap.cap.69.n.22.Mastril.decis.222.Marant.d.par. 6.d.act.2.nu.*100.*Caravit.d.ritu* 264.*num* 3.*& Muscatell.pract.appellat,part.1.glos.prosequendum, nu.* 108.*cum seq.*

111 Et quando Iudex appellationis declarat, appellationem esse desertam, decretum illud non legitur *d.ritu* 264. sed expediuntur provisiones directæ Iudici à quo, quod stante, quòd causa appellationis sit deserta, suam exequatur sententiam, literis inhibitorialibus per eum expeditis non obstantibus, *Caravit.d.ritu* 264. *post nu.3. & Riccius coll.*2145.*ver.sed adverte*, sed est necessaria pronunciatio super desertionem appellationis, *Riccius decis.82.par.2.* & probatur in *d. ritu* 164. ubi *Caravit.nu.*2.

112 Et scias, quod hodiè uni ex Auditoribus Regiarum Audientiarum in qualibet Provincia delegatur Iurisdictio militaris, qui cognoscit in Prima instantia de causis spectantibus ad forum militarem, & ab eorum sententiis appellatur ad generalem Auditorem exercitus, *prag.16.§.10.de militib.*quæ *prag.*hodiè est in *nu.11.eodem tit. de militibus* in ultima impressione facta de anno 1633.

113 Sic etiam à sententiis latis à Iudicibus Regiorum castrorum appellatur ad ipsum Auditorem generalem exercitus, nisi Castellani habeant privilegium, ut ab eorum sententiis appelletur ad Proregem,*d.prag.16.§.12.de militib*

114 Et nemo potest esse Iudex appellationis, nisi habeat merum,& mixtum imperium, quia appellatio est mixti Imperii, *Bar.in l.1 §.solent. ff.quando appellād.*sic sequitur *Maran.d.p.6.d.act.2.n.396.*

115 Et advertas, quod appellans ad unum Iudicē superiorē potest deindè variare,& appellare ad aliū Superiorem dummodo hoc faciat infra decem dies qui dantur ad appellandū,& hoc facies prima appellatio censetur revocata, *l.si quis libellos*, ubi *Bar.& Salic.C.de appellat.Marant. d.act.2.nu.*146. & dummodo hoc faciat etiam re integra, & non expeditis literis inhibitorialibus à Iudice, ad quem primo loco appellavit, alias non potest variare, *Muscatell.in practica appellationis, glosa tenebitur,nu.34.& seq.*

116 Et quis potest appellare ad duos Judices, & sic ad Regiam Audientiam, vel ad Magnam Curiam, sed deindè infra dies decem tenetur declarare, quo velit prosequi appellationem, *Riccius dec.50.par.1.Anna sing.*30.ubi in fine dicit, quod facta electione coram uno, non potest variare.

117 Et scias, quòd si quis appellat ab incidenti, & Judex ad quem remittat causam, ex quo non adest gravamen, Judici à quo, & ipse Judex ad quem condemnet appellantem ad expensas factas in ipsa appellatione ob injustam appellationem, in hoc casu ipse Judex à quo est Judex competens

in

in exequendo dictam condemnationem expensarum, & non Judex ad quem, ità *Muscatel. pract. appellationis, par. 3. glos. reformando, nu. 30.*

118 Scias etiam, quòd si Judex committat exequutionem suæ sententiæ alicui, & ipse exequutor excedat modum in exequendo, in hoc casu ab illo excessu appellatur, & habetur recursus ad Judicem committentem exequutionem, *Bar. in l. à Divo Pio, § sententiam Romæ, ff. de re judicata, & de Franchis dec. 147. post nu. 5.* sed si ipse, cui fuit commissa exequutio non excedat modum suæ commissionis, sed exequatur prout ipsi fuit injunctum, & in hoc casu appellatur ad Superiorem Judicis committentis exequutionem, & non ad ipsum Judicem committentem, *Bart. in l. ab exequutione, nu. 3. ff. de appellat. Abb. in cap. quod ad consultationem, nu. 28. de sententia, & re judicata, & Cab. l. resol. crim. casu 117. nu. 2.*

119 Sed quid si ipse exequutor impetravit bracchium alterius Judicis, an ab excessu exequutionis appellatur ad Judicem committentem, vel ad Judicem qui imploravit ejus bracchium, uide *Muscatell. in d. pract. appellationis, par. 3. glos. servata, nu. 61.*

120 Sed si ipse Judex, qui tulit sententiam, vel it ipse exequi sententiam in alieno territorio, & implorat auxilium facti ab ordinario loci, ubi exequitur suam sententiam, & tunc ab ejus excessu appellatur ad ejus Superiorem, & non ad Superiorem Judicis præstantis auxilium facti, *Riccius in*

121 *praxi decis. 326. par. 1.* Secus si ordinarius loci præstavit auxilium juris, implorando ejus brachiū, quia tunc potest appellari ad utrumque Superiorem, scilicet Judicis implorantis brachium, & Judicis exequentis sententiam, *Riccius ubi supra*, si verò Judex, qui tulit sententiam non vult eam exequi, sed eam exequendam remittat ad Judicem loci rei sitæ, & tunc si ipse Judex rei sitæ, qui exequitur sententiam alterius Judicis excedat in exequendo, & tunc ab illo excessu appellatur ad Judicem superiorem Judicis exequentis sententiam, & non ad Superiorem proferentis sententiam, nam ipse Judex, qui exequitur sententiam, eam exequitur jure proprio, & non ut delegatus, *cap. postulasti, in fine, de foro compet. cap. Romana, § contrahentes de foro compet. in 6. l. cum unus, § si qui possidere, ff. de bonis aut borit. Judic. possid.* & ideò appellatur ad Superiorem Judicis exequentis sententiam, *Abb. in d. cap. quod ad consultationem, num. 29. & Bar. in d. §. sententiam Romæ, nu. 6. & ibi Jas. nu. 20. & alii DD. communiter.*

122 Et Judex appellationis, quæ statuta sequi debeat, vide *Guazzin. ad defensam reorum, def. 36. cap. 30.* & quòd Judex appellationis debeat servare modum, terminos, ritum, statuta, & Consuetudinem fori Judicis à quo, dicit *glos. in cap. illud 12. dist.* sequitur *Thor. comp. decis. to. 2. ver. nullitas, circa medium, fol. 383.* Et quòd Archiepiscopus Metropolitanus in ordinatoriis teneatur servare ritum Curiæ Metropolitanæ, in decisoriis verò Ritum Curiæ suffraganei, dicit *Genuens. pract. Archiepisc. Neap. cap. 69. nu. 11.*

123 Sed quæritur, an Regiæ Audientiæ Provinciales possint cognoscere super excessibus exequutoris Sacri Consilii, vel Magnæ Curiæ, qui exequitur aliquid de ordine Sacri Consilii, vel Magnæ Curiæ in ipsa Provincia, & dicas, quòd si sumus in exequutore mixto, puta si Sacrum Consilium, vel M. Curia commiserint exequutionē alicuius sententiæ alicui Iudici inferiori, itaut ille officialis inferior, cui commissa est dicta exequutio, habeat jurisdictionem, ac cognitionem, & tunc Regiæ Audientiæ de ejus excessu non possunt cognoscere, sed tantum Magna Curia, vel Sacrum Consilium, à quibus ipse officialis inferior habet Iurisdictionem cognoscendi, & procedendi, aut sumus in mero exequutore, puta in Commissario, seù Nuncio, vel Alguzerio, quibus tantum merum factum exequendi committitur absque alia cognitione, & Iurisdictione, & in hoc casu de eorum excessu Regiæ Audientiæ possunt cognoscere, *Muscatel. d. glos. servata, nu. 63. & seq.* & vide quod dixi supra *cap. 32. nu. 1. & 2.*

124 Secundò, quid si causa sit remissa Baroni per Magnam Curiam cum clausula, dummodò eligat Iudicem in Civitate, & Baro eligat Iudicem in Civitate, quæritur ab eius sententia ad quem appellatur? & dicas, quòd Baro si habet secundas causas, tenetur etiam eligere Iudicem secundarum causarum in Civitate, & non appellatur ad Iudicem ordinarium secundarum causarum ipsius Baronis, nam sicut in prima instantia tenetur Baro eligere Iudicē in Civitate vigore decreti remissionis causæ facti per Magnam Curiam, ità & in se-

125 cunda instantia, nam semper secunda instantia regulatur secundum primam instantiam, *l. 1. ff. an per alium causæ appellat.* nam si fit processum summarie in prima instantia, proceditur etiam, & summariè in causa appellationis *prag. 44. §. 3. ubi Rov. nu. 1. de offic. Sacr. Reg. Consil. de Franch. dec. 520.* undè si in Curia Baronali ordinariè fit processum in causa criminali, in qua in Regiis Audientiis procedi debet ad modum belli, si à Curia Baronali appellatur à tali causa ad Regiam Audientiam, ipsa Regia Audientia non potest procedere ad modum belli, sed ordinariè procedere debet, prout fuit processum in prima instantia, *Novar. dec. 9. & in collect. ad prag. 11. §. 48. nu. 182. de offic. Judicum*, ubi ipse *Novar.* dicit, quòd si Regia Audientia incepit ordinariè procedere in prima instantia, non potest deindè variare, & ad modum belli procedere; idem tenet *Petra ad Grammat. decis. 34. nu. 6.* & è contrario si per Magnam Curiam sit processum in prima instantia ad modum belli, si appellatur ad Sacrum Consilium, etiam in secunda instantia proceditur ad modum belli, *de Franch. decis. 520.*

126 Et ideò quando causa est remissa Baroni, cum clausula, dummodò eligat Iudicem in Civitate, si contingerit appellari à gravamine ipsius Iudicis Electi in Civitate, debet appellari ad Iudicem secundarum causarum eligendum per ipsum Baronem in Civitate, ut dicit decisum *Thorus compend. decis. to. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 103.*

SUMMARIUM.

1 *Potest dici de nullitate sententiæ transactæ in rem judicatam, amplia, ut nu. 3.*

2 *Judex an possit ex officio pronunciare super nullitatem sententiæ?*

 4 Nul-

4 *Nullitatis exceptio non dicitur sublata per statutum reiicientem omnes exceptiones, immò nullitas proveniens ex defectu iurisdictionis non dicitur sublata per statutum tollentem exceptionem nullitatis, ibid. & nu.5.*

6 *Sententia an possit iudicari nulla ex defectu nullitatis actorum, & an possit dici de nullitate actorum post sententiam, ibidem.*

7 *Sententia an dicatur nulla, si ex eisdem actis appareat iniqua? & nu.8.*

9 *Infra quantum tempus possit dici de nullitate sententiæ?*

10 *Tertius an possit dicere de nullitate sententiæ?*

11 *Iudex, qui tulit sententiam, potest cognoscere de eius nullitate, & eam revocare, amplia a n.12. usq; ad n. 21, limita a nu. 23. usq; ad nu 33.*

34 *Iurisdictio Iudicis delegati expirat, si eius sententia diffinitiva sit declarata nulla, & quid in Iudice ordinario, vel delegato ad universitatem causarum? nu.35.*

36 *Iudex an possit pronunciare ex eisdem actis, nullam declaratam eius sententiam?*

37 *Sententia, si quo ad ordinem iudicii sit nulliter prolata, si tamen quoad merita causæ sit iusta, an debeat confirmari?*

38 *Expensæ debent refici data nullitate processus.*

39 *Iudex tenetur restituere sportulas habitas pro sententia nulla.*

40 *Dicens de nullitate sententiæ Sacri Consilii, & Magnæ Curiæ, & succumbens, qua pœna puniatur? & nu.41.*

42 *Nullitates non recipiuntur in Sacro Consilio, Regia Camera, & in Magna Curia, nisi eodem tempore præsentetur depositum & sint subscriptæ ab Advocatis, & idem est in Regiis Audientiis, nu.43.*

44 *Pauper, & Actor non tenentur facere depositum quando dicunt de nullitate, & idem est in qualibet persona dicente de nullitate, exequuta sententia, nu.45.*

46 *Dicentes de nullitate, si se peniteant antè ipsarum discussionem, recuperant depositum.*

47 *Iudex laicus non tenetur suum brachium præstare pro exequenda sententia nulla Iudicis Ecclesiastici.*

48 *Iudex exequens sententiam alterius Iudicis potest de eius nullitate cognoscere, secus est in mero exequutore, ibidem.*

49 *Electio fori non datur in iudicio nullitatum, quæ proponuntur post sententiam.*

De Foro nullitatis sententiæ.

CAP. LIJ.

1 Lata sententia à Judice competenti, partes non solùm possunt appellare, ut diximus in *cap. præcedent.* sed etiam possunt dicere de nullitate sententiæ, *l.4.§.condemnatum*, *ubi DD.ff.de re iudic.* & hoc etiam si sententia fecisset transitum in rem iudicatam, nam adhuc potest dici de nullitate, *Grammat.cons.civil.43.nu.4.* nam sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam, *l.si expressim, ff de appelat. Marcell.de Vulpe in praxi, cap.24.n. 4.& Guazzin.ad defensam reor.def.35.cap.22.nu.4.*

2 Immò quando nullitas est notoria, Judex ex officio, parte non opponente, potest pronunciare super nullitate prædicta, *Mising. centur.1.obser.20. Muscatell.in praxi appellat.par.1.glos.nullitatis, nu. 11 & Rovitus prag.5.nu.28.de offic.Sac.Reg.Consil.* quod secus si nullitas non sit notoria, quia tunc Judex ex officio non potest pronunciare de injusta sententia, & ita puto procedere textum in *l.si Prætor iusserit, ff.de Iudic.* volendo salvare opinionem, *Misinger.& Roviti*, & dixi in *praxi forjud. cap.25. nu.58.*

3 Immò si disponat statutum, ut contra aliquam scripturam non possit dici de nullitate, statutum hoc intelligitur de nullitate requirente altiorem indaginem, secus si nullitas appareat ex eisdem actis, quia tunc non obstante tali statuto, potest dici de nullitate, *Grammat.d.cons.civil 43. nu.3.& cons.crim.71.nu.43.*

4 Et sublatis omnibus exceptionibus per statutum non intelligitur sublata exceptio nullitatis, *de Franch.dec.232.& 688.nu.3.* immò si statutum disponat, ut nulla possit opponi exceptio nullitatis, tamen statuto hoc non obstante, nullitas, quæ provenit ex defectu jurisdictionis, potest opponi, *Marcell.de Vulpe dict.cap.24 post. nu.17. Grammat. cons.crim.71.nu.48 de Leonard.pract. Offic.cap.14.n. 3.in fin. Carroc.de except except.22. qu.1.num 1. Beniutend.decis.3 nu.4. Graffis de effect. Cler.effect.1.n. 356. Nellus à Sancto Geminiano in tract. de Bannitis in 2.part. primi temporis, nu.2.in fin. & Aloys.de Leo in l.1.nu.5.C.si à non compet.Jud.* ubi nu.7. dicit ipse *Aloys.de Leo*, quòd nulla est major nullitas, quàm illa, quæ resultat ex defectu jurisdictionis, citat *glosam in clement.1.de re judic.* & idem tenent *Grammat.dict.cons.71.post nu. 47. & Menoch.cons.2. nu.152.*

5 Hinc est, quòd licèt contra decretum latum in causa suspitionis contra Judicem non possit dici de nullitate, *Pragm 15.§ fin.de suspic. Official.* tamen potest dici de nullitate provenienti ex defectu jurisdictionis, *Rovit.decis.81. & Novar.in collect. super prag.15.nu.48.de suspic. Official.in ult.impress.* unde si lex, vel statutum disponat, ut fiat exequutio sententiæ, non obstante exceptione nullitatis, tamen nullitas ex defectu jurisdictionis potest opponi, & impedit executionem, *Milauens.decis.Sicil. 5.nu.30.lib.2.& Carroc.dict.quæst.1.nu.3.*

6 Et sententia potest judicari nulla ex defectu nullitatis actorum, *Thor.compend.decis. tom.2. vers. sententia, fol.628.* sed per *prag 77 §.17. de offic.Sac. Reg. Consil.* quæ Pragmatica hodie est situata sub *tit.de dilat.nu.4.* est dispositum, ut post latam sententiam diffinitivam non possit amplius dici de nullitate actorum, sed tantum de ipsa sententia, sed *d.prag.77.§.17.* loquitur de actis factis antè sententiam, sed nullitet factis, nam lata sententia, non potest dici de nullitate dictorum actorum, secus si acta non sint facta, & ex hoc processus redderur nullus, puta si minori non sit datus curator, vel si processus sit fabricatus cum persona non habente mandatum, vel cum filiofamilias absque consensu patris, quia tunc etiam lata sententia potest dici de nullitate factorum actorum antè dictam sententiam, ut advertit *Rovit.d.prag. 77.nu.3.cum pluribus seq.* ubi post *nu.6.* dicit, *d.prag.* loqui, quando sententia fuit lata compatente reo ci-

citato, secus si eo non comparente, & in contumaciam sit lata sententia, quia tunc potest dici de nullitate actorum factorum antè dictam sententiam diffinitivam.

7 Et sententia, quæ ex eisdem actis apparet iniqua, non potest dici nulla, *l.cum prolatis, & l. Præses, ff. de re judicata, Affl.dec.28.39 & 47.* sed veritas est, quod evidens injustitia æquiperatur nullitati, *cap.inter cætera, de re jud. Anna sing.361.* undè sicut si sententia Præfecti Prætorii sit nulla, non sit executioni demandanda, ità si sit notoriè injusta, *de Franch.dec.86.nu.5. & Affl.dec.28.in fine,* prout etiam est in sententia assistentiæ, quæ si sit notoriæ injusta non mandatur exequutioni, *Rovit.prag.2.nu.11. de appellationib.* & faciunt dicta per eundem *Rovit.in prag.3.nu.15.de offic.Sac. Reg.Cons.& per Guazz.defen.35.cap.23.nu.1.*

8 Sed sententia tunc dicitur nulla in Regno ex capite notoriæ injustitiæ, quando est contra expressum casum legis, vel contra scripturam publicam authenticam præsentatam antè ipsam sententiam, *d.prag.77.§ 20.de offic.Sac Cons.quæ hodiè est 4. de dilationib.* undè in Regno videtur tuta opinio, *Affl.in d.dec.28.39.& 47.* asserentis, quòd licèt testes examinati, parte non citata non probent, ut in *cap 2.de testibus. Rovit.prag 9.nu.17.de ord.jud.* & est *ritus 143. 145. & 147.* tamen si sit lata sententia, non per hoc sententia ipsa dicitur nulla, nam poterat esse, ut constarer Iudici de debito per confessionem partis, & dicta nullitas ex capite notoriæ injustitiæ non est contra expressum casum legis, vel contra scripturam publicam authenticam, præsentatam ante ipsam sentētiam, ut explicavit *d.prag.77.§ 20.* sed contrarium fuisse decisum, testatur *Farin.decis 77.* quem sequitur *Rovit.prag.3.n.15.in fin.de offic.Sac.Reg.Cons.* quòd si velis sequi opinionem *Farin.* etiam in Regno, potest responderi, quòd sententia est contra expressum casum legis, dum supradicta jura canonica, & Regni volunt, ut testes non probent, si sint recepti, parte non citata, & alia jura volunt, quòd, ut quis possit condemnari, requiruntur duo, vel tres testes, *cap.novit.ille ext.de judic.l.ubi numerus, ff.de testib.cap.licet universis, ext.de testib.& l.jusjurandi, ubi DD. C.de testib.* & in quantum dicit *Affl.* quòd poterat esse, ut constaret Iudici de debito per cōfessionem partis, dico quòd si hoc esset, ipse Iudex poneret in sententia, stante confessione partis oretenus facta, quòd dum non apposuit, non præsumitur dicta confessio, quod si fuit appositum, valet sententia, nam Iudex potest moveri ad judicandum ex confessione coram se facta oretenus, & non scripta in actis, *Petrus Garzia à Toleto in dicto 238. & Rovit.pragm.1.n.32.de ordin Judiciorum.* & Iudici dicenti in decreto (condemno talem, stante confessione oretenus facta) creditur, *Grammat. consilio civili 130.n.6. & Riccius decis.32.par.3. per totam illam decisionem.*

9 Et potest dici de nullitate sententiæ infra triginta annos, *Mastrill.dec.287.n.21. Guazzin ad defens. reorum, def.35.cap.22.n.6,* citat *Alex.cons.77. n.14.ver.deniq, lib.3.* intellige si nullitas proponatur per viam principalis petitionis, secus si per viam exceptionis, *Affl.dec.178.n.5. Riccius collect. 1328.* & dixi in *pract.for jud cap.25.post n.67.* & de errore calculi potest dici de nullitate infra triginta annos, *l.calculi, C. de administ. reorum ad Civit. pertin.Thes.dec.239.n.12.* Sed hodiè in Regno nostro potest dici de nullitate sententiæ infra decem annos, *d.prag.77.§.21.* & de decretis interlocutoriis potest dici de nullitate infra sex dies à die interlocutoriis habentibus vim diffinitivi, *d. prag. 77.§.18.* qui terminus dierum sex est continuus, & currunt etiam dies feriati, *Thor.in supplem.dec.ver. terminus, fol 628.* & quando statutum assignat tēpus, infra quod possit dici de nullitate, elapso dicto tempore, amplius non potest dici de nullitate, *Guazzin.ad defens.reor.d.def.35.cap. 22.n.11.*

10 Et etiam tertius pro suo interesse, de quo debet apparentèr constare, potest dicere de nullitate sententiæ, & impedire exequutionem, etiam contrà tres sententias conformes, *de Benintend.dec.67. n.12.* nam nullitas sententiæ non solùm potest opponi per partes, sed etiam per omnes, *Guazzin. d.cap.22.n.3.* Immò tertius potest dicere de nullitate pro suo interesse, etiam si causa sit commissa cum clausula, nullitatibus rejectis, *Vantius de nullit.rub.quis possit dicere de nullitate n. 15.* sed licèt tertius possit dicere de nullitate, tamen non impeditur exequutio sententię Sacri Consilii contra condemnatum, *D Reg.Sanfel.dec.90.n.36 & Thor. in supplem.dec.ver.tertius, fol.632.* & tertius si compareat, & dicat, rem judicio deductam possidere, & dicat de nullitate, tunc impeditur exequutio sententiæ latæ super dictam rem, *D.Reg. Sanfel.d. dec.90.n.37. & Thor.ubi supra.*

11 Et de nullitate sententiæ ipsemet Iudex, qui eam protulit, potest cognoscere, & est Iudex competens, *l.si Præses, ubi DD.C.quomodo, & quādo Judex, l.1.ff quæ sentent. sine appellat. rescind.glos.& DD.in l.si ut proponis, la 1. C. quomodo, & quando Judex, glos.in l.si accusatorib.C.de accusat.Guazzin. ad defens.reor.def.35.cap.22.n.9. & Rovit.dec.52.n. 3.& Peregrin dec.128.n.1.* & quando sententia est nulla, idem Iudex, qui eam protulit, potest illam revocare, *glos.in l.Divi Fratres ff.de pœnis,* & revocata sententia, intelligitur etiam revocata ejus exequutio, licèt si de revocatione exequutionis nulla mētio sit facta, *glos.in cap.accedens, in ver.12. quia, ut lite non contestata, & Anna sing.472.* Immò etiam si sententia sit exequuta, & nullitas principalitèr proponatur, adhuc debet proponi coram eodem Iudice, qui dictam sententiam protulit, & ipsemet Judex est competens, & ille, qui obtinuit non potest prætendere, ut conveniatur in suo foro, si sit alterius fori super nullitate, quæ principalitèr proponitur per viam actionis, *D.Consiliar. Carlev.de judiciis, to.1.disp.2. quæst.7.sect.3.n.947.*

13 Quod amplia, & primo in Bajulo, qui etiam potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & in hoc ipse est Iudex competens, *Affl.in Const.Reg. Bajuli locorum, n. 4.*

14 Secundò amplia in delegato Principis, qui potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & iterum pronunciare, si nulliter pronunciavit, *Boer. decis.6. Vantius de nullitate processus, rub.coram quo possit, & debeat nullitas proponi post n.14.* Et quando delegatus Principis cognoscit, tàm Princeps, quàm ipse delegatus nullitates, & gesta per ipsum delegatum revocare possunt, *l.si adversus, C.si adver-*

versus rem judicatam, l. 1. C. ubi, & quando, l. minor, in fine ff. de minoribus, & doc. t Vantius ubi sup. n. 21. sed in tantùm delegatus à Principe potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ diffinitivæ, in quantùm ipsa sententia non sit execuera, aliàs secus, Carleval. de Judiciis, disput. 7. n. 26. in fine, tom. 1.

15 Tertiò amplia, nam quando dicitur de nullitate tantùm alicujus decreti interlocutorii, nullitas proponitur coram eodem Judice, & non coram alio Superiore, Innoc. in cap. dilecto, de appellat. Bal. in l. si adversus, C. si adversus rem judicatam, & in l. 1. ver. denuo quæro, C. quando provoc. non est necesse, Lanfranc. in cap. quoniam contra, §. interlocut. n. 25. de probat. Pereg. d. dec. 128. n. 7. & Mising. cent. 5. obser. 92. n. 4. & est ratio, ne continentia causæ dividatur, ut dicit ipse Mising. d. n. 4. & Vantius ubi sup. num. 2.

16 Quartò, amplia in Judice prorogato, qui ipsemet potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & nulla declarata dicta sententia per ipsum Iudicem prorogatum, potest de novo ipsemet pronunciare, Paul. de Cast. in l. 1. ff. de judiciis, Capic. dec. 1. nu. 26. & seq. Vant. ubi sup. nu. 9. & Merolla in theolog. morali. lib. 3. disp. 7. cap. 3. n. 29.

17 Quintò amplia in delegato ad universitatem causarum, qui potest suam sententiam nulliter prolatam emendare, Angel. in l. judex ff. de re judicata, Felyn. in cap. qualiter, & quando, il 1. de accusat. Bal. in l. si ut proponis, la 1. C. quomodo, & quando Judex, Vantius ubi sup. n. 17. Merolla ubi sup. post n. 30. & Marcel. de Vulp. in praxi Judic. fori Eccles. cap. 24. post n. 12. Et ipse delegatus ad universitatem causarum, nulla declarata sententia per ipsum lata, potest de novo pronunciare, Bal. in d. l. si ut proponis, n. 10. & Marant. par. 4. dist. 5. n. 51.

18 Sextò amplia, nàm nullitas Vicarii Generalis Episcopi potest proponi, vel coram ipsomet Vicario Generali, vel coram ejus Episcopo, & è contrà, nullitas sententiæ Episcopi potest proponi, vel coram ipso Episcopo, vel coram ejus Vicario Generali, nàm est idem tribunal, & ideò potest dici de nullitate coram utroq; Marant. p. 6. act. 2. n. 382.

19 Sed nullitas absq; appellatione à sententia Ordinarii non potest proponi coram Metropolitano, cap. Romana, in principio de foro compet. in 6. Felyn. in cap. per tuas, col. fin. de sent. excom. Covar. pract. quæst. cap. 9. n. 2. Vantius ubi sup. post n. 20. & Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 86. n. 8. ver. limita quarto, nàm Metropolum non potest adiri, nisi per viam appellationis, & non per viam quærelæ, seù nullitatis sententiæ Episcopi, ut docet Novarius in praxi electión. fori, tom. 2. sect. 1. quæst. 4. n. 10.

20 Septimò amplia in arbitro, qui si non servavit formam sibi commissam, non expirat mandatum, & potest de novo pronunciare, secus si non servavit formam Iuris communis, l. quid tamen, ff. de recep. arbitr. Bald. in d. l. si ut proponis, n. 8.

21 Octavò amplia in Sindicatoribus electis ad sindicandum officialem, qui Sindicatores possunt cognoscere de nullitate eorum sententiæ, Carrab. de Sindicatu, par. 2. n. 121.

22 Sed hanc regulam, & sic, quòd nullitas sententiæ possit proponi coram eodem Iudice, qui dictam sententiã protulit, limita pluribus modis. &

23 Primò, quando sententia est nulla propter turpitudinem Iudicis, qui sententiam protulit, quia tunc ipsemet Judex non cognoscit de nullitate suæ sententiæ, sed Superior cognoscit, & est Iudex competens in hoc cognoscendum, l. absentem, C. de accus. Bart. in l. si expressim, num. 14. ff. de appel. Aloys. de Leo in d. l. si ut proponis, la prima, post num. 3. C. quomodo, & quando Judex.

24 Secundò limita, nam in tantùm Iudex ordinarius cognoscit de nullitate suæ sententiæ, in quantùm non sit appellatum, aliàs si sit appellatum, & tunc non potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, sed revocatio sententiæ spectat ad Judicem ad quem, Riccius dec. 247. n. 3. p. 3.

25 Tertiò limita, nam si ab aliquo incidenti appellatur, & de nullitate dicitur, in hoc casu de nullitate cognoscit Iudex appellationis, & non Iudex, qui protulit sententiam, & sic illud incidens, Vantius ubi sup. n. 5. Mising. d. centur. 5. observ. 92. n. 4. sed Anna sing. 33. dicit, quod appellans ab interlocutoria non dicit de nullitate, Innocent. in cap. dilecti, de appel. sed prima opinio practicatur.

26 Sed quando appellatur ab aliquo incidenti, & non dicitur de nullitate, Iudex appellationis non potest cognoscere de nullitate, secus si appelletur à diffinitivo, quia tunc etiam nullitas ad Iudicem appellationis, tacitè devolvitur, & super appellationis cognoscere potest, l. quadam mulier ff. fam. ercisc. Vant. ubi sup. n. 7. & Mising. d. observat. 92. n. 4.

27 Quartò limita, nam quando petitur sententiam nullam declarari, est in voluntate gravati, vel proponere nullitates coram Iudice à quo, vel coram Iudice ad quem, quòd si gravatus proponat nullitates coram Iudice ad quem, & tunc Iudex à quo, qui protulit sententiam, non potest cognoscere de nullitate sententiæ, Felin. in cap. per tuas, de sent. excommun. Imol. in l. si Judex, ff. de re judic. Vant. ubi supra n. 8. Gayl. pract. obser. lib. 1. obser. 127. num. 16. & Marcell. de Vulpe d. c. 24. n. 11.

28 Et quòd nullitas possit etiam proponi coram Iudice appellationis, est text. in l. absentem, C. de accusat. l. 1. §. 1. ubi glos. ver. Judex quæstionis, ff. quæ sententiæ sine appellat. rescin. & docent Peregr. d. dec. 128. n. 1. & Vant. ubi sup. nu. 10. & Iudex appellationis potest cognoscere de nullitate, d. l. quadam, ubi Bart. ff. fam. ercisc. & Grammat. consil. civil. 43. n. 5.

29 Et quando nullitas principaliter proponitur coram Iudice ad quem, totum negotium devolvitur ad ipsum Iudicem ad quem, undè ipse Iudex ad quem cognoscit tàm de nullitate, quàm de principali negotio, & potest sententiam reformare, Bart. in d. l. si expressim, n. 15. ff. de appellat. & in d. l. si ut proponit, n. 4. C. quomodo, & quando Judex, Vantius ubi sup. n. 11. Peregrin. d. dec. 128. n. 2. Petrus Garzia à Toleto in d. 237. & Marcell. de Vulpe d. cap. 24. nummer. 10. & proposita nullitate sententiæ coram Judice ad quem, suspenditur jurisdictio Judicis à quo, & omnia innovata, uti attentata, retractantur, Abb. in cap. consultationibus, n. 26. de reljud. & Peregrin. d. dec. 129. post nu. 1.

30 Et lata sententia, si condemnatus proponat nullitates sententiæ coram Judice superiore Judicis proferentis dictam sententiam, & obtineat super nullitatibus, & per ipsum conventum instetur, procedi ad ulteriora coram Iudice superiore; si

si per actorem petatur, causam remitti ad primum Judicem qui protulit primam sententiam, causa non est remittenda, sed cognosci debet per ipsum Superiorem, *Dom. Regens Sanfelic decis.* 95. sequitur *Thoros in supplem. dec. ver. Judex, fol.* 316.

31 Quintò limita in Judice delegato, qui non cognoscit de nullitate suæ sententiæ diffinitivæ, sed debet adiri Superior, *DD. in d. l. si ut proponis. la prima, C. quomodo, & quando Iudex Marcell. de Vulpe d. cap. 24. n.* 12. *& Misinger. d. centur.* 5. *obser.* 92. *n.* 7. sed vide *Dom. Carlevel. de jud. tom.* 1. *disput.* 7. *num.* 22. *cum plurib. sequent.* qui dicit, quòd si Judex delegatus protulit sententiam nullam, potest de nullitate suæ sententiæ diffinitivæ cognoscere, sed prima opinio est communis, *Abb. in cap. in literis* 9 *n.* 4. *de offic. deleg. Menoch. de arbit. libr.* 1. *quest.* 67. *n.* 21. & docet idem *Dom. Carleval. dict. disput.* 7. *n.* 20. *&* 37. *Reg. Rovitus decis.* 52. *n.* 3. *& Merolla ubi supra, n.* 29.

32 Sed ipse Judex delegatus potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ interlocutoriæ, & in omnibus, præterquam in sententiis diffinitivis, Judex delegatus potest iterum facere, quod minus rectè fecit, *Speculat. in tit. de prolatione sententiæ, §. qualitèr, col.* 4. *vers hoc quoq; Minsiger. d. obser.* 92. *n.* 7. *Maranta par.* 4. *dist.* 5. *n.* 52. *Vantius ubi supra num.* 3. *& Merolla ubi supra, num.* 31.

33 Hinc est, quòd sicut Judex ordinarius potest revocare suam sententiam interlocutoriam, *l. quod jussit, ff. de re jud. cap. cum cessate, ext. de appel.* ita & Judex delegatus potest suam sententiam interlocutoriam revocare, *glos. & Bart. n.* 8. *in d. l. quod jussit*, prout etiam arbiter potest suam sententiam interlocutoriam revocare, *l. dicere, ff. de recept. arbitr. & Bart. in dict. l. quod, jussit, num.* 8.

34 Et scias, quòd nulla declarata sententia diffinitiva Judicis delegati, expirat ejus jurisdictio, undè ipse Judex delegatus non potest de novo cognoscere, sed est necesse, quòd iterum causa ipsi committatur, ut de novo cognoscere possit, *d. l. ut proponis, la prima*, ubi *DD. C. quomodo, & quando Judex Vantius ubi supra, n.* 14. *Vivius decis.* 53. *Jacobus Cancerius variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 288. *& Maranta dicta. p.* 4. *d. dist.* 5. *n.* 51.

35 Quod secus est in sententia Judicis ordinarii; nam nulla declarata sententia Judicis ordinarii per ipsum Judicem ordinarium, ipsemet Judex ordinarius potest de novo cognoscere, & procedere in eadem causa, *d. l. si accusationibus, C. de accusat. l.* 1. *in fin. C. de sent. & interloqut. omn. Iud. d. l. si Præses C. quomodo, et quando Index, Riccius collect.* 2118. *Maranta d. distin.* 5. *nu.* 51. *glos. & DD. in d. l. si ut proponis, la prima, C. quomodo, & quando Iudex, Reg. Sanfel. d. dec.* 95. *& Iac. Cancer. ubi supra, n.* 287. ubi *n.* 289. dicit, idem esse in delegato ad universitatem causarum, qui nulla declarata ejus sententia; potest de novo pronunciare; nam iste delegatus ad universitatem causarum æquiparatur ordinario, *glos. in cap. cum causam, ver. delegatus de appel.* & docet *Maranta d. par.* 4. *d. dist.* 5. *d. n.* 51.

36 Et quando nullitas respicit sententiam, tantùm puta quia est lata die feriato, vel quia est lata parte non citata, & tunc Judex volens de novo cognoscere, potest de novo pronunciare ex eisdē actis, *gl. in d. l. si ut proponis, et in d. l. si expressim*, sed si nullitas provenit ex omnibus actis, puta si judicium sit factum cum excommunicato, vel cum minore non habente curatorē, & tunc Judex de novo non judicat ex eisdem actis sed omnia acta debent reintegrari, *l. cū quærebatur, ubi glos. ff. de re jud.* sed quando nullitas respicit sententiam, & partem actorum, puta, si reus decessit post litem contestatam, & judicium sit finitum contra mortuum, & in hoc casu omnia acta facta post mortem Rei debent refici, *Bart. in d. l. si ut proponis. la* 1. *n.* 5. *C. quomodo, & quando Index, & in d. l. si expressim, n.* 1 *ff. de appel.*

37 Sed advertas, quòd licèt sententia sit nulliter prolata quoad ordinem judicii, si tamē quoad merita causæ principalis sit justa, ipsa sententia debet confirmari per Judicem nullitatis, *Cavalcan. decis.* 22. *nu.* 92. *Vantius de nullit. rub. qualitèr, & quibus mod. n.* 129. *& Marcel. de Vulpe d. c.* 24. *n.* 5. ubi *n.* 21. dicit, hoc procedere, quando nullitas opposita respicit sententiam tantùm, & defectus nullitatis sit tantùm in ipsa sententia, & totus processus sit validus secus si totus processus sit nullus, quia tunc est secus. Quod si quis sit immissus in possessionem, licèt nullitèr, qui tamē omni jure immitti debeat, si dicatur de nullitate, tamen Judex videns justitiā causę principalis, debet confirmare possessionē, dato, quòd sit nullitèr processum circa acta ordinatoria, *Angel. Imol. Roman. Castren. & Alex. in l si finita, ff. de damn. infect. Vant. d. rub. qualitèr, & quib. mod. n.* 130. *Reg. de Ponte consf.* 1. *n.* 110. *vol.* 1. *et Ricc. collect.* 2119. *ver. & in camera*, immò si sententia sit nulla ex defectu jurisdictionis, tamen si sit justè lata, non est curandum de ipsa nullitate ex defectu jurisdictionis, ut dixi supra *c.* 12. *n.* 3.

38 Et data nullitate processus, actor tenetur ad expensas, & de novo non auditur, nisi illis expensis refectis, ut ita decisum testatur *Affl. dec.* 70. & ità multoties practicavi.

39 Et nulla declarata sententia, Iudex tenetur restituere sportulas, quas recepit pro ipsa sententia nulla, *Carrab. de sindic. parte* 2 *num.* 20.

40 Sed scias, quòd qui dicit de nullitate sententiæ Sacri Consilii, & succumbit, punitur pœna duarum unciarum, quando sententia est infra summam mille ducatorum, quòd si sit ultra, & tunc punitur pœna unciarum quindecim, *prag.* 5. *§.* 3. *de offic. Sac. Reg. Cons.* & quando quis vult dicere de nullitate sententiæ Sacri Consilii, quæ est prolata quoad libertatem, vel nobilitatem, debet deponere uncias quindecim, & non duas, *Rovit. d. prag.* 5. *n.* 34. *de offic. Sac. Reg. Cons.* ubi post *nu.* 32. dicit, quòd si sententia sit infra summam mille ducatorum sortis principalis, sed interesse faciant excedere dictam summam, in hoc casu quando quis vult dicere de nullitate dictæ sententiæ, debet deponere summam quindecim unciarum, & faciunt dicta per *Aanam singul.* 466. & per *Fraueb. decis.* 141. Qui dicunt, quòd licèt sententia Magnæ Curiæ continens summam centum quinquaginta aureorum non retardetur executioni demandari propter appellationem; tamen secus est, si interesse faciant excedere dictam summam, sic etiam faciunt dicta per *Visconi. in suis conclusion. ver. instrumentum, fol.* 224. *col.* 5. ubi dicit, quòd licèt per *ritum Magnæ Curiæ* 187. instrumentum non possit liquidari, quando non excedit unciam, tamen si in-

intereſſe faciant excedere unciam, inſtrumentum prædictum poteſt liquidari.

41 Sed dicentes de nullitate ſententiarum diffinitivarum Magnæ Curiæ, ſeù vim diffiniti habentium, quæ ſententiæ ex natura cauſarum, vel ex forma ritus, aut Regiarum Pragmaticarum habeant executionem paratam, non obſtante appellatione, ſi ipſi ſuccumbant, & ſententia ſit à ducatis ſeptuagintaquinque infra, Procurator, vel principalis, qui dictas nullitates propoſuerint, tenentur ad pœnam ducatorum ſex. Quod ſi ſententia cótineat ultra dictos duc. ſeptuagintaquinque, tenentur ad pœnam ducatorũ duodecim, & dicentes de nullitate à decretis interlocutoriis ad finem differendi, ſi decreta ipſa fuerint interpoſita per Magnam Curiam, facto verbo in Banca, ſuccumbentes tenentur ad pœnam ducatorum trium; ſi verò decretum ſit latum per Judicem domi, tenentur ad pœnam carolenorum quindecim, & cauſa ſi agitetur à Procuratore, dicta pœna ſolvitur per Procuratorem, qui dictam pœnam non poteſt repetere à principali, niſi habeat mandatum ſpeciale ad proponendas dictas nullitates; ſed ſi cauſa agitetur per principalem, & tunc ſolvitur dicta pœna per ipſum principalem, & quando Procurator, vel principalis proponunt nullitates, tenentur illas ſubſcribere corã Actuario, & hæc omnia probantur in *prag.1.§.1.de proc.*

45 Et in Sacro Conſilio, in Regia Camera, & in Magna Curia non poſſunt recipi nullitates, niſi eodem tempore quo præſentatur nullitates, præſentetur depoſitum pœnæ nullitatis, *Pragmat.77. §.16.de offic.Sacr.Reg.Conſ.* quæ hodie eſt *Quarta, de dilationib.* & neque poſſunt in dictis Tribunalibus recipi nullitates, niſi ſint ſubſcriptæ ab Advocato, vel Procuratoribus cauſæ, licèt ſint ſubſcriptę à principalibus. Quòd ſi nullitates propoſitæ, & ſubſcriptæ ab ipſis Advocatis, & Procuratoribus ſint evidenter calumnioſæ, Procurator, vel Advocatus, qui eas ſubſcripſerunt, puniuntur pro prima vice pœna ſuſpenſionis quatuor menſium ab eorum officio, & pro ſecunda per annum, & pro tertia puniuntur pœna ſuſpenſionis ab eorum officio in perpetuum, quę pœna remitti non poteſt per quemlibet Judicem, *dict.prag.77.§.24.* Sed ut ipſe Procurator poſſit pro tertia vice privari officio in perpetuum, eſt neceſſe, ut ſit condemnatus pro prima, & ſecunda vice, aliàs ſi unica ſit capta informatio, a qua appareat ter contraveniſſe, non punitur ex dicta informatione ad privationem officii in perpetuum, ſed tantum punitur pro una vice, ità *Reg.Rovit. dec.64.num.17. cum tribus ſeq.* Et quando proponuntur nullitates contrà expreſſum caſum legis, dictæ nullitates debent in ſpecie exprimi, quòd ſint contrà talem legem, & debent ſubſcribi ab Advocato cauſę tantum, & non à Procuratore, vel principali, aliàs non recipiuntur, & quando deinde dictæ nullitates propoſitę contrà expreſſum caſum legis non militant, ipſe Advocatus punitur pœna contenta in *d.prag.77.§.24.* ut probatur in *prag.78. de offic.Sac. Reg.Conſ.* quæ hodie eſt *5.de dilationibus*; Et omnes petitiones, & ſupplicationes in Sacro Regio Conſilio debent ſubſcribi ab Advocatis, *prag.26.§. 3.& prag.66.de offic.Sacri Reg.Conſ. & prag.15.§. 7.de offic.Magiſtr.Juſt.*

43 Et quando nullitates proponuntur adverſus ſententias latas per Regias Audientias, debent ipſæ nullitates præſentari unà cum depoſito pœnæ, prout eſt, quando præſentantur contra ſententias Sacri Regii Conſilii, Regiæ Cameræ Summariæ, vel Mag.Curiæ Vic. ut deſumitur ex *d.pragm. 77.§.16.* & docet *Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 11.* rejecta opinione *Galluppi in praxi Sacri Regii Conſ.par.3. cap.7.num. 13.* contrarium tenentis.

44 Et pœna debita propter nullitates iniuſtè propoſitas non poteſt remitti pretextu minoris ætatis, aut miſerationis gratia, *d.prag.77. §.21.* Sed quòd perſona paupera audiatur in nullitatibus, etiam non facto depoſito, eſt alia *prag.3. de quæſtionibus*, quæ videtur contrariari cum *d. prag.77. §.21.* Sed practicatur ſecundùm *d prag 3.de quæſt.* & ſic, ut pauper admittatur ad proponendum nullitates abſq; depoſito, prævio tamen reſcripto Proregis, *Novar.qu.forenſi 59 n.4.t.2.* citat *Domin. Baldas.de Angelis ad Gizzarel.dec.84.nu.27.* prout neque pauper tenetur facere depoſitum, quando allegat Judicem ſuſpectum, ut dixi ſupra *cap.9.n. 159.* Sic etiam quando Actor dicit de nullitate non tenetur facere depoſitum, *Thor.comp.decif to. 2.ver.nullitas fol. 386.* ſed contrarium tenet *Dom. Reg.Capyc.Latro dec.91.nu.16.par.1.* ſic etiam ſi in Magna Curia Vicariæ dicatur de nullitate ſententiæ latæ per Curiam Baronalem non ſit depoſitum pœnę ſed nullitates diſcutiuntur abſq; depoſito pœnæ, & ità multoties vidi obſervatum

45 in ipſa Magna Curia. Sic etiam, ſi exequuta ſententia dicatur de nullitate ipſius ſententiæ, nullitates diſcutiuntur abſq; depoſito *Thor.comp.dec. to.2.ver.depoſitum,fol. 138.Dom.Reg Hector Capyc. Latro dec.91.nu.16.par.1.& Reg.Sanfel. dec.96.nu. 2.* in qua dec.ipſe *Reg.Sanfelic.* dicit fuiſſe deciſum, quod exequuta ſententia, ſi ſint propoſitæ nullitates, quæ eiſdem actis apparent, dictæ nullitates determinantur ex eiſdem actis non dato termino, ſecus ſi altiorem indaginem requirant, quia tunc requiritur libellus, litis conteſtatio, & terminus & ità poteſt procedere opinio *Anna in alleg.22. & 93.*

46 Quòd ſi litigans antequàm diſcentiantur nullitates, le pœniteat, evitat pœnam, & ipſi reſtituitur depoſitum, *Anna in cap.1.n.149.de vaſſill. decrep.ætat.& Novar.in dict.qu. forenſi 59 num.4. par.2.* & quid in recuſatione Judicis, dixi ſupra *cap.9.nu.153.& ſeq.*

Et in Magna Curia criminali quando dicitur de nullitate ſententię forjudicationis, vel ipſius actorum ordinariorum, recipiuntur nullitates abſq; depoſito pœnæ, ut ditam in *praxi forjudicatoria, cap.25.poſt nu.63.in ſecunda impreſſione in Additionibus.*

47 Et ſcias, quòd ſi Judex Eccleſiaſticus petat brachium Judicis laici in exequendo ſuam ſententiam, quę eſt nulla, in hoc caſu ipſe Judex laicus non tenetur ſuum brachium præſtare, ſed poteſt de tali nullitate cognoſcere, ſecundum *Farinac. pract.crim.quæſt.97.nu.91. Maſullum ad Capyc.dec. 132.nu.1.Graſſ.de effect. Cler.eff.1.nu.1028.& ſequ. & Carroc. de remediis contra præjudiciales ſent. except.2.qu.30.nu.3.*

48 Sed

48 Sed quæritur, quid si alius Judex, quam Judex, qui protulit sententiam, exequatur sententiam, an ipse Judex exequens sententiam possit cognoscere de nullitate sententię, quam exequitur? & dicas, quod sic, ità *Guid. Pap. decis. 574. & Aloys. de Leo in d. l. si ut proponis, n. 9. C. quomodo & quando Iudex*, nam quando Judex exequitur sententiam alicuius Judicis, eam non potest exequi absq; causæ cognitione, *Boss. pract. crim. tit. de sententiis, num. 114. & seq. & Thor. comp. decis. to. 2. ver. sententia fol. 632.* & de nullitate sententię, quæ apparet ex eisdem actis non solùm cognoscit ipse Judex, qui tulit dictam sententiam, sed etiam quilibet alius Iudex inferior, *Bald. in l. si adversus, C. si adversus rem judicatam. Vantius d. rub. coram quo possit, & debeat nullitas proponi, nu. 13.* sed coram mero exequutore non habente Iurisdictionem possunt proponi nullitates sententiæ, qui merus exequutor dictas nullitates recipit, & eas transmittit ad Superiorem, & interim supersedere debet in exequendo, si de nullitate constat, sed ipse merus exequutor non potest pronunciare super ipsas nullitates, ità *Vantius ubi supra, nu. 22.* & dicam infrà *cap. 54. nu. 38.*

49 Secundò quæritur, quid si lata sententia diffinitiva per Iudicem domicilii, dicatur de nullitate ipsius sententię coram eodem Judice, an privilegiatus, qui est unus ex litigantibus possit eligere Regia Tribunalia, & puto quod non, ex dictis per *Novar. in praxi elect. fori, tom. 1. sect. 4. q. 56.* ubi dicit ipse *Novar.* quòd si persona privilegiata sic immissa in possessionem alicuius rei per Iudicem domicilii cum clausula, salvo iure, &c. si tertius se opponat, & dicat de nullitate dicti decreti, & super istam nullitatem citetur ipsa persona privilegiata, in hoc casu ipsa persona privilegiata non potest eligere Regia Tribunalia, & faciunt dicta per *Foll. pract. crim. rub. indiantur excusatores, nu. 143. ver. quid si ad querelam.* ubi dicit, quod variatio fori non habet locum post sententiam per personam privilegiatam.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum conceditur in contractibus, & in iudiciis personis privilegiatis, & coram quo Iudice peti possit? nu. 2.*

3 *Clericus coram quo possit inventare beneficium restitutionis in integrum in contractibus adversus laicum?*

4 *Ecclesia, si sit læsa in contractibus coram quo possit inventare beneficium restitutionis in integrum adversus laicum?*

5 *Judex tàm ordinarius, quam delegatus cognoscit de causa restitutionis in integrum, & nu. 6.*

7 *Vicarius foraneus cognoscit de causa restitutionis in integrum.*

8 *Arbiter an cognoscat de causa restitutionis in integrum.*

9 *Judex quis sit competens in concedendo restitutionem in integrum in judiciis propter læsionem circa probationes omissas & quid circa sententiam diffinitivam? à nu. 11. usq; ad nu. 20.*

10 *Judex delegatus potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus suam sententiam interlocutoriam.*

12 *Apparere debet de iniustitia, quando petitur restitutio in integrum adversus sententiam ex capite iniustitiæ.*

21 *Judex appellationis concedit restitutionem in integrum adversus appellationem omissam, vel non prosequutam.*

22 *Instantia infrà quantum tempus pereat?*

23 *Insufflatio vitæ spiritus per quem concedatur?*

24 *Restitutio in integrum adversus instantiam peremptam per quem concedatur?*

De Foro causæ restitutionis in integrum.

C A P. LIIJ.

1 RESTITUTIO in integrum aut conceditur in contractibus personis privilegiatis propter læsionem, ut in *cap. 1. & cap. constitutus, de in integ. restit.* aut conceditur in judiciis propter læsionem in probatione necessaria omissa, ut in *cap. auditis, & cap. coram fælicis, eod. tit. de integ. restit.* vel conceditur adversus sententiam, adversus quàm licèt sit Summi Pontificis, persona privilegiata restituitur in integrum, *cap. tùm ex literis eod. tit. de in integ. restit. & toto tit. C. si adversus rem judicatam, Afflict. dec. 175. Rovit. prag. 1. nu. 22. de minorib. & Mastrill. dec. 44.*

2 Quando tractatur de intendendo restitutionem in integrum adversus contractum per personam privilegiatam propter læsionem, & ad illum rescindendum via restitutionis in integrum, læsus persona privilegiata tenetur convenire suum adversarium in foro ipsius adversarii, & sic in foro domicilii rei conveniendi, ità probat *tex. in l. 2. C. ubi, & apud quem*, sed si res vendita alibi sita sit, & petatur rescindi contractum via restitutionis in integrum, & hoc judicium potest etiam intentari in foro rei sitæ, ut dixi supra *cap. 4. nu. 14.* sic etiam hoc iudicium potest inventari in foro celebrati contractus, ut dixi supra *cap. 5. nu. 10.* & docet *Carleval. de judiciis to. 1. disput. 2. qu. 4. n. 192.*

3 Sed controversia est, quid si persona Ecclesiastica in contractu rerum suarum patrimonialium sit læsa, & sit persona privilegiata, cui in integrum restituitur, an ipsa persona Ecclesiastica teneatur intentare restitutionem in integrum adversus laicum coram Judice laico, vel Ecclesiastico? & prima est opinio, quod possit hoc intervenire coram Iudice Ecclesiastico, ità *Marant. in suo speculo, par. 6. act. 2. nu. 113. Abb. in cap. constitutus, nu. 1. de in int. restit. Roman. sing. 113. Aufrer. tract. de potest. Eccles. super laicos, casu 105. nu. 48. & Marian. Socin. in cap. cum sit generale, num. 19. de foro compet.* & alii *DD.* relati per *Alex. Sperell. dec. 135. nu. 92. & seq. par. 2.* qui supradicti Doctores moventur per *tex. in cap. constitutus, de in integ. restit.* ubi Clerici coram Iudice Ecclesiastico petunt restitutionem in integrum propter læsionem in venditione rerum suarum patrimonialium, sed contrarium, & sic, quod Clericus teneatur intentare beneficium restitutionis in integrum contrà laicum coram Iudice laico, si in contractu rerum patrimonialium sit læsus, tenent *Covar. var. resolut. lib. 1. cap. 4. nu. 3.*

Gut-

Gutierez canonicarum qu. lib. 1. cap. 34. num. 11. & seq. Sforza Odus in tract. de in integ. restit. p. 1. art. 15. n. 125. & novissimè Dom. Alex. Sperell. d. decis. 135. n. 11. & hoc per *tex. in d. l. 2.* ubi habetur, quod etiam in causa restitutionis in integrum actor sequitur forum rei, ergo *text. in d. cap. constitutus* debet intelligi, quando Clericus vult intentare beneficium restitutionis in integrum contrà alium Clericum, & non contrà laicum, nam *d. cap. constitutus*, loquitur, quod bona fuerunt vendita alicui, & non dicit, si fuerunt vendita laico, vel Clerico, ut in *tex.* ibi (*quibusdam vendidit*) undè debet intelligi, quàdo bona fuerunt vendita Clerico, & non laico, & hoc ad evitandum legum correctionem, nàm ut diximus actor, etiam in causa restitutionis in integrum sequitur forum Rei, ut in *d. l. 2.* quòd si in *dict. cap. constitutus*, emptor esset laicus, & conveniretur coram Iudice Ecclesiastico à Clerico via restitutionis in integrum esset contra regulam generalem, quæ est ut actor sequatur forum rei, & non reus actoris, ut in *l. 2. C de Jurisd. omn. Iud.* undè de necessitate *d. cap. constitutus*, debet intelligi, quòd emptor rerum Clerici erat ipse quoque Clericus, & non laicus, nam per regulam generalem Clericus tenetur convenire laicum coram Judice laico, ut diximus supra *cap. 1. de foro rei conveniendi, nu. 2.* undè etiam in causa restitutionis in integrum Clericus debet intentare beneficium restitutionis in integrum contra laicum coram Iudice laico, ut novissimè tenent *D. Carleval. de Iudiciis, to. 1. disput. 2. qu. 4. à nu. 193 usq; ad num. 197. Grass. de effect. Cler. eff. 1. nu. 338. & seq. & Donatus Anton. de Marin. quotid. resol. c. 44. to. 2.*

4 Est etiam controversia in Ecclesia, si ipsa sit læsa in contractu facto cum laico, an ipsa Ecclesia possit intentare beneficium restitutionis in integrum contrà ipsum laicum coram Iudice laico, vel possit illud intentare coram Iudice Ecclesiastico, & prima opinio est, quod possit hoc beneficium restitutionis in integrum intentare, contrà laicum coram Iudice Ecclesiastico, ita *Covar. d. c. 4. n. 2. Innoc. in c. eum sit generale. n. 2 & ibi Abb. n. 10. Felin. nu. 1. & Marian. Soccin. nu. 13. de foro compet. idem Abb. in cap. 1. nu. 18. & in cap. constitutus, num. 1. de in int. rest. & in cap. ad nostram, num. 2. & 6. de rebus Eccles. alien. vel non, Sforza Odus in d. tract. de in integrum restit. d. par. 1. art. 13 qu. 32. nu. 115. Diaz regula 219. fol. 2. Ansald. de Jurisd. par. 3. tit. unico, cap. 9. nu. 5. & 6 & Alex, Sperel. d. dec. 135. nu. 8. cum duob. seq.* moventur ex *text. in cap. 1. de integ. restit. & in cap. ad nostram, de rebus Eccles. alien. vel non,* ubi habetur, quòd Ecclesia coram Pontifice petit restitutionem in integrum contra laicum, ergo *text.* claros habemus, quam opinionem ex nostris sequitur *Maraut. d. nu. 113. & in par. 4. dist. 11. nu. 16.* sed contrariam opininnem, & sic, quòd Ecclesia læsa teneatur petere restitutionem in integrum contra laicum coram Iudice laico, & non Ecclesiastico, tenent *Barbosa in l. hæres absens, §. proinde, nu. 31. ff. de Judiciis, & D. Carleval. ubi sup. qui nu. 196.* respondit ad dicta Iura canonica, & sic ad *d. cap. 1.* respondet, & dicit, quòd ibi nihil deciditur de Iudice, coram quo sit petenda restitutio in integrum, sed de casu in quo locum habet restitutio in integrum, ut patet ex illo *tex.* & ad *cap. ad nostram,* respondet ipse *Carleval.* & dicit, quod non obstat ille *tex.* quia laicus, contra quem in illo *tex.* restitutio petita est, erat subditus Ecclesiasticæ Jurisdictioni, quia erat feudatarius Ecclesiæ, & causa erat pertinens ad feudum, sed dominus feudi persona Ecclesiastica est Judex competens cōtra laicum feudatarium, pro re feudali, ut dixi supra *cap. 36. de foro rei feudalis, nu. 18.* ergò non est mirum, quod laicus conveniatur ab Ecclesia in illo *tex.* beneficio restitutionis in integrum coram Judice Ecclesiastico, dùm agitur ibide causa feudali, & de feudo habito ab Ecclesia.

5 Videamus nunc quando restitutio in integrum petitur propter læsionem, quis Judex de ea cognoscere possit, & dicas, quòd de causa restitutionis in integrum potest cognoscere quilibet Judex ordinarius, vel delegatus ab ordinario ad cognoscendum dictam causam restitutionis in integrum; Immò delegatus ad aliquam causam, si inciderit quæstio causę restitutionis in integrum, adhuc ipse delegatus ad aliam causam potest incidenter cognoscere de ipsa causa restitutionis in integrum quę incidenter emersit in ipsa causa principali delegata, ut in *cap. causa restitutionis, de restit. in integr. l. fin. C. ubi, & apud quem.*

6 Sic etiam Judex delegatus ad universitatem causarum potest cognoscere principaliter de causa restitutionis in integrum, *dict. l. fin. in fin. C. ubi, & apud quem,* ibi, *Vel si generaliter dati sint Judices,* & docet ibi *Bart. & Abb. in dict. cap. causa restitutionis, post nu. 7.*

7 Undè Vicarius Foraneus Episcopi potest cognoscere de causa restitutionis in integrum, cum ipse dicatur delegatus ad universitatem causarum sed delegatus ad universitatem causarum cognoscit de causa restitutionis in integrum, ut diximus ergo & Vicarius Foraneus etiam potest cognoscere de causa restitutionis in integrum, *Abb. in dict. cap. causa restitutionis, post nu. 7. ver. ex hoc infertur, ext. de in integr. restitution. & Merolla in theolog. moral. tom. 3. disp. 7. cap. 6. nu. 290.* ubi *num. 289.* dicit, quòd à fortiori Vicarius Generalis Episcopi potest concedere restitutionem in integrum.

8 Sed arbiter non potest principaliter cognoscere de causa restitutionis in integrum, ut in *dict. cap. causa restitutionis, & in dict. l. fin.* undè causa restitutionis in integrum principalitèr non potest compromitti, *Blancus de compromisso, qu. 4. nu. 14.* licèt contrarium teneat *glos. in dict. l. fin. vers. compromissarios,* tamen *dictam glosam* impugnat *Abb. in dict. cap. causa restitutionis, nu. 4. & post n. 7.* sed si in principali negotio, de quo fuit factum compromissum, incidat quæstio causæ restitutionis in integrum, & tunc de hoc incidenti causæ restitutionis in integrum arbiter cognoscere potest, ut in *dict. cap. causa restitutionis,* & docet *Blancus dict. qu. 4. nu. 15. & nu. 18.*

9 Videamus quando restitutio in integrum petitur in judiciis propter læsionem, quis in hoc sit Iudex competens? & dico, quod si aliqua persona privilegiata sit læsa circa probationes omissas, & tunc idem Iudex, qui cognoscit de causa principali, cognoscit de causa restitutionis in integrum circa ipsas probationes omissas, *dict. cap. auditis, & dicto cap. coram felicis de integr. restit,* quod proce-

dit

dit etiã in delegato, vel in arbitro, qui possunt cognoscere de causa restitutionis in integrum circa omissas probationes in causa delegata, vel compromissa, ut in dict. cap. causa restitutionis, ubi glossa in verb. incidenter, & ibi DD. de in integ. restit. Idem est pro qualibet causa restitutionis in integrum, quæ emergit incidenter in ipsa causa delegata, vel compromissa, durante ipsa lite, nam de ea quoquè Iudex delegatus, vel arbiter cognoscere possunt incidenter d. cap. causa restitutionis, ubi glos. & DD. & in dict. l. fin. ubi etiam DD. C. ubi, & apud quẽ, argum. l. quoties, C. de Iudic. & l. 1. C. de ordin. Iudic. ubi Iudex cognoscit de causa status, quæ incidit in causa principali, licèt ipse Iudex de causa status cognoscere non possit principaliter.

10 Undè Iudex delegatus potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus suam sententiam interloquutoriam, nam talis articulus restitutionis in integrum adversus sententiam interloquutoriam est incidens, & ideò de hoc cognoscere potest Iudex delegatus, Abb. in consl. 87. post nu. 2. par. 1. & Carleval. dict. disput. 7. nu. 20. nisi sit talis sententia interloquutoria, quæ totam causam delegatam absorbeat, & iurisdictionem finiat, quia tunc ipse Iudex delegatus, etiam si sit delegatus Principis, cognoscere non potest de causa restitutionis in integrum adversus istam sententiam interloquutoriam, Carleval. dict. disp. 7. num. 19. & est tex. in cap significant hus, de offic. deleg.

11 Sed de causa restitutionis in integrum concedenda personæ privilegiatæ adversus sententiam transactam in rem iudicatam ipsemet Iudex, qui eam protulit, potest cognoscere, & est Iudex competens in hoc, si tamen sit Iudex ordinarius, l. in causa, la 2. 17 §. fin. in fin. cum l seqq. ff. de minorib. cap. Bertoldus de re iudic. c. ex literis 4. ubi Abb. num. 11. & cap. seq. de in integr. restit. glos. & DD. in l. 1 Cod. sentent. restitui non posse. Hostiens. in summ. tit. de in integ. restitut. nu. 2. & Carleval. dict. disput. 7 nu. 1. ubi nu. 6. dicit, quod inter alios casus, in quibus restitutio adversus rem iudicatã potest concedi, est, quod post sententiam transactam in rem iudicatã producantur instrumenta denuò reperta per personam privilegiatam, quæ instrumenta si ante sententiam essent producta, aliter Iudex iudicasset in favorem ipsius personæ privilegiatæ producentis dicta instrumenta denuò reperta, nam licet regulariter sententia, quæ fecit transitum in rẽ iudicatam, non retractetur propter instrumenta denuò reperta, l. sub specie, C. de re iudic. Tamen hoc fallit favore Fisci, & Reipublicæ. l. Imperatores, ff. de re iudic. nam in istis causis publicis, & fiscalibus propter instrumenta denuò reperta retractatur sententia transacta in rem iudicatam, si intra triennium dicta instrumenta sint producta, l. unic. C. de sent. adversus Fiscum latis retract. lib. 10. & docet gl. in dict. l. Imperatores, & quod diximus in Fisco, & Universitate procedit quoq; in pupillo, & Ecclesia, glos. & DD. in d. l. sub specie, idem est favore libertatis, cuius favore sententia transacta in rem iudicatam retractatur propter instrumenta denuò reperta, l. 2. §. fin ff si quis liber esse dicat.

12 Et quando minor petit restitutionem in integrum adversus sententiam transactam in rem iudicatam ex capite iniustitiæ, debet de tali iniustitia apparere, aliàs restitutio non conceditur, Bellamer. dec. 38. in fine, & Mastrill. dec. 45. nu. 2. ubi nu. 3. & 4. dicit, quod de tali iniustitia debet apparere ex eisdem actis, & quod sit adeo manifesta, ut non possit aliquo modo offuscari, & in dubium revocari, & dicit ibi Mastrill. num. 5. & 8. quod debet constare de nova causa superveniente, quæ si fuisset allegata antè prolationem sententiæ, sententia non fuisset lata, citat Cuman decis. Lusitana 110. nu. 11. & Magon. decis. Florentiæ 10. nu. 23. & ipse Mastrill. ibi nu. 9. assignat rationem, inquiens quia nunquam conceditur restitutio, nisi appareat de lesione, l. nam, & postea, § si minor ff. de iur. iurand. & læsio debet esse magna ad obtinendum restitionem in integrum adversus sententiam, l. si ex causa, ff. de minorib. & docet Mastrill. d. dec. 45. nu. 10.

13 Et in omnibus supra narratis casibus idem Judex ordinarius, qui protulit sententiam, potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus ipsam sententiam, ut diximus, & docet Boss. pract. crim. tit si adversus rem iudicatam restitutio postuletur, nu 25. Quod aliqui hoc admittunt procedere, si restitutio in integrum proponatur per viam exceptionis, & sic, si ipse Judex velit exequi suam sententiam, nam si petatur in ipsa exequutione dicta restitutio in integrum, & tunc dicunt, quòd idem Judex de hoc cognoscit, secus si principaliter per viam actionis proponatur, exequuta dicta sententia, quia tunc dicunt aliqui, quòd causa restitutionis in integrum adversus sententiam exequutam sit proponenda coram Judice competenti illius, in cuius favorem dicta sententia fuit exequuta, si sit alterius fori, quam fori Iudicis exequentis dictam sententiam, sed in contrarium est veritas, & sic quod licèt sententia sit exequuta, tamen remedium restitutionis in integrum adversus ipsã sententiã exequutã debet intentari coram eodem Judice, qui eam protulit, & exequutus fuit, licèt ille, in cuius favorem sententia fuit exequuta, sit alterius fori, quam fori Judicis, qui protulit ipsam sententiam, & eam ex. quutioni demandavit, ut docet D. Carleval. de Iudiciis, to. 1 disput. 2. qu. 7. sect. 3 nu. 947.

14 Amplia etiam, nam Episcopus potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus sententiam latam per eius Vicarium Generalem, Merolla in theolog. moral. tom. 3. disput. 7. cap. 6. nu. 345. & è contra Vicarius Generalis potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus sententiam latam per eius Episcopum, Marant. in par. 6. act. 2. nu. 38 a. licèt Abb. in cap. tum ex literis post nu. 3. de restit. in int. dicat, quod Episcopus potest in integrum restituere adversus sententiam sui Vicarii Generalis, & non sic è contrario, ut Vicarius Generalis possit restituere in integrum adversus sententiam sui Episcopi, tamen opinionem Maranta puto indistinctè esse veram, cum reputetur idem tribunal, & Marant. sequitur Merolla in theolog. morali lib. 3. disput. 7. cap. 6. nu. 292. prout etiam Episcopus potest cognoscere de nullitate sententiæ sui Vicarii Generalis, & è contrario, Vicarius Generalis potest cognoscere de nullitate sententiæ sui Episcopi, ut dixi supra cap. præceden.

denti, de foro nullitatis sententiæ; *nu.*18. & à fortiori Episcopus potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus eius propriam sententiam, & idem cognoscere potest Vicarius Generalis adversus suam propriam sententiam, *Abb. in cap. ex literis, nu.* 11. *in fine, de in int. restit. & Mrrola dict. numer.* 292.

15 Sed Archiepiscopus non potest restituere in integrum adversus sententiam Episcopi sui suffraganei, quia Archiepiscopus addiri non potest nisi per viam appellationis, *Abb. in cap. fin. in fine, de restitut. in int. & Barbosa de offic. & potest. Episcopi, par.* 1. *tit.* 4. *nu.* 70.

16 Amplia etiam, nam officialis successur potest restituere in integrum adversus sententiam latam à suo prædecessore, arg. *c. innotuit. extra de elect.* & docet *Hostien. d. summa, extra de in integrum restitutione, nu.* 2. *ver. sed. & successor*.

17 Hoc tamen limita in Judice delegato, qui non potest cognoscere de restitutione in integrum adversus eius sententiam diffinitivam, nàm prolata diffinitiva sententia per ipsum delegatum, functus est officio suo, *cap. in literis. de offic. deleg.* & ideò de hoc cognoscere non potest, ut docent *Hostien. d. nu.* 2. *in fine Cynus in l. adversus, in fine, C. si adversus rem iudicatam, & in l.* 1. *& fin. C. ubi, & apud quem, & Carleval. d. disput.* 7. *nu.* 20.

18 Immò sunt aliqui, qui putant, hoc etiam procedere in delegato à Principe, qui non possit cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus eius sententiam diffinitivam, prout est *Cynus, Paul. de Castr. nu.* 1. *Bart. & alii in d. l. adversus, C. si adversus rem iudicat. Abb. in cap. causa restitutionis. post nu.* 7. *ver. unde delegatus, extrà de in integr. restit. Sforza Odus in tract. de restit. in integrum, par* 1. *qu.* 32. *art.* 18. *nu.* 139. moventur ex *tex. in l.* 1. *C. ubi, & apud quem, & in d. l. adversus, C. si adversus rem indic. & in l. minor*, 19. § *idem Imperator, in fine, ff. de minorib.* in quibus iuribus habetur, quod nullus Iudex potest restituere in integrum adversus sententiam latam à delegato Principis, sed tantum ipse Princeps hoc facere potest, sed contrarium tenent alii, & sic quòd delegatus Principis possit cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus eius sententiam diffinitivam, prout tenet *Fulgos. in d. l. adversus, nu.* 2. *& Maranta p.* 5. *nu.* 36, moventur ex *tex. in l. fin. C. ubi & apud quem*, moventur etiam alia ratione, nam prolata dicta sententia diffinitiva per delegatum Principis, adhuc durat eius Iurisdictio, nam videmus, quod ipse delegatus Principis potest suam sententiam diffinitivam exequi infra annum, ut dicam infrà *cap. seq. de foro exequutionis sententiæ, n.* 10. & pariter ipse Judex delegatus à principe potest cognoscere de nullitate ipsius diffinitivæ sententiæ, ut dixi supra *cap. precedenti de foro nullitatis sententiæ, nu.* 14. ergo ipse Judex delegatus à Principe potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus ejus sententiam diffinitivam prout etiam tenet *D. Carleval. d. disput.* 7. *num.* 26. *cum pluribus seq. & nu.* 33. *&* 37. *cum omnibus seq.* qui respondit ad jura allegata pro contraria opinione, & dicit, quòd licèt illi *tex.* dicant, quòd nullus Judex potest restituere adversus sententiam latam à delegato Pricipis, sed tantùm ipse Princeps hoc facere potest, tamen illi *tex.* nôn dicunt, quòd delegatus Principis hoc facere non possit, nàm in illis textibus fuit aditus Præses Provinciæ, & textus illi respondent, quòd ipse Præses non potest restituere in integrum adversus sententiam latam à delegato Principis, sed tantum hoc Princeps facere potest, & hoc cum magna ratione, nam delegatus à Principe est major quolibet ordinario in causa sibi delegata, *cap. significasti, cap. sanè quia, & cap. Pastoralis §. quia verò, de offic. deleg.* sed Iudex inferior non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus sententiam Iudicis superioris *l. minor autem,* 19. *ff. de minor. cap. tùm ex literis, ubi Abb. nu.* 3. *de integr. restit. Hostin. dict. nu.* 2. undè meritò *tex.* illi dicunt, quòd Præses Provinciæ non cognoscit de causa restitutionis in integrum adversus sententiam delegati à Principe, sed hoc tantùm ipse Princeps facere potest, vel ipse delegatus à Principe, ut advertit *glos. in d. leg.* 1. *C. ubi, & apud quem*, & prima opinio potest procedere in delegato à Principe, cui fuit causa delegata usque ad diffinitivam sententiam tantùm, quia tunc ipse delegatus Principis non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus ejus sententiam diffinitivam, nam per prolationem suę diffinitivæ sententiæ functus est ejus officio, sed benè potest cognoscere iste delegatus Principis de causa restitutionis in integrum adversus suam sententiam interlocutoriam, *Carleval. dicta disput.* 7 *num.* 25. secus si causa simpliciter sit delegata à Principe, quia tunc procedit secunda opinio, quam intellige, si ipse delegatus à Principe non demandavit executioni suam sententiam; nam antequàm sit executa dicta sententia, ipse Iudex delegatus à Principe potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus suam sententiam diffinitivam, secus si sententia sit executa, quia tunc ipse delegatus functus est officio suo, & successivè non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum adversus suam sententiam executâm, ut docet *Carleval. d. disput.* 7. *nu.* 26. *in fin. & nu* 33.

19 Idem est in delegato ad Universitatem causarum ab inferiore à Principe, qui potest suam sententiam diffinitivam exequi, & de nullitate dictæ sententiæ cognoscere, ut diximus in supradictis locis, & ideò ipse quoq; delegatus ad Universitatē causarum ab inferiore a Principe potest de causa restitutionis in integrum adversus ejus sententiam diffinitivam cognoscere, ut in *d. l. fin. C. ubi, & apud quem*, & docet *Dom. Carleval. d. disp.* 7. *nu.* 29.

20 Sed advertas, quòd tunc Judex ordinarius potest in integrum restituere adversus ejus sententiam, quando causa restitutionis in integrum debet concedi personę privilegiatæ propter lęsionem secus si restitutio adversus sententiam sit facienda majori ex gratia, quia tunc solus Princeps hoc facere potest, puta si quis sit condemnatus ad mortem propter aliquod delictum, nam si post sententiam transactam in rem judicatam appareat de innocentia Rei, ipse Iudex, qui sententiam protulit, eam revocare non potest, nisi rescripto Principis, ut dixi in *praxi for. jud. c.* 14. *nu.* 63.

Et non obstat *tex. in l. fin. Cod. sententiam rescindi*

non

non posse, ubi habetur, quòd virtute rescripti Principis non retractetur sententia legitimè lata: nam respondemus, textum illum loqui, quando rescriptum simpliciter sit impetratum, secus si sit impetratum cum clausula, *non obstante sententia*, quia tunc retractatur sententia, ut advertit *glosa in d. l. fin.* vel respondemus, quòd in *dicta l. fin.* non constabat de innocentia Rei post sententiam, unde Princeps non potest retractare sententiam justè latam in præjudicium tertii, & sic partis adversæ, nisi parte concordata; nam licèt Iudex, qui aliquem justè condemnavit, non possit condemnato gratiam facere, tamen hoc facere potest Princeps, qui parte concordata potest facere gratiam condemnatis, *l. relegati, in fin ff. de pœn. Anna singul.* 458. & *Capibl. prag. 6. nu. 36.*

21 Et scias, quod Iudex appellationis est Iudex competens in concedendo restitutionem in integrum minori adversus appellationem omissam, si sint elapsi decem dies, qui dantur ad appellandum vel si non præsentavit processum coram Iudice ad quem infra quinquaginta dies à die interpositæ appellationis, juxtà formam *Constit. Reg. Appellationum tempora*, nam in his duobus casibus Iudex ad quem, & sic Iudex appellationis concedit restitutionem in integrum minori adversus appellationem omissam, vel non prosequutam intra legima tempora, ut dixi supra *cap. 51. de foro causarum appellationum, n. 109.*

22 Sed tu scis. quòd in civilibus causis, si a die litis contestatæ sint elapsi tres anni, perimitur instantia, ut in *l. properandum, C. de judiciis*, & *in ritu* 248. & instantia ipsa perempta, actor, vel potest de novo judic u incipere coram eodem Iudice, refectis tamen prius expensis, vel ipse actor, perempta instantia, potest causam prosequi, restituta sibi instantia, & sic impetrata insinuatione vitæ spiritus, & prius refectis expensis, ut docet *Mastrill. decis. 70.* nisi actor sit persona privilegiata, quia tunc restituitur in integrum, & potest causam prosequi, etiam non refectis expensis, *prag. unic. de instantia causa non restitut. sine expensis, Maranta in suo spec. p. 5. nu. 35.*

23 Circa hoc de duobus quæro. Et primò, quis sit Iudex competens in concedendo insinuationem vitæ spiritus? & dicas, quòd de jure communi illa insinuatio vitæ spiritus conceditur tantum à Principe, *Rolan. cons. 4. nu. 11. & seq. volum. 2. Grammat. consil. civili 25. nu. 7. & cons. 65. Caravit. dicto ritu* 248. *nu 3. & 5.* per illum ritum, & *Guazzin. ad defensam reorum, defen. 2. cap. 6. nu. 55.* ubi *nu. seq.* dicit, quod ista insinuatio vitæ spiritus non potest concedi per Barones, & idem tenent *Merolla in theologia morali, tom. 3. disput. 7. cap. 1. dubio 6. num. 161. Mufcatell. in pract. Sacri Regii Consilii, par. 7. glos. sententiam à nu. 57. usq. ad fin. & Novarius de gravamin. vassall. to. 1. gravam. 383. nu. 5.* sed in Regno nostro ista insinuatio vitæ spiritus conceditur tantùm à Præside Sacri Consilii, & non ab aliis Tribunalibus, *prag 3. de offic. Sacri Regii Consilii*, & docent *Rovitus in rub. tit. tustan. causæ non restit. sine expensis, nu. 19 Mufcatell. dict. glos. sententiam, nu. 59. & Novarius dict. gr. vam 383. n. 2.* sic etiam Regia Audientia Hydruntina potest concedere dictam insinuationem vitæ spiritus, quæ Audientia hodie est divisa in duabus Audientiis, & omnes illæ duæ Audientiæ habent hanc facultatem, ut docent *Rovitus ubi supra, nu. 19. & 20. & Novar. d. gravamin.* 383. *nu. 3.*

24 Secundò quæritur, an Iudices minores, coram quibus litigatur, possint restituere in integrum personas privilegiatas adversus instantiam peremptam? & videtur dicendum, quòd non sed hoc tantum spectare ad Præsidem Sacri Consilii, ut ita decisum testatur *Thorus compend. decis. to. 2. ver. instantia fol. 270.* sed contrarium puto verum, & sic per quemlibet Iudicem inferiorem, coram quo litigatur, posse concedi restitutionem in integrum personis privilegiatis adversus instantiam peremptam, nam restitutio in integrum in judiciis concedi potest personis privilegiatis læsis non solùm per Principem, & Magnam Curiam Vicariæ, sed etiam per Officiales Baronales, ut in *Const. Reg. Mulieribus*, ubi expressè *Afflict. nu 4.* & de jure communi est *text. in l. fin C. ubi, & apud quem, & in cap. causa restit. de in integr. restitut. & Maranta in suo speculo par. 5. in princ. rubr. & omnia sunt durante instantia, nu. 35. in fin. & nu. 36.* dicit, quòd beneficium restitutionis in integrum adversus instantiam peremptam potest peti coram eodem Iudice, & non est necesse adire Principem, licèt *Foller. ibi in addit.* dicat, concedi per Sacrum Regium Consilium.

SUMMARIUM.

1 *Sententia quando faciat transitum in rem judicatam? & quando fecit transitum in rem judicatam, paratam habet executionem, n. 2.*

3 *Executio sententiæ infra quantum tempus peti possit? & n. 4. & 5.*

6 *Executio sententiæ fit per illum Judicem, qui eam protulit, amplia ut n. 7.*

8 *Judex prorogatus an possit suam exequi sententiam?*

9 *Episcopus potest suam exequi sententiam.*

10 *Delegatus an possit suam exequi sententiam? & possit facere sequestrum. nu. 11.*

12 *Rationales non possunt exequi literas significatoriales.*

13 *Arbiter suam non potest exequi sententiam, sed illam exequitur Judex ordinarius, ibid. vel eam exequitur Regia Audientia ad instantiam privilegiati, n. 14.*

15 *Hæres debet immitti in possessionem bonorum hæreditariorum à Judice, ubi res hæreditaria sita sunt.*

16 *Sententia lata per Judicem loci contractus potest executioni demandari per Judicem domicilii Rei.*

17 *Judex potest exequi sententiam criminalem latam per alium Judicem, & idem, est in causis civilibus, n. 18.*

19 *Judex requisitus si noluit auxilium præstare, vel exequi sententi m alterius Judicis potest per Superiores compelli.*

20 *Judices tenentur inter eos brachium ad invicem præstare.*

21 *Delegatus Principis potest regere Ordinarium, ut exequatur ejus sententiam. limita, ut n. 23.*

23 *Delegatus Principis est major quolibet Ordinario.*

24 *Judex requisitus, ut aliquem capiat, si non capit, peccat mortaliter.*

25 *Judex requisitus quando non tenetur exequi sententiam alterius Judicis? & n. 38. & 41.*

26 *Judex exequens sententiam alterius Judicis, quæ statuta servare debeat?*

27 *Delegatus quæ statuta servare debeat?*

28 *Literæ executoriales expeditæ per Regia Tribunalia Neapolitana non debet executoriari per Regias Audientias.*

29 *Judex laicus an possit exequi sententiam per eum latam in causa feudali contra Clericum? & quid in aliis causis, pro quibus Judex laicus potest cognoscere contra Clericum? n. 30.*

31 *Judex Ecclesiasticus an possit carcerare laicos?*

32 *Judex imploratus potest cognoscere de exceptionibus.*

33 *Brachium non conceditur, nisi aliqua cogniti one præcedente, & neq; conceditur in literis executorialibus expeditis vigore obligationis pœnes acta incusata, nisi in dictis literis sit insertus tenor obligationis, n. 34. & neq; conceditur, quando Judex requirens sit incompetens, nu. 35.*

36 *Judex capiens ad instantiam capti non potest cognoscere de suspicione allegata per ipsum captum in personam Judicis requirentis.*

37 *Judex laicus non tenetur suum brachium præstare Judici Ecclesiastico, si quod petitur exequi, non sit justum.*

38 *Executor sententiæ alterius Judicis, an possit cognoscere de ejus nullitate, & de aliis exceptionibus adversus dictam sententiam propositis? & nu. 39. 40. & 42.*

43 *Judex laicus, an possit ex eodem processu agitato coram Judice Ecclesiastico, condemnare degradatum?*

44 *Hæreticus traditur per Judicem Ecclesiasticum Judici laico puniendus.*

45 *Judex laicus statim quòd sibi fuit traditus hæreticus per Judicem Ecclesiasticum tenetur eum morti tradere etiam non viso processu.*

46 *Judex appellationis an possit exequi sententiam Judicis à quo per eum confirmatam? & nu. 47. 48. & 49.*

50 *Judex, qui cœpit litem, potest exequi suam sententiam contra tertium possessorem, qui lite pendente habuit dictam rem litigiosam, etiam si ipse possessor sit alterius fori.*

51 *Literæ exequutoriales expeditæ per Judicem mortuum, vel mutatum an possit executioni demandari.*

52 *Nuncius an vigore literarum executorialium possit facere mandatum debitori illius, contra quem fit facienda executio, ut adveniente tempore, non solvat?*

53 *Condemnatus ad Regias triremes per Regias Audientias, vel Curias Baronales, ubi transmitti debeat?*

54 *Sententia capitalis executioni demandari non potest in Statu Ecclesiastico, inconsulto Pontifice, & in Statu Mediolani, inconsulto Senatu.*

De Foro executionis sententiæ.

C A P. LIV.

1 Postquàm Iudex protulit sententiam, & ipsa notificata sit, & ab ea non sit appellatum intra decem dies, dicta sententia facit transitum in rem judicatam, *Auth. hodie, C. de appell. cap. dilecti, extra de elect. cap. cessante, extra de appellat.*

2 Et sententia, postquàm fecit transitum in rem judicatam, paratam habet executionem, *l. post rem judicatam ff. de re judicata, l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum, ff. de minorib. l. 2. C. de excutione rei judic. & est ritus Magnæ Curiæ 128.* ubi *Caravit. n. 6.* nam lata sententia, & ipsa translata in rem judicatam, frustra proferentur sententiæ, si debitè executioni non demandarentur, *cap. quod ad consultationem, de re judicata glos. in rub. C. de execut. rei judicatæ,* & docet *Cacheran. dec. 129. & Novar. dec. 224. n. 1. cum duob seq.*

3 Et per spatium triginta annorum potest peti exequutio sententiæ, aliàs transacto dicto tempore, dicitur præscriptum Jus exequendi sententiam, *Afflict. dec. 245. in fine, & dec. 345. Maranta in suo speculo par. 6. act. 3. rub. & post omnia advertatur circà executionem sententiæ, nu. 54. Caravit ritu 262. num. 8. Carroc. de remed. contrà præjudiciales sententias, except. 60. & Riccius coll. 285.*

4 Hoc tamen fallit, nam si sententia sit incepta exequi infra triginta annos, non obstante lapsu temporis triginta annorum, dicta sententia potest finiri exequi, *Achil. de Grassis dec. 5. tit. de sententiis, & re judicata. Riccius coll. 285. & Gallup. in praxi Sacri Consilii par. 3. cap. 3. post nu. 51.*

5 Limita etiam, nam si quis fuerit forjudicatus per spatium triginta annorum, quibus elapsis, captus sit, in hoc casu sententia forjudicationis potest exequi, ut dixi in *praxi forjud. cap. 26. n. 10.*

6 Et sententia, quæ fecit transitum in rem judicatam demandatur executioni per eundem Judicem, qui eam protulit, *d. cap. quòd ad consultationem, de re judicata, l. cum quædam puella, ff de jurisd. omn. Jud.* & docet *Guazzin. ad defens. reor. def. 38. cap. 4. nu.* qui dicit, quòd executio sententiæ capitalis est facienda per Judicem, qui protulit dictam sententiam, & hoc etiam si sit Judex Baronalis, nàm adhuc ipse exequi facit suam sententiam capitalem, quæ transivit in rem judicatam, undè sententia forjudicationis lata per Curiam Baronalem potest executioni demandari per ipsam Curiam, ut dixi in *praxi forjud. cap. 26. nu. 3. & 4.*

7 Et sententia demandatur executioni per eundem Judicem, qui eam protulit, licèt condemnatus lata dicta sententia, fit effectus alterius fori, *l. cum quædam puella ff. di jurisdict. omn. Jud.* & docet *Georg. Obrechti de jurisd. lib. 3. cap. 9 nu. 60.*

8 Immò Judex prorogatus potest executioni demandare suam sententiam, quam protulit vigore prorogationis, *Specul. in tit. de compet. Judic. addit. lib. 2. §. 1. nu. 13. Guid Pap. dec. 77. nu. 4. Capibl. de Baron. prag. 8. par. 1. nu. 104. & Carlevall. de judiciis, to. 1. disput. 2. qu. 8. sect. 6. nu. 1 238. & seq.* Quod intellige si condemnatus habeat bona in territorio Judicis prorogati, aliàs ipse Judex prorogatus re-

scri-

scribit Judici ordinario, ubi adsunt bona condemnati, ut suam exequatur sententiam, *Marian. Soccin. in cap. significasti, nu. 52. de foro compet. & Caravit. ritu 262. num. 13.* & ita potest procedere opinio, *Marant. in suo speculo, par. 4. dist. 12. nu. 19. Meroll. in theolog. morali lib. 3. disput. 7. c. 1. dub. 14. nu. 305. & Carroc. de remediis adversus praeiudiciales sententias excepc. 22. qu. 6. nu. 13.* asserentium indistinctè, Judicem prorogatum exequi non posse suam sententiam, sed executionem sententiae spectare ad Judicem ordinarium.

9 Sic etiam Episcopus potest suam sententiam executioni demandare, *Jo. Franc. Leonius in Thes. fori Eccles. par. 2. cap. 1. nu* 18. Immò Vicarius Foraneus Episcopi potest suam exequi sententiam, *Merolla in theolog. morali lib. 3. cap. 4. nu. 220.*

10 Delegatus quoq; à Principe potest suam exequi sententiam diffinitivam, *Alex. in l. à Divo Pio col. 2. & ibi Bar. nu. 2. ff. de re judic. Abb. in cap. si quis contra Clericum, de foro compet. Meroll. in theolog. morali, lib. 3. disput. 7. cap 3 nu. 22 & cap. 4. nu. 217. & seq. & Georg. Obrechti de jurisd. lib 4. cap. 3. nu. 24.* Sed ipse delegatus Princip s potest suam exequi sententiam diffinitivam inf à annum tantùm, & non ultrà *cap. quaerenti, de offic. deleg. Marant. in suo speculo, p rt. 4. dist. 5. post. nu. 45. Bart. in d. l. à Divo Pio, nu. 2. & Squillant. de privileg. Cler. cap. 2. nu.* 89. sed Judex delegatus ab inferiore à Principe non potest suam exequi sententiam diffinitivam, sed eam exequitur Iudex ordinarius, qui delegavit dictam causam, *d. l. à Divo Pio, in principio ubi Bart. & alii, ff. de re judic. l. properandum. § fin. autem, C. de judicii. Abb. in d. cap. si quis contra Cleriam, Marant. d. par. 4. d. dist. 5. nu. 45. & par. 6. act. 3. nu. 4. & Merolla ubi sup. nu. 21. cap. 3. & cap. 4. nu. 220.* sed ipse Iudex delegatus ab inferiore à Principe potest suam exequi sententiam interlocutoriam, *Bart. in d. l. à Divo Pio, nu. 19. & ibi Jas. nu. 27.* & idem est si ipse delegatus ab inferiore à Principe habeat in rescripto potestatem exequendi suam sententiam diffinitivam, quia tunc eam exequi potest, *Abb. in d. cap. si quis contra Clericum, col pen. & fin. de foro compet. & Marant. d. dist. 5. post nu. 45.* nam si delegans possit alteri mandare, ut exequatur sententiam Iudicis à se dati, *Georg. Obrechti de Jurisdict. lib. 4. cap. 6. nu. 42. & seq.* ergo à fortiori hoc eidem Iudici delegato committi potest per delegantem. *Merolla ubi sup. nu.* 24.

11 Et licèt Iudex delegatus ab inferiore à Principe antè litem contestatam non possit facere sequestrum, sed tantùm post litem contestatam; tamen Iudex delegatus à Principe potest facere sequestrum, sive antè, sive post litem contestatam, *Carrocius de sequestro part. 3. qu* 15.

12 Sed Rationales electi per Universitatem ad videndum computa Sindici administratoris non possunt exequi literas significatoriales per ipsos factas, sed ipsae literae significatoriales executioni demandantur per Iudicem ordinarium loci. *Amend. ad Pras. de Franch. dec. 210. nu. 121. & seq. & Capue. de regimine Reip. cap. 7. §. 10. nu. 13.*

13 Sic etiam Arbiter non potest suam exequi sententiam, sed illam exequitur ordinarius loci Rei conventi, *l. cum antea, ubi Bal. ver. alterius nota. C. de arbitris, & in d. l. à Divo Pio, in principio, ubi glos. & DD. ff. de re judic. Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 21. n. 16. & Thes. dec. 14. nu. 6.* Quod procedit etiam in arbitro juris, qui procedit vigore statuti, nam ipse neque suam potest exequi sententiam, *Maranta d. par. 6. act. 3. post nu. 5.* sed quilibet Iudex, cui condemnatus subest, potest sententiam arbitri exequi absque requisitione dicti arbitri, vel alterius Iudicis, *l. cum antea § 1. C. de arbitr. Bart. in d. l. à Divo Pio, § sententiam Romae, nu. 7. & ibi Jas. nu. 21. ff. de re judic. & Carroc. de remediis contra praejudiciales sententias, except. 62. nu.* 5.

14 Et licèt causa executionis sententiae latae à Iudice ordinario non possit cognosci per Regias Audientias ad instantiam personae privilegiatae, ex dictis supra *cap. 52. nu. 49. in fin.* Tamen secus est in executione sententiae arbitrorum, *Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 21. nu.* 16.

15 Haeres debet immitti in possessione bonorum haereditariorum à Iudice ubi res haereditariae sitae sunt, *l. unic. in princ. C. ubi de hared. agit.* & Iudex competens immissionis bonorum est Iudex rei sitae, licèt alius Iudex domicilii possit proferre sententiam de mittendo in possessionem, & describere literas Iudici loci rei sitae *gl. in l. fin. C. de edic. D. Adr. toll.* & docet *Reg. Tapia in decis. Sac. Reg. Consil. 33.* & Iudex unius Territorii mandat executioni sententiam Iudicis alterius Territorii, mediantibus literis ipsius Iudicis, qui protulit sententiam, & hoc quando bona sita sunt in Territorio Iudicis, cui literae diriguntur, *d. l. à Divo Pio, § sententiam, ff. de re jud. & Hippol. de Marsil. sing. 138.*

16 Et sententia lata per Iudicem loci contractus potest executioni demandari per Judicem domicilii Rei condemnati, *l. argentarium. §. 1. ubi Bart. & alii ff. de judic. & d. l. à Divo Pio § 1. ff. de re jud.*

17 Sic etiam Iudex unius Territorii potest exequi sententiam criminalem latam per alium Iudicem alterius Territorii ad requisitionem ipsius, *Jul. Clar. pract. crim. § fin qu. 96. ver. item quaero, Boss. pract. crimin. tit. de foro competenti, nu. 86. & Cabal. resolut. crim. casu 161. nu. 1.* ubi *nu. 2.* dicit, hoc procedere, sive territoria sint sub diversis Principibus, sive sint sub uno, eodemque Principe, sub diverso tamen Praeside Provinciae.

18 Et non solùm quando sumus inter Iudices aequales, unus potest exequi sententiam alterius, *l. cum unus § fin ff. de bon. auctor. Iud. poss.* sed etiam quando sumus inter Iudices inaequales; nam sententia Iudicis superioris potest exequi per Iudicem inferiorem, *dict. l. à Divo Pio, § 1. ff. de re jud.* & sic è contrario, sententia Iudicis inferioris potest exequi per Iudicem superiorem, *dict. l. argentarium. §. nomine puellae, ff. de jud.*

19 Et scias, quòd si Iudex requisitus noluit auxilium praestare, vel exequi sententiam latam per Iudicem requirentem, in hoc casu ipse Iudex requisitus potest compelli per Superiores, *Covar. pract. qu. cap. 10. post nu. 7.* & tenetur parti ad interesse, *Bartol. nu. 5. Alex. nu. 14. & Jas. nu. 19. in dict. l. à Divo Pio, § sententiam Romae, ff. de re judic.* ubi ipse *Bart. nu. 3. & Jas. nu. 10.* dicunt, quòd si in una Civitate sunt duo Magistratus eandem jurisdictionem habentes, unus non potest exequi sententiam alterius in civilibus absq; requisitione Iudicis,

dicis, qui protulit sententiam; nam sententia ut possit exequi per Iudicem alterius Territorii, semper requiruntur literæ requisitoriales Iudicis, qui protulit sententiam *l. properandum, § fin. autem reus. C. de judic. de Leonard. pract. Offic. cap. 11. num. 17. in fine, Carroc. dict. except. 62. nu. 1. Paulus de Castro in l. pen. nu. 5. ff. de jurisdict. omn. Iudic. & in d. l. à Divo Pio, §. sententiam Romæ, nu. 2.* ubi *nu. 3.* dicit ipse *Paul. de Castr.* quòd si Iudex requirens sit inferior, vel æqualis, non potest compellere Iudicem requisitum, si noluit suam sententiam exequi, secus si Iudex requisitus sit inferior, quia tunc potest compelli à Iudice superiore requirente, &

20 Iudices tenentur alter alteri, sivè sint seculares, sivè Ecclesiastici, sivè unus secularis, alter Ecclesiasticus, & è contra, brachium ad invicem præstare, *c. 1. ubi glos. & DD. de offic. ord. Jacob. Cancerius var. resol. lib. 2. cap. 15. nu. 2.* ubi *nu. 3.* dicit, quòd Iudex ordinarius tenetur suum brachium præstare Iudici delegato, citat *cap. ut officium, § compescendi, ubi Abb. & alii de haret. in 6.* immò delegatus à

21 Principe potest cogere Iudicem ordinarium, ut exequatur sententiam dicti Iudicis delegati à Principe, & præcipere eï sub pœnis gravioribus, *Bart. in dict. l. à Divo Pio, nu. 2. ubi alii DD.* sed *Jas. ibi n. 6.* impugnat dictũ *Bart.* sed opinionem *Bart.* tenet *Maranta d. par. 4. dist. 5. nu. 45.* nam delega-

22 tus à Principe in causa sibi delegata habet jurisdictionem in quemcunque Iudicem ordinarium, & ipse delegatus à Principe est major quolibet Iudice ordinario, *c. ip Janè de offic. & potest. Iudic ordin. Merolla dict. disput. 7. cap. 4. nu. 109. & Georg.*

23 *Obrecti de jurisdict. l. b. 4. cap. 7. nu. 13.* sed Ordinarius 'oci ad mandatum Iudicis delegati à Principe non tenetur exequi sententiam ipsius delegati evidentèr injustam, immò potest de facto resistere, *Maranta in disp. 1.* quam posuit *in fin. hæc praxis.* Et si Princeps rescribat alicui Officiali, ut aliquem decapitet, si ipsi Officiali mandatum Principis videtur injustum, ipse Officialis debet supersedere, & Principi rescribere, *Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 97. versic item est.* Sed *text. in l. si vindicari, 20. C. de pæn.* dicit, quòd si Princeps rescribat, aliquem puniri ultra modum, debet Iudex per triginta dies differre, ut videat, si Princeps pœnam relaxet.

24 Et Iudex requisitus, ut aliquem capiat, si eum non capit, peccat mortalitèr, & tenetur parti ad interesse, & potest compelli à suo Superiore, *Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de personis, n. 13. & 26.*

25 Sed tunc Iudex requisitus potest exequi sententiam alterius Iudicis requirentis, quando sententia est lata secundum ius commune, aliàs si sit lata sententia Iudicis requirentis secundùm eius statuta, & tunc Iudex requisitus non debet dictam sententiam exequi, nisi in suo Territorio sit idem statutum, in quo fundata est sententia Iudicis requirentis *Boss. pract. crimin. tit. de sent nu. 115. Cabal. resolut. crim. casu 161. nu. 12. & seq. & Hippol. de Marsil. sing. 138.*

26 Et quando unus Iudex exequitur sententiam alterius Iudicis, tenetur servare stylum Curiæ ipsius Iudicis exequentis sententiam, & non Curię Judici proferentis sententiam, *Crovit. ritu 262. nu 20. Guid. Pap dec. 23. Ricciuscoll. 1323. & Reg. Rovit. in prag. 4. nu. 2. de citat.* & debet servare statuta loci, ubi ipse Iudex exequitur sententia, & non statuta Judicis proferentis sententiam, *Jas. in d. l. pen. ff. de jurisd. omn. Jud. & Marant. d. par. 6. act. 3. nu. 10.* sed tunc Iudex in exequendo sententiam alterius Judicis tenetur servare statuta sui loci, quando ipsa statuta respiciunt ordinem judicii, & formam in procedendo, secus si respiciant condemnationem, vel executionem, quia tunc attenduntur statuta loci contractus, *Bald. in l. 1. nu. 4. C. ne filius pro patre, Freccia de præsent. instrum. par. 3. nu. 10. & Carroc. de remediis contra præjudiciales sententias, except. 22 q. 30 nu. 8 & seq.*

27 Sed delegatus in iis, quæ concernunt ordinem processum, tenetur servare stylum statuta, & consuetudines fori delegati, secus in his, quæ concernunt decisionem causæ, quia tunc delegatus tenetur servare consuetudines & statuta fori litigantium, *arg. l. si fundus, ff de evict.* & sic distinguit *Socc. in l. fol. § Prætor, ubi Dec nu. 10 ff. de jurisdict. omn. Jud.* & quando causa est delegata existenti extra jurisdictionem delegantis, delegatus tenetur servare stylum Curiæ loci delegantis in decisoriis, secus in ordinatoriis, judicii, in quibus tenetur ipse delegatus servare stylum Curiæ ipsius delegati, sic *Alex. Sperell. dec. 85. nu. 5. p. 1.*

28 Et scias, quòd in exequendis literis executorialibus à Regiis Tribunalibus Neapolitanis transmissis, non est opus aliis executorialibus à Regiis Audientiis, in quorum Provinciis est facienda executio, *prag. 2. de offic. Justit.* & d executio non potest fieri in Terra Baronis per Officiales Regios sine licentia Baronis *Freccia de subfeud lib. 2. tit de different feud quaternat. cum his, quæ plura. & de tabula nunc apud nos nu. 39* ubi an hoc procedat in Regno nostro, res non cogitandum. Sed tu vide quod dixi supra *cap. 32. nu. 6. & 7.*

29 Sed tu scias, quòd si Clericus teneat feudum à Rege, ipse Clericus pro feudo convenitur coram Judice laico, ut dixi supra *c. 36. nu 8. cum pluribus seqq.* si Judex laicus proferat suam sententiam contra Clericum, ipse Judex laicus non potest vim inferendo in personam Clerici, suam exequi sententiam; sed si Clericus non insisteret corporalitèr in possessione, potest laicus suam sententiam exequi, *Abb. in cap. verum, nu. 23. de foro compet. & Franc. Ausilius de jurisd par. 3. tit. unico, cap. 8 num. 294. usq. ad fin.* & dix supra *dict. cap. 36. nu. 16.*

30 Sed advertas, quòd in casibus, in quibus Clericus conveniri potest coram Judice laico, si Clericus ipse sit condemnatus per ipsum Iudicem laicum, debet implorari brachium Judicis Ecclesiastici, *Vivius dec 49. Capiblanc. de Baron. prag. 8. par. 3. nu. 79 & Gallup. in praxi Sacr. Conf. par. 3. cap. 3. nu. 3.* Sed sunt aliqui, qui dicunt, quod licèt quando vigore sententiæ latæ per Judicem laicum in casibus permissis contra Clericum debeat fieri executio in bonis Clerici, executio ipsa debeat fieri per Judicem laicum, tamen cautius est, si executio prædicta in bonis Clerici remittatur ad Judicem Ecclesiasticum, ita *Graff de effect. Cler. effect. 1. num. 79.* immò alii indistinctè tenent, ut Iudex laicus non possit facere realem executionem vigore sententię per ipsum latæ contra Clericum in casibus permissis, sed executio prædicta spectet ad Iudicem Ecclesiasticum prout tenent *Diana in suis*

mo-

moralib.resolutionib.part.3.tit.de immunit. Ecclesf. resolut 4.& part.4.tract.1. resolut.3. Guazzin. ad defensam reorum.defens.1.cap.11.post nu.1. Marcell.de Vulpe in praxi Judic. for. Ecclesf.cap.43. nu.9. & Squillant.de privileg.Cleric.cap.7.nu.74. moventur ex tex.in cap.seculares,de foro compet.in 6.& à fortiori quando executio sententiæ latæ per Iudicem laicum contra Clericum in casibus permissis sit facienda in personam Clerici, tunc absque difficultate executio in personam Clerici est facienda per Iudicem Ecclesiasticum, *Vivius d. decis.49.nu. 6.Gennens.pract.Arch.Neap.cap.12. Guazzin.d.def. 1.d.cap.11.post nu.1.& Marcel. de Vulpe d.cap.43. nu.9.* unde ipse Clericus con potest carcerari per Iudicem laicum in causis,pro quibus Clericus potest conveniri coram Iudice laico, *Ursill.ad Affl. decis.204.Graff.d.effect.1.nu.789. & seq.Squill.dict. cap.7.nu.74.& Ansald. de jurisdict. par.3. tit.unico, cap.9.à nu.127.usq;ad nu.130.*

31 Et sic e contra in casibus, in quibus Iudex Ecclesiasticus est Iudex competens contra laicos, non potest ipse Iudex Ecclesiasticus (excepto crimine hæresis) carcerare laicos, *Felyn. in cap.cum sit generale, nu.20.de foro compet.Oldr.cons.86. Covar.pract.qu.cap.10.nu.2.& Ansald.de Iurisdict.par. 4.tit.10.cap.2.nu.33.* Sed tantùm potest contra eos per censuras Ecclesiasticas procedere, *Iul. Clar. pract.crim.§.fin.qu.37.nu.8. & Graff.d.eff 1.nu.603.* Sed aliqui tenent, quòd Iudex Ecclesiasticus in casibus, in quibus potest procedere contra laicos, ipsos carcerare per *Concil.Trid.sess.25.de reform.it. cap.3.ità Petrus Franc. de Tondut.tract. de præventione,cap.22.nu.11.& Diana in suis moralib. resolut. part.1.tract.2. resol.88. & part.4.tract.1. resol.17.* Immò alii tenent, quòd quando Iudex Ecclesiasticus carcerat laicos in casibus permissis, debent ipsi laici manere carcerati in carceribus Ecclesiasticis, & non laicalibus, prout tenent *Barbos. de officio, & potest. Episc. par.3. alleg. 107.nu.8. Diana lib.1.tit.de immunitate Ecclesiastica, resolut.89. Anchar.d.cap.cum sit generale, nu.11.de foro compet Cabal.resol.crim.casu 194.nu.4.Gennens. pract.Archiep.Neap.cap.13.nu.3.& Guazzin.dict. def.1.d. cap.11.nu.33.* tamen alii non recedunt à prima opinione,nàm ipsemet *Anchar.d.nu.11.* dicit, quòd Iudex Ecclesiasticus potest carcerare laicos,sed implorato brachio Iudicis laici, prout idem tenet *D.Reg.Sanfel. dec.160.* & quòd Iudex Ecclesiasticus non possit carcerare laicos pro crimine mixti fori propria authoritate, dicit fuisse decisum *Iacob. Cancerius variar. resol.lib.3. cap.19. à nu.56. usq;ad fin.* Immò si Iudex Ecclesiasticus pertulit sententiam contra laicum in casibus permissis,ipse Iudex Ecclesiasticus dictam sententiam exequi non potest absque brachio Iudicis laici, *Gallup.in praxi Sacri Cons. par.3.cap.3. nu.3.* & per Regios Superiores non præstatur brachium Iudici Ecclesiastico contra laicos,inconsulto Prorege, *Danza de pugna DD.to.1.tit.de brachii concessione, cap.1.nu.3.* sed *Iacob.Cancer. d.cap.19.nu.35.* dicit, quòd Regiæ Audientiæ possunt præstare eorum brachium Iudici Ecclesiastico.

32 Et Iudex, cujus brachium imploratur, potest cognoscere de exceptionibus oppositis ab eo,contra quem brachium imploratur, *Ricc.dec.116.par. 3.ubi nu.2.* dicit, quòd Iudex imploratus potest videre process.m,an ritè, & rectè fuit judicatum; & idem tenet *D.Reg.Hector Capyc.Latro dec.82.nu. 9.& 10.* licet contrarium teneat idem *Riccius in collect.573.*

33 Et quando Iudex inferior petit implorationem brachii à Regiis Superioribus, dictum brachium non conceditur, nisi aliqua cognitione præcedente,& sic ut constet de justitia petentis, *Marant. cons.29.& D.Reg Sanfel.dec.64.nu.8.* unde quando petitur per Iudicem inferiorem imploratio brachii à Regiis Superioribus in mandato de aliquem capiendo, non conceditur dictum brachium, nisi transmissa informatione,ut videri possit per ipsos Regios Superiores, si contumax ritè, & rectè fuit citatus,*Reg.Tapia de jure Regni, super Const.Reg. Edictorum, nu.8.tit. de citationib. Danza de pugna DD.to.1.tit. de brachii concessione, cap.1.nu.28 cum duobus seq.& Gennens.in praxi Arch.Neap.cap.37. nu.3.* sed hoc procedit, quando capiendus est bonæ famæ,& vitæ,secus si sit persona vilis, & vagabundus, quia tunc Iudex requisitus tenetur credere literis requisitoriis alterius Iudicis,*Foller.pract. crim rub.notatos capiat de persona, nu 22.& 25.*

34 Et in literis executorialibus expeditis vigore obligationis pœnes acta incusatæ non imploratur brachium per alios Iudices, nisi in dictis literis executorialibus sit insertus tenor obligationis, secus est in literis executorialibus expeditis vigore obligationis Cameralis in alma Urbe, *D. Reg.Sanfelic.dec.64.nu.9. & seq.*

35 Et quado Iudex requirens est incompetens, Iudex requisitus non tenetur ipsi Iudici incompetenti requirenti suum brachium impertiri, & auxilium præstare, *Ricc. in praxi part.1. decis. 328.& D. Reg.Hector Capyc. Latro dec.82.num.15.* prout neque in Regno impartitur brachium pro exequenda sententia lata Romæ super rebus feudalibus, cum ipsa sententia in Regno exequi non possit per Officiales huius Regni, ut dixi supra *cap.46.nu.31.* & neque mandantur executioni in Regno provisiones extra Regnum expeditæ absq; licentia Proregis,*prag.4 de citationibus.*

36 Sed si quis sit captus ad alterius Officialis requisitionem, Iudex capiens ad instantiam capti non potest cognoscere de suspitione allegata per ipsum captum in personam Judicis requirentis, *Foller.pract.crim.rub.notatos capiat de persona,n.23.*

37 Et Iudex laicus non tenetur præstare suum brachium Iudici Ecclesiastico, si quod petitur exequi, non sit validum justum, & firmum,*Graffus d.effect.1.nu.1025 cum pluribus seq. Capibl.d.prag. 8.par.3.nu.4.de Leonard. pract.offic.cap.9. num.21. Ferrat.cautel.53.nu.2.Hipp.de Marsil.sing.367 Foller. pract.crim.rub.quis debitis feriantur,nu.57.D.Reg. Sanfel.dec.239. in princ.& d.decis.193. Dom. Regens Merlin.controver forens.to.2.cap.98.Masul. ad Capyc. decis.132.nu.1.& 2.Grammat.cons.civili 109. Bal.in l.in criminali,C.de Iurisdict. omn. Iud. Bart.in l.Magistratibus,ff de Iurisd.omn.Iud & in l.Divus. ff de custod.reor.Roland.à Valle cons.37.nu.5. & 7.lib.1. Chartar.de execut.sententia cap.fin. nu.6. & seq.& Ursil. ad Affl.dec.24.nu.13.& seq.* ubi dicit, hoc procedere,si de nullitate, & injustitia Iudicis Ecclesiastici ex processu appareat; Sed quòd si Iudex laicus sit requisitus à Iudice Ecclesiastico pro imploratione sui brachii,non possit petere, quòd vult

vult videre processum an ritè, & rectè sit processum, sed statim teneatur impartiri suum brachium, etiam si processus ipsi non offendatur, tenent *Genuens. in praxi Archiep. Neap. cap. 43. nu. 2. & Diana lib. 1. tit. de immunit. Eccles. resolut. 109.* Sed alii conciliando has contrarias opiniones dicunt, primam procedere, quando Iudex laicus potest cognoscere de causa, de qua cognovit Iudex Ecclesiasticus, & fit requisitus pro imploratione brachii ipsius Iudicis laici, quia tunc ipse potest cognoscere, si quod petitur exequi, sit justum, validum, vel firmum; secundam verò opinionem dicunt procedere, quando Iudex laicus est requisitus à Iudice Ecclesiastico pro causa, pro qua omninò ipse Iudex laicus cognoscere non potest, nam in hoc casu Iudex laicus tenetur implorare suum brachium, & non potest videre, si quod petitur exequi, sit justum, validum, vel firmum, ita distinguunt *Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 15. nu. 10. cum plurib. seq. & præcipuè, nu. 13. & lib. 3. cap. 19. in principio, Graff. d. ff. 1. nu. 827. cum plurib. seq. Iulius Clar. pract. crim. § fin. quæst. 96. ver. quæro etiam Boss. pract. crim. tit. de denunciatione, num. 11. Foller. d. rub. pænis debitis feriantur, nu. 56. & seq. D. Reg. Sanfelic. dec. 239. in princip. Anfald. de Iurisd. part. 2. tit. 1. cap. 19. nu. 5. cum plurib. seq. & par. 3. tit. unico, cap. 7. nu. 77. cum plurib. seq. D. Reg. Merlin. controv. forens. tom. 2. cap. 98. num. 36. & seq. & Merolla in theolog. morali, lib. 3. disput. 7. cap. 5. nu. 77. cum trib. seq.* & quando Iudex laicus possit sententiam Iudicis Ecclesiastici executioni demandare, & suum brachium impertiri, latè scripsit *Farinac. pract. crim. tit. de pænis temperandis, qu. 97. à nu. 81. usque ad nu. 108.*

38 Et advertas, quòd si mero executori opponatur de nullitate sententiæ ex defectu Iurisdictionis, vel citationis, ipse merus executor potest pronunciare sententiam nullam & illam exequi, *Soccin. conf. 83. nu. 14. lib. 4. Balb. dec. 88. & Carroctus de remediis adversus præiudiciales sententias except. 22. qu. 30. nu. 2.* & hoc præsertim procedit, quando hæc nullitas apparet ex actis, quia tunc ipse executor non tenetur exequi sententiam, *l. si Prætor. § 1 ff. de re judic. Felyn. in cap. de cætero, nu. 4. de re iudic. & Carroc. d. qu. 30. nu. 4.* aliàs si nullitas non appareat ex eisdem actis, & tunc ipse executor non debet sententiam nullam declarare, sed tantum supersedere debet, & nullitatis causam remittere ad rescribentem, *Bal. conf. 341. nu. 6. lib. 4. Soccin. conf. 59. nu. 4. lib. 1. & Carroc. ubi supra num. 5.* sed si super oppesita nullitate Iudex committens cognovit, & sententiavit, tunc executor nec rescribere, nec supersedere debet, sed dictam sententiam exequi tenetur, *Abb. in d. c. de cætero, nu. 5. & Carroc. ubi supra, nu. 6.* Sed quando ille, qui scribit, sit Superior Iudici exequi debenti, ille, cui scribitur, debet exequi sententiam, licèt videat eam esse nullam, *cap. pastoralis, § quia verò, de offic. deleg.* sed *Carroc. ubi supra, nu. 11.* dicit, quod ipse etiam in causa merè civili faceret contrarium, & potius renunciaret officiũ, quàm exequi contra propriam conscientiam, idem tenent *Jas. in l. sivè nostram, nu. 7. ff. de in litem jurando, & Hipo. de Marf. in pract. crim. § opportune, nu. 11.* & ipse *Carroc. ubi sup. nu. 12.* dicit, omnia supradicta procedere in mero executore habente Iurisdictionem de per se, secus si non habeat iurisdictionem de per se, quia tunc merus executor non cognoscit de nullitate sententiæ, sed illam omnino exequi debet.

39 Et executor sententiæ alicujus Judicis non potest cognoscere de exceptionibus contra ipsam sententiam propositis coram ipso executore, *cap. pastoralis, § quia verò, ubi glos. de offic. deleg. Iapus, alleg. 2. circa finem, & Vantius de nullitate, rub. coram quo possit, & debeat nullitas proponi, post nu. 22.* quod intellige in mero executore, secùs in mixto executore, puta si Judex ordinarius exequatur sententiam alterius Judicis, quia tunc ipse Judex, qui exequitur sententiam alterius Judicis, potest cognoscere de exceptionibus propositis coram ipso contra dictam sententiam, *Guid. Pap. dec. 574.* & latè *Carleval. de judiciis, tom. 2. disp. 17. per tot.*

40 Unde ipse Judex exequens sententiam alterius Judicis, potest cognoscere, si fit executum in bonis alienis, *l. à Divo P.o, § si super rebus, ff. de re judic. Covar. pract. quæst. cap. 6. nu. 5 in fin. Carleval. d. disp. 17. nu 14. & Iacob. Cancer. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. nu. 267.* quod secus est in mero executore, qui non potest cognoscere, si fit executum in bonis alienis, *Muscatell. in pract. appellat. par. 3. glos. servata, nu. 43. cum plurib. seq. ubi à nu. 105. usque ad finem* latè tractat de quibus exceptionibus cognoscere possit merus executor, & de quibus exceptionibus cognoscere possit mixtus executor juris.

41 Et quando Judici alterius territorii rescribitur per Judicem alterum, ut suam exequatur sententiam, ipse Judex, cui rescriptum est, potest de iniquitate dictæ sententiæ cognoscere, & si viderit, talem sententiam esse iniquam, non debet illam executioni demandare, *Angel in l. si ut proponis. C. de execut. rei judic. & Hipp. de Marf. singul. 138. in fine*, & Judex requisitus non debet exequi sententiam alterius Judicis ad ejus requisitionem absque causæ cognitione, & non viso, quòd ipsa sententia sit ritè lata, & à Judice competenti, & quòd sit lata secundum justitiam, *Cabal. d. cas. 161. nu. 10. & seq. D. Reg. Sanfel. dec. 293. n. 1. Boss. pract. crim. tit. de sententiis, nu. 114. & seq. & Thor. comp. dec. to. 2. ver. sententia, fol. 632.*

42 Et Judex secularis, si ab Ecclesiastico sit requisitus, ut eis sententiam exequatur, potest cum citatione partis cognoscere de injustitia, & iniquitate sententiæ, *D. Reg. Sanfelic. d. decis. 293. & Chartar. de execut. sent. cap. fin. nu 97.* ubi *nu. 128.* dicit, quòd est necessaria citatio in executione brachii secularis.

43 Et quando persona Ecclesiastica est degradata per Judicem Ecclesiasticum, & tradita Judici laico, ipse Judex laicus potest ex eodem processu agitato coram Judice Ecclesiastico condemnare degradatum, non data alia dilatione, nec repetitis testibus, sed ex eodem processu compilato coram Judice Ecclesiastico, prævia tamen citatione ad sententiam, item examinandam, & causæ finem imponendum, ut observatum testatur *D. Reg. Sanfel. dec. 139.* ubi *nu. 4.* dicit, quod si aliquis defectus in processu Ecclesiastico reperiatur, supplendus erit per Judicem laicum.

44 Et in crimine hæresis postquam Judex Ecclesiasticus declaravit, quem esse hæreticum, tradit eum

eum puniendum Judici laico, & ipse Judex laicus est Judex competens in exequendo sententiam cōtra hæreticum latam per Iudicem Ecclesiasticum, *cap.ut inquisitionis,de hæret.in 6.Boss.pract. crim.tit. de foro competenti,nu.160.Iul.Clar.in pract. crim.§. hæresim,ver.hoc crimen , & est Const.Reg.Inconsutilem*,per quam disponitur, quòd statim , quòd per Inquisitores Sancti Officii quis declaratur hæreticus,ex quo noluit,se corrigere, & hæresim abjurare,traditur Curiæ seculari puniendus , & postquam Iudex Ecclesiasticus declaravit , quem esse hæreticum, Judex laicus tenetur exequi sententiā Iudicis Ecclesiastici , aliàs est excommunicatus, *cap.ut inquisitionis §.prohibemus de hæreticis in 6.* & dicam infrà in *cap.de foro hæreticorum , num.11.& 12.part.2.*

45 Et in crimine hæresis Iudex laicus tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici, *Abb.Imol.& alii in cap.1.de offic. ordin. Boer. dec.90. Riccius in praxi par.1.dec.300.& par.2. resol.89 post nu.1.Dec.in l.Magistratib. nu.13. ff.de Iurisd.omn.Iud. & Boss. pract.crim.tit.de denunciatione, nu.11.*Immò Iudex secularis tenetur statim suum brachium implorare pro executione sententiæ latæ per Iudicem Ecclesiasticum super crimine hæresis contra hæreticum etiam non viso processu , *Affl. in Const.Reg Post Mundi machinam,nu.58.Foller.pract.crim.rub.pœnis debitis,nu.56.Thor.comp.decis.tom.1.ver.Index.fol. 294.Iul.Clar.pract crim.§.fin.qu.96. nu.7. Guazzin. d.def.1.cap.5.nu.4. & def.38.cap.4.num.2. D.Reg. Hector Capyc.Latro decis.81.nu.11.cum duob.seq.D. Reg.Sanfelic.decis.239.in princ. Ansald. de jurisd.p. 2.tit.11. c.19.nu.8.cum plurib.seq.& Genuens pract. Archiep.Neap.cap.43. nu.3.*nàm Iudices laici in crimine hæresis sunt mere executores , & statim, quod Inquisitor Sancti Officii declaravit , quem esse hęreticum , Iudices laici tenentur hæreticum ad mortem damnare , aliàs inquisitor potest procedere contra ipsos Iudices laicos uti fautores hæreticorum,*Diana lib.1.tit.de immunitate Ecclesiastica,resol.135.*Immò ipse Iudex laicus,cui ab Ecclesiastico Iudice traditur hæreticus comburendus, non potest supersedere, dicens scire illum esse innocentem,ita *Chartar.de execut.sententiæ , cap.fin.n. 384.*licèt aliqui teneant, quòd si Iudex laicus, cui est traditus hæreticus per Iudicem Ecclesiasticum, sciat,sententiam injustam esse,illam executioni demandare non debeat , pront tenent *Abb.in cap.1. nu.12.de offic.ordin. Decian.tract.crimin. lib.4.cap.9. nu.125.& Ansald. d.cap.19. nu.32.cum plurib.seq.* ubi *nu.29.& seq.*tenet , quòd si ipse Iudex laicus videat,sententiam Iudicis Ecclesiastici esse nullam ex defectu jurisdictionis, puta , si ipse Iudex Ecclesiasticus declaravit, quem hæreticum pro causa non hæreticali,in hoc casu Iudex laicus non tenetur reum morti tradere, & docet idem *Ansald. in eod.tract.p.3.tit.unic.c.7.nu.92.cum plurib.seqq. & par.4.tit.8.c.2.post nu.124.ver.adeò quod, & nu. 125.& seq.*& vide quod dicam infrà *c.de for. hæret. nu.13.par.2.*

46 Et scias, quòd si quis sit condemnatus , & appellat , & sententia sit confirmata per Iudicem ad quem , in hoc casu executio ipsius sententiæ spectat ad Iudicem ad quem,ut in *ritu 262.*& docent *Maranta d.par.6.act.3.num. 6.Bart.in l.a Divo Pio,nu.15.*& ibi *Iaf nu.26.ff.de re jud.Paul.de Castr.in l.cum specialis.nu.5.C.de Iud.Mising. centur.5. observ.94.nu.1.Guazzin.ad defens.reorum, defen.35. cap.26.nu.14 & Foller.pract. crimin rub. pœnis debitis feriantur,nu.100.*sed veritas est,quòd quando sententia confirmatur per Iudicem ad quem, ejus executio spectat ad Iudicem à quo , qui protulit primo loco sententiam,*Caravita dict. rit.262. num. 5.* & ità decisum testatur *de Franch. dec.510.* & quando Judex ad quem confirmat sententiam Iudicis à quo,dicit in sua sententia,malè fuisse appellatum , & benè decisum per Iudicem à quo , & proindè rescribatur eidem Judici à quo , ut suam exequatur sententiam, literis inhibitorialibus per eum expeditis non obstantibus, & intimato dicto decreto,si non sit appellatum infra decem dies, illis elapsis,rescribitur per ipsum Iudicem ad quem Iudici à quo,ut suam exequatur sententiam vigore supradicti præinserti decreti,& ita practicatur.

47 Idem est , si Iudex à quo protulit sententiam, & ab ea sit appellatum , & appellatio non sit prosequuta:nam si Iudex ad quem declarat appellationem desertam , executio ipsius sententiæ spectat ad Iudicem a quo , *Mising.d obser.94.num.2. Maranta d act.3.nu.7.Iaf.in d.l.a Divo Pio , nu.26. Guazz.d.def.35.cap.26.nu.14. & Addent.ad Capel. Tholos. dec.84.* & ipse Iudex ad quem declarat appellationem desertam,& rescribit Iudici à quo quod stante , quod appellatio est deserta , suam exequatur sententiam , literis inhibitorialibus non obstantibus, ita *Caravit.ad.ritu 262. nu.5. & ritu 264.post nu.3.& Ricc.collect. 2145. ver.sed adverte,*& dixi supra *c.51.nu.111.*

48 Sed si à sententia Præfecti Prætorii sit reclamatum ad eundem Præfectum Prætorium , & causa reclamationis sit commissa alteri Consiliario , & prima sententia sit confirmata in causa reclamationis in hoc casu Judex reclamationis sententiā ipsam exequutioni mandat,& non causæ Cōmiss. primæ instantię,*Chart.dec.10.& de Franc.dec.335.*

49 Et circa hoc advertas,quòd si quis sit condemnatus ad pœnam pecuniariam per Officialem Baronalem , & sententia sit confirmata per Regios Superiores,in hoc casu pœna spectat ad Baronem, *Thesaur.decis.266. post nu.7.* nisi Officiales Regii minoraverint pœnam in causa appellationis , quia tunc pœna spectat ad ipsos Regios Superiores,*Reg Rovit.in prag.3.nu.4. de recept. malef.*nam quando sententia Iudicis à quo revocatur in totum,vel in aliquo reformatur, ejus executio spectat ad Judicē ad quē,*Carav.d.rit.262.n.6.& Muscat.in pract.appel.p.3.glos.reformando,à nu.16. cum plurib.seqq.*sed *Capibl.de Baronib.to.2. cap.40.num. 5.& seq.*dicit, quod si Iudex primarum causarum condemnavit aliquem ad pœnam pecuniariam,& Curia secundarum causarum reformavit,& minuit dictam pęnam , in tali casu ipsa pœna spectat ad Baronem primarum causarum , quod est contra *Reg.Rovit. ubi supra,* de quo ipse *Capibl,*nulla facit mentionem,sed ut dic,opinionem *Reg. Rov.* procedere , quando Iudex secundarum causarum reformavit sententiam Iudicis primarum causarum ex gravamine , quod apparebat ex primis actis,& opinionem *Capibl.*procedere, quando Iudex secundarum causarum reformavit sententiam

ex noviter deductis in causa appellationis, ut dicit *Capiblanc.in d.c.40.nu.7.* ita *Staib sen.conf.74.* ubi dicit ipse *Staiban.*quod si in causa appellationis sit facta transactio,in tali casu transactio spectat ad Curiam appellationis , & non ad Curiam primarum causarum , si Curiæ ipsæ fint diversorum Baronum,& idem tenet *Capibl.dict. cap.40.n.7.*sed si Iudex Baronis protulit sententiam exilii contra Reum , si deindè per Magnam Curiam dicta sententia sit in pecunia commutata , ipsa pecunia spectat ad Baronem , *D. Reg. Sanfelic. decis.19.*

50 Sed quæritur & primò , quid si laicus sit conventus ad relaxandam aliquam rem , & lite pendente, ipse laicus alienet rem prædictam in alium laicum,qui est alterius jurisdictionis,an in hoc casu,lata sententia per Iudicem , coram quo lis cæpta erat , ipsa sententia executioni demandetur contra novum possessorem absq;novo processu, & per eundem Iudicem , qui protulit dictam sententiam ? dixi supra *cap.7.nu.17.& seq.*ubi *num.119.* dixi , quid si res prædicta sit alienata in Clericum ?

51 Secundò quæritur,quid si Iudex,qui subscripsit literas executoriales,sit mortuus,vel mutatus,an vigore dictarum literarum executorialium possit fieri executio ? & dicas,quod sic, *Bar.in l fundi, ff. de acq.pos.de Franch.decis.405.nn.1. & Covar.pract. qu.cap.11.nu.1.*sed hoc procedit , quando mandatum fuit relaxatum vigore sententiæ diffinitivæ, secus si vigore sententiæ interlocutoriæ , *Rol.m.à Valle conf.28.nu.17 vol 3. & Guazz. ad defen.reor. def.5.cap.1.nu.21.* & licentia de capiendo concessa per aliquem Iudicem perpetuatur in ejus successorem, *Bald in l.1.nu.3.ff de postul.*& durat post mortem Iudicis mandantis,*Bajard.ad Clar.§ fin.qu.28.nu.19.*sed *Chart.de execut sent.c.fin.nu.127.*dicit quòd successor in officio ad capturam non procedit ex licentia concessa per prædecessorem , sed quod mandatum de capiendo expeditum à Iudice mutato,vel mortuo, possit executioni demandari tenent *Ricc.dec.153.par.2. & Genuens. in pract. Arch.Neap.c.83 nu.2.*

52 Ultimò quæritur, an Commissariis, executoribus, vel nunciis liceat præcipere debitoribus in diem,ut adveniente die, faciant depositum ex simplicibus literis executorialibus contra debitores ipsius debitoris in diem expeditis ? & dicas,quod non,undè si ipse debitor in diem adveniente die, solvat,rectè solvit , non obstante dicto mandato, *D.Reg.Sanfel.dec.310.* quod secus si dictum mandatum esset validum ; nam qui solvit in contemptum mandati, malè solvit, & tenetur denuò solvere,*de Franch.dec.204.n.12.*ubi *n.18.*dicit,quod si sit factum mandatum alicui, & ibi non sit accusata prima,& ultima contumacia, & incusatis dictis contumaciis,non sit dictum , quòd mandatum illud conservetur in actis Curiæ, mandatum illud non tenet,& circumnuncitur.

53 Et finaliter scias , quòd quando Regiæ Audientiæ condemnat aliquem ad personaliter inserviendum in Regiis triremibus ad remigandum , transacta sententia in rem judicatam , pro eius executione , ipsę Regiæ Audientię non possunt transmittere condemnatum ad Regias triremes, recto tramite , sed illum renetur transmittere ad Magnam Curiam unà cum copia processus , *l.Divus Adrianus,ver.igitur ff.de custod. reorum pragm. 105.52. de offic. Jud.* & docet *Regens Rovitus in prag.8.§.4. num.4. de offic. Magistr.Justit.* ubi dicit , quod deindè ipsa Magna Curia antequam condemnatum consignet Regiis triremibus , revidet dictum processum , etiam si pro condemnato non sit appellatum , & si condemnatio rectè non procedat , decretum reformatur , & aliquando condemnatus liberatur, & reus non mittitur ad Regias triremes , nam injusta sententia non debet executioni demandari , ut dixi supra *cap.52.nu.7.& in praxi forjud.cap.3.nu.4.cum plurib. seq* & idem observatur in condemnatis per Curias Baronales , qui condemnati non transmittuntur ad Regias triremes per ipsas Curias Baronales , sed transmittuntur ad Regias Audientias,vel ad Magnam Curiam una cum copia processus , & deindè dicta sententia revidetur per ipsas Regias Audientias, vel Magna Curia etiam si appellatio non sit interposita , *Novar. de gravam.vass.l.tom.3.gravam 3.*

53 Et scias quoquè , quòd in Urbe Romana de consuetudine Officiales non procedunt ad executionem sententiæ mortis, aut abscissionis membri,inconsulto Pontifice , & eadem consuetudo servatur in Statu Mediolani , ubi etiam Officiales non procedunt ad prædictarum pœnarum executionem , nisi facta prius relatione in Senatu, *Jul.Clarus pract.crim.§ fin.qu.40. vers.sed numquid, in fin.& Sigism.Scaccia de judic. caus.civil. & crim. lib.1. cap.13. nu.5.* & utinam hoc observaretur in hoc Regno Neapolitano in Curiis Baronalibus,ut ipsæ non possent executioni mandare sententias mortis , inconsultis Regiis Superioribus nam in ipsis Curiis Baronalibus sæ, è sæpiùs vidi sententias mortis executioni mandatas , & Rei non erant digni pœna triremium , & ob paupertatem ipsi miserrimi Rei non potuerunt appellare à dictis sententiis , & ob hoc fuerunt laqueo suspensi.Et è contra pluriès in dictis Curiis Baronalibus vidi reos mortis liberatos , & transactos fuisse per modica summa, & ut plurimum(salva pace bonorum) rei pro homicidio transiguntur pro duc. decem & ex hoc continuò homicidia committuntur, & miror , quare isti mali Barones non priventur eorum criminali jurisdictione , & statuatur per Regios Superiores , ut omnes causæ criminales determinentur in Regiis Audientiis, ubi sit vera justitia , prout fit in Magna Curia , & ut ipsæ Curiæ Baronales certiorare tenerentur tam ipsas Regias Audientias de delictis committendis in dictis Territoriis Baronalibus sub gravi pœna ; nam notorium est , quasi omnes Curias Baronales male uti earum jurisdictione in liberando condemnandos, & in puniendo absolvendos,sed qui malè utitur sua jurisdictione , ea privari debet,ut dixi supra *cap.8.num.107.* & ob negligentiam Officialis cognitio delictorum transfertur ad Superiores, ut dixi supra *cap.2.numer.17.*& per *pragm.14. §.item considerato , de officio Magist.Justit.*disponitur , ut si causæ criminales sint

ſint remiſſæ Baroni, & ipſe ſit negligenes in puniendo dictos Reos remiſſos, in hoc caſu ipſi Baroni amplius alii Rei non remittuntur, & dixi in *dicto capit. 8. num.* 114. *& ſeqq.* & quando Baro abutitur privilegio componendi, eo privari debet, ut dixi ſupra *cap.* 50. *num.* 34 ubi *nu.* 14. *in fine* dixi, quod Judex non debet eſſe facilis ad indulgendum per delictis commiſſis. Sed inter alios bonos Barones adeſt Excellentiſſimus Dom. Frabitios Pignatellus Dux Montisleonis, & Dominus Status Novi, quod in ſuis Terris facit rectè miniſtrare juſtitiam à ſuis Officialibus, & in ſuis Terris ſit juſtitia adinſtar Magnæ Curiæ, & Regiarum Audientiarum, & ob ejus benemerita ad præſens eſt creatus Prorex in Regno Aragonum à noſtro Inuictiſſimo Rege Hiſpaniarum Philippo Quarto.

Et cum his finem impono in hac 1. *part. tract. de Foro Competenti* quam in omnibus judicio, ac correctioni Sacræ Romanæ Eccleſiæ ſummitto ad laudem Dei Omnipotentis, & ejus Matris Sanctiſſimæ.

FINIS.

S 1 2 INDEX

INDEX
RERUM, ET MATERIARUM,
Quæ in hoc Tractatu de Foro Competenti continentur.

A

ipse

INDEX

B

Ba-

INDEX

C

33.à

INDEX

Tt pro-

D

Ex-

INDEX

Gra

In-

INDEX

INDEX

L

M

INDEX

INDEX

N

O

Of-

INDEX

INDEX

P

Pos-

INDEX

Q

R

INDEX

INDEX

S

Spo-

INDEX

I N D E X

FINIS INDICIS.